
ADDITIONES.

a ¶Interpretatione. Adde Bal. in l. hi, qui ad ciuilia, ff. de ap. & idem in l. cum de nouo. C. de leg. in fi.
b ¶Iudex. Adde Bald. in l. secunda, ad finem. C. de senten. quæ sine certa quanti.

SVMMARIVM.

1 *Laicus ratione peccati, & maxime periurij, vel pacis fractæ corã ecclesiastico iudice quæritur.*
Diuisio decretalis, ibid.
2 *Deus cognitor secretorum, & sciens omnia.*
Noscere omnia impossibile, pauca non laudabile, ibid.
3 *Ex præteritis præsumimus.*
4 *Peccare in te, quomodo exponatur.*
Frater quilibet christianus, ibid.
5 *Correctio fraterna an extendatur ad omnes, & nu. 6. & qualiter fiat, ibidem, numero 5. & cum quibus numero 7. 8. & 11.*
6 *Denunciationum referuntur multæ species, & qualiter vnaquæque facienda, & a quibus, & vbi, & quid & a quibus probari valeat & sufficiat, & qualiter procedatur, & in qua non appelletur, & numero 7. & 14. vide nu. 30. 31. 32. 33. alia huc pertinentia, vbi conceptio libelli, potestas iudicum, & receptiones, & probationes, & procedendi modus. vide etiam numero 45.*
7 *Audire, pro obedire.*
Frater, pro anima fratris, ibid.
Continens pro contento, ibid. in voce fratre.

8 *Verbum pro probatione.*
Dicere pro denunciare, ibid.
Ecclesia pro prælato, ibid.
Suppletio ad contextum ad uerb. audierit, ibid.
9 *Sicut, aduerbium non est omnimoda similitudo.*
Cum gentilibus licet loqui, ibid. à sacramentis separantur, ibid.
10 *Ethnicus unde dictus.*
11 *Publicanus unde deriuetur.*
Pro diffugia non quarentis iure præsumitur, & econtrario, ibid.
13 *Forma hic quomodo sumatur.*
15 *De feudo qui iudicare debent de iure communi.*
16 *Priuilegium quoddam speciale beato Petro concessum, & quod, & quoddam generale, & quod, ibid. & nu. 18.*
17 *Episcopus montis Pessulani cognoscit inter Regem Franciæ, & Pessulanenses.*
Censura, idest coerctio, ibid. in fine.
18 *Papa quemlibet coercere potest, & cognoscere ut hic, & num. 28. quod probatur multis modis, & quibus. nu. 19. & ei subest etiam imperator, nu. 19. uide nu. 42.*
19 *Metropolitanum qui eligant.*
Imperator subest antistiti, nedum papæ, ibid. in fine, ac sacerdoti. numero 21. potest excommunicari à quocunque episcopo, numero 23.
20 *Sincere, idest pure & cum bona conscientia.*
In principe nihil splendidius, quàm humilitas, ibid.
Resolutio uerborum, ibid.
21 *Hominum dignitas non est consideranda, sed peccatum in subrectione ecclesiæ.*
Sacerdotalis excellentia quanta, ibid. cui subsunt imperator, & papa, & quomodo, ibid.
22 *Sine crimine nemo uiuit.*
23 *Medicamenta animæ sunt diuersa, remiss.*
24 *Præoccupatio, figura locutionis.*
25 *Historiarum speculum citatur.*
Rei fauorabiliores, ibid.
Litis initium quod dicatur, ibidem, & curricula temporum quæ, ibidem.
26 *Peroratio fit per allegationes.*
Antistes pro proprio diœcesano, ibid.
Illico, statim, ibid.
Sermo, pro actis causæ, ibid.
Episcopus est ordinarius iudicis maioris prouinciæ, & quando, ibidem.
Ecclesia habet auctoritatem à Deo, ibidem & numero 27. uide numero 19.
27 *Meretricium transit ecclesia sub dissimulatione, ut maius malum.*
Christianum se negat, qui negat potestatem papæ, ibid.
28 *Personarum acceptio non debet esse.*
29 *Pax etiam hosti seruanda.*
Charitas quid sit, ibid.
30 *Discordiam compescere debet iudex litigantibus.*
Dissimulatio est mortale peccatum, eod. nu.
Potestas bonorum iudicum decretalis quæ, ibid. & nu. 31. 32.
31 *Iudicis officium ad contumaces reducendos, concordãdos discordes, & ad curandos ægrotos inuenire remedia, & supra nu. 30.*
Hysterologia, ibid. uer. & est hic.
32 *Libelli conceptio quæ in denunciatione euangelica.*
Con. denunciationem euangelicam exceptiones post libellum, ibid.
In denunciationis huiusmodi causa iudicum potestas quæ, ibid. & supra nu. 30. 31. & probationes utrinque quæ, ibid. uide etiam nu. 6. & nu. alijs ibidem memoratis.
34 *Papæ sententia seruanda est.*
Decretalis hæc quare sit bis scripta, ibid.
35 *Epilogus, & suffragium glossarum. nu. 36.*
Consuetudo dat iurisdictionem, & nu. 40. §. 1.
Ratio durat, licet ius ciuile destruatur. §. 1.
Correctio cuiuslibet saltem indirectè pertinet ad papam. §. 2.
37 *Additio glossarum.*
Additio ad decretalem ex antiqua decretali, ibid. nu. 37.
38 *Gladij duo, de quibus in euangelio fit mentio, qualiter interpretentur, remiss. & 39. & gladium materialem qui, & quatenus habeat, ibid.*
Testamenti noui minister qualis, ibid.
39 *Sacramentum altaris quid representet, & eius uis.*
40 *Ad ecclesiam recurrendum cur hic fuerit, & sit.*
41 *Priuilegium ecclesiæ concessum durat, licet abrogata lege.*
Ex lege abrogata quandoque princeps arguis, ibid.
42 *Cap. Ecclesia, de constitu. & cap. si quis testibus. 4. q. 3. intellectus.*
43 *Qui colligit oliuam alienam quando teneatur Aquilia lege.*
Aquilia lex non habet locum, ubi non est damnum, ibid.
44 *Pœnarum, & iudiciorum non est eadem ratio.*
45 *Denunciatio huius regis fuit iudicialis, & quomodo in ea procedendum, & qui denunciare possint, & ordo iudicij seruandus. uide supra nu. 6. & alijs ibi not.*

CAPVT XIII.

1 NOuit. Casus. Laicus † ratione peccati, & maximè periurij, uel pacis fractę coram ecclesiastico iudice cõuenitur. pars huius, de offi. lega. nouit, de ap. nouit. & diuidebat Hostien. decre. in tres partes. In prima excusat se papa ostendens, quòd non intendit iudicare de feudo, sed de peccato. In secũda ibi, Non igitur, ostendit, ꝙ rex non debet processum suum in iniuriã reputare. & hoc probat diuersis exemplis, & testimonijs scripturarum. In 3. ibi, Ne igitur, probat, ꝙ ipse papa non debet hoc dissimulare. & concludit sub triplici, uel ꝙ certus sit ipse rex, ꝙ nisi obediat, papa mandabit legato, ut contra ipsum regem procedat secundũ traditam sibi formam. Ab. diuidebat in 5. secunda. ibi. Non igitur. 3. ibi, Sed forsan. 4. ibi, licet. 5. ibi, Ne igitur
2 [*Ignorat*] scilicet Deus † q est cognitor secretorum. 32. distin. erubescant, Pe. & dicitur sciens omnia, de elec. fundamenta. §. proinde, ꝙ homini est impossibile. Marcus Varo. Omnia noscere est impossibile: pauca nõ laudabile [*& infra*] continebatur exordium [*Iurisdictionem*] si. supra de elec. uenerabilem, Hostien. [*Nec*
3 *uelit*] ut † ex preteritis præsumimus, de pręsum. mandata. & ad hoc facit decisum exordium de prin. capituli [*Impedire*] sequebatur in antiqua, Cumque iursdictionem propriam non sufficiamus explere, cur alienam usurpare uellemus. Non debuisset decidi [*Euangelio*] Matth. 18. [*Si peccauerit*] 2. q. 1. si peccauerit [*in te*] idest
4 te † sciente. uel secundum Hostien. in damnationem tui, si hoc celaueris, si nõ monueris, si monitione non ꝓficiente ecclesiæ nõ denũciaueris, uel quia offendit & lædit te, ut innuunt sequentia [*Frater*] idest quilibet Christianus 12. q. 3. ad mensam. & de multiplici frater-
5 nitate dixi, de reg. Ioan. & an † hęc auctoritas extendatur ad omnes, plene no. 2. q. 1. si peccauerit, & de hoc infra de hęreticis, cum ex iniuncto [*Corripe*] ostendendo peccatum suum, & monendo, & obsecrando, ꝙ desistat, & pęniteat. & ex his, quę hic, & infra de censi. Romana. §. sanè, notauerunt Inno. & Hostien. Gar. in decre. religionum, Gre. X. de reli. do. collegerat
6 quandam glo. dicens, quod † denunciationum: Alia
a euangelica. Alia iudicialis. Alia canonica. Alia regularis. Ad euangelicam tenetur prælatus, & quilibet alius admittitur: & potest fieri contra quemlibet perseuerantem in crimine 2. q. 1. si peccauerit, infra de testib. in omni. & nullus de necessitate tenetur ad istam, nisi sicut ad alia opera, nisi is, ad quem ratione officij, uel curę hoc pertineat. 23. q. 4. duo. & ad hanc omnes etiam infames, & mulieres admittuntur, dummodò non perseuerent in crimine, nec per exceptionẽ, & cauillationes sunt repellendæ. Nõ enim refert, quis denunciet, dummõ aĩa saluetur, infra de iureiu. quẽadmodũ, in fi. & de cogna. spũa. tua. Effectus istius est, ut peccator pęniteat, non ut officio, uel beneficio.

priuetur, nisi retēto ordine, uel beneficio pęnitere nō posset, de tempo. ordi. ca. ulti. & tunc per cōsequentiā non directè priuatur. s. quia aliter pœnitere non potest. Hæc debet præcedere duplex monitio. prima pro bat per monentem. secūda per monentem, & alium infra de testi. in omni. Et ista generaliter locum habent in foro ecclesiastico, & in peccato non omninò occulto, sed quod probari potest: quia omninò occulta sunt in Dei iudicio. 6. quęst. 1. si omnia, & caueat denuncians, quòd peccatorē conuincere posśit: quia ei, etiam si esset episcopus, non creditur. 6. quæstio. 2. si tantum, & cap. placuit. Est & alia denunciatio iudicialis publica, quæ competit ex officio puro & mero, in qua non requiro monitionem, sed iudex ex officio suo, & per denunciationem suorum officialium in ea procedit, & habet locum in notorijs tantum. C. de accu. ea quidem. 35. quæstio. 6. episcopus in synodo. ¶ Est alia iudicialis priuata, quæ competit læso propter suum interesse. Et ista quandoque in foro ciuili de plano expeditur, etiam si non præcessisset monitio, ut quando ille, qui opprimitur, non potest agere, ut quia seruus,[b] uel potestati subditus. & idē in his, quæ spectant ad forum venale, & in rusticis oppressis. ff. de offi. proconsul. l. nec quicquam. §. de plano, ff. de off. præfec. nr. l. idest §. quòd autem, insti. de his, q sui, uel alie iur. sunt. §. penul. ¶ In foro autem canonico requiritur monitio, ut hic; & de plano tamen expeditur, ut hic in fi. Tamē licet iudex ecclesiasticus præcedentem denunciationem admittat indistinctè, istam indistinctè non debet admittere: quia nō nisi in defectum iustitię, vel si crimen de sui natura est ecclesiasticum, uel ratione pacis, uel iuramenti,[c] uel quādo crimen est notorium, uel quādo non auditur in foro seculari; ut quia obligatio est naturalis[d] tantum, uel si hanc proponit miserabilis, & depressa persona, vt hic, & supra de pactis, qualiter, & 77. dist. per totum: alias, si indistinctè admitteretur, periret tēporalis gladij iurisdictio, & omnis causa per hanc uiam deferretur ad ecclesiam. hanc indistinctè facit episcopus, qui grauatur ab illo, qui subest immediatè imperatori, in auten. ut dif. iudi. §. si tamen contigerit, collatio. 9. Et in ista ad hoc agitur, vt res restituatur, siue ut læsus seruetur indemnis, & examinatur de plano, & pronunciatur in ea, ut hic. & requiritur in hac trina monitio, & ad minus duarum ultimarum plena probatio. infra de accu. cum dilectus, & cap. qualiter. secun. §. fina. & de si. licet Heli. §. cum igitur. Differt hæc ab euangelica: quia ad hanc non admittitur nisi læsus. Alia est canonica; & est duplex. Alia specialis competēs illi soli, cuius interest habere bonum prælatum, uel bonum ecclesiasticum subditum. & fit ad hoc, ut quis de beneficio remoueatur. 16. quæstio. 7. cap. filijs, & supra de offi. eust. capit. 1. in fin. Et requiritur triplex monitio, sicut in iudiciali per eadem iura. Alia generalis & publica: ut quando agitur de matrimonio dissoluendo, uel eius impedimento, de spon. præterea, & de clan. despon. cum inhibitio. Et hanc iudex ex officio prosequitur, si denuncians eam prosequi detrectat. infra de sponsa. cum in tua. Regularis secundum diuersas religiosorum institutiones expeditur de plano & simpliciter, nec contra eam appellatur, infra de app. ad nostram. cap. reprehēsibilis, & cap. cum speciali. §. ult. de materia huius gl. uide in spe. de denunc. §. 2. uer. ut autem [*ipsum solum*] eum † in hac non adhibeatur testis, probari non potest nisi per iuramentum monentis,[e] Hosti. [*Audierit*] desistēdo à peccato [*Fratrem*] idest animam fratris tui [*Vnum*] hoc potest referri ad secundā denunciationem, quæ probatur per iuramentū monentis, & alterius. Tertia uerò debet plenè probari, & hoc respicit, quod sequitur, Vel duos, secundum Hosti. dic, ut supra dixi [*uel duos*] de his, qui sciunt illud delictum, ut sit correptor, non proditor. 2. q. 1. si peccauerit [*Duorum*] tui, & alterius [*Trium*] tui, & duorū adiutorum [*Omne † uerbum*] idest omnis probatio admonitionis factæ ad pœnitentiā peragēdam. infra de testi. in omni [*dic*] idest denuncia. [*Ecclesiæ*] idest prælato [*Nō audierit*] sub. & propter hoc ipsum excommunicauerit, & sic excommunicatus steterit, Hosti. [*Sicut*] non † est omnimoda[f] similitudo. licet enim loqui cū gentilibus, sed non cum excommunicatis 11. q. 4. eum ex communicato, & in hoc tamē sunt similes: quia vterque à sacramentis ecclesiæ separandus, Pe. [*Ethnicus*] ethna † fertur esse mons in Arabia, secundum alios in Sicilia, ut dicit Sene. epi. 51. in prin. de quo exit riuulus sulfuris, & cōtinuò viget ignis. sic isti erūt in igne continuo. uel secundum Hug. ethnicus ab ethnos, quod est gentilis. Tales ergo meritò sunt uitandi, Hosti. hæc expositio probat. 1. q. 1. nonne [*Publicanus*] idest † publicè peccans [*Paratus*] præsumitur de iure illius, qui non quærit diffugia, de restitut. spolia. literas, & è cōuerso, de præsumptio. nullus, Hosti. [*Correctione*] idest admonitione, Pe. Dicit † hic patet, φ auctoritas, si peccauerit, nedum ad occulta, sed etiam ad manifesta extenditur. 45. distin. sed illud. 11. quæstione 3. pręcipuè, Pe. Ecclesiast. 1. nobis petēs iustitiam, ut statim sequitur [*Vniuersalis*] de maiorita. & obedien. solitæ, de transla. episcopi, per totum, Hosti. [*Secundum † formam*] idest secundū iustitiam hac denunciatione inuenta ad formam ipsius [*Ipse*] Rex francorum [*Legato*] uel delegato, ut patet in fine [*Sufficientem*] hoc dicit: quia iam pro posuerat quandam exceptionem, quam non permittebat examinari, nec super ea pronunciari, ut patet in fi. Hostien. [*Rationem*] puta, quòd † legitima monitio non præcessit, uel denunciator sit criminosus[g] 3. quęstio. 7. iudicet, uel aliam quamcunq; iustam. & ex hoc colligitur, quòd infrà. §. fina. non mandat cognosci de causa principali: sed an denunciatio sit admittenda secundum Inno. uel dic, ut ibi dicam secundum eum, & Hostien. [*Ad ipsum*] Regem Franciæ. quasi dicat non ad nos, Hostien. [*Iure communi*] quo † cauetur quòd dominus, uel pares iudicare debent, Innocen. [*Per speciale pri.*] fortè Rex Angliæ habebat priuilegiū à Rege Francię, quòd non iudicaretur per ipsum tan quam per dominum, sed per communes eorum iudices, vel per alias certas personas ab eis electas communiter. & idem esset, si super hoc haberent specialem constitu. Innocen. Hostien. uerò exponit † speciale pri. s. beato Petro concessum, quod dicitur generale, de transla.[h] cap. 1. [*Speciale*] est autem consideranda persona papæ, cui & nulli alteri competit, de officio leg. quod transla. [*Generale*] respectu omnium Christianorum, super quos dat potestatem, ut infra probatur: quæ non solum patet per prædictum priuilegium, sed etiam per consuetudinem; ad hoc. infra ti. 1. si clericus. & probatur hæc lectura secundū eum, de transla. quanto. §. 1. [*Consuetudine*] hic † arguit Abb. pro hominibus de monte Pessulano, quòd sub Rege non respondeāt, sed sub episcopo, cum est quæstio inter regem, & eos: quia sic fuit din seruatum: sed repete intendimus [*Peccato*] idest uiolatione pacis, & iuramēti, uel de peccato commisso in regem Angliæ [*Censura*] idest † coërtio, Pe. [*Quemlibet*] si est in ecclesia, hoc potest directè: si extra ecclesiam, indirectè. 2. questio. 1. multi. infra de decimis, de terris; de Iudęis & si Iudæos, secundum Vin. [*Possumus*] & nullus alius in quemlibet: & ideò dicitur hoc priuilegium speciale, ut supra secundum Hostien. [*Non † igitur*] hic probat exemplo, lege, & ratione, quod ipse potest cognoscere, & quòd rex debet in hoc se submittere Romanę ecclesiæ [*Iniuriosum*] quia nemini facit iniuriam, qui

qui utitur iure suo, de elec. cum ecclesia. §. 1. ff. de fur. iniuriarũ. 1. respon. Hostien. sed al. [*Si super hoc*] in quo etiam commissus est, uelit, nolit, Hostien. [*Committitur*] tanquam suo capiti. 12. distinct. c. 1. Pe. [*Cum Valentinianus*] inducit exemplum [*Imperator*] nedum Rex [*Suffraganeis*] ar. quòd suffraganei eligunt metropolitanũ; ad idem, supra de postula. bonæ. 2. sed cessat ar. si dicas, procurare monendo, & inducendo can. vel forsan spectabat de consue. ¹ Hostien. [*Legatur*] 63. di. Valentinianus, Vinc. [*Cui*] antistiti; nedum papæ [*Sincere*] 1. pure † & cum bona conscientia, Gof. [*Capita*] in principe nil splẽdidius, quàm humilitas. 100. distinct. contra morem, Pe. [*Submittamus*] idest submissa esse ostendamus, vt probat statim litera, Suscipiamus necessariò &c. [*Eius*] archiepiscopi [*Homines*] ac † si dicat, quòd non sit consideranda dignitas, sed peccatum: & per hoc patet secundum Hostien. excellentia sacerdotalis respectu regalis: quia nullus clericus subesse potest imperatori personaliter: imperator, & etiã papa in eo, quòd peccatores, personaliter subsunt etiam simplici sacerdoti, de pœni. & remiss. omnis. ad hoc dicam, de iureiur. nimis. ᵏ & ideo dixit, homines: quia † nemo sine crimine viuit. Conclusit enim deus omnia sub peccato, vt omnibus misereatur, de pœni. distinct. secunda, si enim inquit. & primas morsalios morde &c. Pet. & Abb. [*Necessario*] not. imperatorem † excommunicari posse à quocunque episcopo, in cuius diœce. existit, Pe. [*Medicamenta*] quæ sunt diuersa, ut patet, infra de pœni. & remissio. omnis. §. si quis & quando mendicamenta non prosunt, ferro ignito opus est: quia forsan vulnus est cancrosum. 1. q. 1. reperiuntur, secundum Goff. & Hostien. [*Nec † illud*] al. & inducit contra regem, & secundum literam est hic præoccupatio. si. supra de off. ordi. inter cætera, ibi, Ne dicamus defectum scientiæ [*Descendisse*] forsan ex persona matris. ˡ nam aliàs, ut dicit Hostien. Papa ignorauit originem istius regis, quàm hic narrat: sed omitto, quòd curiosus plenius uidere † posset in spe. historiarum, li. 17. c. 4. [*Petitor*] de quo minus uidebatur, cum fauorabiliores sint rei, quàm actores. ff. de re. iu. l. fauorabiliores. Innocen. [*Initio litis*] idest ante litem contest. Gof. Vel cum lis contestatur [*Curriculis*] idest elapsis inducijs datis ad deliberandum, uel idest post litem contest. secundum Gof. [*Peroratur*] per † allegationes [*Antistitis*] idest proprij diœcesani, Hostien. [*Illico*] idest statim: 2. q. 6. §. pe. Gof. [*Cum sermone*] idest cum actis causæ [*Dirigatur*] pater sancte, legem habes non abrogatam, quam omittis. nam si iudex maior prouinciæ lædat subditum, episcopus diœce. est ordinarius, in auten. ut diffe. iudi. §. si tamen contigerit, coll. 10. Hostien. [*Cum enim*] inducit rationem ex Deo, quando dixit beato Petro. Quodcunque li. &c. de maio. & obedi. solitæ, Inno. sed uidetur, quòd ecclesia habeat auctoritatem à concilijs. 17. distin. §. huic etiam. ibi soluitur, ut etiam dixi supra de elec. Significasti, super glo. 17. [*Quocunque*] meritricium † sub dissimulatione transit ecclesia, ut maius malum, 𝔠 adulterium euitetur; ad hoc. 33. q. 2. si quod uerius, arg. 13. distinct. nerui, Pe. & Abb. [*Christianum*] negat ergo se Christianum, qui negat hanc potestatem, de ma. & obe. solitæ, ad fi. & nihilominus secularis potestas temporalem pœnam infliget. 23. q. 5. sunt quædam, & c. rex debet. Host. [*Coercere*] hic in antiqua probat id auctoritatibus noui, & ueter. [*Lege*] deuteronomij. 1. ad idem actuum 10. & 1. q. 7. §. huic Petrus. & facit, de reg. ea, quæ [*Personarum & infra*] sequitur in tan. personarum, quas interuenire beatus Iacobus testatur 2. capit. in princ. si dixeris ei, qui indutus est veste præclara, tu sede hic bene: pauperi autem dicas, sta illic, uel sede sub scabello pedum meorum; & uide quod dicam de priuile. c. 1. & licet &c. [*Licet autem*] hic docet, quòd dato, quòd alia cognoscere non posset, tamen ratione qualitatis ipsius facti, scilicet pacis fractæ, & periurij posset cognoscere, Pe. [*Charitatis*] & seruanda † est etiam hosti. 23. quæstione prima. noli Ioannes. & est charitas dilectio Dei & proximi. Pe. [*Postremò*] ex hoc. §. sumitur casus si. supra de offi. dele. super quæstionum §. si. Hostien. [*Iuramenti*] supra de elec. per uenerabilem, Hostien. [*Religione*] sicut dicitur uiolata, Pe. [*Iudicium*] Ecclesiæ, nisi quando Deum solum habet ultorem. C. de iureiur. l. secunda. & sexta, quæstione prima, si omnia, Vin. [*Pertinere*] infra de foro compe. c. ulti. li. sexto, & uide quod ibi dicam super ulti. glo. [*Discordiam*] quare enim pariter † iudex ad arma procedere, quos sua iurisdictione potest cõpescere. ff. de usufruc. æquissimum, Ioan. & Phi. [*Dissimulatione*] dissimulatio est mortale in prælato; ad hoc de treu. & pa. cap. primo, 83. distin. error. infra de priui: quanto, de sen. excom. quantæ, Host. [*Prædicto*] in an. dicebatur, dilecto filio Abbati Cæsarien. & tunc bene sequitur, idem Abbas, &c. [*Præcepit*] & iuxta formam &c. & secundum quosdam isti iudices non habent cognoscere de principali. sed de denun. & excep. & alij contra, ut infra dicam [*Vel solidam*] concludit ᵐ sub triplici, ut per te uides, & per hoc no. Frã. quod plura † remedia debet iudex inuenire ad contumaces reducendos; alle. de dolo, ueritatis. ad concordãdos discordes, ad curandos ægrotos. uigesimanona distin. cap. fin. de pæ. & remil. omnis [*Idem Abbas*] nominatus in decisa, sic supra de procura. cap. 1. & est hic hysteron proteron. si. supra eodem decernimus, Hostien. [*Iusta sit*] idest an denunciatio sit admittenda, uel non. Quidam forte non malè dicunt, quòd hi iudices etiam de principali cognoscent. poterit enim dicere † Rex Angliæ, Rex Franciæ tenet comitatum Pictauien. in periculum animæ suæ, uel contra suam conscientiam, cum ad me pertineat; unde peto officium uestrum, quod cogatis eum ad pœnitentiam, & si Rex Franciæ respõdeat, non pertinet ad vos cognoscere, utrum iustè, uel iniustè teneam: hoc autem scio, quòd non teneo contra conscientiam, & hanc, non aliam teneor apud uos excusationem proponere. Et si Rex Angliæ probare uelit, quòd comitatus suus fuerit, non deberis suas probationes admittere. potuit enim per iudicium parium, uel alio modo meus fieri, uel ego eum bona conscientia & sine peccato teneo comitatum; & hoc mihi sufficit, ar. C. de rei uendi. l. ulti. ecclesia ulterius non procedat. Et si Rex Angliæ uellet probare, quòd iniustè contra eõ scientiam comitatum teneret, admittendus esset: sed hæc probatio esset ualde difficilis: quia & si probaret Rex Angliæ, quòd comitatus fuisset suus; non tamen probatur, quod Rex Franciæ ipsum iniustè, uel contra conscientiam teneat, Inno. ¶ Sed hoc non placet Hostien. qui dixit contrarium elici. C. de probatio. si ue possideris ⁿ & 45. di. sed illud. & ex quo enim constat de intentione actoris, nisi proberur exceptio sufficiens in contrarium, actor obtinebit, infra ut eccle. bene. c. uno. sed Inno. dicit hoc uerum, quãdo agitur directè. Sed quando agitur in modũ denuncia. si possessor debeat proponere probabilem excusationem, puta mihi adiudicatus est, uel pignori obligatus, uel his simile, non tamen habet hoc necesse probare: sed sufficit, quòd satisfaciat conscientiæ. auditur tamen aduersarius uolẽs probare contrarium, ut est dictum sed ubi est scandalum, uel peccatum publicum, tunc sicut de peccato constat, sic debet & de satisfactione constare. quadragesima quinta dist. illud, secundum Innocen. ᵒ [*Contra eum*] Regem Franciæ [*Proponi*] Rex † Angliæ, & in modũ denũciationis & poterit opponi

iuſta exceptio, ut hic dicit. hæc tamen de plano expedientur: quia non dabuntur ita prolixæ dilationes, nec recipientur illæ ſubtilitates, quæ reciperentur, ſi alio modo ageretur: hæc enim omnia quaſi ex arbitrio boni iudicis pendent, & debent conſideratis perſonis, cauſis, locis, & temporibus expediri, argumen. ſupra de transla. c. fi. ſecundùm Hoſtien. [*Omittat*] ſupponendo terram regis Franciæ interdicto, de appella. nouit, de offi. lega. nouit. Sed 34 † & uos caueatis, quòd eius ſententiam obſeruetis. nam propter hoc, & propter ſecundum, ſcilicet ut prælati ſciant excuſationem, & intentionem papæ, hæc eis dirigitur decretalis, Hoſtien. ¶ *In* 35 † *glo. 1.*] ponit caſum. Secundò primò probat papam non habere utrunque gladium; alle. 6. iura. ſecundo tenet contrarium p tertio remittit. ¶ *Glo. ſed cum*] ponit obiec. ipſius ſo. & quoddam argumentum. ¶ *In* 36 † *glo. no. quod ibi. l. 1. & ultima*] fit emancipatio prætextu conſuetu. coram illo, coram quo aliàs de iure fieri non poſſet. ¶ *In glo. Sed cum, ibi, cas*] ibi dicitur, quod ciuilis ratio naturalia iura corrumpere non poteſt. ¶ *In gl. ſaltem, ibi, Hæredia tis*] ibi ſic dicitur. quamuis enim ſtricto iure nulla actione teneantur hæredes ad monumentum faciendum; tamen principali, uel pontificali auctoritate compellẽtur ad obſequium ſupremæ uoluntatis. ¶ *In* 37 † *glo. 1. in fin.*] prælatis autem mandat, quod ſententiã, quam ferri contigerit, obſeruent: aliàs comminatur, quod illos de inobediẽtia puniet; ut patet in antiqua. ¶ *In glo. 2. ibi, cauſam*] 2. [*& ibi, ſed uidetur*] T. cuius fuit hæc glo. dixit, ego credo, ꝙ papa &c. 38 [*& ibi, Euangeliſta*] Luc. 22. & plenè † exponuntur hæc uerba in extra. Bonif. Vnam ſanctam, uer. in hac, ubi etiam ad hoc probandum inducitur Ioan. 18. Conuerte gladium in uaginam. Ber. ad Euge. de conſci. libro 10. Aggredere ſubditos, ſed uerbo, nõ ferro. quid uſurpare gladium tentas, quem ſemel iuſſus es mittere in uaginam? & 1. Timo. 3. oportet epiſcopum eſſe non percuſſorem. Et ſciendum eſt, quòd miniſter noui teſtamenti eſt miniſter mãſuetudinis, & ſacramenti unitatis. 39 Sacramentum † uerò altaris repreſentat vnionem Chriſti, & eccleſiæ, quam ſignificat unio animæ ad corpus: quia ſicut anima uiuificat corpus, ſic Chriſtus per hoc ſacramentum uiuificat eccleſiã. Et ideò executio gladij materialis, qui diuidat animã à corpore, penes miniſtrum ſacramenti unitatis eſſe non debet. dicit ergo Ber. ubi ſupra. gladium materialem habet papa nutu: imperator iuſſu: miles uſu, uel manu, & hoc etiam innuit prædicta extrauagans, ubi ſupra, & c. ultimo, & infra ne cler. uel mona. c. ultimo, libr. 6. & 88. diſtinct. epiſcopus gubernatorem, ubi de hoc [*& in fi.*] & 10. diſtin. quoniam, & infra de priuile. cap. ſecundo, in 1. gloſſ. Hoſtin. remittit ad ea, quæ no. ſupra de maiorita. & obedien. ſolitæ, & infra qui filij ſint legiti. per uenerabilem. §. rationibus. ¶ *In glo. directè, in fi.*] Dixit Hoſtien. quod per ea, quæ ibi no. patet, 40 quod iſte † proceſſus non poteſt aliter excuſari quò ad ueram naturam feudi, niſi quia uel Rex Franciæ non debet eſſe iudex in cauſa propria, & nolebat cauſam iudicari per pares, quorũ iudicio nolebat ſe ſubmittere Rex Angliæ, ut dicit ſe audiſſe. nolebat autem Rex Franciæ per ſuam curiam meritò illi ſuſpectam q cauſam audiri, fuit ergo ad eccleſiam recurrendum q in auc. ut diffe. iud. §. ſi uero contigerit, colla. 9. aut hic procedit papa ratione uiolationis iuramenti, & pacis, r & huic uidetur inniti papa, ut patet infra. Alioquin r quandocunque uaſallus committeret feloniam contra dominum, & quandocunque iuſtè damnaretur, ſemper haberet recurſum ad eccleſiam: nec tamen in hoc caſu dicit omnino denegandam audientiam. nã eſſe poſſet, quòd iniquè, & iniuſtè proceſſum eſſet; & hoc ratione peccati eccleſia poſſet examinare ſummariè, & ſecundùm quòd inuenerit, admittere, uel repellere talem, argumen. C. de adulte. quoniam Alex. C. de fal. ubi falſi crimen, & patet in eo, quod nota. de officio delegat. paſtoralis. §. quia uerò. ¶ *In glo. no. quòd, ibi, & ultima*] de conſue. cap. 3. libr. 6. [*& in fin.*] & infra de præben. cum in eccleſiis, lib. 6. ¶ *In glo. ſed cum, ibi, ſub-* 41 *lata*] dic, quòd fuit priuilegium ſ conceſſum eccleſiæ; ſ unde adhuc hodie durat, ſecundùm Innocen. ad hoc. infra de reg. iur. decet. lib. 6. cum ſuis concor. & circa hoc Hoſtien. remittit ad ea, quæ not. in ſumma, de immu. eccl. §. inquantum, ſub. §. ſed nec illa immunitas uerſ. nec credendum eſt, & ſequentibus [*& ibi, Fuerunt*] inſti. de teſtamen. in princip. Goffr. & princeps quant doque arguit ex. l. abrogata. t C. de conſti. pe. l. ſecunda. §. & neminem. Vin. [*& ibi, arg. quòd*] Innocen. ſcripſit hæc aſſerendo, & ad hoc 38. diſtinct. ſi quid ueri, & 42 de hoc. infra de ſolutio. cap. fina. nec † obſtat, ſupra de conſtitutio. eccleſia: quia illud intelligitur de legibus inferiorum, non imperatorum. nec obſtat. 4. quæſt. 3. ſi quis teſtibus: quia hoc ſpeciale in fauorem eccleſiæ. & ideo in eius læſionem retorqueri non debet. C. de legibus, quod fauore, uel dic, ut not. infra de hæreti. cap. quarto. Hoſtien. ¶ *In glo. ſimiliter, in fi.*] & in authen. quomodo oportet epiſcopos, collat. 9. non tamen habeat tam dignam, & generalem poteſtatem, ut papa, ut probat prædictum auc. ſecundùm Hoſtien. ¶ *In glo. ſaltem, ibi, arg. contra.*] Idem Vincen. ſed Innocen. & 43 Hoſtien. alleg. pro concor. [*& in fi.*] ſi colligit † immaturam, tenetur. l. Aquil. ſi maturam, tunc dominus oliuæ, cui colliges, expenſas donaſſe uidetur, cum remunerat; Hoſtien. Aquilia reſpicit damnum: nec illi legi locus eſt, ubi damnum datum non eſt. ¶ *In glo. ſupra de in. ibi, paſtoralis*] & eodem titulo. capitul. ſecundò, 44 lib. 6. [*& in fi.*] aliud † in pœnis, aliud in iudicijs, quod dic, ut no. ſupra de tranſact. cap. ultim. & infra de iureu iurand. cum quidam, & infra de regu. iur. in iudicijs, u lib. ſexto. ¶ *In glo. 3. in fi.*] de hoc & 4. quæſt. 4. cap. ſecundo. ¶ *In glo. 21. in fi.*] idem, & ultim. ¶ *In gloſſ. non in forma,* 45 *in fi.*] & de ſtat. mona. cap. fina. ubi de hoc. primæ † expoſitioni ſtandum eſt, hæc enim denunciatio iudix cialis. x in qua procedendum eſt de plano, ſed non eſt ueritatis examinatio omittenda, ut notatum eſt. ſupra. Hoſtien. ¶ *In glo. ult. ibi, correctio*] infames tamen bene admitterentur ad denunciandum, dummodò ege y rint pœnitentiam, y ut no. hic Ioan. & Vincen. Innoc. & Ber. Brix. ſecunda quæſtione prima, ſi peccauerit, & infra de accu. cum oporteat, in denunciatione canonica, & ſpeciali locum habent prædicta: in iudiciali uerò, de qua intelligo loqui hanc literam, ſecus. in hac enim etiam criminoſus audietur, niſi forſan obſtaret excommunicatio. infra de except. uel alia ſpoliatio, ſiue depredatio. infra de ord. cog. cum dilectus. & capit. fina. uel alia præiudicialis exceptio. puto autem, quòd hic denun. in ſcriptis ſit porrigenda, & ꝙ lis ſit conteſtanda, quod nota. in uerbis ſuperioribus ibi, utrum iuſta ſit.

ANNOTATIONES.

a ¶ Denunciationum. adde, quòd iſta denunciatio debet eſſe perſonalis ſecundum d. Feli. in c. in nomine domini, de teſti.

b ¶ Quia ſeruus. Et ſecundum iſtum poteſt intelligi, quod not. Inno. qui cle. uel uo. c. fi. ubi per Ioan. An. ſuper glo. ergo. ubi de monaco locutus adduxit etiam alia iura.

c Vel iuramenti. An mutet, uel accumulet forum ipſum iuramentum, uide Io. And. de foro compe. cum C. laicus, lib. 6.

d ¶ Eſt naturalis. Multiplex eſt obligatio naturalis, & in qua locum habeat hæc denunciatio, uide Bart. in extrauaganti ad reprimen. in uer. denunciationem, & ibi quid de fal. & quid de illo, qui alteri ſtipulatur. & quid de illa, quæ ſublata eſt præſcrip. & quid de filio fam. tuto Macedoniano, & quid de tuta Velleiano, & quid in obli.

pupilli

pupilli,& quid de tuto excep. rei iudicatæ, & plura alia ibi. uide per ipsum ad haoc materiam.

e ¶Iuramentum monentis. Cum ergo ius disponit aliquid, per unū solum fieri, illius dicto stabitur. ad hoc de testi. ueniens, el 2. & an monitus possit probare se non monitum uide Bar. in extrauagan. ad reprimen. in uersi. denunciationem.

f ¶Est omnimoda. Vide plures concor. per Ioan. And. de summ. Tri. & fi. cath. damnamus, super uer. sicut. & faciunt ista ad concordandos testes. & de illis dictis similitudinarijs uide Bar. in extrauagā. ad reprimen. in uersi. proinde.

g ¶Criminosus. secus, si infamis, uel mulier, ut not. supra in prin. glo. magnæ.

h De trans. a. De plenitudine ergo potestatis omnis causa etiam feudalis inter quoscunque cadit in cognitionem Papæ.

i De consue. Vide glo. 63. dist. Valentinianus.

k Nimis. Vide Ioan. And. infra tit. prox. significasti, in glo. super uer. iurisdictionem, & de pœn. & remis. omnis, in princ.

l ¶Matris. ar. quòd à matre quisque capit genealogiam: regulariter autem contra, de quo uide infra, de testam. Rainutius, in princ. & Bald. in l. fi. C. de ser. fug.

m ¶Concludit. uo. quia ponit hic text. ut diuersa pacem, & treugā, quod facit ad q. disputatam per Iac. Butr. de qua latius per Ioan. in spe. de treo. & pa. in rubrica, & uide c. illi qui, 24. q. 3.

n ¶Possidetis. ibi uide Bar. Bald. & Sali.

o ¶Inno. super ista contrarietate Inn. & Host. uide Bar. plenè in extrauag. ad reprimendam, super uer. denunciationem, qui eos concordat, & de conscientia etiam hæredis prosequitur. & uide Bald. in l. 2. C. de fideicomm.

p ¶Contrarium. adde Card. hic, qui tenet contra glo. & uide Bald. in proœ. ffor um, in 2. colum. ubi tenet, quòd Imperator non habet superiorem.

q ¶Recurrendum. imò ad imperium, cum sint laici, nisi dicas, quòd non recognoscit imperium Rex Franciæ in superiorem; ideo ad Papam habetur recursus, uide, qui filij sint leg. per uenerabilem.

r ¶ Alioquin. si indifferenter in feudo haberetur recursus ad Papā.

s ¶ Priuilegium. Argue, quod priuilegium in l. concessum non assumit naturam. l. unde l. reuocata non tollitur priuilegium. & idem si lex transit in contractum, uide Bar. in l. omnes populi, ff. de iust. & iur. in tertio membro in 4. q. & per glo. & per ipsum in l. quod semel. ff. de decre. ab ordi. fa. & uide bonum tex. ad hoc in l. fi. C. de don. inter ui. & uxo. & uide Inno. de iniurijs, in nostra. & idem in testamento, quod fit immutabile, si transit in contractum, uide Din. in c. quod semel, de reg. iu. lib. 6. & Bar. in l. hæredes palam, ff. de testib. & in l. si quis in prin. ff. de leg. 3. & per Moder. in l. generaliter. C. de non num. pec. maximè per Sali. in contrariū, quo ad primum de priuilegio uide glo. super uer. decætero, in proœ. Cle. & ibi Modernos.

t ¶Abrogata. De hac l. abrogata Bar. l. 1. ff. de continu. cum eman. li. & an liget, no. supra de consti. c. 1. & uide etiam glo. 1. quæst. 6. §. post datam, Bald.

u ¶In iudicijs. Vide Cy. in l. nemo. C. de sum. tri. & ibi Bal. & Sali. in l. inter seruos, C. ad l. Iul. de ui priua. & Bar. in l. illicitas. §. fi. ff. de offic. præto.

x ¶Iudicialis. Adde Cald. consi. 5. in 4. col. de accu.

y ¶Pœnitentiam. De hoc uide in c. preterea, de testi. co. in c. cum in tua, de spon. in c. 1. de accusa. in c. in omni, & in c. personas, inf. de testi. & in c. de accu. cum oporteat, & quod scripsi 2. q. 1. c. si peccaueris, et uide glo. 2. q. 8. in summa, Arch.

SVMMARIVM.

1 *Decretalis hæc decisa ab alia decretali.*
Aduocatis cauillosis medetur, & aduocatorum officium in quibus consistat, ibid. & nu. 2. & 3. & 4.
2 *Principales iurant, & præsumuntur scire facto suo ueritatem melius, quàm aduocati, & ad ea quæ in facto consistunt respondent nu. 4. 7. excipiuntur casus. nu. 5. 6. 8. & ueritas ab his, qui melius sciunt, inquirenda ibid.*
3 *Legis, si postulauerit. § quæstioni. ff. de adulte. leg. nec quicquam. §. aduocatos de offi. proconsu. intell. in fine.*
5 *Procurator per hanc decretalem non excluditur.*
Intentio huius constitutionis quæ, ibid.
6 *Epilogus, & suffragium glossarum.*
Respondere in iudicio alius pro alio non cogitur, qui per se, & qui per alios debeant respondere. nu. 2. & infra nu. 8. 9. & 10.
8 *Suppletio glossarum.*
9 *Luxuriosa etiam pro prodiga hic exponitur.*
Luxuriosa mulieri datur curator, an etiam luxurioso, ibid.
10 *Principis interest habere sub se locupletes.*

CAPVT XIIII.

1 PAstoralis. Breue est, & decisā fu. † de fine decre. pastoralis, de exceptionibus, ut ibi patet in 3. conpil. & duo facit primò statuit. secundo statuto unum casum excipit. secunda ibi, nisi forte. dixit Host. quòd eps Eliensis inter alias cōsultationes inseruit, quomodo cauillosi aduocati Deum non timentes, nec homines uerentes auertebant clientulos à propalanda ueritate facti, nō sustinentes, quod clientuli sine ipsis aliquid de facto proponerēt, & huic
2 Papa medetur [*Principales*] & † meritò, illi enim iurāt. C. de iuramen. cal. auc. principales, & præsumuntur de facto suo scire melius ueritatem, quàm aduocati, uel extranei, ar. de rescri. ab excommunicato, cū suis concor. ueritas autem ab his, qui melius sciunt, inquirenda est. s. de elect. scriptum. infra qui ma. ac. pos. uidetur, & de testi. præsentium, li. 6. Ho. [*Aduocatos*] quic
3 quid † ius tangit, expediet aduocatus: unde formabit libellū, & apte; alias repelleretur. ff. si mensor fal. mo. d. l. 1. & infra c. proxi. Idem in excep. & positionib. formandis, & si. secundum Goff. & Hosti. Sed in responsionibus positionum poterit interesse, ut caueat, ne in cauillosa positione, obscura, uel duplici clientulus capiatur. & sic intellige, secundum Host. ff. de adulterijs, si postulauerit. §. quæstioni. ff. de officio procon-
4 sulis, nec quicquā. §. aduocatos. ad ea † uero, quæ consistunt in facto, interrogati ante litem conte. uel post respondebunt principales. ætatem enim habēt, per se loquantur, de consue. dist. 4. cum pro paruulis. & ipsi principales aduocatos instruēt in ueritate facti, ī quo ius positum est. ff. ad l. Aqui. si ex plagis. §. in cliuo capitolino. ex quo aduocati proponēt ius utiliter, & honestè, non opprobriosè, uel subdolè. C. de postulan.
a quisquis, secundum Hostien. [*Per seipsas*] non† inten-
5 dit excludere vsum procura. per quos potest etiam lis cōtestari, quod fit narrando, & respondēdo. infra de lit. contesta. capitulo uno: sed hic intendit, quòd is, qui cām ꝓsequitur, siue sit principalis dominus, siue eius procura. habet factum narrare, secundum Innocē. & Hostiē. Pe. & Abba. & Eg. tamē decre. ista nō seruatur [*Licentia*] Dixit Innocē. quòd non esset malum, si cogerentur tales personæ per aliū proponere, & re-
6 spondere. ¶Glo. inducens † duas leges ad coadiuuandum textum ponit demum. 10. casus, quibus quis per
7 alium respondet. ¶[*In* † *glo. prima ibi. §. ultimo*] dicit iste. §. quod alius pro alio non cogitur in iudicio respondere. [*& ibi, Principales*] dicit, quod principales perso-
b næ iurant de calumnia [*& ibi, non solum*] procura. [b] tenetur pro domino respondere: reliqua patent. ¶[*In*
8 † *glo. prima ibi, uniuersitas*] imo uidetur, quod uniuersitas per se agere debeat, cum etiam per se iuret. C. de iu. calum. l. 2. §. hoc etiam. Dic secundum Innocen. quod licet uniuersitas iuret, ut timore iuramenti litem dimittat, si est calumniosa; tamen per alium respondet. uel dic uerius secundum eum, quod uniuersitas non iurat per se, sed per illum, qui litem cōtestatus est, uel quemuis alium. nec obstat lex prædicta. iurante enim syndico nomine uniuersitatis, vel collegij per consequens ipsa uniuersitas iurare intelligitur. ff. de administratio. l. ita tamen. §. gessisse. & est regula, infra de regulis iur. qui per alium, lib. 6. & ibi concor. & de hoc infrà de iura. calu. in pertractādis nec mirū, secundū Inno. si per aliū, qui contestatus nō est litem, iurare pot uniuersitas, cū hoc regulare sit, quod principalis iurat, & respondet, in qua ꝓcur. contestatus est litē, ut in auctē. principales [*& ibi, respondebit*] idē in pluribus, fideiussoribus, uel hæredibus unius. ff. iudi. sol. iam tamen. §. pe. & in pluribus exercitoribus eiusdem

nauis.ff.de exerc.§.fi.& l.sequen. Hostien.[*& ibi l.pen.*] 3.qō.9.§. nisi enim [*& ibi, ut hic*] & ff. de postu. l. 2. [*& ibi.* † *Luxuriosa*] propriè, uel.i. prodiga.ff.de dam insec. ex damni, in fin. prima respon.cum suis concor. & uide in specu. de actore, uersiculo. Item opponitur cōtra actorem, & uersiculo sequen. ubi etiam not. an uiro luxurioso detur curator, sicut mulieri [*& in fine*] & mulier religiosa.infrà eod. c.2.lib. 6.& ex prædictis patet, secundum Hostien. quòd istud priuilegium respondendi per alium habent aliqui propter dignitatem, aliqui propter ætatis fragilitatem, uel indiscretionem. Alij propter multitudinem. Alij propter delictum: breuiter secundum eum quicunque seipsum regere non debet, uel nescit siue ex delicto, siue alio modo hoc contingat, debet & potest per alium talia expedire, supra de ætate & qualitate, capitulo secundo, & tertio, nisi forsan tātum sit delictum, quòd omnis audientia denegetur, ut 23.distin. In nomine, ad finem. 3.q.1.§ patet.23.q.5.non uos.21.dist. in tantum. 16. quæst.7. si quis deinceps: alias semper audiendus [c] est. nec consideratur in hoc fauor delinquentis, sed reipublicæ, cui expedit, ne quis re sua malè utatur. institutio. de his, qui sui iur.sunt. §. sed hoc tempore.
10 Interest † enim principis, ut sub se habeat locupletes, in auc.ut iudi. sine quoquo suffragio.§.cogitatio.columna secūda aliàs oportet, quòd principalis, ex quo per se agit, per se respondeat, de quo remittit ad ea, quæ notantur in summa, e.titu.§. quæ sint necessaria, sub. § utroque autem, uer. si autem utraque pars, & se. & de postulando.§. quid pertinet.

ANNOTATIONES.

a ¶Per se ipsas. Adde secundum Bal.in l.a.C.quomodo, & quando iudex, quod qoando litis contesta.fieret per aduocatum partibus præsentibus, & non cootradiceotibus, ualeret.

b ¶Procurator. Adde Io.de Imo.hic, qui tenet, qoòd etiam iste tex. procedat io procuratore, & facit glo.io e.diaconi 27.dist.

c Audiendus. In casibus autem, in quibus quis per seipsom respondere cogitur, an sufficiat mittere procuratorem ad sic respon. uide Bar.in l.prætor.§.defendi,ff.ex qui cau.io poss.ea.& io l.de minoore.§.tormenta,ff.de quæst.& in l.qui bona.§.pco.ff.de dam.infe.& per Bal.& Sali.plenius in l.fi.C.de procur. & an comparente procu.in rem suam possit peti, ut domious tanquam iustior compareat, uide bonam glo.& ibi no.Bar.in l.si actor.ff.de proco.

SVMMARIVM.

1 *Actionem ineptam si actor proponit, reus absoluitur: tamen si postea aptam proponit, reus respondere cogetur. non est uis in actionis aptitudine modo recta sit intentio, & exemplū, nu.6.*
Decretalis hæc decisa fuit ab alia, & eius diuisio, ibid.
2 *Vicedominus quis hic erat.*
Enallage nominis in dict. ecclesiæ, ibid.
Ecclesia pro iure patronatus, ibid.
3 *Depositum & missio in possessionem etiam in spiritualib. locum habet, & in immobilibus, num. 5.*
4 *Sequester ecclesiæ patronatæ quam habeat potestatem.*
5 *Tanquam, expressiuum ueritatis.*
Rei uendicatio non competit possidenti, nec contra non possidentem, ibid. uer. in hoc eras, & quomodo id sit accipiendū, nu. 16.
6 *De restitutione de qua hic loquatur pontifex, non fit possidenti, uel non spoliato.*
7 *Delegati iurisdictio absolutione ab instantia propter ineptā actionem facta durat, & quamdiu.*
8 *De actione una licitè transitur ad aliam non contrariam.*
Exceptionem uerò etiam contrariam proponere licet, ibid.
9 *Epilogus, & suffragium glossa.*
Depositum qua mente fiat, refert, ut dicatur in sequestrum transire possessionem, & an & quis deponens possideat, & nu. 11.
Depositi actio cui & in quem, quos'ue competat, uer. in sequestrum, & nu. 13.
Ineptam actionem quam reijcere statim index debeat.
12 *In sequestro, siue deposito licet perdatur possessio, non tamen perduntur beneficia competentia possidenti tempore sequestri, & quæ, quòd scilicet sequestrum tollitur per satisfactionē, ibid.*
13 *Contra sequestrum, siue depositarium quæ competant actiones & nu.14. quarum nulla hic competebat, & ratio, ibid. num. 13.*
14 *Dominis competunt actiones directæ; non dominis utiles.*
Patrono ecclesiæ quæ actiones competant, si impediatur uti iure suo, ibid. & quòd habet dominium iuris patronatus, ibid. & nume. 17.
15 *De actionibus, & sic etiam de confessoria & negatoria canonistæ non est curandum, quia factum proponere sufficiat. uide nu. 20.*
Confessoria datur possidenti, ibid. uer. Dixit autem, & nu. 16. & competit etiam non possidenti, & contra quē, nu. eod. et 17.
Actio contra quos hic erat, ibid. uer. sed hic non agitur, & quæ, nu. 16. & quare inepta dicatur, ibid. & num. 17. & quæ apta agenti nu. 17.
16 *Rei uendicatio largè etiam datur pro iuribus, & sumitur pro quacunque in rem actione.*
In rem quoque, actio etiam datur, ibid. non tamen per omnia imitatur naturam rei uendica.
17 *Pro molestijs competit interdictum, uti possidetis, uer. sed huic.*
Negatoria competit patrono iuris, & quando, ibid.
Actori fauendum in principio causæ, eod. num. in fine.
18 *An petitio sit apta, facti est uidere, si est dubia.*
19 *Ineptam actionem quæ non reddant. & an condemnandus reus ex ea, si probauit actor, nu. 20.*
Ineptitudo apparens ex forma libelli, & notoria licet non proposita, adæquantur, ibid.
20 *Ex petitionis reiectione quæ alia pro reo, & contra actorem sequantur.*
Rei iudi. exceptio an competat ex reiectione actionis hoc non expresso, ibid.

CAPVT XV.

1 a EXaminata. Ca. Si † actor ineptam [a] actionem proponit, absoluitur: tñ si postea aptā proponit, reus respōdere cogetur. & decisa fuit de fine de cre.c.de confirma. uti.uel inutili, examinata, ut ibi patet in 3.compil. & potest diuidi in quattuor partes. In prima pronunciationis ratio. In secunda ipsius rationis declaratio. In tertia pronunciatio. In quarta quædā protestatio 2.ibi: Quia cum 3.ibi, Vide.4. ibi, Ita tamen [*Actionem*] i.rei vendicationem in libello expressisti, ut infrà patet, Host. [*Eiusdem*] .f. Sancti Angeli, ut patet parte decisa [*Incongruentem*] maximè considerato eo, quod probare intendebas, ut patet infrà [*Vice-*
2 *dominus*] clericus † erat, uicarius episcopi Sabinen. ut dixi, de confirma. uti.examinata, & compromissum etiam fuit in eum, ut ibi patet [*Ecclesiam*] idest ius patronatus ecclesiæ. & not. secundùm Innoc. & Hosti.
3 depositum † in corporalibus in spiritualibus locum habere, sicut misio in possessionem, de eo, qui mittitur in possessionem.c.2. potest tamē dici secundùm Host. quòd iste tenebat ecclesiam defendendam, & ordinandam ad præsentationem suam. Orta uerò cōtentione etiam ipsa ecclesia sequestrata fuit, & idem Gof.& poterat secundum eos tolerari, quòd sic teneret.all.16.q.1, constitutum, & q 7.considerandum, & c.filijs.aliàs uerò ecclesiam, uel aliud spirituale nō poterat propriè possidere.11.q.1. per totum, de præscri.
b causam[b]. Dixit etiam Inn.quòd † uicedominus, apud
4 quem sequestratum erat ius pat.interim præsentabit: debet interim fructus rei depositę percipere, si primò fuerat possessor. Dixit Host.non percipiet fructus uicedominus tanquam pars: Quia nec pars est [*Tanquā*]
5 expressiuum † ueritatis.sic supra de ma.& obe.solitę, Pe.[*Accepit*] no.quòd res immobilis deponitur apud sequestrum, Petrus [*Ius patronatus*] in hoc eras tibi contrarius: quia si possidebas, & custodiam commisisti sequestro, cum adhue possideas, non competit tibi rei uendica. Si uerò uolens desinere possidere consti-

f ¶Teneant. An tunc ad testificandum contra eum in causa inquisitionis admittantur, uide Inno. in c. cum I. & A. in fi. de re iud. Bal.

g ¶Generaliter. Facit contra terras, & tyrannos, qui inuicem faciũt ligas, quod non potest fieri, si habent superiorem. si non habent, quid iuris uide Bartol. in l. 3. ff. de collegijs illi. & in extrauaganti. ad reprimen.

h ¶Capitulo fi. & Inno. in c. 1. de scisma. Archid.

i ¶Exceptio. Et no. hanc glo. quia optimè probat dictum Inn. in c. cum inter, infra de except. ubi dixit de reo uoluntario, uel necessario, Bald.

SUMMARIUM.

1 *Instantia iudicii non perit per lapsum triennij, & de eodem facto, & ratio, nu. 8. & nulla est, si lis non contestetur, nume. 3. uide nume. 5. 8. & 9.*
2 *Cauillationis natura quæ.*
4 *Litis contestatio noua non requiritur in causa prosecutione, licet lapso triennio.*
5 *Epilogus, & suffragium glossarum.*
Lex, properandum, C. de iudi. an sit per hanc decretalem correcta, ibid. & nu. 7.
Actiones perpetuæ usque ad quot annos.
Iurisdictio non perit delegati, licet pereat instantia.
6 *Suppletio glossarum.*
Causæ quæ restringantur intra minus biennio spacium, ibid.
8 *Instantia non perijt iudicij in re minoris, quem minor prius conuenire possit.*
Instantia quòd non pereat secundum canones, sed secundum leges, cur ita diuersum, ibid. uer. sed quæ erit.
9 *Gesta, uel acta iudicij non pereunt, licet instantia pereat.*

CAPUT XX.

1 VEnerabilis Casus. Instantia † iudicij non perit p lapsum triennij, & de eodem facto. infra de testi. cog. venerabilis. & sunt duę partes. in prima partis conquestio. in secũda papę prouisio. secun-
2 da ibi mãdamus [*Cauillationes*] dicit † lex. ff. de reg. iu. ea est nã cauillationis, vt ab euidenter ueris per breuissimas mutationes disputatio ad ea, quæ euidenter falsa sunt, perducatur. & habetur idem. ff. de uer. si. natura
3 [*perijsse*] ergo lis † erat cõtestata: aliàs nulla fuisset. hoc all. Ho. [*Et infra*] hic est decisum, quod quæsiuit magister. T. utrum esset standum allegationi, uel nõ, Host. uerius & magis amicum literæ uidet, quòd quia delegatus nõ procedebat, archiepiscopus conquestus est papæ. & est si. infra c. proxi. & infra ti. 1. ex parte. [*Proce-*
4 *das*] non super † lite de nouo contestanda, sed super iã contestata; quod innuit mens huius uerbi, Excep. huiusmodi non obstã. quia, etiam si obstaret exceptio, potuisset procedi super lite de nouo contestãda, Ho-
5 sti. ¶ Glo. † notat. l. properandum, in ecclesiastico foro &c. dices. quòd etiam secundũ. l. licet pereat instan
a tia,[a] nõ perit iurisdictio delegati. Dicit demum, quòd lex non uidetur per hoc. c. corrigi: quia &c. ad quod respondet. ¶ [*ibi. l. 2.*] hęc lex sequens inducit, ꝙ actio-
b nes sunt perpetuę, & non tolluntur minori spacio. 30.
6 annorum. ¶ [*In. 1.*[b] † *glo. ibi, nisi causa ciuilis*] criminalis uero

rò infra biennium; ut C. ut infra certum tēp. cri. quæstio. l. fi. inter clericos infra duos mēses, in auct. ut clerici apud propri. epi. §. si tamē, coll. 6. Sunt & alij casus, in quibus criminales causæ restringūtur. C. ut omnes tam ciui. quā cri. l. unica. §. fi. C. de naufra. l. de submersis nauibus, li. 11. C. de dolo. l. fi. Restringuntur etiam quædam ciuiles. C. de decur. l. generali, li. 12. C. de ædifi. priua. l. fi. in auct. de man. prin. §. sit tibi, coll. 3. ff. de dam. infec. l. 1. Gof. & Hosti.[c] [*& ibi, non perierant*] hoc placuit Inn. quod non uidetur per literam, excep. huiusmodi non obstante [*& ibi, properandum*] & hoc † tenet Phi. dicens. l. non correctam.[d] uel secundum cum ideò non perijt hic instātia, ne Ceruiens. per quorum subterfugia fuerat causa prorogata, de suo dolo reportent cōmodum; quòd esse nō debet. supra de rescrip. sedes; de dolo, contingit [*& in fi.*] de hoc. 2. q. 6. anteriorum. §. ad hoc, in fi. sentit ergò glo. l. properandū, non hēre locum secundum canones, & idē no. de dolo & cōtu. c. ulti. in 1. glo. Et idem Host. & Guil. in speculo, ti. 1. §. restat, uer. item quòd instantia.[e] Alij dicunt s. Gof. quòd sicut l. properandum, excipit causas fiscales, ita hæc decre. causas ecclesiæ, non autem proprias clericorum. Alij dicunt, quòd bene perijt instātia, sed restituitur ecclesia, sicut minor. Dixit † hic Vin. quòd cum ista instantia iudicij perijt in re minoris, minor prius conuenit tutorem, uel curatorem, ut in l. properandum. §. ult. eum aliàs habeat electionem. ff. de mino. etiam §. 1. & idem, si tutor contraxit sine minore in rebus eius. C. si tu. vel cu. l. 3. & l. vlti. Sed hanc electionem habet minor, ubi læsus est ex contractu procur. quia prius conuenit procur. quàm restituatur, ut ff. de mino. cum mandato. Sed quæ erit ratio diuersi iuris inter. l. & can. secundum opi. gl. & Host. ratio est: quia secundum l. regulariter non appellatur ante sententiam; & ideò diligentia iudicis bene potest infra triennium causam finire: sed secus secundū canones, secundum Hosti. Pe. & Ab. & † no. quòd licet secundum leges pereat instantia iudicij per lapsum trennij, non tamē gesta per manum publicam iudicis auctoritate in publicam formam reducta. C. de re iudi. l. gesta, in auten. ut fra. fi. §. illud, colla. nona, secundum Goff. Vincen. all. ad idem de testi. significauit. supra de fide instrumen. cap. ultimo. ff. ad l. Aquil. si delictum. C. de testam. publicati, & uide quod plenè dixi de testi. causam. 1.

ANNOTATIONES.

a ¶ Licet pereat instantia. Adde, quòd elapsa instantia, actor debet petere pronunciari instantiam peremptam culpa & facto rei, & eum condemnari in expensis, ita Bal. in l. properandum. §. illo, in fi. C. de iudi. & ibi Bart. Adde etiam Alex. consi. 137. a. uolu. & ita d. Maria hic, qui dicit se obtinuisse in facto.

b In 1. glo. In hac glo. ibi, Omnia procedunt ab initio, not. quòd licet Instantia pereat; tamen iurisdictio data, uel delegata non perijt; quod uerum, nisi ex fi. instan. dicatur terminus esse, sicut est in causa appellationis alteri delegata, nisi in c. ex parte, supra de restit. & ad hoc Inno. in c. consuluit, de offi. deleg. & ibi uide, quid si fertur absolutoria propter ineptam petitionē, an duret, uide quæ scripsi in c. examinata, de iudi. Archid.

c ¶ Gof. & Hosti. In appellationum autem causis alia sunt statuta tēpora, de quibus uide de appel. ex ratione, post Inno. per Io. And.

d ¶ Non correctam. Pro ista opi. facit, quod no. Io. An. supra eo. examinata, super uerbo, nihilominus; & nota limitationem, quæ sequitur ad l. properandum, ad quod uide Bart. ff. de excu. tut. l. si cū ipse, & Cyn. in l. fi. C. de adul.

e ¶ Instantia. Ibi uide opi. Petr. de Bella Pertica per Ioan. And. & ad materiam plurium quæstionum Oldr. & aliorum. & an de consensu partium posset hunc terminum prorogare. & quid in termino limitato à statuto, & quid in causa coram arbitro, an triennio pereat instantia, uide in Spec. de arbi. §. differre, uersi. item, ut infra, & ibi uide Io. An. & de his plene per Sali. in l. properandum, præalle. & uide in l. scire oportet. §. consequens, ff. de excu. tut.

S V M M A R I V M.

1 *Executioni sententia mandanda non obstantibus ferijs uindemialibus, & nu. 13.*
Proprietatis, & possessionis causa possunt coram diuersis iudicibus agitari, si actor, & reus diuersi sint fori, ibid. & numero 12. §. 2.
Diuisio decretalis. ibid.
2 *Vltra dietas duas sufficit causam non committi, licet extra prouinciam, & hoc casu ualet rescriptum.*
3 *Quasi, hic correctiuè ponitur.*
Actio hic quæ de re erat, ibid. ad uocem, Rectorem.
4 *Respondere quis non cogitur, nisi restituat rem, qua fuit spoliatus etiam pendente iudicio, & quibus casibus, nu. 6.*
5 *Feudum quòd quicquid sit, quod est intra iurisdictionem castri feudalis, non sequitur, cum sit & allodium, iuncto nu. 4. in fine, & electio rectoris non est feudalis. nu. 12.*
Ad papam deferuntur quæstiones per simplicem querelam, uel appellationem, ibid. nu. 5. uer. delata.
6 *Causa delata per appellationem quando dicatur.*
7 *Feriæ statuuntur diuersimodè secundùm diuersas locorum consuetudines; & quando in eis procedatur, nu. 13.*
Electus in potestatem, cuius opponitur electioni, interim administrat, si inchoauerat, ibid.
8 *In potestatem numquid ciuitas, uel uniuersitas quæcunque perpetuum eligere sibi possit, & nu. 9.*
Officia perpetua numquid expediat esse, ibid. & nu. 9.
Ciuitas est uniuersitas comprobata, & quid facere queat, ibid.
Societas quandoque perpetuò contrahitur, ibid. uer. societas etiam.
9 *Honores, dignitates, & munera tempore digestorum temporalia erant, & rursus assumebantur interpolato tempore, & quando sint perpetua, & ad hæredes transeant, ibid.*
Reges imperatores, & duces, qui perpetuò respectiuè durent, & ad hæredes etiam transmittant, eodem numero uersic. hæc locum habent.
Rectores, & Vicarij, ecclesiastici quandiu uiuunt, constituuntur ferè, ibid.
10 *Epilogus suffragium, & additio glossarum. nu. 11. 12.*
A super possessione sententia potest appellari.
In ferijs cur hic procedebatur, uariæ adducuntur rationes.
Guliel. Naso fuit aduocatus in hac causa, ibid.

CAPVT XXI.

1 SIgnificauerunt. Casus. Non obstante † exceptione temporis feriati propter uindemias mandanda est sententia executioni. uel secundùm Abb. cum actor, & reus sint diuersi fori, causa proprietatis, & possessionis potest coram diuersis iudicibus agitari, & sunt duæ partes. in prima partis conquestio, in secunda papæ prouisio. secunda ibi, Mandamus. Iterū prima facit tria. primò ponit factum, & causæ delegationem bimembrem. secundò ibi, uerum, reorum exceptionem. tertiò ibi, respondente, replicationem actorum. & uide † quia in superscriptione dicit Bononi.[a] unde not. quòd secundum ista tempora sufficit, quòd causa non committatur ultra duas dietas, licet committatur extra prouinciam, de hoc. 3. quæstione sexta, cap. neminem. potest dici, quòd hoc fuit de certa scientia papæ, uel non fuit excep. Goffr. qui tamen in sua quæstione. 25. tenuit rescriptum ualere. ad idem infra de iniur. olim, & uide Hostien. in summa de rescrip. §. quæ obijci possunt, uer. centesimo [*Florentina*] concor, 96. dist. si imperator alibi in masculino. infra de homi. tua [*Vel quasi*] correctiuè † ponitur istud, uel ratio patet, infra titul. primo, conquestus, ibidem, In ipso castro [*Rectorem*] secularem, scilicet potestatem, Vincen. tamen uidetur intellexisse, quòd hic agatur de iure patron. uel alio speciali iure eligendi, dicens, quòd

quòd de simplici spoliatione illius iuris potuit agi coram laico, sed de proprietate non etiam incidẽter, sed errauit. non enim quærebatur de elec. rectoris ecclesiæ, sed castri, & erat rector temporalis, & patet in fin. ibi, tempus regiminis &c. & ideò agit coram iudice se 4 culari, ut dixit prima glo. [*Coegit*] & sic† uel non ualuit responsio, uel saltem monaci restituendi fuerunt. supra quod metus causa, Abbas, & cap. ad audientiam. unde fuit eis prouidẽdum, ut primo respon. unde nobis, Hostien. [*Respondere*] supple, antequam electus per monacos esset per communitatem castri receptus, & in hoc grauabantur monaci. unde ad sedem ap. appellauerunt, & papa commisit negocium, ut sequitur, & sic plana est decre. secundum Hostien. etiam si dicatur castrum feudale: quod tamen non uidetur per id, quod 5 dicit, In seculari iudicio. nec sequitur, quòd† quicquid est intra iurisdictionem, sit de eius feudo: aliàs non haberet locum allodium, licet per uiolentiam talia multum usurpentur per dominos temporales, secundum eum [*Iniunximus*] delata ad nos quæstione per simplicem querelam monacorum, uel appel. secundum alium intellectum Ho. [*Cogeretis*] non obstante, responsione facta per coactionem, & sic reuocatur grauamen; quod intulerat potestas secundum Hostien. [*Au-* 6 *diuri*] per hoc† uidetur, quòd per appel. fuerit causa delata. Hæc enim forma in commissionibus appellationum solet apponi, ut probato grauamine procedatur in alijs. supra cap. exhibita. de appel. ut debitus, & cap. ex parte. M. Hostien. [*Postea*] ergo non prius. & dixit hic Innocen. quòd siue à principio monasterium egit interdicto, unde ui, & adhuc spoliatum manet, siue à principio, uti possidetis, & post sententiam spoliatum fuit de nouo, quia negauerunt electum ab eis admittere in rectorem, semper legitima est hæc exceptio, Non respondebo de proprietate, nisi prius fuero restitutus. infra de ordi. cogni. cum dilectus. Idem esset, & si petitorio egisset, argumen. infra de appel. constitutus 2. ad fin. secundum eum [*Excipiendo*] contra petitionem monacorum, qui petebant executionẽ sententiæ iuxta primum membrum commissionis. hæc dico, quia super proprietate illi de castro erant acto- 7 res [*Feriarum*] secundum diuersas† locorum consuetu. hæ feriæ statuuntur diuersi modè. ff. de ferijs. l. præsides, Goffr. [*Electi*] prædicti. nunquid electus in potestatem, cuius electioni opponitur, interim administret, uide in spec. de censi. §. secundo, uersic. pen. & dicit, quòd non, si non inchoauerat. uide etiam remiss. quas dabo, de dolo, contigit, super ulti. gloss. [*Elabantur*] fortè per annum durat rectoria, uel potestaria. ff. de ferijs. l. 8 pridie. Quærit hic† Hostien. nunquid ciuitas possit sibi eligere aliquem in perpetuum potestatem, idest quoad uixerit. Idem quærebat de quacunque uniuersitate, infra de immu. eccle. aduersus, quod uidetur, quia potestas quasi procurator, uel administrator uniuersitatis uidetur. at procur. in perpetuum constitui potest: ergo & potestas. unde & Veneti perpetuum ducem sibi creant, & quandoq; reperiuntur officia perpetua. C. de murilegul. l. prima, li. duodecimo, & quia ciuitas est uniuersitas comprobata. ff. quod cuiusque uniuer. l. prima, & ius sibi constituit. ff. de iustitia, & iure. l. ius ciuile, & eius statuta sunt seruanda perpetuò. ff. de decre. ab ordi. fa. l. fina. Societas etiam contrahitur perpetuò. ff. pro socio. l. prima, & quilibet priuatus laicus, & liber potest se summittere alterius iurisdictioni. ff. de iudi. l. prima, & secunda, & etiam superior inferiori. ff. de iurisdi. omnium iud. est receptum, multo fortius ciuitas poterit perpetuum rectorem sibi eligere. ff. de orig. iur. l. secunda. §. deinde quia difficile, & §. eodem tempore, & §. nouissimè, & exercitus facit Imperatorem. 93. dist. legibus, & breuiter de iure est, quòd cõgregatio eligit sibi rectorem in perpetuum. supra de elect. cap. primo. Sed contra, quia leges de of- b ficiis loquentes nolunt illa esse perpetua, b C. de castren. l. prima. C. de decanis. l. prima. C. de messo. l. unica, C. de domesticis. l. lege pragmatica, C. de muri legul. l. æternam. C. de consul. l. pen. C. de fabricen. l. secunda, ff. de offic. præto. vr. l. unica, ibi, ad tempus &c. ff. de offi. procons. meminisse. ff. de offi. præsi. si fortè. ff. de orig. iuris. l. secunda. §. populo deinde aucto. ff. de adulte. l. si adulterium. §. fina. & l. si maritus. 1. respon. ff. de iniur. nec magistratibus. ff. de iudi. pars literarum, & in præalleg. l. ff. de ferijs, pridie, & hoc cum multis si. nec officia sunt continuanda, nedum perpetuanda, ut infra probabo. & est multiplex ratio. prima, quia 1 non expedit reipub. ut summam potestatem habens sit perpetuus, ut præalleg. §. populo deinde, quod intelligendum est de perpetuitate, ut transeat ad hæredes, uel ab hoc summus princeps excipitur, ut ea. l. §. nouissime, ad hoc supra de elect. uenerabilem, ad fin. secunda, ne detur uia corruptioni, & ambitioni. C. de deca. l. 1. lib. duodecimo. tertia, ut si delinquat, facilius corrigi possit. C. de suscep. præpo. & arca. l. nemtnem. libr. decimo, quarta, ne transeat ad hæredes, in auten. de defen. ciui. §. fi. colla. tertia, quinta, quia sic possent uniuersitates, & ciuitates subtrahere se à uero, & principali domino dando se sic forsan potentiori, ad hoc, quod legitur & not. de excess. prælat. dilecta, & de ali. mu. iudi. causa fac. cap. fin. sol. dixit ipse Hostien. quòd 9 secundum iura † uetera digestorum honores, dignitates, & munera temporalia debent esse. ff. de muneri. & hon. l. honor. §. gerendorum. adeò, quòd non debent continuari in eandem personam, ut ibi, fallit in subsidium, ubi alij desunt, qui gerant. ff. de mune. & hono. ut gradatim. §. quotiens, & in sacerdotij dignitate, quę sponte reperi potest. ff. de munerib. & honori. l. sponte. & fuit in prædictis officijs ad prædictos honores regularis uocatio quinquennij, & ad alios triennij: ad legationem biennij. C. de munc. non conti. l. secunda, libro decimo, & per tantundem tempus poterat in officio detineri, amplius non, etiam si consuetudo ciuitatis, aut decurionum auctoritas hoc desideraret, argu. C. de suscep. & ar. nemine, libro decimo. Hodie uerò solum per biennium in officio esse potest, & interpolato biennio iterum potest assumi, si placet ciuitati, aliter non, in auten. de defen. ciui. §. fin. colla. tertia, aliret aspirans, & desiderans promoueri, incidit in l. Iul. ambitus. C. ad. l. Iuliam. am. l. una. Ratio'ne si promoti rempu. tenerent perpetuò occupatam, asperè dominarẽtur, & ne habeant occasionem delinquendi. ff. de oti. iur. l. secunda, §. deinde cum ærarium, & in auten. de defen. ciui. §. fin. ideo uult lex, quòd deponant officium, & rationem reddant. C. ut omnes tam ciuili. quàm mili. l. una. ubi uerò ciuitas, uel locus est sub dominio alicuius, hoc ei minus licet sine cõsensu illius, cuius subest, de excess. præla. dilectus, de offic. archid. ad hæc, ad fin. Hæc locum habent in secularibus rectoribus, & administratoribus creandis per electionem; secus in aliis, qui succedunt hæreditario iure, supra eodem nouit, uer. ut illud, de uoto, licet. Item secus in imperatoribus, regibus, & ducibus aliquibus, qui de antiqua, & approbata consue. perpetuò, idest quandiu uixerint, eliguntur, quibus tamen non succedunt hæredes. Exemplum in duce Venetiarum, & in Imperatore, de electione uenerabilem. §. fina. Item secus in rectoribus ecclesiasticis, qui perpetuò, idest quandiu uiunt, constituuntur, plurimumque etiam si sint uicarij, de fide instru. G. perpetuus, de officio uica. cap. primo, & ultimò unde tales, quandiu bene regunt, non soluuntur. mors uerò omnia soluit, in auten. de nup. §. deinceps autem, Hostien. de regimine

ciuitatis Romanæ tene, quod habes. infra de elec. fundamenta, lib. ſexto [*& infra*] hic deciditur, quòd quia iudices non procedebant, abbas, & monaci conqueſti ſunt papæ, ut patet in antiqua, ſic ſupra cap. proxi. ¶ Secunda † gl. miſtim, dupliciter obiicit, & ſoluit ſatis clarè. ¶ Glo. ulti. tractat de ferijs fauore hominum introductis, & quomodo illis renunciatur, alijs non, & quomodo ex cauſa tunc quis cogitur litigare. ¶ *In* † *gloſſ. 1. ibi, iuris ordinem*] ibi dicitur, quòd peruerteretur ordo iuris, ſi reus ſequeretur forum actoris. ¶ *In* † *glo. 1. in fine*] & eſt expreſſum in Cle. de ſequeſtra. poſ. cap. uno, [b] & ab ea poteſt appellari, de hoc infra de reſti. ſpo. cum ad ſedem, in fi. primæ gl. ¶ *In gl. ſecunda ibi, & hoc locum habet*] circa hanc determinationem omnino uide, quòd ſcripſi in ſpe. de reſcrip. præſenta. §. ult. ſuper uer. item quòd facit [c] [*& ibi, eiuſdem fori*] ſed obiicitur, Iſtud caſtrum dicitur eſſe de feudo communitatis Florentiæ, ergo in hoc communitas caſtri, & monaci erant eiuſdem fori. infra tit. 1. ex tranſmiſſa, & c. uerum. ſo. licet ponamus, quòd caſtrū eſt feudale; electio tamen non eſt feudalis. uel dic, ut dixi ſuper uer. reſpondere, Hoſtien. [*& ibi, non poterant*] infra de iure patro. relatum. 2. reſpon. ff. de iudi. l. ſecūda, §. ſed & ſi, & C. qui legi. per. l. ult. Phi. ¶ *In glo. ult. ibi, elabantur*] idem Hoſt. [d] vel ſecundum Gui. Na. qui dicit ſe fuiſſe † aduocatum in hac cauſa, ideo fuerunt compulſi: quia tota communitas circa uindemias non poterat occupari, & per unum ſindicum litigat. ff. quod cuiuſque uni. l. 1. huius contrarium no. Innocen. de ferijs, cōqueſtus. uel dic ſecundum Inno. quòd ideò, quia de regimine reipublicæ agebatur, & in ferijs cauſæ publicæ tractātur. C. de ferijs. l. publicas. vnde ſicut fiſcales & publicæ tunc agūtur, ſic & cauſæ eccleſiarum. Dixit Hoſti. infra de ferijs. c. fi. iſtud poſſe locum habere, quando eccleſia habens cauſam contra laicum, ad hoc inſtat: ſecus, ſi laicus. C. de legibus, quod fauore: fatet̃ tamen hoc non ſeruari. uel dic ſm̃ Vin. & Phil. quod hic agebatur de executione ſnīæ. & ſic nō obſtantibus ferijs uindemiarum mandatur ſnīa executioni. & hoc dicit decre. ad hoc, de pœni. di. 1. Adam. 2. q. 1. ſicut. & idem eſſet in alijs ſolennib. ferijs, uel repentinis. C. de ferijs [e] l. i. [*Et in fi.*] uel cum actio eſt peritura tempore. ff. de ferijs. l. 1. §. ſed excipiuntur, & l. ſolet. vel ſicut tutores, & curatores dantur t̃pe feriato. ff. e. l. 2. ſic & rectores, ut hic, Gof. Idem in alijs, q̃ facti celeritatē deſiderāt, & in quibus mora periculum inducit. ff. de dam. infec. l. 1. Vincen. pone, magiſter iuxta ſcholas alterius magiſtri ſcholas conducit: uoces ſonoræ ad inuicem confundunt̃, depellit ultimū primus. C. de ſtu. li. ur. Ro. & con. l. una, lib. 11. & cauſa tractari poterit his diebus, ſecundum Hoſtien. dicit hic Per. d. Eg. dixiſſe, quòd tempore iſtius decre. in curte iſtius caſtri non erāt uineæ. & ideò fuit exceptio repulſa: hoc tamen non iuuaret, ſi tunc aliunde parant ſibi uina, ut dicam. infra de ferijs, conqueſtus, in gl. prolixè, in fi. Alij dicunt, quod tempus erat feriatum Bono. ſed non in Tuſcia, quia tardius [f] colligunt uina.

ANNOTATIONES.

a ¶ Dicit Bononiæ. Adde ſecundum Io. de Imo. in c. fi. de re. permu. quòd Bononia, de qua fit mentio hic, eſt in finibus Lombardiæ, Tuſciæ, & Romandiolæ. Dominicus uerò in c. ſtatutum, de reſcr. in 6. dicit, quod eſt in Romandiola.

b Illa eſſe perpetua. Adde iſtud procedere in rectoribus aſſumptis per electionem: ſecus in ſuccedentibus iure hæreditario, ſecundū Hoſt. & do. Ant. hic per c. licet, de uoto.

c ¶ Poſſeſ. c. uno. Illa eſt communis opi. canoniſtarum, quam ſequuntur Pau. Laudu. Zenze. & alii Moderni in præcedenti Cle. Bartol. autem hunc articulum latius aggreditur, quem uide in l. 2. ff. de appel. recip. & uide de hac materia in ſpec. de appell. §. in quibus, uerſi. 6. ubi etiam Io. An. ponit ad propoſitum notabilem q. Gui. de Suza. & uide Bal. in l. poſt ſententiam, C. de ſenten. et interloc. omnium iudi. ubi notabiliter loquitur.

d Ver. item quod facit. Quia determinatio iſta glo. & hunc locum habet, & non conuenit delegato, nec ordinario, finita lite ex cauſis uel proprietatis, uel poſſeſſionis, ibi uide Ioan. And.

e ¶ Idem Hoſt. Agitur ergo ſecundum gl. hic tempore feriato, quòd res tempore peribat: quia labebatur inutiliter ipſi electio; q̃d uidetur limitandum per §. fi. in l. 1. ff. de feriis, ut eatenus agat tempore feriato, quatenus ſit ſublatum iſtud incommodum, & iſta neceſſitas, & non ultra, & uide ibi Bar. & in l. 1. §. nunciatio, ff. de noui ope. nunc. & in l. ſenatus, ff. de off. præſi.

f ¶ C. de feriis. Vide Ioan. And. in Spe. de lib. conce. §. nunc dicendū uerſ. 25. & ibi ad declarationem huius ponit. q. ſingu. Azo.

g ¶ Quia tardius. Ad id autem, quod hic dixit glo. libellum poſſe offerri die feriata, uide omnino Bal. in l. 1. C. qui admit. ad bo. poſſeſſ. poſſunt.

SVMMARIVM.

1 *Continuatio, uel œconomia tituli.*
De fori competentia ubi alibi præterquam hic tractatur, ibid. uer. habetur mate.
2 *Forum in neutro ponitur pro territorio cuiuſque iudicis, & quod intra ipſum fieri poſſit ab eo.*
Diœceſis tota dicitur territorium epiſcopi, non extra.
3 *Forus in maſculino quæ ſignificet.*

De foro competenti. Rub.

¶ Quia † rei ad iudicia uocati frequenter excipiūt de foro, & ſolet plerunque dubitari, quod forum ſit excipiens ſequi debeat, ideò poſt tractatum &c. Goffr. h̃r materia 96. diſ. 3. q. 6. & 6. q. 3. & 4. 11. q. 1. 21. q. 5. per totū, & repetitur in Vi. & Clemen. congruit Rubri. de uerb. ſig. forus. in prin. e. tit. ſuper quibuſdam. §. fi. & c. nouimus, li. 6. de priuil. c. 1. de ſen. ex. ſi iudex, & Clem. de re iud. paſtoralis. Dixit † Ho. forū in neutro ponitur pro territorio cuiuſq; iudicis, infra quod p̃t in facinoroſos aīaduertere. ff. de verb. ſig. pupillus. §. territoriū. vnde & tota diœceſis dicitur territorium epiſcopi. 26. quæſtione ſeptima, omnes baſilicæ. extra quod impune non paretur, de conſti. cap. 2. li. 6. Dicitur † forus in maſculino locus, ubi ius reddit̃. infra de uerb. ſig. nundinæ forus. ſecundò dicitur forus locus, in quo fiunt unde dicit Ouidius, Ad fora conueniunt, quis unquā credet amori. tertiò dicitur forus locus, quo calcantur vuæ. ſcilicet calcatorium. quartò quædam ſpacia plana in nauibus, de quibus Virgilius, Laxatque foros. hoc eſt tabulatum in naui. & dicitur à ferēdo pro eo, quòd homines fert. quintò foramen in naui, per quod remus emittitur, à forando, ſiue perforando: quia perforatur. unde forulus dicitur burſa, ſiue ſcriptoriū, eo q̃ crebrò ſit perforatū ad pēnas, & cornua imponenda; & dicit hoc iungendum in ſumma, eo. ti.

SVMMARIVM.

1 *Clericus coram ſuo epiſcopo conueniri debet.*
2 *Negocium pro cauſa, ſiue quæſtione.*
Epiſcopi forum duobus modis quis relinquit, ibid.
3 *Supplementum ad contextum.*
Conſilium à conſenſu differt, ibid.
4 *Epilogus, & additio gloſſarum.*
Cap. iudices. 11. q. 1. & c. ſi autem. 15. q. 7. c. quæſtionum. §. quomo. cum hac decretali conciliatio, ibid. & intellectus, ibid.
Commiſſio, ſiue delegatio ordinarij ualet ſine conſenſu partium, ſaluo iure recuſationis, ibid.

CAPVT I.

SI quis. Caſus. Clericus † coram ſuo epiſcopo cōueniri debet [*Clericus*] uel laicus [*Clericum*] ſecus, ſi aduerſus laicum intra cod. cum ſit, Goff. [*Negocium*] ideſt cauſam † ſiue quæſtionem. infra de uerbo. ſign. forus [*proprium*] ipſius rei. 11. q. 1. ex periētiæ, Pe. [*ſed prius*] hoc dicit, quia per ap. poſſet ad metropoli. deuolui Ho. Vel propter eṗi negligentiam, Pe. [*Conſilio*] & † conſenſu. non enim hoc caſu ſufficit conſiliū. infra c. proxi. & c. Romana, Ho. cōcor. de offi. dele. uenerabili. ¶ Vltima † gl. ad id.

quod

quod dicit textus, ꝙ utraq; pars eligit iudices, ſcilicet duo contraria. primum, ꝙ ſolus actor. ſecundum, ꝙ
5 ſolus reus. ¶ *In* † *glo.2.in fine*] vel propriè, ſi de uoluntate fuerit proponentis, Goff. ¶ *In gl.3.in fine*] ſecundùm Vin. ¶ *In gloſſ.ulti.ibi, cum R.*] ubi de hoc [*& in fine.*] Idem Hoſti. imò teneret, ſi loquatur in cauſa criminali epiſcopi. presbyteri, uel diaconi, 15.q.7. ſi autem, dicebat Ala. illud intelligitur ſecundum iſtud. Item contra, ꝙ neuter habeat conſentire, de offi. deleg. ſuper quæſtionum. §. quem no. & §. fin. ſo. quod hic dicitur de conſenſu partium, eſt conſilium, ne poſſit recuſari, ut e.c. §. uerum. facit, infra e. ſiquis contra: ualet tamen commiſſio ſine conſenſu facta, ſaluo iure recuſationis, ut in contrario.

SVMMARIVM.

1 *Iudex ſecularis, ſi clericis per ſe diſtringit, vel condemnat, excommunicari debet, niſi in caſibus. nu.3. uide nu.4. & nu.6. & 7.*
2 *Clerici nomine hic accipitur etiam primam tonſuram tantum habens etiam coniugatus, & alij, & qui.*
3 *Pontificis appellatio Papam, & epiſcopum comprendit.*
4 *Condemnare qualiter hic accipiatur.*
5 *Iniuria clericorum pertinet ad Chriſtum.*
Clerici legatione Chriſti funguntur, ibid.
6 *Epilogus, & additio gloſſarum.*
Argumentum à contrario quibus uacet caſibus, eod. nu. §. in gloſſ. hic uacat.

CAPVT II.

1 NVllus. Caſus. Iudex † ſecularis, ſi clericum per ſe diſtringit, uel condemnat, excommunicari debet. & quidã habent hoc capitulum pro palea. 11.q.1.c.2. & duo facit. prohibet, & pœnam adijcit, ibi, quod ſi
2 [*clericum*] etiam † ſi primam tonſuram tantum habeat, de hoc, ſupra tit. 1. cum non ab homine, Hoſti. [*Vllum*] etiam coniugatum, non bigamum, ſi incedit in habitu. & tonſura. infra de cleri. co. c. uno, lib.6. ubi de hoc concilio fit mentio [*Iuniores*] uel ianitores, Vinc. & iſti iuniores ſenioribus ſub cuſtodia commendantur. 12.
3 q.1. omnis ętas, Vin. [*Pontificis*] ideſt papę, qui ſolus poteſt hæc generaliter concedere, ut not. ſupra de arbit. contingit. uel ideſt epiſcopi, qui hoc poteſt concedere in caſibus, ut infra de ſen. ex. ut famę. §. laici, & ſupra ti.1. cum nõ ab homine, Hoſt. [*Diſtringere*] clericos, vel in loco aliquo ipſos inuitos detinere. infra de ſen. ex.
4 nuper, Hoſt. [*Condemnare*] ſi † iuniores, vel ſeruientes. nã clericum etiam de permiſſu epiſcopi condẽnare non poſſet. infra eo. ſignificaſti. uel dic condemnare, ſ. clericos, ideſt ad condemnandum coram epiſcopo inuitos ducere etiam depoſitos. ſupra ti.1. cum non ab ho
5 mine, Ho. [*Iniuriam*] iniuria † clericorum ad Chriſtum pertinet, cuius legatione funguntur. 2.q.7. accuſatio, in fine, Goſ. [*Emendet*] infra de uer. ſig. ex parte. i. & c. cũ
6 olim, Hoſt. ¶ Secunda † glo. quærit. quarta excipit. ¶ *In 1. glo. in fine*] uel etiã eccleſiaſticorum quò ad clericos alienos, in quos non debent mittere falcem. 6.q.3. ſcriptum, ſecundùm Vincen. & Fran. ¶ *In glo. 2. ibi poteſt di-*
a *ci*] ſecundùm Tan. & Vin. [*& ibi cenſentur*[a]] adde, quod no. 89. diſt. iudicatum. 11.q.1.c.2. & in ſpe. de compe. iudi. adi. §.1. uer. 27. & uide quod dixi de officio deleg. ſi-
b gnificantibus, in glo. ex quo[b] [*Et in fi.*] uel fortè conuerſos, infra de ſenten. excom. parochianos, Phi. Ho. & Ab. ¶ *In glo. hic uacat, ibi, à contrario*] ſimile. 1. quæſt. 1. quos conſtiterit, cum ſuis concor. & quod no ea.q. ſi qui à ſimoniacis, in ulti. gl. & dixi de hoc, ſupra de electione publicato, ſuper gl. fi. [*& in fine*] uel non uacat, ſi intelligatur condemnare in cauſa mere ciuili ſecundum ea, quæ not. ſupra titul. proxi. c.2. & 96. diſt. bene
7 quidem. ¶ † *In glo. niſi, ibi, reconuentionis*] in cauſa feudali. ſupra titu. proxi. cæterum, & in caſu, eod. titul. cum
8 non ab homine, Goff. & quando inuocat † epiſcopus brachium ſeculare, ut hic, de offic. ordi. cap. 1. Sunt & alij caſus notati in ſumma, de ſenten. excomm. §. quis poſſit excommunicare, ſub. §. ſub illo autem canone. Hoſt. [*& in fine*] quod dic, ut no. 3. quæſt. 11. in ſumma.
c ¶ *In glo. ult. in fine*] niſi fieret diſtrictio[c] in perſona.

ANNOTATIONES.

a ¶ Cenſentur. Ad hoc facit, quod dicit Io. And. in c. fi. de ſta. mo. an familia ſcholaris gaudeat priuilegio ſcholarium, ad hoc no. in c. licet, de priuilegijs. libr.6. & not. in auten. habita, C. ne fil. pro patre, Archi.
b ¶ In glo. ex quo. Famuli ergo clericorum gaudent ipſorum priuilegio: quod facit, quod famuli ſcholarium gaudent ipſorum priuilegio, de quo uide per doc. & maxime per dom. Bartho. de Saly. in auct. habita, C. ne fil. pro patre, & ibi hoc tenet. & quòd reſeruatio papæ de beneficijs familiarium ſuorum includit beneficia familiarium, ad hoc optime. l. quæſitum. §. ſed an inſtrumentum. ff. de fun. inſtruc. & ff. de pecu. leg. l. dominus. §. 1.
c ¶ Fieret diſtrictio in perſonam, ut 17.q.4. ſi quis ſuadente, & cum tex. dicat, fit ſequeſtratus, & ſic per uerbum præſens loquatur, uideretur ipſo iure legari; uide glo. in c. 2. de hære. lib.6. & Bald. & Bar. in l. iubemus nulli, C. de epiſ. & cler. & glo. in l. in criminali, C. de iuriſ. om. iud. & ibi Cy. & Bartho. de Saly. & Bar. in l. imperator. ff. de iur. fiſ. & uide in c. fi. de iura. calum. ubi latius de hoc: poteſt tamen dici gl. uera: quia ſic iure expreſſum eſt in iuribus alleg. in glo.

SVMMARIVM.

1 *Forum quis ſortitur ratione rei, de qua agitur. uide num.2. & 3. an & quando in perſonam. nu.3.*
2 *Reſolutio uerbi in alia uerba.*
Primâs pro archiepiſcopo, ibid.
Subaudiri quid hic non debet, ibid. ad dictio. prouincia.
3 *Limites prouinciarum ſi non ſint certi, quid iuris in ſortiendo forum.*
Iudex ratione rei non habet iuriſdictionem in perſonam domini rei, niſi in caſu, ibid. ad dictio. Locus.
4 *Suffragium gloſſarum.*
Agere ubi oporteat, & nu.5. §. 1.
Forum quibus quis modis ſortiatur. ibid.
5 *Iudices dare primâs, de quo fit hic mentio, quando intelligatur.*

CAPVT III.

1 SIne. Caſus. Ratione † rei, de qua agitur, ſortitur quis forum. & pars huius de arbit. capit. 1. [*Cauſa*] realis, ut infra patet ibi lo-
2 cus, &c. [*Verſatur*] ideſt † uerti ſperatur, Pet. & Ab. [*Diuerſarum*] ſi enim eſſet eiuſdem, nulla eſſet dubitatio. [*Primâs*] ideſt archiepiſcopus. nec enim eſt uis in nominibus. ſupra de offi. ordi. duo ſimul, de procura. petitio, Hoſti. [*Det iudices*] aliàs diiudicet [*prouinciæ*] ſub. Goff. uel is, in cuius diœceſi reus habet domicilium. Nam coram utroque poteſt conueniri. C. ubi in rem actio. l. fin. ubi de hoc: ſed ſecundùm Hoſt. facilè erat hoc iniungere, ſi hoc intellexiſſet, de decimis, ad audientiam. unde per hoc uideretur ſemper agendum coram iudice, ſub quo ſita eſt res; de hoc notauit, ſupra de reſcriptis, dilectus. 2. ubi etiam Inno. tenens primum, alle. ad id. C. de præſcrip. long. tempo. l. fina. & uide quod ibi dixi ſuper gloſſ. ſecunda, de opi. Azo. & Goff. not. in ſumma huius tit. §. Item ſortitur quis fo-
3 rum ratione rei. Quid † ſi non eſt certum de limitibus prouinciarum? tunc uidetur, quòd uterque cauſam audire, uel committere debeat, argu. infra de ſentent.
a excommu. cum illorum. §. ſi uero clauſtralis,[a] uel recurratur ad papam, ſupra de offic. delegat. cap.2. Hoſt. Ne ſint iudices in propria cauſa [*Locus*] dixit Vinc. ꝙ ſi Bon. propter rem, quam habet Mutinæ, citetur per Mutinenſem epiſcopum, licet non compareat

per illum excõmunicati non potest: quia non habet iurisdictionem in personam, sed in rem, vnde missionem in eam facere potest. infra eo. Roma. §. ꝯhentes, lib.6. si verò contumax ei, qui missus est, violentiã inferret, rõne huius delicti eum excõicare posset, secundùm eũ [b] [*contenditur*] vel eligantur arbitri, & tunc &c. supra de arbi. c.1. ¶ *In* 4 † *glo. 2. ibi, si uero*] agrorum tributa soluuntur ciuitati, in cuius territorio sunt, & not. de paroch. c. fi. in ult. glo. [*& ibi, actor*] l. fi. est, & dicit, possessorem conueniri reali in loco, vbi domicilium habet, & vbi sita est res [*& ibi, si prædium*] si prædium minoris alienetur, auctorizat iudex loci, in quo est prædiũ [*& ibi. l. ulti.*] ista lex videtur facere contra, quæ vult in loco domicilij reum conueniri posse pro re, quæ est extra prouinciam. ¶ *In* 5 † *fine 1. gl.*] vel remotus est à partibus ultra duas dietas, tũc dabit iudices propinquiores, nisi impediatur ex iusta causa, puta quia subditi suffraganeorum nolunt recipere. supra de offic. or. pastoralis, Vin. ¶ *In gl. 2. ibi, forum*] alios quosdam modos, quibus quis forum sortitur, not. hic Pet. & Ab. uidebis, infra cap. fin.

ANNOTATIONES.

a ¶ Si uerò claustralis. Imò uidetur, quòd mutuo se impediunt, arg. ff. de testa. tu. l. duo sunt Titij, & glo. no. in c. ex tenore, de rescrip. dici potest, glo. loqui in delegatis: quia incertitudo inutilem reddit delegationem: hic in ordinarijs, de quorum iurisdictione constat, & uide Io. And. in Spec. de rapto. §. 1.

b ¶ Secundum eum. Intellige, si uiolentiam in diœce. Mutinẽ. committit, iuxta not. in §. contrahentes, alias, si illam non ingreditur, ut ibi nota. secus esset.

SVMMARIVM.

1 *Clericus coram episcopo suo conueniendus est.*
Ordinarius episcopus si recusatur, dabit delegatum partibus non suspectum, ibid. cui committit uires suas, nu. 2.
Diuisio decretalis, ibid.
2 *Recusationis ordinarij formula.*
4 *Epilogus, & suffragium glossarum. nu. 5.*
Delegatus ab ordinario, an exequatur sententiam suam, nu. 7. & 8.
6 *Suppletio glossarum.*
Appellari ad quem possit à delegato ordinarij recusati, eod. num. 6. uer. Dixit hic Vincen.
8 *Delegatus principis quæ specialia habeat, quæ non habeat delegatus ordinarij.*
9 *Officialis, siue Vicarius ordinarij habet ordinariam.*

CAPVT IIII.

1 SI quis. Casus. coram † episcopo suo conueniẽdus est clericus, qui si recusatur, dabit delegatum partibus nõ suspectum. & duo facit. primo prouidet reo. secundò ibi, Aut si actori. & hoc dupliciter. primò circa delegationem. secundò circa executionem ibi, A quibus, & dic [*si quis*] clericus, uel laicus, Pet. [*Adeat.*] supra c.1. [*Qui*] episcopus clerici rei [*Recusatus*] à 2 reo, uel etiam ab actore, Ho. qui † dicere poterit, Domine, habeo causam contra Pe. & quia uos habeo suspectum; peto iudicem, vel appello ad archiepiscopũ. & si itur ad arbitros, citabitur aduersarius, ut intersit: quia contra eum recusatur, ar. de ap. cum speciali. 11. q. 1. peruenit. Vin. [*Qui*] sup. aliquis. T. [*Iudices*] quibus 3 † committet episcopus vices suas. vel dic iudices, idest arbitros. primum uerius [*Compleatur*] idest executioni 4 mandetur, Pet. ¶ Secunda † glo. post princ. quærit ad quem appelletur &c. ¶ Quarta respõdet per modum quæstionis, an delegatus ordinarij sententiam suam exequi posit, alle. ꝙ non: tenet contrarium, quod po5 stea modificat. ¶ *In † gl. hoc ideo, ibi, à diuo Pio 1. respon.*] vt infra sequitur, lex ista affirmatiuè loquitur, sic à diuo Pio rescriptum est, iudicum à sedatorum, vel arbitrorum sententiam exequantur ij, qui eos dederũt. [*& ibi, iubere*] ibi dicitur, ꝙ in possessionẽ mittere ma6 gis est imperij, quàm iurisdictionis. ¶ *In † gl. 1. in fi.*] hic non refertur quęstio, quin sit suspectus: sed ibi de hoc quæstio refertur, secundùm Gof. ¶ *In glo. 2. quia ordinarius*] de delegato dic, ut de offi. dele. iudex. lib. 6. [*& ibi, potest dici*] hoc est tutius, Host. [*& ibi, omisso medio*] dixit hic Vin. & Hosti. & Guil. in spe. de ap. §. nunc tractemus, in fin. 1. columnæ, quòd hoc non obstante potest ad archiepiscopum appellari: quia cum episcopus sit recusatus, remotum est medium, Ab. ar. infra de offi. dele. si is cui, & c. si à subdelegato, lib. 6. ad hanc partem facit, infra de ap. dilectis. Dicebat. T. & Phi. appellabitur ad superiorem, non ad episcopum, qui eũ delegauit [*& ibi, satis posset*] Vin. contra [*& ibi, Committatur*] sequetur absurdum. quid si committat deteriori? & non licebit tertiò appellare. Item si committat duobus, qui ferant contrarias sententias, ipse habebit alteram approbare. infra de re iudic. ca. ulti. Hosti. [*Et in fi.*] & 11. quæst. 1. presbyteri. ad illa iura tenens, quod ad superiorem recusati sit appellandum, non habet respondere: quia faciũt pro ipso, & facit etiam, quod ibi no. Ioan. in cap. placuit [¶ *In glo. supra dixit, ibi, dictum est*] vel quia fortè impeditus circa hoc non posset in7 tendere [*& ibi peruenit*] ubi de hoc. ¶ *In † glo. hoc ideo*] no. Ioan. & Inno. de offic. ordi. cum ab ecclesiarum, ubi uide super uer. obseruari, & Gof. de offic. deleg. ex literis. sed ipsi. Idem Gof. hic, & Innoc. de arbi. innotuit, tenent contrarium, & Bertran. Lau. T. Vin. Phi. & Host. per prædictam. l. à diuo, & Ber. Brix. videtur eis fauere, & Guil. in spec. titu. 1. §. 1. in fi. de hoc etiam de senten. excom. §. 2. in prin. & Bonagui. qui not. hic. 8 4. specialia † in dele. principis, quæ non habet delegatus ordi. primum hoc, ꝙ ille exequitur, iste non. de hoc supra secũdum, quod ille delegat, iste non. supra c. pastoralis. C. de iudi. à iudice. 3. quòd ille citare potest per edicta. supra de offi. deleg. pastoralis. 2. respon. melius. eod. titul. gratum, in princ. iste non. C. de iudi. sancimus. uide quod no. in spec. de cita. §. sequitur uidere, uer. Et nota secundùm Vbertum, & quod post Host. dixi in prædicta decre. gratum. in princip. 4. casum. supra de offic. deleg. super quæstionum. §. porro. & hoc prius notauerunt Pet. & Abb. de offi. deleg. si9 gnificasti [*& ibi, officialis*] de isto † non negatur, cum habeat ordinariam, iuxta ea, quæ not. de offic. uica. licet. lib. 6. [*& ibi sententias suas*] ar. ad hoc, infra de offi. ordi. cap. 1. in fin. lib. 6. ¶ *In glo. ulti. in fi.*] de hoc supra de offi. deleg. quærenti.

SVMMARIVM.

1 *Laicus, à quo clericus, uel ecclesia rem uendicat, debet coram indice suo laico conueniri, & in quibus casibus. ibid. & nu. 3.*
2 *Clericus agit nomine ecclesiæ sibi commissæ, per negationem fit res dubia, ibid.*
Exceptio declinatoria fori, quæ etiam potest negocium principale tangere, quo casu non inducat litis contestationem.
Protestatio de non consentiendo excludit à litis contestatione protestantem, & quando ibid.
Fori declinatoria si proponitur ex causa rei, quæ possit huius, uel alterius fori esse, summariene cognoscatur, & quid, ibid.
3 *Rigor, & strictum ius pro eisdem accipiuntur, qui rigor non seruatur in causis ecclesiasticis, ibid.*
4 *Cap. si quis presbyter. 2. q. 5. intellectus.*
Consuetudo dat iurisdictionem, ibid. & est fauorabilis, nu. 5.
5 *Suffragium glossarum.*
Forum rei etiam accusator sequitur, ibid. idem in nu. 1. & de consuetudine contraria. nu. 6.
6 *Additio glossarum.*

CAPVT

CAPVT V.

1 SI clericus. Casus. Laicus† à quo cleri
cus, uel ecclesia rem uẽdi
cat, debet coram suo iudice laico conueniri.
Et ponit dictum, rationem dicti, & contrariam loca-
lem obseruantiam. partes patent [*Suis*] idest quas dicit
esse suas proprias patrimoniales, & peculiares, de pe-
culio cler per totum, Host. hoc autem secundùm In-
no. ideò dicit, quia si constat res, quas laicus possidet,
esse ecclesię, uel si agatur ex legato, locato, uel si actio
nibus, coram iudice ecclesiastico agi debet. hoc non
placet Host. qui dicit, ꝙ textus iste omnino contradi-
cit, nisi ratione priuilegij, uel consuetudinis aliud dica
2 tur [*Ecclesiæ*] sibi† commissæ, cuius nomine actionem
exercet, supra tit. 1. cum deputati, Host. [*Laicus*] conue
niendus [*Non ecclesiæ*] & sic per negationem fit res du-
a bia[a]. infra, de resti. spo. Pisanis, ubi de hoc. Host. [*Asse-
uerat*] hæc uerba dicebat laicus non ad iudicij ordina-
b tionem, sed ad fori exclusionẽ[b]. Dicebant igitur Pet.
& Abb. ꝙ reus dicebat hæc uerba extra iudicium, uel
coram iudice ecclesiastico protestãdo, ꝙ per hæc uer
c ba non intendebat[c] consentire in iudicem, uel litem
contestari: aliàs esset lis cõtestata, nec competeret po
stea declinatoria fori, de offi. deleg. insinuante. primò
ergo secundùm Goffr. uidetur examinandum, an res
sit ecclesiastica. infra, de testibus, ueniens. 2. & fiet hoc
summariè, & sine præiudicio principalis quæstionis,
arg. ff. de liber. agno. l. si quis à liberis. §. si uel parens. &
si apparet ecclesiastica, coram iudice ecclesiastico co
gnoscetur: aliàs ad secularem remittetur, ſm Goff. ar.
ff. de iud. l. si quis ex aliena. Sed nõ placet omnino hęc
glo. Goff. Host. pro quo facit, quod dicam, infra eod.
cum sit. Dixit Vincẽ. infra eod. conquestus, ꝙ si laicus
negat raptũ, uel inuasum iudex ecclesiasticus cogno-
scet, quousque intelligat, ꝙ non est sua iurisdictio, &
tunc condemnabit clericum in expensis, & remittet
ad iudicem suum, de appe. ut debitus, & c. cum specia
3 li [*De rigore*] idest de stricto† iure, qui non semper serua
tur in causis ecclesiasticis, infra de dolo, & contum. c.
1. supra tit. 1. dilecti, Host. [*Trahi*] nisi agatur de spolia-
tione, uel oppressione, infra eo. cum sit, Inno. [*Pleris-
que*] de alien. mut. iudi. ca. c. 2. uide quod ibi dixi super
4 gl. 1. & secundùm hanc consuet. potest intelligi. 2. q. 5.
si quis presbyter, & ibi not. [*Partibus*] ut Parisijs, infra
eo. quod clericis, Pet. [*De consuet.*] quæ iurisdictionem
dat, infra eod. cum contingat. sed nunquid laico ita ui
5 detur, supra, de arb. innotuit, dic ut ibi, Host. ¶ *In † glo.
1. ibi, in criminali*] ibi in criminali negocio rei forum ac
cusator sequatur [*& ibi l. ult.*] uide supra eo. sanè, super
gl. 2. † *& ibi, quia etiam*] ibi, si cum eo, quia alterius pro
uincię est, experiar, in illius prouincia experiri debeo
† *& ibi. 1. respon.*] ibi dicitur, ꝙ habens causam pecunia-
riam contra clericum, prius adeat ipsius episcopum.
6 ¶ *In † glo. ult. ibi, prædicta est*] sed est seruanda, quia fauo-
rabilis. 11. dist. in his, Pe. & Abb. [*& ibi, quæstione*] supra
tit. 1. c. fi. de restit. in integ. constitutus.

ANNOTATIONES.

a ¶ Dubia. Adde glos. in c. ueniens, de testi. & glo. magnam in c. 1. de
offic. deleg. in 6. adde etiam Bald. in l. 3. C. qui ad liber.

b ¶ Fori exclusionem: Potest ergo excipi taliter, quòd ipsa excep-
tio tangat principale negocium, & iurisdictionem, exceptio er-
go declinatoria, quæ etiam potest negocium principale contin-
gere, non inducit litis contest. sed declinat iudicem, uide Innoc.
de rescrip. super litteris, & Io. And. in c. Romana. §. contrahentes,
isto titulo, lib. 6. & Ioan. Cald. de rapto. c. 1. & plenissimè per Bar.
in l. præscrip. C. si contra ius, uel utili. publi. ex quo enim negans
factum in iudicio deducat, licet aliàs inducat lit. contesta. ubi ta-
men talis negatio iurisdictionem etiam concernit, & illam elidit,
non fit lit. contesta.

c ¶ Intendebat. Vide de hoc Innoc. in c. super litteris, de rescriptis.
& d. Pet. de Anch. in regula, ea, quæ, de reg. iur. lib. 6. & quod scri
psi. 3. q. 6. §. exceptio, Archid.

SVMMARIVM.

1 *Feudi quæstio debet per dominum terminari; excipitur casus, ibid.
& alius, num. 2. in fine. uide num 6.*
*Dominus feudi potest esse delegatus in causa feudi, & nihilomi-
nus recusari potest.*
*Recusationem legitimam non uidetur auferre, dando iudicem dele-
gatum dominum, nisi dicat expreßè; & est exceptio hæc legi-
tima, ibid. uersi. non enim.*
*Decretalis hæc cui scribebatur, quis erat, ibid. uersi. uel dic se-
cundùm Innoc.*
3 *Vasallo dominus præcipere potest sub debito fidelitatis, & quò
ad quæ, iurat enim domino fidelitatem, ibid.*
4 *De obedientia non semper iuratur, ibid.*
5 *Epilogus, & suppletio glossarum.*
Decretalis huius casus qui, ibid.
*Laicus in qualibet causa potest trahi coram ecclesiastico iudice,
secundum generalem consuetudinem Gallicanam, eod. nume.
uersi. unde dicebat.*
6 *Domino inuito coram delegato etiam uolentes partes uasalli liti-
gare nequeunt.*
*Declinatoriam, qui proponit contra delegatum non tenetur sa-
tisfacere redeundo ad eum, domino negligente, ibid.*

CAPVT VI.

1 EX transmissa. Casus. Quæstio
feudi debet per
dominum terminari: qui si negligit, eccle-
siasticus iudex, aliàs superior eius hoc fa-
ciet. & ponitur primò partis conquestio. secundò Pa-
2 pæ prouisio [*Ecclesiæ tua*] hic patet, quòd dominus† po
test esse iudex delegatus inter homines suos, argumẽ.
contra, ut lite non contesta. accedens. secundo, so. li-
cet Papa domino istorum militum commiserit cau-
sam ex certa scientia; nihilominus tamen recusari po
a test. non enim uidemus causam & rationem[a], quare
b Papa uelit auferre parti legitimam recusationem[b], ni
si dicat, non obstante exceptione recusationis, Inno-
cent. quod dic, ut de officio deleg. ex parte, secundo,
& quòd hæc sit legitima exceptio, est expressum, de
officio delegat. causam quæ, Hostiens. uel dic, secun-
dùm Innocent. quod ad hunc, cui scribebatur, perti-
nebat ordinariè cognoscere de hac causa, tanquam
ad dominum superiorem, à quo tenebatur feudum.
& ideo uel in defectum mediũ domini, uel quia ap-
pellatum erat ad ipsum, ad eum, & non ad ordina-
rium cognitio pertinebat; de hoc supra, de iudic. cæ-
terum. Alia littera ecclesiæ Trecensis; & uidetur me-
lior, secundùm Hostiens. [*Possessione*] quò ad ipsius
utile dominium. nam si uendicasset directum, domi
nus non esset iudex, iuxta notat. supra titulo primo.
3 cæterum [*Debito fidelitatis*] nota. quòd sicut† episco-
pus potest præcipere clerico in uirtute obedientiæ,
sic dominus uasallo sub debito fidelitatis quo ad ea,
quæ spectant ad feudum. sim. infra eodem, ex tenore.
Iuratur enim fidelitas, quod patet infra. de iureiuran.
ueritatis & capitulo ego. quod tamen non semper fit
de obedientia, de maiorita. & obedient. legebatur, &
Hostien. [*Et infra*] & quia propter hanc causam non
respondebant, episcopus excommunicauit eos, ut pa
tet in antiqua [*Iubeas*] tu, cui scribimus, iubeas epi-
scopo Trecensi, ut permittat hanc causam per domi-
4 num feudi terminari, Goffr. ¶ † Vlti. gloss. nota. quòd
5 per negligentiam &c. & dat duo similia. ¶ *In 1. glo. † ibi,
clericus*] & ideo desiderabat ibi iudicium episcopi.
c Ala. [*& ibi, litteras*] uult intelligere gloss.[c] ista, & ulti-
Io. And. super 2. Decret. C 2 ma,

ma, ꝙ iſte Trecenſis impetratus fuit per eũ a Papa: ſed hoc non patet ex antiqua. unde dicebat Hoſti. ꝙ Trecẽſis cognouerat, ut ordinarius generalis militum, & ſecundùm generalem conſuetudinem Gallicanam, qua in qualibet cauſa coram iudice eccleſiaſtico laicus trahi poteſt. ſed ipſi exceperunt, ꝙ quæſtio feudalis erat; ut ſequitur. Tenebant enim poſſeſſionem illã in ſeudum à domino de Campis, licet eſſent aliàs homines eccleſię. & quia exceptio nõ admittebatur, fuit appellatum ad Papam, & Papa ad inſtãtiam militum commiſit cauſam; & ſic nõ fuit commiſſa ad petitionem ipſius. R. ut dicit gl. uel dic etiam ſecũdùm Hoſt. ꝙ licet non fuerit appellatum; quæ tamen epiſcopus forſan excommunicauit milites reſpondere nolẽtes, conqueri potuerunt de iniuſta excommunicatione, de offi. deleg. cum contingat. ¶ *In glo. quò ad feudum, in fi.*] Ala. intellexit, ꝙ ipſi erant milites eccleſiæ mediãte iſto domino, qui erat uaſallus eccleſiæ. Idem Vinc. & Lan. ¶ *In glo. ult. ibi apud delegatum*] coram, quo † partes etiam uolentes inuito domino litigare nõ [d] poſſunt. Item pars declinans non tenetur ſatisfacere redeũdo ad delegatum, domino negligente, ut in Spe. de com pe. iud. adi. §. 1. ſub uerſi. octauus.

ANNOTATIONES.

a ¶ Cauſam, & rationem. Vide quod ſcripſi in l. apertiſſimi, C. d iud. & in l. 1. ff. qui. appella. non licet. ſed contra hoc dictum facit, quod not. in l. idem Vlpia. in fi. ff. de excu. tut. videlicet, quòd ſententia principis idem operatur, quod clauſula, nõ obſtante. quod facit ad materiam l. quidam, in fi. ff. de re iud. & not. in c. 1. de ęta. & qual. lib. 6. & c. ueniens, de fil. presby. & c. diuerſis, de cler. coniuga. poſſet tamen huic capitulo reſponderi, Arch.

b ¶ Recuſationem. Quando Papa poſſit tollere recuſationem, adde moder. in cap. poſtremò, in princ. de appella. & dom. Felin. in c. ad hæc, de reſcrip.

c Intelligere glo. Ad materiam glo. uide ſupra tit. proxi. in c. 2. per glo. & uide Ioan. And. infra, de appell. c. ſua.

d ¶ Litigare non. Gl. iſta procedit intelligendo, quòd iſte epiſcopus eſſet delegatus. ſed intelligendo, quòd eſſet dominus, ut non eſt, ſupra in tex. in glo. hoc patet, ceſſat d. glo.

SVMMARIVM.

1 *Feudalem cauſam cognoſcit dominus feudi, eccleſiaſticus ſit, uel ſecularis, cuiuſcunque ſit conditionis, & de quibus feudis & inter quos, eod. num. & 2. & 3. ad quem appellabitur, num. 2. excipiuntur cauſæ criminales, & quæ, num. 4. uide num. 6. & 7. & 8. ubi de cognitoribus feudi.*

Dominus feudi quilibet eſt iudex ordinarius, & ſuas exequitur ſententias etiam laicus contra clericos, & an habeat in eorum perſonam iuriſdictionem, ibid.

2 *Feudalis iuriſdictio fauorabilis eſt, in fine.*

Dominus feudi poteſt ad ſe cauſas feudales reuocare etiam inuitis litigatoribus, ibid.

3 *Baroniæ ſi concedantur eccleſiis non in feudum, ſed ſimpliciter, tunc in nullo tenetur donatori etiã de alijs muneribus, quæ prius ſubibant baroniæ, niſi in caſu retentionis ipſorum.*

Eccleſiæ ſi concedantur baroniæ, uel alia bona ſub conditione, quòd ſi eccleſia non ſubierit onera impoſita, liceat laico donatori ſua auctoritate capere, an id poſſit, eod. num. uerſi. dicunt autem.

4 *Clericus in cauſa feudi criminaliter inſentata remittendus ad ſuũ prælatum.*

Ex delicto clerici non debet eccleſia priuari feudo, & quo, niſi uiuente clerico, & quo caſu, ibid.

Laicus de crimine clericorum, nec directè, nec incidenter poteſt cognoſcere, nec etiam de legitimitate, ibid. uerſic. de crimine enim, & num. 5.

5 *In teſtem clericum crimen obiectum non propriè dicitur obiectum clerico, ſeu contra clericum, ſed contra eum, qui eum produxit, & laicus non poteſt ex hoc eum punire, ſed remittendus ad eccleſiaſticum.*

Lex, nullam, C. de teſtibus, non aſtringit clericos, ibid. uerſi. ſed contra.

6 *Feudalis quæſtio quando dicatur.*

7 *Domino licet uaſallus paret per recognitionem alterius, qui non eſt dominus, præiudicium quò ad poſſeſſionem, non tamen quò ad proprietatem facit.*

Vaſalli confeſſioni an ſit ſtandum, quem recognoſcat in dominum, ibid.

Poſſeſſionem qui aufert, quandoque aufert, & proprietatem, eod. num. in fine.

8 *Epilogus, & additio gloſſarum, & num. 9.*

Capitulum non ſuccedit in iuriſdictione feudali, nec collatione beneficiorum, niſi ſit commune feudum, eod. num. 9.

Collatio beneficiorum, & feudorum cognitio non eſt propriè epiſcopale, ibid. & quando ſit, eod. num. & ſup. num. 1. & ibi nota.

CAPVT VII.

1 VErum. Caſus. Dominus feudi, eccleſiaſticus ſit, uel ſecularis, cauſam feudalem cognoſcit [*Feudis*] quilibet dominus, quantuncũque uilis, uel etiam ruſticus, ſuper rebus feudalibus iuriſdictionẽ habet per l. Federici, ut not. ſupra, de iudi. cœterum. Item uidetur, ꝙ quilibet dominus ſit iudex ordinarius, & ꝙ ſuas ſententias exequatur, & etiam laicus contra clericos uaſallos. nec incidit in excõmunicationem, ſi eos a reſiſtẽtes repellat, ut infra, de reſt. ſpo. olim [a]. 1. Hoc d. Inno. cõiter non approbatur, ꝙ in perſonam iuriſdictionẽ habeat priuatus, uel ruſticus, qui in cauſis feudalibus iuriſdictionem habet; ut ſine pœna excõmunicationis poſſit manus mittere cõtra regulam canonis, ſi quis ſuadente. ſubdebat † Innoc. Hoc idem dicimus, ꝙ ſi principatus, uel comitatus, uel caſtellaria, uel alia huiuſmodi cõcedantur in feudum, quæ ſi de his agatur inter aliquos, coram domino feudi agendum eſt. & ſi corã uaſallo clerico inter ſubditos comitatus agatur, dominus feudi appellandus eſt, nõ Papa. infra, de ma. & obe. ſolitæ; quod dic ſecundùm Hoſ. ut b infra, de app. Romana. §. debet, [b] lib. 6. Item videtur aliquibus, ꝙ ſi de illis feudis agitur ĩter aliquas eccleſias in caſibus, in quibus ſub domino feudi agendum eſt inter laicos, ſub eo agetur, & inter eccleſias, uel inter laicũ, & eccleſiam: quæ in fauorẽ dominorũ hęc iuriſdictio eſt eis ſeruata. unde poſſent ad ſe cãs huiuſmodi reuocare, ẽt inuitis litigatoribus, ſupra c. proxi. alij 3 contra. Si † autẽ baroniæ prædictæ nõ concedãtur eccleſijs in feudũ, ſed ſimpliciter, tũc in nullo tenentur donatori etiam de alijs muneribus, quę prius ſubibãt baroniæ, infra, de do. cum dilectus, & de cenſi. c. 1. ubi de hoc. Si autem retinuerat ſibi aliqua munera, illa præſtabuntur, dummodo ſint honeſta, ut not. infra, de immun. eccle. non minus. Dicunt autem quidam, quòd ſi baroniæ, uel quæcunque alia bona dentur eccleſiæ ſub conditione, uel cum eo tenore, quòd ſi eccleſia non ſubierit onera impoſita, quòd liceat laico donatori ſua auctoritate capere, quod poteſt, eccleſia non parente, illa capere ſua auctoritate, argum. in c fra, de conditio. apposi. uerum [c]. C. de pigno. l. 2. ff. de d pigno. actio. qui ratiario. Sed nos contra dicimus [d], & maximè ea ratione, quæ cum iſtarum dominium ſit eccleſiæ quæſitum, ſanctum ſanctorum eſt domino. & ideò per nullum poteſt capi niſi auctoritate iudicis eccleſiaſtici: quia ſacrilegium committitur. 12. q. ſecunda, nulli liceat, & nota. infra cap. proximo, ſi autem non eſt in rebus feudalibus, quia eorum dominium nõ eſt ſanctum ſanctorum domino, cum id remaneat penes dominum, licet fructus, & alia utilitas ſit uaſalli; ad hoc faciunt decima quæſtio. prima. capitul. ſecundo. & capitu. ſe. & uidetur ex præmiſſis, quòd fructus rei feudalis, poſtquam percepti ſunt, ꝙ

dominus

dominus nihil in eis possit, cum iam sint sanctum san ctorum domino. Inno. sed uidetur, quod in hac quæstione primi melius sentiant, & pro ipsis casus expressus, infra de dona. cum dilectus, Host. licet autem † secundùm Inno. cōtra clericum possit agi, ciuiliter & corā domino & coram paribus ad amissionem feudi; non tamen agi potest ad hoc criminaliter, nec etiam ciuiliter pro crimine: sed remittenda est cognitio ad prælatum suum; ad hoc de cle. co. c. uno, lib. 6. etiam si feudum sit paternum, si enim non esset paternum, sed ecclesiæ, tunc constat, quod ecclesia nō est priuanda feudo pro delicto personę. 16. q. 6. siepiscopum, quamuis eo uiuente ipsum amittat; sed eo mortuo ad ecclesiam reuertitur, in l. feu. de cap. Cor. regis, si clericus, uel episcopus, Hos. Sed si fuerit clericus per Prælatum suum condemnatus de prodiitione, uel de alio crimine, propter quod debeat amittere feudum, tunc secundùm Vin. dominus auferret feudū [e] pro uelle suo: & si fuerit absolutus, tunc ulterius dominus nō poterit ei propter crimen feudum auferre. De crimine enim clericorum, nec directè, nec incidēter potest laicus cognoscere, sicut nec de legitimitate, arg. supra ti. proxi. at si. infra de ord. cogn. tua. infra, qui filii sint legit. lator. in fra eo. postulasti: Nec† obstat, si dicas, quę contra clericum productum in testem coram laico obiicitur crimen, & probatur, ut à testimonio repellatur infra, de testi. testimonium: quia non propriè obiicitur crimē clerico, uel cōtra clericum, sed contra laicum, qui eū produxit, & quia ipse ex eius repulsione pœnam patietur, & non clericus: quia eius testimonio non creditur, secundùm Inno. sed contra, quæ si testis in ferendo testimonio aures iudicis offenderit, per eum puniri debet, C. de testi. nullum, So. secundùm Host. dicendum est, quòd si coram laico crimen opponitur clerico, ut à testimonio repellat, huius cognitio fit diocesan. remittenda, arg. supra eod. nullus, de ord. cogn. tuam, infra. de solu. c. fi. secūdùm Hos. [*Præpositum*] qui erat officialis, & uasallus ecclesiæ, nō tamen clericus, secūdùm Goff. uel erat præpositus ecclesiæ cathedralis, secundùm Host. [*Cognoscatur*] quæstio† feudalis, nō illa, an sit feudum ecclesię, uel imperiale, in qua actor sequitur forum rei, uel eligentur arbitri [*Pertineat*] i. si præpositus hoc recognoscit, Host. id est si fuerit feudum ecclesiæ. Innoc. [*Alioquin*] id est si non ab episcopo, sed ab Imperatore asserit se tenere, Host. qui† dicebat, quòd licet prępositus recognoscat feuda ab eo, quod dominus nō est, & sic quò ad possessionem paret præiudicium domino, argu. ff. de lib. agno. l. 1 §. Iulianus, & de probat. etiam, ff. de Carbo. edict. quod Labeo. & supra duobus, c. proxi. non tamen quò ad proprietatem, argu. contra. C. de Carbo. edict. l. 1. §. si quis. C. de probat. non nndis. soluit, quòd hic putat considerandam & inquirendam famam loci, si forsan dicatur, quod maliciosè fit hæc recognitio, argu. infra, de testi. præterea, aliàs in potestate uasalli esset subtrahere se domino, quàdo uellet; & forsan hæc quæstio prius esset coram ordinario uentilanda, arg. ff. de lib. cau. liberis. §. si quis ex seruitute, & C. de libe. cau. non ideo, & l. nec si uolens, & l. non mutant, & l. nec omissa, & l. principaliter, & l. ea, quæ. ff. de lib. agno. l. si quis à liberis. In aliquibus tamē regionibus statur soli cōfessioni quò ad possessionem, ut supra, quod tamen continet solutio, non minus æquum est, quàm iustum. nam qui au fert possessionem, quàdoq; aufert & proprietatem, ut patet. C. de rei uen. l. fi. ff. eo. l. is qui destinauit, & infra, de ref. spo. sæpe, secūdùm Host. ¶ Pe. glo. respōdet per quæstionem, quid scilicet si episcopus feudi dominus negligit &c. ¶ *In* † *glo. 1. ibi, illā quæstione*] quia erar de mē sa episcopali. cōtra supra, de ma. & ob. cum olim. Sol. licet capitulū succedat in iurisdictione generaliter, nō tamē ī feudalib[f], ne episcopus uasallū hēat, quē haberenollet, sicut nec in beneficiorū collatione, infra, ne si de uacan. illa, Host. & facit, quod ibi dicā super uers. in iure. cognoscere de feudis, & beneficia cōferre nō est propriè episcopale. unde multi non episcopi faciunt ista, & aliqui episcopi neutrum horum habent: puto tamen, quod si feudum esset commune episcopo, & capitulo, quod uacante sede capitulum cognosceret. arg. infra, ne sede uac. c. uno, lib. 6. ¶ *In glo. 2. in fi*] uel si alias ante cōfirmationem habetet administrationem pone exemplum supra, de elect. nihil est, Goffr. Inn. & Host. ¶ *In glo. quæ forte, ibi cæterum*] secundùm T. & Vin. Idem Host. nec ob. supra tit. 1. qualiter, quod intelligitur in actionibus personalibus, nō feudalibus, sicut de re spirituali compromitti non potest in laicū. de temporali, sic, de arb. contingit, & c. exposita [*& in fi.*] hoc uerum de iure communi: sed prima pars glo. uera de iure speciali, de appell. Romana. §. debet, lib. 6.

ANNOTATIONES.

a ¶ Olim. 1. Pro hoc, quod ibi not. & per Ioan. Andr. in c. nuper, de sent. excom. in glo. fin. ad fi. glo. & in c. dilecto, eod. tit. lib. 6.

b ¶ Debet. Vide Ioan. Andr. supra titu. proxi. cæterum, in glo. hoc ideo dicit.

c ¶ Verum. Ibi uide Ioan. And. in fi. tex. & facit ille tex. pro ista opi. & uide Cyn. Bal. & Salic. in l. ea lege. C. de condict. ob causam, & Bart. in l. filius. §. diui. ff. de lega. 1. & dicit Innoc. contra id, quod infra dicit in c. postulasti. infra eod.

d ¶ Contradicimus. Istud dictum Innoc. si est uerum, nidetur contra doctrinam Bart. in l. rescripto. §. sciendum, ff. de munic. & honori. & est magna restrictio ad materiam. l. creditores, C. de pign. & ad hanc materiam uide Bald. in l. nec ex uera, C. de acq. poss.

e ¶ Feudum. An autem confiscabitur, uide Bart. in l. si finita. §. si de uectigalibus, ff. de damn. infect. & an fisco applicetur, uide in Spe. de feud. §. 1. uersic. 40. & ibi latè Ioan. Andr. quid de emphyteusi. Et uide per ipsum, de hæret. cum secundùm, lib. 6. & Oldr. consil. 17. & Bald. in l. si quis presbyter, C. de episc. & cler.

f ¶ Non tamen in feudali. Adde, quòd ea, quæ competunt episcopo iure accidentali, non transeunt in capitulum, secundùm Inno. & omnes hic. Adde glo. in c. scriptum, in uersi. temporis, de elect.

SVMMARIVM.

1 *Malefactores ecclesiarum in vtroque foro conueniri possunt.*
2 *Forū rei actor sequitur, etiā ubi de libertate, & fuga serui quæritur.*
De sacrilegio cognoscit ecclesiasticus, ibid. in fine, & de quibus aliis, num. 3.
3 *Ecclesiasticus iudex de quibus possit cognoscere & num. 8.*
In dubio fori cognoscit ecclesiasticus, ibid. in prin.
In petitione debet apponi causa fundans iurisdictionem fori, ibid. oportet tamen.
4 *Hæc constitutio quando locum habeat.*
Ecclesiæ fauor non extenditur ad clericos, ibid. licet contrarium de consuetudine seruetur, ibid.
5 *In foro seculari melius & expedientius quæ expediantur.*
Fori electio in quibus casibus præter casum huius constitutionis est concessa, ibid.
6 *Epilogus, & suffragium glossarum. num. 7.*
Crimina quæ dicantur ecclesiastici fori, & num. 8. & supra nu. 3.
8 *Additio glossarum.*

CAPVT VIII.

Vm sit. Casus. Malefactores† ecclesiarum in vtroque foro cōueniri possunt, & primò ponit regulam. secūdo casum exceptum, & triplicem ipsius causam. primò negligentia iudicum secularium. secūdo fauor ecclesiæ. tertiò qualitas criminis, quia sacrilegium [*Forum rei*] etiam † ubi de libertate, uel fuga serui quæritur, de quo uide supra, de seruis non ordi. cap. 2. super gloss. 2. in fine [*Fauore*] man. iam per consuetudinem fauore &c. [*Sacrilegii*] de hoc ergo cognoscet ecclesiasticus iudex, immo etiam, ut† dixit hic Inno.

† dato, quòd dubium ſit,puta quia negetur rapina, tamen cognoſcit eccleſiaſticus. 16. quæſt. 1. in canonibus. 24.quæſt.3.ſi quis depo.uerſicu. & dicitur, quòd nō ſolùm de rapina, ſed de qualibet etiam oppreſſione nō ſolum clericorum, ſed omnium pauperum cognoſcet.immò ſi de fraude habita in contractu eccleſiæ agatur, uel etiam ſi in fraude contractus nullus dicatur, eccleſia cognoſcet. 12.q.2.apoſtolicos. immo quocunque modo de re eccleſiaſtica agatur, cognoſcet eccleſia. 12.q.1. quicunque militum. oportet tamen, ꝙ ſemper in petitione mentionem faciat de oppreſſione,uel fraude, uel minus legitimo contractu, & ſuper cauſa illa fundet petitionem ſuam. & ſi pars aduerſa neget,nihilominus procedetur in cauſa principali.& ſi nō probauerit fraudem, uel illicitum contractum,abſoluetur reus ex illa cauſa: ſed iterum poterit agere ex alia. ff.de except.rei iudi.& an eadem. §. auctoritate. Si uerò uelit proponere aliquid in libello,quod non pertineat ad fraudem,uel oppreſſionē, uel per quod ſit minus,quàm licitus contractus,puta quæ non fuit in præſentia clericorum aliquorū, non audietur niſi coram iudice ord.rei.ſupra,c.ſi clericus, tamen quidam,& nō malè dicunt, ꝙ etiam ſi dicatur aliquis contractus tenere,ſed petat reſtitutionem coram eccleſiaſtico agetur. & idem, ſi dicat alicuius canonici nō interueniſſe conſenſum, arg.prædictorum capitulorum, & c.ſi clericus,non cōtradicit, quod loquitur,ubi agitur rei uend.uel depoſiti, uel conſimilibus, in quibus nullo ſpeciali iure iuuatur eccleſia. de talibus enim iudex bene cognoſcit ſecularis, ſecun-

4 dùm Inno.& idem Hoſt. [*Rectores*] datur † ergo rectori actio.ſupra eod.ſi clericus.Hoſt.& not. per hoc Pet. hoc locum habere ſolùm,quādo rapiuntur bona eccleſiæ. unde rapiens bona clerici non poterit inuitus coram eccleſiaſtico iudice conueniri. hoc enim in fauorem eccleſię introductum non poteſt extendi.7.q.1.petiſti. Fatetur tamen,quòd de conſuetudine ſeruatur cōtrarium. & huius conſuetudo poteſt eſſe ratio, ſecundùm Abb. quia ſi uidua poteſt coram eccleſiaſtico iudice agere poſſeſſorio, non ob.excepti.fori.ergo & clericus hoc poterit. & Egi. hoc tenet illa ratione: quia bona clericorum &c. de ui.& ho. cler.c.ulti. cum ſuis concord [*Maluerint*] plerumque enim me-

5 lius † & expedientius hæc per ſecularem iudicem conſequuntur.& eſt ſimilis electio in proœ.ff.§.pen.uerſ. in Beriten.uero ciuitate, & in libro feud. de ſchola.& eorum priuil. habita, ad fi.Hoſt.¶[*Iudice*] eccleſiaſtico,

6 uel ciuili, Pet.¶Vlt. † glo.tractat de pœna, & foro ſacrilegorum.ſecūdo ponit 5.crimina eccleſiaſtica.ter-

7 tio arguit à contrario. ¶[*In* † 1. *glo.ibi,iuris ordinem*[a]] ui-

a de ſupra,c.1.c.fi.ſuper 1.glo.¶[*In glo. 2.ibi, hoc autem*] alleg.§.ſe.ſi tamen,ibi dicitur,quòd ſi maior iudex prouinciæ lędit partem,illa conqueritur epiſcopo,qui iubet eum ſatisfacere, quòd ſi iuſſus non fecerit, ſubditur ſupplicio.non enim debet opprimere,qui iudicare debet oppreſſum [*& ibi, iudicauerit*] & de hoc euidēter arguitur, ut ibi [*& ibi, ſi appellationem*] conqueritur appellans de iudice, qui non ſuſcepit appellationem, uel denegauit apoſtolos [*In ult. gloſ. ibi, ſi quis in hoc genus*] uide 2.q.1.in primis, uerſicu.de perſona Ianuarij.

8 ¶[*In* † *glo.2.in fi.*] Vinc.adde,quòd not.2.q.6.hoc etiam placuit,& 11.q.3.temerarium,& infra,de re iudi.cum æterni,lib.6.¶[*In glo.ult.ibi, quandoque*] cum de corpora-

b li pœna quæritur,Hoſt. [*& ibi,uſurarum*][b] infra,de uſu. cum tu,& c.quia in omnibus, & uide quod dicam de uſuris.c.1.lib.6. [*& ibi,hæreſis*] infra, de hær.ad abolendam.& c.uergentis [*& ibi, ſimoniæ*] de ſimo.per totum [*& ibi, periury*] de elect.uenerabilem, & infra eo. c.ult. lib.6. Et uide quod ibi dicam ſuper ult.glo. [*& ibi,adulteræ*] cum agitur ad ſeparationem tori,ſupra,de procuratur. Goff.dicebat illud eſſe crimen eccleſiaſticum, quod ſecundum l.non eſt crimen,ut uſurarum, & cōcubinatus.ff.de concubinis.l.in concubinatu,in fi.unde dicebat, ꝙ in prædictis criminibus enumeratis in

c glo.[c] laici coram ſeculari,& clerici coram eccleſiaſtico iudice conuenient; & ideo in his criminibus leges pœnas imponunt.ſpeciale autem eſt in hoc caſu propter ſacrilegium,ꝙ datur optio.Quid de crimine falſi in litteris apoſtolicis? non uidetur,ꝙ illud ſit eccleſiaſticum,per decte.ad falſariorum,infra,de crimine falſi,uerſi.per quem,facit eo.ti.ad audientiam. 19.diſt.in memoriam,& quod not.de pur.ca.nos inter [*& ibi,de alijs*] etiam prædonibus,raptoribus, & inuaſoribus aliorum locorum, ſic intellexit Hoſt. hanc glo. dicens de facto ſeruari contrarium: quę à Papa,& à ſuis Legatis contra omnes raptores indiſtinctè litteræ impetrātur; quod ſecūdùm eum conſonat iuri,ſupra tit.1,nouit,ſupra,de treu.& pac.c.1.infra,de rapto.per totum.

ANNOTATIONES.

a ¶ Iuris ordinem. adde d.Marianum hic, qui ponit multas limitationes, & Bart.in d.l.iur.ord.

b ¶ Et ibi,uſurarum.adde Bal. in l.quoties. C.de iud. Petr.de Anch. in clem.2.de iudi.Lap.alleg.56.

c ¶ Enumeratis in glo. Prǽterquam in hæreſi,ut in c.inquiſitionis. §. prohibemus, de hære. libr.6.ubi patet crimen illud nullatenus in laicum cadere iudicem,in caſibus autem poſitis in glo.ſi agatur coram ſeculari, ut in uſuris iuratis, & alijs, an ſeruabitur ius ciui.uel canonicum,uide in glo. cum repetuntur, in clem.2.de iud. quæ eſt not. & an in caſibus poſitis in glo.in quibus eccleſiaſticus eſt iudex etiam cōtra laicum, an poſſit laicum delinquentem carcerare, & punire alia pœna, quam cenſuræ, uide Io. And.in Spe.de offi.ordin.in rubr.& in quæſtionibus Oldr.q.19.

SVMMARIVM.

1 *Caſus.*

2 *Clericorum cauſa ſecundùm iura, non ſecundùm laicorum conſuetudinem terminantur, & quæ: & num.7.uerſi. non dico. & 9. intelligitur ſingularium, num. 2. uerſi. ſingulares, & num. 3. uerſi. & ſient littera.*

De hæreditate temporali ſi agatur, ſecundùm laicorum iura eſt terminanda, ibid.

3 *Clerici etiam ſpe quidam dicuntur, & qui.*

4 *Commorantes qui dicantur, mora cauſa an & quando quis ſortiatur in loco mora forum, ibid. & num. 5.*

Domicilium contrahere quanto tempore quis intelligatur, ibid. uerſi. ſed contra.

5 *Viatores, & tranſeuntes non coguntur in loco uiæ, & tranſitus reſpondere in iure, niſi in caſibus, & quibus.*

Legis habita, in fin. uerſi. uerumtamen, expoſitio, ibid.uerſi. ſed contra.

6 *Huic conſtitutioni quibus caſibus locus ſit, & num. 4. 5.*

7 *Suppletio ad contextum ad uocem, canonico.*

Canonico iuri includitur etiam ciuile non reprobatum per ius canonicum, ibid.

Conſuetudo hic reprobatur etiam præcedens ius canonicum, ibid. uerſi. nam hæc.

Conueniri poteſt quis in loco, ubi ſoluere promiſit, ibid. uerſic. uerum non.

8 *Additio gloſſarum.*

Nomen dignitatis, licet quis in actu ſuo, ut hic in commiſſione, non addiderit, cuius dignitatis ui geſſit, nihilominus ualet, ibid.

CAPVT IX.

1 QVod clericis. Caſus. † Conqueſti ſunt ſcholares Pariſien. ꝙ quando conueniebant,uel cōueniebantur,non recipiebantur canones allegati, ſed conſuet. terræ tantum. ſuper hoc prouideretur

2 detur eis, summabat sic Abb. Causæ clericorum † secundùm iura, non secundùm laicorum consuet. terminantur [*Pecuniariis*] secus in realibus, & feudalibus, quæ secundùm consuetu. terræ & curiæ regis terminantur; ꝙ & ipsius est cognitio, & cuiuslibet domini feudalis, supra eo. ex trāsmissa, in fi. & c. uerum. arg. infra de eo, qui mit. in poss. c. 3. & idem uidetur, si de temporali hæreditate agatur, infra, qui filij sint legit. lator, & c. causam, quæ 2. de hoc; Host. [*Clerici*] sin-
a gulares, & sic scholares laici[a] nō includuntur. ex quo patet, ꝙ nec in personam, nec in rem iutendit ius regium usurpare, supra eod. nouit 1. responso. supra, de
3 elect. uenerabilem, in prin. uel dic † clerici re, uel spe, quasi dicat, scholares, qui ueniunt ad studium, ut promoueantur ad clericatum, & sic spe, uel animi destinatione sunt clerici. Sed primum iustius est, secundū Host. saluo eo, ꝙ dicam infra. & sicut littera ista loquitur de singulis uniuersitatis, tamen clericis, sic alia de uniuersitate loqtur nō de singulis s̄. de proc. q̄ in causis [*Commorantes*] nō dicit, studentes, super quo uide, quod dixi s̄. de rest. in integ. cum ex literis, uer. perspe-
4 ximus. expone † tamen commorātes, idest causa moræ faciendæ uenientes, quamuis statim recedant. & sic uidetur, ꝙ causa moræ sortiatur quis forum. nam & miles ibi dicitur habere domicilium, ubi inhæret. ff. ad municip. municipes. §. miles. & clericus cœlestis miles est, siue Christi. 11. q. 1. Christianis, supra, de seruis non or. eo libentius. Sed contra, quæ licet aliquò causa studendi me transferam, non tamen intelligor
b ibi habere domiciliū[b]. ff. de iniur. lex Cornelia. §. do-
c mus, nisi post moram[c]. 10. annorū. C. de incolis. l. 2. lib. 10. ergo, si quis talem ibi conueniat, non cogitur respondere, nisi super hoc habeat auctoritatē sui episcopi, & consentiat in personam ecclesiasticam ordinariam iurisdictionem habentem, infra eo. significasti, de renun. admonet. sicut enim Parisien. talem nō posset sine sui episcopi licentia ordinare, supra de officio archidia. significasti, de tempo. ordi. ꝙ translatus, ergo nec iudicare, de paroch. nullus. 11. q. 2. c. 1. & 2. & per totum. Item nec sola domus possessio facit incolam. ff. ad munici. libertus. §. sola; nec sola mora. C. de incolis. l. 3. & 4. Soc. dicit Host. hanc litteram intelligi in cōtractibus, & quasi, in delictis, & quasi Parisijs initis & commissis, ut probat lex, quæ istius est glo. ff. de iudi. hæres absens. §. at si quis, & uers. ut si quo. & ideo
5 dixit littera, commorantes: quæ de † uiatoribus, & trāseuntibus secus esset, qui & si ibi contraherent. nō cogerentur, ut ead. l. uers. nam ubi sit, nisi forsan ad hoc uenirent, & inuenirentur ibidem, quod dic, ut infra eod. Romana. §. contrahentes, lib. 6. Ratione uerò delicti compelluntur, ut in procе. ff. §. pen. & excommunicantur, infra de senten. excomm. à nobis. 1. sed contra in lib. feud. de schola. & eorum priuileg. habita, ad finem, uersic. uerumtamen, si eis litem super aliquo negocio &c. Sed quod ibi dicit, sup aliquo negocio, expone, super quo ibidem ualeat conueniri, argu. de usu Pa. c. pen. de consecr. distin. 1. omni tempore, idest omni anno. Item potest dici in omni negocio iure reconuentionis, infra, de mutu. peti. c. 1. & 2. ff. de iudi. l. 2. §. sed si agit. Igitur super contractibus in partib. suis initis possunt tacere, & respondere, si uolunt. 3. q. 6. pulsatus: cogi tamen nō debēt inuiti. & est ratio, quæ in partibus suis defendere se coguntur. & si procuratorem non dimiserint, imputatur. ff. ex quibus causis maior. l. ergo, & l. præced. ff. ex quibus causis in posse. ead. l. hæc autem; de hoc supra, de offi. deleg. consulationibus, infra, de dolo & contum. causam quæ. unde periniquum esset, ꝙ duobus locis se defendere cogerentur, argu. supra, de rescriptis. c. fi. de sequestr. c. 1. C.
6 de iudi. nulli, Hostië. [*Contra eos*] in † contractibus, uel quasi: in delictis, uel quasi Parisijs initis, uel commissis, ut dictum est supra [*Iure*] & non secundùm consuetudinem terræ, quæ erat, ꝙ libellus non daretur,
7 uel ꝙ ordinarius non recusaretur, Pet. [*Canonico*] † & ciuili, per ius canonicū non reprobato. 10. dist. c. 1. & c. si in adiutorium, de noui ope. nun. c. 1. quod dic, ut plenè no. de solut. c. fi. habebunt ergo prębendas suas in scholis; quod dic. ut infra, de magistris, super Spec. non dico iure consuet. unde & si consuetudo esset generalis ꝙ commorantes Parisijs cogerentur in ciuilibus, & in quibuslibet respondere: ad clericos tamen scholares non extenderetur. nam hæc epistola repro-
d bare uidetur omnen consuetudinem contrariam[d] etiam ius canonicum pręcedentem. ff. de sepul. uio. l. 3. §. diuus, infra. de consecrat. eccl. uel alta. aqua. Vnum non omitto, ꝙ, si quis promisit se soluturum Parisijs certam summam pecuniæ. cogetur ibidem, quantuncunque sit extraneus, respōdere, quod dic, ut legitur, & nota. infra c. dilecti, & supra, de offic. deleg. P. & G. nam & largo modo accipitur hic contractus. ff. de iu-
8 dicijs. l. omnen. Host. ¶ [*In † glo. 1. ibi, speciale*] dicit Host. quod non facit uim in hac specialitate: quæ idem esset alibi [*& ibi, comitis*] & talis si committit causam spectantem ad ipsum ratione comitatus simpliciter, in comissione se dicens episcopum, ualet commissio, secundùm Guil. in Spe. tit. 1. §. sequitur, ad fi. uer. quid
9 si episcopus [*& ibi, municipali*] aduocati † ciuilis fori multum allegant hanc gloss. ad probandum causas, quas mouent clerici contra laicos in foro ciuili, non solùm secundùm leges, sed etiam secundùm statuta, uel consuetudines ipsius fori tractandas, uide quod scripsi in spe. de constitut. §. 1. super uerb. & not. quòd
c in fine[c].

ANNOTATIONES.

a ¶Scholares. Adde Dominicum in c. quæ contra. 8. distin. & in c. eos, io 1. colum. de tempo. ord. in 6. Cardi. io clem. dignum, io 5. colum. de cele. missa.

b ¶Non tamen intelligo: ibi habere domicilium. Adde d. Fel. in c. dilectus, lo 2. de rescriptis.

c ¶ Nisi post moram. Vide, quod not. in d. §. domus, per Bart. & l. 2. ubi de cri. agi opor. & io l. 2. ubi senator. uel cla. & Ioan. And. in salutatione. & hoc nō procedit in scholare, quòd per decennium uideatur ibi trahere moram, & domicilium: in alijs bene; ut no. in locis alleg. uide ad hoc text. in cap. ea parte, de cleri. non re. an per decennium uideatur ibi domicilium constituisse, uide etiam quod not. in c. fi. infra de sepul. Bal.

d ¶Videtur omnem consuetudinem cōtrariam. Consuetudo enim clericos non astringit, de quo uide Ioan. And. supra, de consuet. super rubr. & per Ioan. Cald. in sua disputatione, & Barr. in l. 1. C. de summa Trin. & per Bart. de Salic. in authen. cassa, C. de sacrosanct. eccle. Et uide Ioan. And. nota. in c. sine culpa, de regulis iur. lib. 6. in Mercu.

d ¶ Et nota. quòd in fin. Ibi Ioan. Andr. adducit pro ista opin. 10. rationes. & de materia ista, an si sunt diuersa iura actoris, & rei, uide Cyn. Bald. & Sali. in l. 1. C. quæ sit long. consuet. & ibi etiam glo. & docto. nostros. de consuetu. super rubrica, & per d. Bart. de Sali. in repet. l. de quibus. ff. de leg. & plenissimè Ioan. Cald. in q. quam disputauit, quæ habet in materia plura membra. & uide Federic. de Senis consiliu 95. qui dicit, instrumentum productum in foro ecclesiastico contra usurarium non repelli uigore statu. municipalis illud reddentis inhabile; & idem, ubicunque uersatur periculum animæ, ibi uide per ipsum, & uide Bal. in l. 1. C. ubi se. uel cla. & uide de consti. c. 1. in fi. per Ioan. And.

SVMMARIVM.

1 *Laicus laicum super re ciuili coram ecclesiastico iudice conuenire non potest, nisi in defectum iustitiæ secularis, uel nisi id habeat consuetudo. num. 2. & 3. etiam secundario indirectè.*
Diuisio constitutionis, ibid.
2 *Præcipuè, tantum.*
Verborum, auctoritate nostra irritas, &c. expositio quæ, ibid. supple, per tales, & num. 3. uersi. clausula autem.
3 *Literæ non ualent ab iurisdictionem non habente emanatæ.*

Ab initio quæ non ualent, ex poſtfacto non conualeſcunt, ibid.
Negligentia, per quam iudicium in eccleſiam, ut hic, deuoluatur, ut intelligenda, & quo tempore attendenda, ibid.
Reſcripti de uiribus quando quæritur, tempus datæ inſpiciendum, ibid. uer. ad hoc ſic reſponde.
Papa an habeat iuriſdictionem in ciues Vercellenſ. ibid.
4 *De ſe, particularis explicatio quæ.*
Appellari ad quem liceat imperio uacante, eod. num. uerſi. hoc ius habet, & quando omiſſo medio ad ſuperiorem, & num. 5.
6 *Præſertim, tantùm.*
7 *Papa in ius imperij ſuccedit eo uacante, & regum, ac principum facere iuſtitiam negligentium, & uacantibus regnis, & principatibus, quibuſcunque, & ubicunque etiam iudex ſecularis negligens eſt in iuſtitia reddenda poteſt, & debet iuſtitiam reddere, quo iure & ratione ibid. & latius num. 8. & quando neceſſe ad eum recurrere, num. 9. uer. & quamuis, & populi & nationes non Chriſtianæ pertinent ad eius iuriſdictionem, & quomodo num. 10.*
Inter Papam, & Imperatorem ſpecialis eſt coniunctio, eod. nu. uerſi. nam ſpecialis.
Imperator conſecratur, & examinatur ab Imperatore, & eſt eius aduocatus, & iurat ei, & ab eo tenet imperium, ibid.
8 *Eccleſiaſticus iudex quibus caſibus ſecularem exerceat iuriſdictionem, remiſſ. & num. 14. & quando exercet, ſecundùm canones iudicat, non ſecundùm leges, num. 11.*
Cælum, & terra & omnia, quæ in eis ſunt, curauit Deus, eod. num. uer. ſed ſi diligenter.
Spiritualia, & temporalia, & mundum per ſe ipſum rexit Deus, & quouſque, & poſtea per miniſtros, ibid. & quos, ibid. & numero 9.
Noe primus miniſter Dei, ac Rector populi, eodem num. uerſi. & ſic recta.
Sacerdotis officium Cain, Abel, & Noe exercuerunt, ibid.
Vicarij Dei qui fuerunt, ibid. in fine, uerſi. in hac ergo.
9 *Chriſtus naturalis Dominus, & Rex noſter; Vicarium ſuum conſtituit Petrum, & ſucceſſores eius, & quando.*
10 *Iudæi, Saraceni, Gentiles, & Sciſmatici pertinent ad Papæ iuriſdictionem, & quomodo.*
11 *Recuſatur ordinarius, qui ſecundum leges non recuſatur, recuſatur & collegium conſulum, ibid.*
12 *Epilogus, & additio gloſſarum. & num. 13.*
Reſcriptum impetratum à laicis contra laicos ab Apoſtolica Sede ad iudicem eccleſiaſticum quando non ualeat, ibid.
Complementum iuſtitiæ cur hic dictum, ibid.
14 *In ambiguitate opinionum legiſtarum ſtatur interpretationi canonicæ.*
15 *Recuſatus an committat cauſam, cap. cum ſpeciali, de appell. & c. ſi quis contra clericum, ſupra eod. cum hac decretali an pugnet.*

CAPVT X.

1 LIcet ex ſuſcepto. Caſus Laicus † laicũ ſuper re ciuili coram eccleſiaſtico iudice conuenire nõ poteſt, niſi in defectum iuſtitię ſecularis, uel niſi conſuetudo id habeat. Et primo ponit dictum cũ ſua modificatione. ſecũdò ibi, liceat, prouidet contra grauamina conſulum. tertiò ibi, ſi uero. prohibet circa recuſationes ipſorum [*A laicis*] cõtra laicos: ſecus cõtra clericos. nã actor &c, 2 ſupra eo. cum ſit, Hoſt. [*Præcipuè*] ideſt † tantùm [*Contingunt*] etiam ſecundariò indirectè: aliàs bene aditur iudex eccleſ. ſupra tit. primo, nouit, ſecundùm Goffr. [*Auctoritate noſtra*] ſupple, ꝑ tales litteras nõ poſſe procedi, ſicut procedi non poſſet, ſi conſtaret ipſas irritas &c. aliàs nõ bene exciperet, uerſ. ſequens. uel hoc intelligitur, quando impetrãs ſuggeſſit in reſcripto, ꝙ conſules negligentes erant, cum tamen ſuper hoc non fuiſſent requiſiti, ſupra de reſcriptis, ſuper literis, de offi. dele. ſignificantibus. & ſecundum hoc ſub audi, nec aliàs debere impetrari, uel ad iudicem eccleſiaſticum recurſum haberi, dummodo &c. Hoſt.
3 [*Irritas † & inanes*] cum enim Papa in eos iuriſdictionem non habeat, iuriſdictio, nel litteræ cõtra eos datę non ualent, nec quod per eas fit. C. ne de ſtatu defunct. l. pe. & uidetur mirum, quod poſt ſubiungitur. dummodo &c. quia ſi irritę ſunt, quomodo per negligentiã conualeſcunt. Item quid ſi iudex negligens erat tempore impetrati reſcripti, ſed reſcriptũ de negligentia non facit mentionem? Item quid ſi tempore impetrationis non erat iudex negligens, ſed modo eſt negligens? Item quid ſi fuit iudex ſolicitus in incipiendo cauſam, ſed negligens eſt in terminãdo? ad hoc ſic reſponde, ꝙ litterę huiuſmodi nullę ſunt, ſicut hic dicit text. nec tractu temporis conualeſcũt: quia, quando quæritur de uiribus reſcripti, dictum tempus datæ inſpiciendum eſt, ſupra, de reſcriptis, eã te. & ideò ſi tempore datæ non erat negligens, quantumcunque poſtea deprehẽdatur in negligẽtia, non ideo cõualeſcunt litterę. clauſula autem, quę hic adducitur, ſcilicet dummodo &c. nõ contradicit, quia nõ eſt is ſenſus huius litteræ, ut litteræ prius impetratæ ualeant, ſi contingat iudicem ſecularem fieri negligentem. Sed hoc uult dicere, quia cum fuerit negligens, ꝙ ab eo poſſit appellari ad Papam, & ſuper appell. litteræ impetrari, Inno. Sed hęc glo. nõ placet Hoſt. qui dicit tenendum, quod ſupra dixi, ſecũdùm eum. & negat, quod dicit Inno. Papam nõ habere iuriſdictionem in ciues Vercellen. ſed dicit id tenẽdũ, 4 quod infra dicam, ſecundum eum [*De ſe*] ideſt † corã ſe. uel ideſt de ſuis ciuibus, ne ſit contra. 2. q. 1. in primis, ſecũdùm Pet. & Abb. [*Prægrauari*] 2. q. 6. quoties, & c. ad Romanam, Phil. [*Ad tuam*] hoc ius habet epiſcopus in terra: ſed ad Papã iure imperii appellatur, Inno. ſed Hoſ. dicit hoc de iure: quia epiſcopus dominus eſt ciuitatis, quam tenet ab imperatore in feudũ, & dicit ſe uidiſſe de poteſtate, & cõſulibus ad epiſcopũ appellari. In hoc tamen poſſet ualere cõſuetudo, ꝙ omiſſo poteſtate de conſulibus appelletur ad epiſcopum, ſicut infra, de præbẽ. referente, de noui ope. nun. ſignificantibus: aliàs de iure nedũ ad Papam, ſed ad archiepiſcopũ appellatur ab ipſo epiſcopo; quod dic, ut infra, de appell. Romana. §. debet, libr. 6. uel illud in perſonalibus, hoc in realibus, arg. ſupra ti. 1. nouit, uerſi. nõ enim intendimus. Item in hoc operatur euidenter conſuetudo, ꝙ recuſati conſules non committunt cauſam, ut dicam in fi. Hoſti. [*Si maluerint*] te 5 non exhibente illis iuſtitiam. cum enim hic Papa † cognoſcit loco imperatoris, non appellabitur ad eum omiſſo medio, ſic nec ad ipſum imperatorem. 2. q. 6. anteriorum. ff. de appell. imperatores. ergo hic appellandum eſt prius ad Vercellen. ſecundùm Io. & Vin. qui dixit, ꝙ forte timore conſulũ non exhibebat epiſcopus iuſtitiam: uel ſecundùm eum non omnes cauſæ deferri poterãt ad epiſcopum per appellationem; & ideo dicit eas deferendas ad ſe, uel ad epiſcopum, qui cognoſcet quaſi delegatus Papæ de illis, de quib. 6 prius cognoſcere non poterat [*Præſertim*] ideſt † tantùm. 12. diſt. illud, cum ſuis concord. Vin. & Goff. uel ſecundùm Hoſt. dic, ideſt maximè; & hoc uerum, cũ a temporaliter [a] tenetur ab eccleſia, uel cum hoc ha- 7 bet conſuetudo [*Vacante*] hoc † eſt propter defectum b imperij, in cuius iure tantum Papa ſuccedit [b]. unde ſi alius rector alij ſuperiori, quàm imperatori ſubditus mortuus eſſet, uel negligens eſſet in reddenda ratione, uel non eſſet rector in aliqua terra, non deuolueretur iuriſdictio ad Papam, ſed ad proximum ſuc periorem [c]. nam ſpecialis coniunctio eſt inter Papam, & imperatorem, ſicut dicitur in ſimilibus, de teſtamentis, requiſiſti: quia Papa ipſum conſecrat & examinat,

minat, & Imperator est eius aduocatus, & iurat ei, φ ab eo tenet imperium, supra de elec. uenerabilem. 63. di. ego, & c. tibi domino. & inde est, φ in iure, quod ab ecclesia Romana tenet, succedit Papa, imperio uacante. Sed quid si non sit negligens, sed suppditi sunt sic inobedientes, φ non potest facere iustitiam, tunc non credo, φ succedat in iurisdictione eius: sed debet eum iuuare ad domandam rebellionem subditorum, arg. 95. di. cum ad dominum. Sed quid si alius rex est negligens, uel princeps, qui superiorem non habet? d dicimus idem. ¶ φ succedat in iurisdictione eius, ar. 15. q. 6. c. alius, & supra de elec. cum inter uniuersas, in fi. Sed hoc non facit, quia ab eo teneat regimen, sed de plenitudine potestatis, quam habet, quia uicarius est Christi, supra ti. proximo, nouit, uer. non enim, & sequenti. uel dic φ uacantibus regnis nō poterit se intromittere, nisi ut in præalle. c. nouit, Inno. Tu uerò dicas, φ uacātibus regnis, & principatibus quibuscunque, & ubicunque etiam e iudex secularis negligens e est in iustitia reddenda, Papa non solum de potestatis plenitudine, sed etiam de iure & consuetudine potest, & debet iustitiā reddere: quia de iure communi ij casus omnibus episcopis, & ciuitatibus, & suis diœcesibus sunt cōmunes, ut patet in glo. se. ubi ipse Inno. uidetur huius sui dicti contrarium tenuisse secundum Host. [*Imperio*] hic f 8 † est unus casus: alios habes in gl. & aliquos ibi addā. Sed ad hoc quæ de his casibus dicuntur, opponir sic Inno. dicet aliquis, quamuis non sine pœna sacrilegii, hæc sibi pro se summi pōtifices statuerunt: unde non est his tanta fides adhibenda, ar. ff. de interro. act. de ætate. §. 1. & 13. q. 2. §. 1. Sed si ij diligenter attendūt quod dicunt iure sacrilegii, culpam incurrunt: quod ut melius intelligas, est prænotandum, φ Deus creauit in principio cœlum, & terram, & omnia, quæ in eis sunt, angelicam & humanam naturā: spiritualia, & temporalia ipsa, quæ per seipsum rexit, sicut factor suam rem gubernare solet: & homini, quem fecit, præcepta dedit, & transgredienti pœnam imposuit, ut Gen. 2. Ex omni ligno &c. ipsis etiam peccantibus pœnam imposuit per seipsum. ¶ Adæ, & Euæ. Gene. 3. Mulieri quoque dixit &c. Qualiter etiam per semetipsum Caim puniuit, & Lamech, & quosdam alios, infra eo. lib. Gen. 4. & 5. c. legitur. Et hic recto mundo per ipsum Deum usque ad Noe. Ex tempore Noe cœpit deus creaturas suas regere per ministros, quorum primus fuit Noe, de quo, φ fuerit rector populi, ex eo apparet, φ sibi dominus gubernationem arcæ, per quam ecclesia significatur, commisit, Gen. 5. & 6. c. Item quia etiam dominus Noe, & filiis rectoriam, & legem dedit, Gen. 9. Vbi etiam, licet non legatur sacerdos fuisse, officium tamen exercuit sacerdotis statim post egressum arcæ, antequàm leges populo darer, Gen. 8. ibi, ædificauit autem Noe. quod officii sacerdotis simul Abel, & Caim ptius similiter fecerant. in hac ergo uicaria successerunt patriarchæ, iudices, reges, sacerdotes, & alii, qui pro tempore fuerunt in regimine populi Iudæorum; & sic durauit usque ad Christum, qui fuit† naturalis dominus & rex 9 noster: de quo dicit psal. Deus iudicium tuum regi da, & Isaiæ. 33. Dominus iudex noster, dominus legifer noster, do. re. n. & ipse Iesus Christus uicarium suum constituit Petrum, & successores suos, quando ei dedit claues regni cœlorum, & quando dixit ei, Pasce oues meas, & quamuis in multos distincta sint officia, & regimina mundi: tamen quādocunque necesse est, ad Papam est recurrendum, siue sit necessitas iuris, quia iudex dubius est. quam sententiam deiure proferre debeat, uel necessitas facti, quia alius, non sit iudex superior; siue facti, puta quia minores iudices nō possunt suas sententias exequi: uel nolūt. ubi debent, iustitiam exercere, infra qui fil. sint legi. peruenit. & pro his optime facit infra. de homi. ne 10 pto humani. lib. 6. De Iudæis † autem, sarracenis, & gētilibus, & scismaticis quomodo ad Papę iurisdictionem pertineat, no. infra de uot. & uo. re. quod super his, Inno. & hæc placet Hosti. [*Opprimuntur*] pauperes & debiles, qui potentioribus non possunt esse pares 11 ff. de ali. mu. iud. causa fac. l. 3. [*Recusare*] recusatur † ego ordinarius, qui non recusatur secundum leges; & sic est optimum ar. secundum Ab. quod ubi ecc'e siasticus iudex iurisdictionem habeat temporalem, secundum canones iudicat, non secundum leges. & ad idem infra de ap. si duobus, in fi. vbi dicam de hoc. Item recusatur collegium consulum; & facit ad ea, quæ dixi supra ti. proxi. c. 1. [*iusta*] & uera, ex quo scilicet pronunciauerint. ¶ Secunda † glo. ad casum. quē 12 ponit littera, addit 5. casus, quibus &c. ¶ Vltima si 13 gnat contrarium de decr. &c. ¶ *In* † *glo. 1. ibi, Rescriptum*] & hoc uerum uidetur, licet Tan. Ioan. Vinc. sub dubio, fortè, dixerint hic dici complementum: quia for te expirat rescriptum iudicio inchoato, ar. de rescriptis, plerunque. impetrandum autem non ualeret, nisi de iudicio inchoato mentionem faceret. ar. de re-14 scriptis, ceterum, Vin. ¶ *In glo. 2. ibi, tertius*] dicit † Pe. hoc facere ad quæstionem de duabus quartis, no. infra, de testa. Rainutius, quòd scilicet in ambiguitate opinio g num legistarum stetur interpretationi g canonicæ [*& in fi.*] & de hoc. 11. q. 1. in summa. Item cum locus est de temporali iurisdictione ecclesię, infra de app. si duobus. Item per reconuentionem. 3. q. 8. ciuilis neque. Item cum consuetudo hoc habet, supra eo. clericus. uel priuilegium, supra eo. nouit. Item cum iudex secularis recusatur suspectus per hanc decret. & per hunc casum, posuerunt Ioan. Vincent. Tan. Phi. Goff. Innocen. & Hostien. allegant etiam in auten. ut diffi. iudi. §. 1. & 2. Item secundùm Hostien. in causis mortuariorum à defunctis relictorum, in auten. de ec. ti. §. si autem per redemptionem 9. col. ¶ *In glo. ulti. ibi, locale est*] uel secundum Goff. hoc intellige, quando superior aditur per appe. puta quia consules recusati nihilominus procedebant. & hoc probat littera, quę dicit, sicut superius &c. quasi per appellationem. nā de ea dictum erat superius. uel secundum eum, quod dicit, Recurratur, intellige, nisi committatur. uel secundum Vincen. sufficit, quòd iudex sęcularis per se non possit causam cognoscere, ad hoc, ut fiat transitus ad ecclesiasticum. uix enim contingeret, quin per alium cognoscere possit, supra de offi. deleg. coram. h Host. dixit hoc procedere de consuetudine. h uel secundū cum posset dici contraria locum habere, cum episcopus recusatur: hic, cum recusatur minor episcopo. pro hoc fauor episcopalis iurisdictionis, & ex i cellentia dignitatis i.

ANNOTATIONES.

a ¶ Temporaliter. Ad hoc uide in c. uenientes, de iureiuran. & in c. si duobus, de appel. & glo. 2. q. 6. ius omnis oppressus, Archi.

b ¶ Papa succedit. adde d. Alexan. consilio 3. uolu. 5.

c ¶ Sed ad proximam. Ad huc uide etiam, quod not. Ioan. Andr. in c. cum uenissent, infra de eo, qui mit. in possess. & in ca. uenientes, de iureiuran. & Hosti. in c. nouit, de iudi. & sunt quattuor or. quando laicus inclinat iudicis ecclesiastici tribunal: quando imperiū uacat, quando non habet superiorem, & quando consuetudo est, quòd appellatur ad Papā, & ad principē no. in d. c. uenientes, in glo. interpositis, de iureiuran. & faciunt nota. in c. si duobus, de appel. & in c. cum Ioan. de fide instrumen. & quando consuetudo est etiam, tex. in d. c. si duobus, in fi. & ad hoc. c. sua nobis, & c. ex parte, de appel. Item in casu propter participem delicti cum delinquente, ut in concubina, siue muliere delinquente cū sacerdote, ut nota. in e. 2. infra de cohabi. cle. & mu. & ibi scripsi, & in c. si concubina, de senten. excommuni. & c. 1. de postulat. præl. Archi.

d ¶ Superio-

d ¶ Superiorem non habet. Vide gl. quæ incip. de facto. & ſuper illa Ioan. an. qui fi. ſint legi. per uenerabilem. & uide cap. infra de ſup. ne. prælato. lib. 6.

e ¶ Negligens eſt. adde Cardi. in clem. paſtoralis. §. ut illud in 1. oppo. de re iudi. & in cle. præſenti in. 6. q. de cenſi. & per d. Feli. in c. cum non liceat. de præſcrip.

f ¶ Contrarium tenuiſſe. Oldr. late diſputat, an de iure diuino gentium uel alio ſubſint reges imperatori. uide in ſuo conſilio 64.

g ¶ Opinionum legiſtarum ſtetur interpretationi. Vide qui filij ſint legi. per uenerabilem. §. rationibus.

h ¶ De conſuetudine. Adde hic. d. Ant. poſt Cardi.

i ¶ Dignitatis. Illud dictum Hoſtien. eſt magna limitatio ad præall. c. ſi quis contra clericum.

S V M M A R I V M.

1 *Laicum uidua coram iudice eccleſiaſtico conuenire non poteſt, niſi ſuper cauſa eccleſiaſtica, uel in defectum iuſtitiæ ſecularis.*
Diuiſio decretalis, ibid.
2 *De hæreditate, & teſtamento quando iudex eccleſiaſticus cognoſcat.*
3 *Suum, pronomen qualiter hic accipiatur, & ex hac uoce intelligitur actum petitorio.*
Sub debito fidelitatis dominus feudi mandare poteſt, ibid. ad uerb. mandauit.
4 *Iniuſtia magna, uel præiudicium graue non inferendum.*
5 *Pertinere quid dicitur de iure, uel de conſuetudine.*
6 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum, & nu. 7.*
Viduarum, pupillorum & orphanorum cauſæ ad quem pertineant, & num. 8 9.
Ab initio quod non ualet, ex poſt facto conualeſcit, ex iuribus citatis. 35. in glo. ulti. & nu. 9.
8 *Additio gloſſarum.*
9 *Capituli ſupra proximi cum hoc conciliatio.*
Super uiduas habet Papa iuriſdictionem, & quod hic dicitur, quomodo non ſit contrarium.
10 *Negligentia ſecularis iudicis hic ſuppleri mandatur, non ſi male pronunciet.*

C A P V T XI.

1 EX tenore. Caſus. Vidua † laicum coram iudice eccleſiaſtico conuenire non poteſt, niſi ſuper cauſa eccleſiaſtica, uel in defectum iuſtitiæ ſecularis. in prima comitis conqueſtio. in 2. Papæ, prouiſio, ibi, Nos igitur. quæ tria facit. cauſam reddit. ſuperſederi mandat. duos caſus excipit [*Mulierem*] uiduã & impetrantem, ut infra patet [*De Meduano*] qui con-2 ueniebatur [*Super hæreditate*] id eſt de hæreditaria † ſibi in dotem conceſſa, uel legata, uel ex ſucceſsione ſibi delata, & ſecundum hoc poteſt uel non poteſt agi coram iudice eccleſiaſtico, ar. ff. de iudic. quod legatur. dos enim poteſt intelligi hæreditas mulieris: quia ſuũ patrimonium appellatur, ff. de minoribus. l. 3. §. Sed utrum, in fin. de qua poteſt eccleſia cognoſcere, infra de dona. inter uirum, & uxo. de prudentia, maxime a quando uidua [a] repetit. eo. ti. nuper. Item ratione teſtamenti ſpectare poteſt ad eccleſiam, infra de teſtamentis, tua nobis, aliàs niſi in caſibus eccleſia non habet ſe intromittere de hæreditate; quod dic, ut infra qui fili. ſint legi. cauſam. 2. & ideo dicit infra. Niſi ſit ta-3 lis cauſa, Hoſt. [*Sua*] id eſt quoniam † mulier ſuam dicit in totum, uel in partem. ſecũdùm Abb. id eſt erat poſſeſſa, Hoſti. & per iſtud, ſua dicebat Pe. ꝙ agebatur pe-b titorio [b] [*Ipſius*] ſicut ſubiecti, & uaſalli ipſius, Goffr. [*Mandauit*] ſub debito fidelitatis, mãdare potuit, ſi erat de feudo illius, ſupra eo. ex tranſmiſſa, Hoſti. [*Viduis*] uidua, cuius maritus mortuus eſt. 34. di. uidua, Phi. 4 [*Iniuſtitiam*] magnam †. C. de præcibus imper. offe. quoties, & infra de decimis, ſuggeſtum, Vinc. & Philip. Goſ. dixit cautius, uel præiudicium graue: alias poſſet concedere priuilegiũm nõ inferẽs damnum enorme; alleg. eadem iura [*Debemus*] ne inde naſcantur iniuriæ &c. de accu. qualiter. i. Pet. & Abb. [*Pertinere*] de 5 iure, † uel de conſuetudine, de excep. c. 2. lib. 6. [*Iudicem*] non dicit, Comitem: quia forte & rex Franciæ ſuperior Comitis primò requiri debet. ar. contra ſupra eo. ex tranſmiſſa, Pe. & Abb. [*Alioquin*] id eſt ſi non poteſt per iudicem ſecularem, &c. uel ſi cauſa ſit eccleſia-6 ſtica. ¶ Secunda † glo. no. cauſas uiduarum non pertinere &c. ¶ Vlti. glo. reſpondet per quæſtionem, an ſcilicet comite negligente procedant iſti delegati uirtu-7 te primarum, uel ſecundarum &c. ¶ *In † glo. 2. ibi Luna*] impetrans contra tales non trahit eos extra prouinciam etiam coram principe. ipſi uerò præſertim cum timent alicuius potentiam, coram principe trahere poſſunt aduerſarios. ¶ *In glo. ulti. ibi. §. 1.*] fideicommiſſum filiifamil. uel ſerui in codicillo relictum confirmatur, ſi poſtea manumiſſus in eadem uoluntate decedat [*& ibi l. 4. in fi.*] ſi proconſul ante ingreſſum prouinciæ dedit legatum, eo in eadem uoluntate manẽte confirmatur per ingreſſum: quia tunc dare poterat [*& ibi, Donationes*] uide de dona. inter uirum & uxorem. c. ulti. in glo. 3. [*& ibi, Stipulationem*] uide de iureiuran. c. quemadmodum, in glo. ſecunda [*& ibi, Cum in ſecundo*] illa. l. non probat, ad quod inducitur: & quid dicat, uide de elec. auditis, in ulti. gl. ſed lex ibi ſequens, quæ incipit; filio, bene facit, quia dicit, ꝙ licet præteritione filij teſtamẽtum ſit nullum, de æquitate conualeſcit, ſi filius abſtinet à bonis patris [*& ibi, Si quis poſthumos, in prin.*] hæc etiam lex non probat, ad quod inducitur. ibi dicitur, ꝙ ſi poſt primum teſtamentum facit quis ſecundum, in quo poſthumum hæredem inſtituit, licet ætate, uel infirmitate poſthumũ habere non poſsit, rumpitur primum [*& ibi, Si rem. §. ulti.*] ibi, qui ante ſolutionem egit pignoratitia, licet non rectè egerit; tamen ſi in iudicio offerat pecuniam, rem pignoratam, & quod ſua intereſt, conſequi debet: ſecus, ſi ſolum ſatiſdet, ut in l. ibi. ſe. ꝙ ſi non [*& ibi, l. 1. §. ſi pendeat*] ſcilicet cum filius, qui mutuum recepit, patrem 8 habet apud hoſtes. ¶ *In † glo. 2. ibi, nuper*] & infra de ſtatu mona. in ſingulis. §. porrò, de reſcriptis, ad aures, & de officio delega. ſuper eo, ubi de hoc Hoſtien. [*& ibi, Spectant*] quid ergo ſpeciale in iſtis, cum iſtud reliquis c ſit commune? de hoc 87. diſt. eos qui [c] ¶ *In gl. ſicut, in fi.*] & Hoſt. remittit ad ſummam eo. ti. §. ex quibus cauſis, ſub §. ex præmiſsis, & §. Item dominus. ¶ *In glo. ulti. ibi, Impetratas*] hoc placet Inno. qui etiam dixit ſe per 9 hoc † non eſſe contrarium ei, quod notauit ſupra ca. prox. ſuper uer. irritas. ibi enim Papa iuriſdictionem non habet, niſi prius cauſa deferatur ad ipſum: hic ſe-d cus: quia Papa ſuper uiduas [d] iuriſdictionem habet: ſed de gratia defert hic iudici ſeculari, ut non procedat iudex eccleſiaſticus, niſi ſecularis ſit negligens in facienda iuſtitia. Sed hoc non placet Hoſt. ut ibi dixi [*& ibi, Non ualent*] ope exceptionis: ſecus, ſi ipſo iure; & ſic ſoluitur ſequens contrarium [*& ibi, De negligen-*10 *tia*] ſi enim † ſecularis iudex pronunciet, licet male, delegati ſe non intromittent, cum ſolam negligentiam ſuppleri uelit hic, ſecundum Vincen. & Pet. & Egid. ad hoc ſupra eo. ex tranſmiſſa, ibi, diſtulerit. adeat ergo ſuperiorem, uel Papam.

ANNOTATIONES.

a ¶ Vidua. no. quòd uiduis eſt fauendum; uide per do. Barba. conſil. 41. in 2. uolu.

b ¶ Petitorio. Verbum ergo, ſuum &, meum, &, tuum, no. dominium: nõ autem uerificatur ex ſola poſſeſsione. quòd an ſit uerũ, uide per Bar. in rubr. ff. de no. ope. nun. & in l. qui meus. §. argento, ff. de aur. & ar. le. & ibi uide quomodo hoc inducitur ad. q.

c ¶ Eos qui. Vide plenius Ioan. And. de offi. dele. ſignificantibus, in glo. ex quo autem.

d ¶Viduas. Quæ autem dicatur uidua, uide glo. in l.2. C. quando imper. inter. pub. & uidu. & in l. malum. §. uidua, de uerb. signi.

SVMMARIVM.

1 *Clericus non potest sibi constituere laicum iudicem, etiam si proprium iuramentum, & aduersarij consensus accedat. uide num. 3. 9. & 17.*
Diuisio decretalis, ibid.
2 *Tenere, in opinione esse, hic significare dicitur.*
Temporalia hic pro causis, in quibus de eis litigatur, ibid.
3 *Clericus cui iuri non posse renunciare intelligatur, & n. 9. & n. 24.*
Præsertim, tantùm, eod. nu.
4 *Ad renunciationem iuris, uel prorogationem iurisdictionis consensus aduersarij non operatur, nisi in casu, & quo.*
5 *Priuatus quis dupliciter dicitur.*
d ¶Veniente. Ista non uidetur iusta reprehensio, quam facit Hosti. nō tamen uidetur credibile, Inn.intellexisse, ubi in territorio domini Alfonsi delinqueret ille,quia dixisset contra casū huius.c. sed intellexit,quando alibi ipsum offendit, & sic etiam dicit do.Pet. de Anch.in repeti. huius capituli.

e ¶Tenet.Vide Bar.in l.cum unus. §.pe.ff.de bo.au. iudi.poss. & in l.magis.§.illud,ff.de re.eo.& Io. An.in c.pastoralis,de priuil. & in § contrahentes,d.c.Romana,isto ti.li.6. & uide hic plenius per do. Pe.de Ancha.

SVMMARIVM.

1 *Miserabilis persona potest laicum interdicto, unde ui, coram iudice ecclesiastico conuenire.*
Diuisio decretalis,ibid.
2 *Restitutionem petens non habet declarare causam dominij rei ablatæ,& ratio.*
Restituendus etiam prædo est, ibid.
3 *Literæ trahentes non ultra duas dietas quo tempore ualebant.*
4 *Actori in causæ principio faciendum.*
Leuca quot milliaria contineat,& non est ubique æqualis,sed alibi maior, alibi minor, & ubi, ibid.
5 *Coram feudi domino quando agendum.*
Literarum surreptitiarum ex falsò narrata negligentia iudicis secularis exceptionis uis quæ, ibid.
6 *Exceptionis peremptoriæ an & quando contra literas & ante litis contestationem possint opponi.*
7 *Vidua qualis agit coram ecclesiastico contra laicum,uiduæ defendendæ, non subtrahendæ, ibid. earum defensio ecclesiæ reseruata,nu.9.ut etiam diuites agant in foro ecclesiastico,& quando eod.nu.9.*
Fori dicitur hic accumulatio fieri, non subtractio, ibid.
8 *Conueniri quis potest literas habentes clausulam, & quosdam alios diœces. Bononien. si habeat casamentum in diœcesi, ubi interdum moretur, ibid.*
Conueniri quis potest,ubi rem habet litigiosam,ibid.& ubi alibi, num.14.
9 *De restitutione feudi agitur coram domino, & cur hæc uidua non agit, qui alij de ea possint coram ecclesiastico agere, de spoliatione,num.10.*
10 *Vidua quare non conuenit coram domino feudi, & clericus conuenitur coram eo de re feudali, & 5.nu.9.*
Vidua, ecclesia, & miserabilis persona de spoliatione rei feudalis etiam possunt agere in ecclesiastico foro, eo. nu.
Sacrilegium committitur etiam in re non sacra, & quando, eod. nu.uer.uel dic quòd licet.
Ecclesia,& papa habuerunt à Deo iurisdictionem, eod. num. uer. certum est enim.
Clerici, & ecclesiæ subsunt foro tantum ecclesiæ, nisi in rebus temporalibus,& olim uiolenter non iure iudicabantur à laicis tempore primitiuæ ecclesiæ resistere non ualentis, ibid. & postea à quibusdam tyrannis, ibid.
Imperatores, & laici olim interuenerunt etiam in electionibus Romanorum pontificum, id factum ex impotentia tunc ecclesiæ, sed postea correctum, eod.nu.in fine.

11 *Literarum secundarum auctoritate quod procedatur, hic est unus casus.*
Cap. ex tenore, supra eod. & huius cap. diuersi sunt casus, & qualiter, ibid.
12 *Epilogus, & suffragium glossarum. nu. 13.*
Mandatum & ratihabitio comparatur facto.
Vidua retinet domicilium, & dignitatem mariti, donec alteri nupserit. §. 2.
14 *Additio glossarum.*
Dotalitium lucratur mulier duobus modis, ibid.
Domicilium ubi quis dicitur habere, ibid. uer. Dicit Inno.
Legis 2. C. ubi senato. uel clari. intellectus, ibid.
15 *Dietarum computatio fit in ordinario, & etiam delegato, & à quo loco.*
Interdictum, unde ui, est personale, & in rem scriptum, ibid.
16 *Feudi dominorum, & laicorum aliorum difficilius absorbetur.*
Literas impetrare irrequisito ordinario quis potest à superiore, eo. nu. uer. dixit etiam.
17 *Ab initio quod non ualet, ex post facto conualescit, exemplum in negligentia iudicis post impetrationem literarum orta.*
18 *Rescriptum etiam ad possessorium, si exprimatur causa etiam proprietatis, qua non expressa non darentur literæ etiam ad possessorium, & surreptitiũ, & non ualet, nisi iustificetur saltem summatim causa, uel deducatur in dubium: secus dicitur, si non exprimatur, idem si falsum exprimatur, & quid, ibid.*
Proprietatis quæstio referri non potest ante restitutionẽ rei ablatæ, nisi in casu, & quo, ibid.
Expressio causæ dominij rei nocet in rescriptis, & quo casu, ibid. & idem, si falsi, ibid.
13 *Per peremptoriam non fit litis contestatio.*

C A P V T. XV.

1 2 EX parte. [a]Casus. Miserabilis† persona potest laicum interdicto, unde ui, coram iudice ecclesiastico conuenire. & pars huius de fide instru. ex parte. & sunt duæ partes. In prima partis conquestio ponitur. In secunda iudicum instructio. 2. ibi, mandauimus. Prima subdiuiditur. Primo. n. ponit causæ cõnuisionem, & rei uocationẽ. secunda ibi, dictus, rei exceptionem, & actoris replicationẽ ad illam. tertia ibi, idem quoque, aliam rei exceptionẽ, ad illam actoris replicationem[*Dotalitij*]non †habuit necesse hæc adiicere, cum ẽt prædo sit restituendus, infra de resti. spo. in literis, Inno. uendicans ẽt ex tali cã non habet declarare ex quo dotalitio, uide in Spe. de libel. con. §. iusta, uer. quid si spoliatus agebat interdicto, unde ui. Inno.[*Traxisset*]Turonis[*Proposuit*] declinando forum, Hostien. [*Non †ualebant*]imò ualebant ẽm ista tempora, si per eas non traheretur ultra duas dietas, de excep. olim, [*Principale*]quasi fateretur aliud se habere[*A turonis*] quo trahebatur, & sic grauabatur ꝯ concilium, nonnulli, de rescrip.[*Fuit*]ad tollendam exceptionem[*Reginæ*] ista† agebat. unde in causæ principio fuit fauendũ. ff. de iudi. si quis. Vin.[*Leucas*]leuca ẽm Phi. est spacium continens duo milliaria ẽm Host. istæ 12. leucæ cõtinebant 20. milliaria, & sic erat una dieta, ff. si quis cautio. l. 1. ff. de uer. sig. l. 3. & sic tres faciunt 5. Et dicit Fran. ꝙ leucæ sunt magnæ in Francia: maiores in Burgundia; maximæ in Alemania[*Adiecit*]quidã dicunt, triplicando. Tu dic iterum excipiendo[*Negligens*] ualida† uidebat hæc exceptio, cũ ab impetrando repellat, in authen. de man. prin. §. sit ibi, coll. 3. in authen. ut dif. iudi. §. 2. col. 9. & ab agendo, supra eo. licet, & c. ex tenore, & supra de off. deleg. significantibus, maximè quo ad feudum laicorum, quorũ uis difficilius tollitur, infra de iure patro. cum dilectus. sed hæc exceptio posset habere locũ, si uterque litigantium confiteretur hoc castrum, de quo agiᵗ esse feudale; quod dic, ut no. supra de iudi. cæterum, & supra eo. uerũ sed regina id non confitebatur, sed dicebat illud esse suum: uel id, cũ agitur de proprietate, hic de uiolentia. ut dicit glo.[b][*Assignatum*]no. ar. ꝙ† si peremptoriæ exceptiones contra literas opponantur, non est excipiens audiendus; sunt usque post litem contes. differendæ. arg. ff. ad exhi. l. 2. §. idem. aliqui tamen ꝯdicunt, & distinguunt inter huiusmodi except. quæ opponunᵗ in possessorio, & illas, quæ opponuntur ꝯ literas. In primo casu, quando opponuntur in possessorio, non admittuntur, sed in petitorio differunᵗ; hoc ideo, quia si ẽt probarenᵗ in possessorio, nihilominus tamen fieret restitutio, ut patet de or. cogni. c. fi. In secũdo uero casu, s. quando contra literas opponuntur, bene est excipiens admittendus: quia si probetur talis peremptoria exceptio expressa, uel tacita, qua suppressa, uel expressa, non fuissent datæ literæ, iurisdictio encruetur, de rescrip. super literis. Si bene inspicis hic, ista distinctio reprobatur, nõ enim hic opponebatur exceptio dotalitij contra interdictum, unde ui, sed contra literas tantum, & tamen differtur in petitorio, ut j. §. fi. Inno. Host. remittit ad decre. exceptionis, de lit. cont.[c] li. 6. arguebat etiam Gof. ꝙ si peremptoria exceptio proponatur non in uim peremptoriæ, sed dilatoriæ, ut iurisdictio impediatur, nil agiᵗ, nec. n. fit litis contestatio quia ad hoc non proponitur, nec processus impediᵗ: quia ad hoc ex sui natura non datur. instruebat ergo iudicem, ut non admitteret eam in uim dilatoriæ ut ineptam, nec intercipiat proponentem, quasi per id sit facta lit. contest. sed hoc dic ut de lit. contesta. c. 1.[d] & 2. lib. 6. [*Feudi*]de hoc supra ti. prox. cœterum. Inno. [*responsum*]minus bene, secuundm quod no. de offi. de le. significantibus. uel dic ꝙ bona fuit ista responsio, Inno. & dic responsum replicando ad tollendam exceptionem, Host.[*Vidua*]desolata† & oppressa, qualis erat ista secundum Goff. & Hostien. nec fit hic ẽm eos subtractio fori, sed accumulatio; & sic soluitur, quod obijcitur, quare ista non prius agit coram iudice rei, cum etiam clericus ageret coram eo. supra c. si clericus. Item ꝙ licet uiduæ sint defendendæ, nõ tamẽ subtrahendę[e][*Conuenire*]uerum dicit, nisi ipse spoliator esset de dominio feudatarij, & tunc illuc traheretur, supra ti. 1. ex transmissa, & c. nouit, nisi contra uiduam ageretur in fraudẽ. supra de ali. mu. iu. causa. ex parte, Vin.[*Et infra*]hic concludebat regina conquerẽdo de iudicibus, qui propter istas exceptiones non procedebant in causa[*Interdum*]sub.† maxime hæc enim probatio non est necessaria, sed appositum est quia fuerat allegatum. Item nec sufficiens esset per se, si quæstio fuisset omninò personalis, & ideo cautè posuit copulam, &, secundum Hostien. Pet. tamen & Abb. arguebant, quòd si impetratur litera contra Titium, & quosdam alios diœce. Bonon. quòd is de ciuitate, qui casamentum habet in diœce. ubi interdum moretur, puta in messibus, uel uindemia, possit conueniri: sed istud argumentum non colligiᵗ secundum literam. j. & in eadem &c.[*Commorari*]non transire, ut no. de rescri. dilectus, ẽm Inno.[f][*In eadem diœce.*] Andegauensi [*Litigiosam rem*] hæc probatio sufficiens est, & necessaria, supra eo. iane. & supra de rescript. dilectus, secundum Host.[*Exceptionibus*] licet hic innui † uidebatur, quòd de resti. feudi facienda per interdictum, unde ui, etiam inter alios homines nedũ à uidua possit agi coram ordinario omisso domino; Et tamen nõ est uerũ: imò tantùm corã domino ad restitutionem rei agendum est, ut not. supra ti. 1. cęterum. Sed hoc ideo dicit, quia defensio uiduarũ de speciali gr̃a, & fauore uiduarũ à Deo est ecclesiæ reseruata cõtra spoliatores, & in ipsorum odium, ẽt si sint diuites uiduæ:[g] & ideo per ius cõe feudorũ non reuocaᵗ, ut no. de rescrip.

de rescrip.c.1.& maximè priuile.dci.87.di.c.1.& 2.Sed
10 † obiicies,nône clerici,qui de gratia reseruantur foro ecclesiæ,possunt conueniri corã domino feudi,ut supra de iudi.cæterum, & supra eo.c.uerum.respõdeo, iurisdictio clericorũ ecclesiæ nõ reseruat,quando de possessionibus agit de priuilegio speciali, Sed de iure cõi quod ab imperatoribus cõditũ est,& ideo per ius cõe ab imperatoribus factum super rebus,uel feudis suis reuocatur. uel ideo ualet cõtra clericos,qa ab ecclesia est receptum ius illud.uel dic,ꝙ licet alias inter priuatos ad solum dominum pertineat hæc cognitio etiam si agatur de spoliatione: tamen,si uidua,ecclesia,uel alia miserabilis persona de ea spoliatione agat bene cognoscet ecclesia,& hoc ea ratione,quia est crimen sacrilegii, cuius cognitio pertinet ad ecclesiam. 87.di.c.1. & 2.16.q. 1.in canonibus.nec est necesse, ꝙ in hoc casu requiratur dominus super iurisc.ei reddenda,sicut dicitur supra c.ex tenore: quia ibi loquit,ubi agebatur de proprietate,vel cum exercitium actionis pertinebat primo ad dominum . secundò ad ecclesiã.
h. Sed hæc cognitio sacrilegii[h] primò pertinet ad ecclesiam,Inno.sed Host.non placet, ꝙ iurisdictio clericorũ dicatur ecclesiæ ab imperatoribus reseruata. Certũ est.n.ꝙ papa,& ecclesia non habuit iurisdictionem ab hoĩe , sed à Deo. de hoc supra ti.1.nouit,uer.cum .n.forus aũt clericorum,& ecclesiarũ est ecclesiæ,cui soli subditi sunt,nec alii personaliter subijci possunt, quantuncumque uoluntarij. Quod aũt ratione remporalium rerũ subsint secularibus potestatibus,dominus uoluit, & beatus Pe.& ecclesia approbauit;quod dic,ut no.supra de maior.& obe.solitæ: & uide quod dixi,eo.ti.si quis uenerit. non ob. ꝙ clerici olim iudicabant per laicos , ẽt quando personaliter agebatur. Id.n. non fiebat de iure,uel iusticia,sed de facto.& iniuriosa uiolentia tpe primitiuæ ecclesię, quo & sancti martyrizabant,& opprimebant;nec poterat ecclesia resistere; hæc ẽt hodie à multis tyrannis principibus ecclesiæ,& psonæ ecclesiasticæ patiunt.sed reprehendunt, & ab ecclesia puniunt, ut patet. s̄. c.1.& de immu.ecc.nõ minus,& c.aduersus.Sic & tolerabat olim ecclesia ex causa,ꝙ imperatores, & laici electionibus ẽt Romanorũ ponti.se ingerebant.Sed quando ecclesia potuit,hoc correxit,63.di.§.principibus,& §.uerũ de elect. sacrosancta , de iure pat. nobis.& adde quod no.supra eo.licet,super uer. imperio.& sic dixit corrigendũ & intelligendũ,quod no.in summa,e.ti. §.quibus ex causis, sub. §.liquet, & uer.ego dico [*Priorum*] quæ emanauerũt, Abb.Inno. [*Procedatis*] auctoritate
11 † istarum secũdarum literarũ , supra c.ex tenore,Gof. sed multũ diuersi sunt casus ſm Hosti.quia ibi primæ erant in pendenti, cum petitorio ageretur: hic secus.
12 ¶ Vl.gl.no.ex † tex.literas impetratas ꝯ laicũ &c.signat contraria,soluit.secundò no.ꝙ cã uiduarum &c.& remittit.tertiò declarat, quare nõ fuit recipiẽda ultima exceptio. [Vltimo obiicit ad denominationẽ istius re-
13 ginæ. ¶ *In † glo.2.ibi,cum à te*]uide de resti.spolia.olim 2. in ultima glo.[*& ibi,si procur.*]si procur.uel familia armis deiecerit,dominus sic deiecisse uidetur, si mandauit,uel ratũ habuit.¶ [*In glo.3.ibi §.senatores*]quid dicit §. iste,& l.sequens,uide de parochiis. c.ult.in 1. glo. ¶ [*In glo.ult.ibi,§.Vidua*] uidua retinet domicilium,& digni-
14 tatem mariti,donec alteri nupserit.¶ [*In † 1.glo.ibi, propter nuptias*] & tunc intelligas,ꝙ pacto,uel consue.fuerat illud lucrata.j̄. de do.inter ui.& uxo.c.ulti.¶ [*In glo. potest enim ibi.senatores*]&.j̄.de sepul.c.2.2.respon.li.6. Dicit Inno.idem, si haberet ibi magnam partem bonorũ suorum , uel larem.i.familiã : uel si nihil habet, ibi tamen assidue conuersatur. C. ubi.sena. uel cla.l. 2.in hac.l.cõiter in ultimo membro non est disiuncta,sed coniuncta,ut ponit glo. 2.in decreta.dilectus.2.de rescri.[*& in fi.*] Idem Vin. & idem no.de po.c.ulti. in 1. glo.& ibi dabo remis.¶ [*In gl. f. Andegauen. ibi , ordinario*]
15 & etiam in † delegato fiet computatio dictarum, Ab. [*Illo loco*]quia licet agatur interdicto,quod est personale,tamen quia in rem scriptum est, à loco,ubi sita est res,fiet computatio,de hoc supra de rescrip. dilectus. 2. Inno.uide quod no.de rescrip.statutum,lib.6.in gl.
16 olim dicebamus. ¶ [*In glo.ult.ibi,feudi*]in † dominis feudorũ maximè hoc procedit,& quia ipsi ut plurimum existunt laici, difficilius ipsorum ius absorbetur infra de iure pa.cum dilectus,ſm Gof.Dixit etiam,quòd licet iure auten. non uideatur licere impetrare literas, irrequisito ordinario,in auten.de man.prin.§,sit tibi, colla.3.& ut diffe.iu.§.2.tamen id non seruatur,nec tenet de iure canonico.2.q.6.ad Romanam[*& ibi,negli-*
17 *gentia † iudicis*]ẽt ex post facto: puta quia incępit cognoscere secularis, & postea tepescit , ſm Vinc.& facit,qđ no.supra eo.licet,in 1.glo.[*& ibi,assignatum*] quod dixe-
18 rat † regina solùm ad instructionem iudicis. concludebat.n.de uiolentia. Sed si actor exprimeret talem causam etiam proprietatis,qua nõn expressa non darentur literæ etiam ad possessorium nam tunc uitiabitur rescriptum,ut si posidens de facto duas dignitates eiiciatur ab altera. & quia non auditur uolens impetrare, quia non habebat dispensationem , uel commendationem, exprimit se priuilegium habuisse super illis, & altera spoliatum; non credo, ꝙ ualeat,licet quæstio priuilegii , respiciat petitorium , infra de præben. de multa,nisi saltem summatim iustificet sibi titulum ita , ꝙ saltem deducatur in dubium : sed si nulla causa fuisset in rescripto expressa,non posset ante restitutio-
k nem sibi referri[k] quæstio. Idem etiam dicerem in falso manifestim expresso, ut si falsò dicat se clericũ,uel cystercien. ut facilius impetret literas, Vin. [*& ibi,pe-*
19 *remptoria*]non † tamen per eam fit lit.contest. infra de lit.conte.c.2.li.6.de hoc no. hic Gof.[*& ibi, in prin.*] ibi non simpliciter regina, sed quondam regina uocabatur.

ANNOTATIONES.

a ¶ Ex parte. Ibi,quondam,nota de dictione,quondam , quæ sui natura est apta nata pro præsenti excludere qualitatem , cui adiungitur: ad hoc facit,quod no.in c. cum contra , infra de pig. & uide ibi Ioan. And.de instrumento, in quo reperitur scriptum, Talis quondam talis filius,& eius pater est mortuus , an instrumentum ualeat,Archi.

b ¶ Dicit glo. Et quæstio super possessione iuris patrona. non est spiritualis,ut no.Ioan.And.post Inn.supra de indi.c.fi.in glo.seculares,& idem hic no.glo.fi.& in c.cæterum, de indi.

c Lit.contest.Ibi uide glo.& Ioan.And.& in c.constitutus , & c. super literis, de rescrip. & in c.ad audientiam,eo.tit.super glo. fin. & in.q.fin.in regula,exceptionem.de re.iur.lib.6.& Bar.Bal.& Salij.in l.præscriptionem,C.si contra ius, uel uti. publi.

d Lit.contest.c.1.Et uide Barto.in l.nam & postea, ff.de iureiur. & in l.eleganter.§.1.ff.de condi.inde. ubi facit differentiam in hoc in causa ciuili à criminali. Et uide plenius Bald.in l. postquam litel,C.de pactis .

e Subtrahendæ. Oppressio ergo hoc facit:uide Ioan.And.in c.significantibus,de off.deleg.ubi ponit opi.aliquorum dicẽtium, quòd per has personas miserabiles à iudice seculari potest appellari ad ecclesiasticum,quod an sit uerum,no.ibi uide Ioan. And.

f ¶ Rescriptis. Et in l.assumptio, ff.ad muni. & ibi Bar. & aduerte , quòd Papa hic copulatiuè , non alternatiuè dixit commorari, & subdit,Et in eadem litigiosam &c.ex quo dixit dominus. Fran.de Zaba.quòd non probat ille text. Quod à ditione,ubi sua est res , debeat fieri computatio. & sic non obstat glo. olim dicebamus , in c.statutum,infra alle.ad c.dilectos,el.s.hic alle.dicit,quòd nec ibi hoc determinat papa , sed solum mandat super appellatione procedi.

g ¶ Reuocatur.Hæc ergo.q.contraria primæ, quæ ponit alium priuilegium,non reuocat primam,uide Ioan. And.supra de indi.nouit,super glo. dic quòd hoc fuit. & uide Bar.in l.omnes populi , ff.de iusti.& iu.in primo membro, in 4.q.contra uidetur notare glo.in proœmio cle.super uer. decætero,& ibi per Moder.

h ¶Sacrilegii. No. quod ſacrilegium committitur nedum in offenſione rei ſacræ, ſed etiam miſerbilis perſonæ contra ipſius uei bi propriam ſignificationem: uide Ioa. And. de ſen. excom. cum pro cauſa, in glo. etiam in peconia. uide etiam glo. & docto. maxi. Bal. C. de for. l. non ductus.

i ¶Dicebamus. Ibi gl. dixit fieri computationem à loco domicilij, & hanc decret. corrigi, contrarium tenet Zen. Ioan. de ligna. & Ioan. de Faotu. & plerique moderni per c. cum expediat, de elec. lib. 6. & ibi. Lau. in cle. 1. de reſcrip. pro iſta opi. facit quod not. Iono. & Hoſtien. & Ioan. And. in c. dilecti, infra eo. in glo. non reprimit, & ibi uide regulam, quam dat Hoſtien.

k ¶Referri. Si intelligis contra reſcriptum, poteſt hoc procedere. ſed ſi ad intentionem, uidetur notari contrarium in c. conſtitutus de ſi. presby. & ob. c. ſi. de reſtitu. ſpo. li. 6. & uide glo. ſi. in cle. 1. de cauſa poſ. & proprie. & uide Io. An. in ſpe. eo. tit. in rub.

S V M M A R I V M.

1 *Laici uſurpantes iura eccleſiarum uelut ſacrilegi per iudicem eccleſiæ compeſcuntur.*

2 *Imperium merum, & mixtum comprehenduntur ſub iuriſdictione, & quid hæc contineant, ab alijs tractatum, & quibus.*

Carcerem priuatum habere poteſt epiſcopus, & quando, ibid. uer. poterat ergo.

Pleno iure poſſidere caſtrum, quid ſibi uelit, eod. nu.

3 *Interdictum, uti poſſidetis, ex quo hic uidebatur intẽtare, & nu. 4. uiolentia non committitur tantum per ſpoliationem, ut hic non committebatur. ibid.*

4 *Actio, quam quis intentat, ex libelli cognoſcitur uerbis.*

De ſacrilegio eccleſia cognoſcit, ibid. de ſacrilegio multiplici ubi tractetur, nu. 5.

Probare quis debet cauſam petitionis ſuæ: aliàs ſuccumbit, ut hic de uiolatione dicitur, eod. nu.

Collatio facta eccleſiæ rerum infertur ad uitam, relictum uerò ad mortem. ibid.

Acquiritur eccleſiis rationibus, multis, & quibus, ibid. ad dictionem, collata, & ſeq.

5 *Sacrilegi alibi dicuntur homicidæ. & an ſint ipſo iure excommunicati, ibid. & nu. 9.*

6 *Abſolutionem hic ſatisfactio præcedit.*

7 *Epilogus, & addiſio gloſſarum. & nu. 8.*

In quaſi poſſeſſionibus competunt interdicta utilia & quæ, & actio ex canone reintegranda, §. 1.

9 *Eccleſiarum uiolatores, incendiarii, & ſacrilegi quando ipſo iure ſunt excommunicati, & quando per ſententiam excommunicandi.*

C A P V T   XVII.

1 CONQUESTUS. Caſus. Laici uſurpãtes iura eccleſiarum, uelut ſacrilegi per iudicem ec. compeſcuntur. Et primò ponitur querela epiſcopi, ſecundo iudicis datio, quam primò iuſtificat [Quæ] tem-
2 poralis iuriſdictio [Plenius iure] & ſic habebat ibi † merum & mixtum imperiũ, & iuriſdictionem, quæ omnia comprehenduntur. ſub iuriſdi. inquantum eſt genus. & quid hæc contineant, tractauit hic Vin. quæ ponit Guil. in Spec. de iuriſ. om. iud. uer. & no. & uer. ſeq.
a & dicit lex. ff. de iuriſ.[a] om. iu. l. 3. poterat ergo iſte quaſi magiſtratus habere priuatum carcerem, quod alias non liceret, infra de apoſta. à nobis, & C. de priuatis carcer. l. 1. Vin. Franc. exponit; pleno iure: quia ſcilicet habebat cognoſcere, iudicare, & exequi [Ac eſſe] per
3 hoc † uidebatur intentare, uti poſſ. ff. uti poſ. l. 1. §. interdum autem, Hoſt. [Per uiolentiam] non intelligas, quòd eccleſiam ſpoliarent. tunc enim male diceret, ꝙ in poſſeſſione eſſet eccleſia ſpoliata; ſed per uiolentiam ipſam inquietabant, & damna dabant, & clericos, & laicos forſan capiebant; quia coram communi non reſpondebant, & alias multipliciter iniuriabantur, ut
4 ex ſi. colligitur. & ſm eum † intentabatur hic, uti poſſidetis ex quo in libello fit mentio de uiolentia, & per
b conſequens de ſacrilegio[b]; & ideo debet eam coram eccleſia agitari. ſed ſententia non dabitur pro epiſcopo, niſi uiolentiam probet. debet enim probare cauſam, ex qua petit, aliàs ſuccumbet. ff. de excep. rei iud. ſi mater. §. eandem, Inno. [Collata] in uita [Eccleſiis] uel aliis piis locis, infra de teſta. officii, & c. requiſiſti. §. ſecus. Hoſtien. [Relicta] in morte. nam uerbum relinquẽdi ad uiul tabulas non pertinet. ff. de tab. exhiben. l. 1. ad finem, Phi. [Alijs] puta emptione, permutatur. & uſucapione, inſti. de rerum diui. §. per traditionem, C. de pac. l. traditionibus, Hoſt. [Vſibus] ſic infra de reli. do. ad hoc, de re. permu. iniuſtum, de conſe. di. 1. ligna, & c. ueſtimenta. 10. q. 1. quia ſacerdotes, & c. ſanctorũ,
c & c. hanc conſuetudinem,[c] Hoſt. [Sacrilegi] alibi dicun
5 tur † homicidæ 12. q. 2. c. 1. Phi. & de multiplici ſacrilegio dicam infra de ſen. excom. cum pro cauſa, & ibi
d remiſsio[d] [Cenſuram] no. ſacrilegos non eſſe ipſo iure excommunicatos: de hoc ſuper gl. [Satisfacere] præcedit
6 † enim in hoc caſu ſatisfactio abſolutionem, de uerb. ſig. ex parte, Gof. [Præteritis] ſi. ſupra de pac. plerique,
7 & ſupra de tranſactio. ueniens, Hoſt. ¶ † Secunda glo. docet, quare dicatur in corporibus quaſi poſſeſſio.
8 ¶ † [In 1. glo. ibi, ſpiritualem] melius dicas, ut dixi in textu. per hoc ꝙ dicit, temporalem iuriſdictionem [& in ſi.] ſic infra de priuile. cum & plantare. §. in eccleſiis. & c. quoniã, & 16 q. 2. c. 1. Goff. ¶ [In glo. 2. ibi, quaſi poſſidetur.] & ideo interdictũ, unde ui, uel uti poſſidetis, non cõpetit in eis, ſed quaſi, unde ui, uel quaſi uti poſſidetis ff. de ſeruitu. l. quotiens, & ff. ſi ſeruitus uendicetur. l. 3.
e §. pomp.[e] uel competit actio ex canone 3. q. 1. reinte-
9 granda, Gof. ¶ [In glo. ult. ibi, ipſo iure] ſaluo † eo, quod habetur infra de immu. ecc. non minus, contra. 11. q. 3. canonica, de ſen. excom. cum pro cauſa. & hic adde, quod ibi dixi poſt Inn. & c. conqueſti, & 17. q. 4. omnes, ubi de hoc. So. uiolatores eccleſiarum ipſo iure ſunt excommunicati, ut in cõtrariis. aliàs non, ut hic, & 17. q. 4. quiſquis, Phi. Gof. dixit incendiarios, & uiolatores eccleſiarum excommunicatos: alios non. Pe. & Abb. hic diſtinguunt. aut ſacrilegium committitur in perſonam eccleſiaſticam; & tunc ſacrilegus ipſo iure excommunicatus eſt, per c. ſi quis ſuadente: aut in rem eccleſiæ; & tunc excõmunicandus eſt, ut hic: aut in ipſam eccleſiam; & tunc ſubdiſtinguitur. aut cum incendio, uel effractione, & tunc excommunicatus eſt. & ponit Pe. exemplum in eo, qui fregit fores eccleſiæ, uel in ipſa eccleſia aliquam opprimit infra de ſen. excom. conqueſti, & c. cum pro cauſa. aut ſine his, ut quia librum, uel calicẽ incautè dimiſſum de eccleſia abſtulit; tunc non eſt excommunicatus, de fur. c. ſi. ibi enim de abſolutione nil mandatur.

A N N O T A T I O N E S:

a Iuriſdic. Ibi uide Bar. & in l. 2. & an quod ſequitur de carcere, ſit meri imperij, ibi per ipſum, & Ioan. And. in c. qualiter, el. 2. de accu. & iſta uera: tamen faciunt ad q. an ſi imperator donat alicui ſimpliciter, aliàs cum omni iuriſdi. unam ciuitatem, an ueniant, merum & mixtum imperium cum iuriſdi. de qua uide Ioan. And in ſpe. præal. & per do. Bar. de Sali. in prima conſt. C.

b ¶Sacrilegio. Sacrilegium ergo fit nedum expoliatione, ſed & turbatione.

c Conſuetudinem. Vide bonum tex. in cle. quia contingit. de reli. do. & ibi glo. & Moder. & Ber. in l. legatum, ff. de uſufru. le. & in l. pater. §. tuſculanus, ff. de lega. 3.

d ¶Remiſſio. Et quomodo in diffiniendo ſacrilegia differunt leges à canonibus, uide glo. & doc. in l. 3. C. de fur.

e ¶Pomponius. Vide Barto. in l. 3. §. unde ui. ff. de ui & ui ar. & in l. ſequitur. §. ſi unum, ff. de uſur.

S V M M A R I V M.

Priuilegiatus, ut non teneatur reſpondere niſi in certo loco, ſi aliò loco uel reſpondere, uel ſoluere promittit, ibi poteſt conueniri.

Diuiſio

Diuisio decretalis, ibid.

2 *Nominis expressio non impedit, quominus rescriptum respiciat successorem, & quare, & nu. 15.*

3 *Procurator datus per prælatum nomine suæ ecclesiæ, mortuo prælato, etiam re integra an potest prosequi causam, & in quibus alijs procuratoribus idem sit dicendum.*

Mandatum procuratoris, & iurisdictionis, an sit similia, ibid.

4 *Priuilegium concessum laicis etiam competit clericis, & causa cessante & ipsum cessat, nu. 5. & illi renunciatur, num. 8. & 9. 10. uide ibi potest is tollere, qui dedit. nu. 12.*

Reales causæ agendæ sunt in loco rei, ibid. in fine.

5 *Inimicitiæ exceptionem tuetur ius commune.*

6 *In iudicem non suum potest quis tacitè consentire, & qua ratione.*

Ordinario posset quis conueniri, sic & coram delegato Papæ, & ratio, nu. 9. ubi uide. ac nu. 10. & 17.

Papa iudex est ordinarius omnium, & per delegatum cognoscit, ibid. & nu. 9.

7 *Intentio quæ huius constitutionis.*

Conueniri ne quis ualeat ubi soluere, uel respondere promisit, & quibus casibus, ibid. & coram quo, ibidem. & num. 8. & 9.

In quocunque loco, coram quo.

8 *Fori priuilegio, sicut, & foro renunciatur, & ad quos casus extendat hoc priuilegium, nu. 9.*

9 *Delegatus Papæ, sicut ordinarius, procedere poterit, non aliter, nisi in casu, & hoc in casu huius capituli, in fine.*

10 *Vel, pro, &,*

Soluere uel respondere ubi quis promisit, ibi uidetur contraxisse, uel non declinare forum respectiue, ibid. & si ibi non inueniatur, quid iuris. nu. 17.

11 *Successorem obligat pactum prædecessoris factum nomine ecclesiæ. tenetur successor sicut filius, & hæres. nu. 15.*

Expensæ, & damna sunt diuersa, ibid.

12 *Literarum secundarum uirtute quando procedatur, & hic est casus, in fine.*

Mora pro dilatione, ibid.

13 *Epilogus, & suffragium glossarum. nu. 15.*

Expensæ debent esse moderatæ, non superfluæ. §. 1.

Eæ & damna quomodo probentur, ibid. & nu. 18.

15 *Additio glossarum, & nu. sequen.*

Dilatoria non proponitur post litis contestationem, ibid.

Cap. quoniam Abbas, de offi. delegati intellectus, ibid.

16 *Priuilegio cui possit quis renunciare, cũ plura sint genera, & quæ.*

17 *Iudicem qui alium, quam quem eligit, adit, cadit à causa.*

Expensæ factæ in litem & ante litem quo iure petantur, & qualiter probentur.

Interesse probabitur etiam per iuramentum, & quid, ibid. in fine.

Actio, quod certo loco, est arbitraria, ibid.

CAPVT XVIII.

1 Dilecti. Casus. Priuilegiatus, † ut non teneatur respondere nisi certo loco, si alio loco respõdere, uel soluere promittit, ibi poterit conueniri. Et prima pars ponit querelam actorum, quæ continet causæ commissionem. & rei exceptionem. secunda ponit mandatum factum reo cum comminatione, & prouisione, si non pareat [*Abbati*] idest ad Abbatem, Host. contra. R. Expressio † ergo nominis non impedit, quominus rescriptum respiciat successorem uniuersalem: quia contra ipsum nomine ecclesiæ fuerat impetratum, ut dicit glo. argu. ff. de annuis le. l. annua: secus de singulari successore. & per hoc arguet † ad quæstionem de procur. dato per prælatum nomine suæ ecclesiæ, ꝙ mortuo prælato etiam re integra, idest antequam procurator incipiat uti procuratorio, & antequam ad sui instantiam citatio sit emissa, procurator prosequi posit causam. constat enim uerum procuratorem esse illum & constitutum ab eo, qui constituere potuit etiam sine causa secundum ea, quæ not. de rescrip. edoceri. quare ergo prohibentur agere causam sibi commissam. quasi d. Innoc. non occurrit ratio: ergo non prohibebitur, argu. C. de libe. præteritis. l. 1. & supra de procura. petitio. alij tamen dicunt, ꝙ si cœpisset agere, tunc eam posset prosequi: sed secus, est si non cœpisset agere: quia sic est iurisd. si. §. de off. leg c. fi. nam & in his similia sunt mandata iurisdi- a ctionis, & procuratoris. ff. de iurisdi. om. iudi. & quia[a] sed secundum primam opi. responderi potest, quòd non est simile mandatum iurisdictionis, & procuratoris in hoc casu. & est diuersitatis ratio: quia iurisdictio tantum delegatur à iudice delegante; & ideo finito delegantis officio finitur officium delegati, nisi per citationem ad minus suam perpetuasset iurisdictionem, supra de offi. delega. gratum. Sed procurator non constituitur nomine constituentis, sed nomine ecclesiæ. & ideo, quia ecclesia non desinit mortuo prælato, quia nunquam moritur. 12. q. 2. liberti, ergo nec procurator. Idem quod dicimus in procuratoribus constitutis à prælatis, dicendum est in pro- b curat. constitutis à rectoribus ciuitatis[b] siue sint annales, siue perpetui. In procur. autem constitutis ad negocia posset satis dici, quòd quamuis generaliter constituti sunt, tamen post mortem constituentis non deberent incipere noua negocia, arg. ff. de nego. ge. nam & Seruius. §. si ui no, Innoc. & pro diuersitate prædicta facit infra de procu. c. 3. lib. 6. Host. dicit, ꝙ procurator à prælato constitutus, quamuis etiam litem contestatus sit prælato uiuente, tamen eo mortuo causam non aget, donec ecclesię de prælato sit prouisum. Ratio secundum eum, quia sede uacante nil dicitur innouari, infra ne sede uacante. c. 1. & ult. quæ loquitur lit. conte. cum tractet de receptione testium. Et dicit Host. se mirari, quomodo de hoc fuerit dubitatum. nec ualet, si dicas, quòd in prædictis capitulis loquitur de prælato conuento, non agente. nam si uacante sede non licet defendere, quod est fauorabilius, multominus nec agere, argu. ff. de procur. seruum quoque. §. publicè, & l. omnium, & l. Pomp. in fi. C. de procur. alienam. Guil. hic remittit in specu. de procura. §. 2. uer. sed nunquid procura. & uide de synd. §. 1. uer. quid si aliqua. Arch. in decret. si duo, de procur. lib. 6. dicit opi. Hostien. ueram, quando causa respicit solum prælatum. Si uerò spectat ad prælatũ, & c. uel solum capitulum, sit uera, opi. Inno. hodie per c constitutionem[c] cle. de procur. procuratorem, reprobata opi. Inno. approbatur opi. Hosti. in hoc, ꝙ procur. non procedit. sed si ipse intendebat, quòd substituto prælato procur. ex primo mandato procederet, reprobatur hic, ut ibi no. in glo. Dicebat Hosti. [*Fecisti*] 4 in modum exceptionis [*Anglicis*] no. priuilegium. † cõ d cessum Anglicis etiam clericis competere.[d] Et dicit Abb. hoc facere ad quæstionem montis Pessul. ubi laicis fuerat priuilegium concessum duraturum per triennium, ne traherentur extra diœce. super rebus in episcopatu Magalon. sitis, ꝙ. s. illud etiam clericis competat. simile quod dicam de offic. de. ca. fi. lib. 6 super uer. districtu [*Pecuniarys*] quasi d. secus in realibus, quæ agendæ sunt in loco, in quo sitæ sunt res, de hoc supra eo. sanè, Host. [*Citra mare*] Host. qui dicit se uidisse priuilegium, dicit, quòd in priuilegio reddebatur 5 † causa inimicitiarum; & hodie cum cesset causa pace inter reges plenè reformata, cessabat priuilegium. 63. di: §. uerum. Si tamen aliquis haberet speciales inimicitias, adhuc beneficio iuris communis, & si non priuilegii poterit se tueri, de app. ex parte, ut lit. non contc. accedens [*Prodesset*] uidetur litera male dicere; quia 6 & si expresse † uoluisset in alium iudicem non suum consentire, non posset, infra c. prox. So. hic non cõsentit in alium iudicem nõ suum: quia papa iudex ordinarius est oĩum, qui hoc per delegatum cognoscit, Ioan. And. super 2. Decret.

arg.9.q.3.cuncta,& c.per principalem,imò plus dico:
quia etiam in alium iudicem consentire potest tacitè,ut hic, scilicet contrahēdo in alterius territo.ꝑmittendo alibi soluere,Inn.[*Respondere*]non exprimit sub
7 quo iudice,nec propter † hāc promissionem tenetur
respondere sub ordinario Iudice illius loci, ubi soluere,vel respondere ꝓmisit,cum expresse hoc ꝓmittere
non posset.J.c.ꝓxi. sed tantum corā Papa,uel eius delegato ibi respondere cogetur; & hoc intendit hæc litera, ꝙ respondere tenetur corā iudice illius loci, ubi
promisit soluere.ff.de eo, quod certo loco.l.1.& corā
iudice, corā quo respondere promisit. cū ibi contraxisset.aliàs.n. si non contraxisset, sed respondere promisisset,non cogetur ibi respondere.ff.de iurisdi.om.
iud.si conuenerit, & quod no.de hoc supra de offi.de
le.significantibus,ibi uide in glo.isti non erant. debet
.n.coram iudice illius loci respondere, ubi contraxit.
ff.de iudi.hæres ab.& l.interdum.§.fi. Et intelligo hoc
si ibi inueniatur,vel etiam si alibi,quam in sua prouincia,latitet,ibi transmittendus est,sicut dicitur in criminibus,quæ per auten.contractibus æquiparantur, auten. ut omnes obe.iudi. §.2.colla. 5.auten.ut nulli iudi. §.si uerò quis, colla. 9. Sed ratio hic inducta super
foro contrahendo, ubi soluere, uel respondere promittit, superficialiter inducta uidetur, cum loquatur
de ordinaria iurisdictione, quam subire cogitur, qui
in alieno territorio contrahit,uel soluere, uel respondere promittit.hic autem de iurisdictione papæ delegata, & ipsius rescripto loquitur, ad quam nunquam
nec tacitè, nec expressè obligauerat se episcopus, &
quæ secundum uoluntatem Papæ extenditur de Anglia in Franciam;& etiam restringitur, sicut patet supra de rescri.nonnulli,& in priuilegio hic alle.restringebatur. sed dic ꝙ bene faciunt ad propositum : quia
ex quo in alterius territorio contrahit,non solum uidetur consentire, quod ibi coram iudice ordinario,
conueniatur,sed etiam coram iudice delegato,quod
8 est notabile.Quidam† hic sumunt ar.ꝙ à loco contractus, uel commissi delicti sunt computandæ duæ dietæ. Sed tamen hoc non credo. Sed tantum hoc facit
promissio prædicta,scilicet de soluendo certo loco,ꝙ
renunciasse intelligitur priuilegio in omnibus iudiciis, siue coram ordinario, siue coram delegato iud.
conueniatur. Nam tale priuilegium facile etiam tacitè & expressè renunciatur. Item & sicut per contractum quis renunciat foro ordinario,& ita priuilegio
9 quod habet super foro. Item no. ꝙ † priuilegium nō
e extenditur nisi ad casus,ubi per literas apostolicas scilicet specialiter, & non communi iure contrahit forum:quia ubi de iure communi contrahit forum,nō
obest priuilegium,quo quis nō est conueniendus extra Angliam,ut sic non contradicat, sed conueniat iuri communi illud priuilegium; quod faciendum est,
ut no.supra eod. licet, supra de rescrip.causam. Quid
enim si domiciliū habet in Anglia, & in Frācia,quod
potest esse. ff.ad mu.l.assumpti.§.fi.nunquid,quia Anglicus est, non poterit conueniri per literas apostolicas in Francia? absit secundum Inno. Et breuiter tradit hic Hosti.pro regula,quod coram quocunque ordinario quocunque modo de iure communi possit
quis in loco aliquo conueniri,ibi eodem modo & eodem casu poterit coram delegato Papæ conueniri. in
nullo enim talis grauatur,cum Papa ordinarius sit cūctorum; & si Papa ibi esset,cognoscere posset,ergo &
delegatus ipsius,saluis tamen aliis excep.si quę reo cōpeterent. delegatus uero ille procedere poterit, sicut
ordinarius posset,non aliter,nisi forma rescripti concedat. Remittit autem ad no.infra eo. Romana.§.con
10 trahentes [*Vel*]pro † &c,quia qui respondere tantum
f promisit, pœniteret ante litem conte.ff.de iurisd.om.iu
dic.si conuenerit: sed ibi contraxisse uidetur, ubi soluere promisit.ff.de uerb.ob.qui Romæ,& ff.de actio.
& obli.l.contraxisse.uel dic propriè,scilicet quia priuilegio renunciauit ex eo, quòd respondere promisit.
Item cum hic agatur coram delegato Papæ, patet, ꝙ
istud pactum est de iurisd. non declinanda secundum
11 ea,quæ dixi supra ti.proxi.c.1.[*Promiserunt*]no. ꝙ † pactum factum à prædecessore nomine ecclesiæ obligat successorem [*Ab eisdem*] mercatoribus Romanis.
[*Expensis*]aliud expensæ;aliud damna,infra de iniuriis,
in nostra[*Teneris*]infra de sol.c.1.[*Alioquin*]idest si mercatoribus non satisfeceris[*Non obstante*]potest enim
12 priuilegium† tollere is,qui dedit,de præscrip.neniens
& fuit ratio fauor Romanorum : uel quia episcopus
poterat tutè uenire,uel mittere,& malitiosè hæc allegabat,& debitum, de quo constabat, soluere differebat,ar.infra de præsump.nullus,de sol.c.1. Hosti.[*Prioris*]resumētis uires anctoritate huius secundi.si.supra
tit.1. quia supra eod. ex tenore, Host. dic ut supra dixi
13 [*Moræ*]idest dilationis.¶ Prima† gl.respondet per modum obiectionis, quomodo conuenitur per rescriptum non nominatus.secundò illam soluit, & remittit.¶ Secunda glo.primò ponit dictum,de quo remittit.secundo soluit contrarium de decre.si diligenti, &
ibi remittit ¶ Vlti glo,tractat,quales expensæ ueniāt,
& remittit. secundo quærit, quomodo probentur ex
14 pensæ, & damna; & soluit. ¶ *In* † *glo.2. ibi, si quis in conscribendo*]uide in c. statim alle. super 1.glo. ¶ *In glo. ulti. ibi, si seruos, in fi.*]creditor expensas moderatas factas
in pignore repērit, ut neque onerosus creditor audiatur,nec delicatus debitor[*& ibi.§.ult.& l. se.*]æstimatio
noui parietis, & quæ fit ex stipulatione damni infecti,
debet esse moderata [*& ibi, Sancimus*]ponit casum de
expensis litis[*& ibi,si quando*]ponit casum decre.supra
prox.alleg. [*& ibi, Non solum*]dicit etiam quod sequitur.
15 ¶ *In* † *1.glo.ibi,antecessoris*] qui forte hic citatus fuerat secundum Phi.[*& ibi, contractum fuit*] unde tenetur
successor, sicut filius & hæres,de solu.c.1, Phi. hoc dictum gl. quę fuit additio,placuit Gof.Na.Inno.& Ho
g stien.[g] Pet. & Abb. Et quod lis non fuisset hic contesta.patet, quia nunc proponebatur dilatoria,quæ nō
proponitur post litem, infra de re iud.Inter. Nō enim
semper expressio facit rescriptum personale, sicut de
pacto no.infra de instit.cum uenissent, ad decre.quoniam Abbas,de offi.dele.respondet Abb.quòd loquitur de iurisdi. quæ non sic contingit ecclesiam, sicut
16 contractus[h][*& in fi.*]supra ti.prox.quia.V.¶ *In*†*gl.2.ibi*
h *utilitate*]si ut paciscar,ne furti committendi agam. ff.
de pact. si unus. §. pacta. uel ut magistratus nomine
collegæ non conueniatur.ff.de admi.rerum ad ci.pertinen.l.2. §.ius reipublicæ. Cæterùm si sit utilitate priuatum, sicut munus tutelæ, uel curæ, institu.de excusat.tute.in princ.pacto tolli potest.C.de transact.l.3.
&.4. & ideo feriis messium renunciari potest.ff.de feriis.l. 1. & constitutioni prohibenti, ne quis trahatur
ultra duas dietas à sua diœce.supra de rescri.non nulli. & huic eadem ratione, tollitur ergo per pactum,
quoad priuatam utilitatem, ff.de pac. pactum. publicæ uero utilitati non præiudicat,cod.titu.iurisgentium.§.si paciscar,quod dic,ut in contrario no.secun
17 dum Hosti.¶ *In glo.& sic, ibi, Conuenire*]Caueat† tamen,
ex quo unum iudicem eligit, non recurrat ad alium,
si non uult cadere à causa. C. de usucapi. trans. l.una,
ad finem.de hoc supra de rescrip.c.ulti.Host.[*& in fi.*]
Alii dicunt eum ibi,scilicet ubi promisit soluere,si ibi
inueniatur; aliàs bona eius possidentur,ut infra.e.Romana.§.3hentes,& sub. si ibi non reperiatur, ubi domicilium &c.ff.de eo,quod certo loc.l.1.Tn dic cum
i glo.[i] Host. & uide satis de materia in spe.de compe.iudicat. adi. §.1.uer.22. ¶ *In*†*glo.ult.ibi, expensæ probabuntur*]

k tur] factæ in litem: [k] sed factæ ante litem petuntur ut in teresse, infra de fideiuss. peruenit, & c. constitutus, & probabuntur aliter, quã per sacramẽtũ per iura, quæ glo. allega. & ad idem. ff. de pac. argentarius. §. cum autem, & ff. ad l. Aquil. in l. Aqui. Gof. [*& ibi, probari per testes*] sed non ne se soluturum promiserat certo loco sic ergo arbitraria est actio. ff. de eo, quod cert. lo. l. 1. 2. & 3. Ergo per iuramentũ hoc interesse probabitur [l]. Dic ut in summa, de sententia. §. quis sit effectus. sub. §. sed & quia aliquotiens, & de iureiur. sub rubr. de in litem iur. §. propter quæ, & §. in quibus. 1. respõ. Hostien. & in Spec. de fru. & interesse. §. pen. uer. & ut hic articulus [*& in fi.*] de resti. in integr. c. 1.

ANNOTATIONES.

a ¶ Quia imò diuersa, quia per citationem solam, imò etiam per alium] priorem actum iurisdictionalem definit res esse integra in delegatis, ut no. in c. gratum, de offi. dele. in procuratore autem requiritur lit. conte. ut de procur. c. 1. lib. 6. & uide Bar. in l. more maiorum. ff. de iur. om. iudi. & in l. & quia, hic alle.

b ¶ Ciuitatis. Zen. in cle. fi. de proc. tenet, illam in omnibus habere locum in procuratoribus ciuitatum. i. ab administratore illarum constitu. & in constitu. à rectoribus uniuersitatum, & idẽ ibi Pau. & Archi. de procur. si duo, li. 6. & idem in commendatario, & uicario perpetuo. & idem Gui. in Spe. de procu. §. ratione quoque, uer. sed nunquid procur. Gui. autem de monte Lau. cõtra in proc. administrationis ciuitatis: quia cessat in illis ratio. ne sed. ua. &c. De consti. autem à collegio, an illo destructo per mortem omniũ expiret, uide Barto. post Din. in l. quod in rerum. §. & si uam. ff. de le. 1. facit, quod no. in c. quæsiuit, de ele. super glo. sic patet. Et quid in prælato ciuiliter mortuo, uel deposito, uel translato, uel renunciante, an ista cle. locum habeat, uide in decisione Rotæ, cõ. 403. & se. & quid in hospitalario, uide Ioan. de ligna. in clemen. prædicta.

¶ Constitutionem. Si intelligis, quòd Inno. uelit procuratorem non reuocatum morte prælati, & ecclesia uacante posse procedere, contra dictum Host. sed si intelligis, quòd solum Inno. senserit illum non reuocatum, sed supersedendum, debere expectare successorem, sunt concordes Inno. & Host. Sed quia cle. illa in omnibus contradixit istis, quæ sit ratio illius, difficile est uidere, cum rationes istorum urgeant. uide Zen. ibi, qui conatus reddere rationem d. Bar. de Sali. in l. mandatum, C. man. assignat aliam rationẽ, ibi uide per ipsum, & Bal. qui ex rationibus suis, & illa clem. soluit aliquas. q. do. Pe. de Anch. in cle. illa alia ponit rationem, ibi uide per ipsum. Ad materiam istam potest colligi distinctio, & nota. per glo. ma. in cle. prædicta, & in uno membro distinctionis, quando scilicet constituitur procur. à prælato, & capitulo in re communi, quòd morte prælati durat. Lapus contradicit illi glo. quia dicit, quòd imò expirat: quia si uiueret, ipse solus posset illum reuocare, ut nota. Ioan. And. de test. præsentium, li. 6. fortius per mortem reuocatur: quia efficacius illa reuocat illum, ut in cle. prædicta, coniuncto. c. 2. de procur. li. 6. & uide Bart. qui idẽ sentit in l. si epistolam, ff. de acquiren. hære. & uide ipsum in l. si actor, ff. rem ra. hab. & de materia reuocationis mandati uide plenissimè per do. Bar. de Sali. in l. mandatum, C. man.

d ¶ Competere. Contra hoc facit c. si sententia, de sen. excom. l. 6. potest dici illud in pena; hoc in priuilegio. uel dic quòd latior est specificatio regni, & plus includat, ut Anglia, quàm expressio ciuitatis, uel populi. & uide Bar. quid de personis repræsentatis, ut collegia, in l. 1. ff. ad muni. & uide Oldra. consi. 27.

e ¶ Priuilegium. adde Bal. in auten. qua in prouincia. C. ubi de cri. agi opor. qui optimè declarat, quid operatur tale priuilegium.

f ¶ Ante li. contest. adde pulchram limitationem ad. l. si conuenerit, quam ponit hic. d. Feli. post d. Abb. & Archi.

g ¶ Host. Contrarium no. Host. in c. significauit, hic alle. etiam si in rescripto non sit expressum nomen proprium, quod ibi no. ponit Ioan. And. in nouella illud uerius, quod hic tenet Ioan. An. & in c. is, qui in ius, de reg. iur. li. 6.

h Contractus. Sola ergo citatio hic fuit, & facit rem non integram ita, ut propter hoc transeat rescriptum contra successorem; & hoc uoluit glo. in c. significauit, de rescrip. licet alii contra quòd sequitur lit. contest. de quo uide latius Io. An. in c. is qui in ius, de reg. iur. li. 6. in Mercu.

i ¶ Cum glo. In arbitrio ergo est actoris, ubi reum conueniat, etiam si illum conuenit in loco domicilij possit haberi ratio interesse ipsius, & rei. uide glo. & ibi nu. Bar. in l. arbitraria, ff. de eo, quod cer. loco. & an possit actor reum conuenire, ubi contraxit. i. uerba contractus uerè protulit, glo. sunt contrariæ in l. eum qui. ff. de consti. pec. & in l. 1. ff. de eo, quod certo loco. & ista ultima est uera, quòd probatur per l. quero, ff. de solu. & ibi uide Bar. & in l. 1. ff. de eo, quod certo lo. & ista glo. idem uidetur hic sentire. & ista faciunt ad. q. ubi habeat solui gabella contractus, uel in loco ueri contractus, uel destinatæ solutionis.

K ¶ Litem. Et in istis non ueniunt damna: sed in expensis contumacis sic, uide glo. no. & ibi Bar. in l. 1. ff. de alie. iu. mu. causa fac.

l ¶ Probabitur. Et an in ista actione ueniat ratio lucri, nedum damni, uide glo. no. & ibi Bart. in l. 3. §. nunc de officio. ff. de eo, quod cer. lo. & an hæres, uel successor teneatur hac act. & contra ipsum iuretur in litem, probat hic tex. quòd sic, de quo uide Bar. in l. in actionibus, ff. de in lit. iur.

SVMMARIVM.

1 *Clericus sine diœcesani sui licentia non potest se submittere iurisdictioni non sui iudicis, nisi tacitè. nu. 5.*
Diuisio decretalis, ibid.
2 *Legis prima. ff. de iudi. intellectus.*
Papa etiam se alterius iurisdictioni committit, & quando, ibid. & ratio, ibid. homo est, & peccare potest.
An sit subditus constitutioni, omnis utriusque, de pæni. & re. nu. 3. subiacet legis diuinæ ueritati, eod. nu.
4 *Laici etiam non possunt quò ad spiritualia sacramenta se submittere extraneo iudici.*
Forte, aduerbium non est hic dubitationis nota, ibid.
Consensus cuius requirendus in prorogatione huiusmodi iurisdictionis, ibid. uer. non putat.
Exempti si renunciant, & sub episcopo respondere promittunt. remittit, ibid.
5 *Prorogare potest clericus iurisdictionem tacitè, & ut ualeat prorogatio etiam laici, quæ requirantur, nu. 8. si clericus prorogat illicitè, uel non bona fide, quæ pœna irrogetur. nu. 9.*
6 *Epilogus, & suffragium glossarum. & nu. 7.*
Dimissus, seu recusatus non cogitur facere quod antea tenebatur.
8 *Additio glossarum.*
Legis, inutilis, ff. de acceptila. intellectus, ibid. uersi. & sic intel.
10 *Hoc capitulum intelligit in laico Hostien.*
Prorogari, & delegare iurisdictionem aliud est etiam in appellatione, ibid.
11 *Iurisdictioni, & ordinationi alterius ordinarij non potest episcopus clericum suum inuitum submittere, & an hoc indistinctè procedat.*

CAPVT XVIII.

1 a SIgnificasti. [a] Casus. Clericus † sine diœce. licentia non potest se summittere iurisdictioni non sui iudicis. Et communis diuisio. secunda ibi, inquisitioni. habebat aũt Abbas iste, cui dirigitur decre. de consue. iurisdictionẽ ordinariã, s̃m Host. [*Mercatoris*] cui clericus obligatus erat [*iurisdictioni*] ordinariæ,
2 sic † exponitur. ff. de iudi. l. 1. ibi, qui tribunali præest, vel aliã iurisdictionẽ habet, s. ordinariã. Cum ergo hęc iurisdictio, & consensus cõcurrerent, uidebatur ualere summissio. Maximè cũ ẽt Papa se alteri' iurisdictioni cõmittat. 2. q. 5. mandastis, & c. auditum, & q. 7. nos si. Sed cõtrarium respondetur. nec obstant præmissa:
b quia locũ habent quò ad laicos, [b] & tẽporalia tantum nec ob. q̃ de Papa dictũ est: quia uel nimia humilitas, ut in c. inductis, uel necessitas euidens excusat hoc, ut quãdo summittit se pęnitentiario, ut no. supra ti. 1. no
3 uit, uer. cũ Valentinianus. homo. n. † est, & peccare po
c test 9. q. 3. aliorũ. unde s̃m legis diuinæ ueritatem, [c] cui subiacet, necesse hẽt pœnitere, & ipsum forsan astringit quò ad deũ mẽs cõstitutionis j. de pœni. & re. omnis. hẽt ergo necesse sũmittere se p̃ seipsũ, cũ superiorẽ non habeat, ad quem recurrat, supra de elec. licet §.
4 fi. [*Clerici tamen*] sup. nec † laici quò ad spiritualia sacra, ut patet infra de parochi. nullus j. de pœni. & re. oĩs, de pœn. dist. 6. placuit, & no. infra de despon. imp. c. 2.

Hoſt. [*Forte*] non eſt no. dubitationis..ſi.de procur. tuæ. Abb. [*Perſona*] iudicis, cui ſe ſubiicere uolunt epiſcopi. non putat Eg. ꝙ ſufficiat conſenſus inferioris, d etiam qui poſſet de cauſa cognoſcere, [d] quid de exemptis, qui renunciant, & ſub epiſcopo reſpondere promittunt? uide quæſtionem de reg. iu. ſcienti, li. 6. [*Diœceſani*] illorum clericorum, qui ſe ſubiicere uolunt: ad idem de ſan. epiſ. §. 1. œconomos, col. 9. C. de epiſc. au. 5 l. epiſcopale iudicium [*Non † poſſunt*] niſi tacitè, puta de 6 linquendo, ſupra eo. poſtulaſti, & in fi. ¶ Secunda † gl. facit tria. format primò, & ultimò, duas quæſtiones in medio ſignat contrarium, & recitat primò contrariũ. ſecundò ultimam quæſtionẽ. tertiò primam, & om- 7 nia ſatis clara. ¶ [*In † glo. 2. ibi, litigatores*] ponit caſum, quando partes ſpreto arbitro iuerunt ad iudicem, uel ad alium arbitrũ: prætor non coget illum ſententiã dicere, ſi ad illum redeant. propter contumeliã, quam irrogarunt [*& ibi ſi quis*] ponit caſum in illo, qui iuramentum detulit mihi, poſtea reuocauit, ſi poſtmodũ 8 iterum deferat, non cogor ſubire. ¶ [*In † glo. 1. in fi.*] ut igitur clericus de non ſibi iudice ſibi iudicem facere poſsit, iſta requiruntur. primò ꝙ conſentiat. ſecundò ꝙ non per errorem. tertiò ꝙ nõ per metũ. ff. de iudi. l. 2. quarto, ꝙ ſit eccleſiaſtica perſona. quintò, ꝙ ſit alias iudex. ſexto, ꝙ ordinarius. ſeptimo, ꝙ conſenſu epi. octauo, ꝙ re integra nõ pęniteat. nono, ꝙ ſit talis cauſa quæ talis iudicis prorogationem recipiat; & hoc etiã ad laicos extenditur. Si. n. ſpũalis eſſet, uel annexa ſpiritualibus, quantũcunque laicus conſentiret, uel quicunque ſit, excepta auctoritate papæ, nunquam poſſet ad talia ſine clericorum mixtura iuriſdictio ſecularis iudicis prorogari; quod dic ut leg. & not. ſupra de arb. contingat, & c. per tuas, de hoc infra eo. Romana li. 6. Hoſt. ¶ [*In glo. 2. ibi, non liceat*] ubi de hoc [*& ibi, & ſibi* 9 *conſtituit*] ibi. n. offendit uniuerſum iuriſdictionis eccleſiaſticæ; hic ſpeciem tantum. ad primum. 11. q. 1. placuit, ad ſecundum infra de his, quæ fi. à præla. cum apoſtolica [*& ibi, inutilis*] ratione rei, puta, quia is, qui non uerbis ſed re obligatus eſt, liberari intendit: ſecus, ubi inutilis eſt ratione conceptionis: puta facta inter abſentes, illa nempè nec tacitum pactum habet; ſic intellige legem all. hic, & ff. de accepti. l. inutilis, Hoſt. & ibi de hoc in 1. glo. [*& ibi, Ratam*] de hoc 9. q. 2. c. 1. & infra de his, quæ fi. à præla. cũ nos. & facit, quod no. 3. q. 6. hoc quippe, in fi. glo. ſed qualiter. unde dixit Hoſt. aut clericus hoc fecit bona fide; & ſic non debet alium decipere; aut mala; & ſic ipſum releuare nõ de- 10 bet, ar. ff. de dolo. l. 1. [*& ibi, taceat*] Hoſt. intellexit † hoc. c. in laico, ut no. ſupra eo. ſi diligenti. uel dic, taceat. i. non reſpondeat [*& ibi, Sed non credo*] non eſt contrarius ei, quod no. ſupra tit. proxi. c. quia aliud eſt delegare, aliud iuriſdi. ꝓrogare. unde in delegata appellatur ad delegantem. in ordinaria prorogata ad ſuperiorem. 11 unde etiam no. hic Hoſt. ꝙ † epiſcopus meus me inui- c to non poteſt ſubmittere ord. iuriſdictioni [e] alicuius & eccleſiaſtici iudicis, licet cauſam meã me inuito poſſit alteri delegare. eodem modo arguit, ꝙ epiſcopus non poſsit cogere ſubditum ſuum recipere ordines ab alio, quam ab ipſo. 9. q. 2. c. 1. de procur. nulius, aliter tamen ſeruatur de hoc ſupra de of. or. quod ſedem quamuis. n. id non poſsit iure ord. iuriſdictionis. poteſt tamen id iure delegationis, & infra ſuam diœceſi.

ANNOTATIONES:

a ¶ Significaſti. Iſtud capitulum facit ad id, quod ſcripſi in c. P. & G. de offi. de'e. & in c. inter monaſterium, de re iudi. uide, an poſsint ſubditi epiſcoporum, uel archiepiſcoporum ſe ſubmittere, & prorogare iuriſdictionẽ ſui primatis, uel patriarchæ. dicatis quod non, ut no. glo. & doc. in c. duo ſimul, de offi. ordin. in contrarium uidetur facere, quod dicit Spec. in tit. de lega. §. ſupereſt, uer. patet. ſed poſſet intelligi, quãdo etiam conſenſus ordinarii interceſſit uel illud uerum eſſet in laicis, & in clericis, ut etiam ſine conſenſu ordinarii poſsint ad Papã, uel legatum, ut no. in c. 1. de off. leg. & ſcripſi. 2. q. 6. ad Romanam. quid ſi clericus agat contra epiſcopum, an habeat locum hoc capitulum, uide glo. & quod ſcripſi. 2. q. 6. placuit uide, quæ plenè ſcripſi. 3. q. 6. c. non licet, & ſupra c. 1. & an epiſcopus, uel Papa poſſit diſpenſare contra hoc capitulũ, & capitulum, ſi diligenti, ut coram laico poſsit conueniri, uide in repeti. regulæ, ea quæ, de re iudi. li. 6. in 16. q. per d. Fe. Archi.

b ¶ Quò ad laicos. Adde Domi. in c. Romana, io prin. de fo. compe. in 6. ubi ponit rationem diuerſitatis inter clericos, & d. Ant. in c. p. & g. ſuper glo. fi. de off. dele.

c ¶ Veritatem. Et ſecundum hoc intelligo glo. in c. 1. de conſt. quæ dicit Papam, uel iura condentem non ſubiectum legibus, & conſtitutionibus, quia uerum de l. poſitiua. de naturali ſecus, ut hoc dicit. & uide ſcripta in d. c. 1. Arcbi.

d ¶ Cognoſcere. Niſi haberet epiſcopalem iuriſdictionem, uel quaſi de priuileg. c. Abbates, ad fi. li. 6. & facit, quod no. glo. quæ incipit, de epiſcopo, in cle. 1. de re. permu. quæ incipit per illos. & uide Fede. de Senis, qui idem dicit in abbatibus, qui nulli ſunt ordinario ſubiecti, de quibus not. Io. An. ſupra eo. cum contingat, in glo. quamuis. n. & in Spec. de priuileg. in rubr. hoc ponit ipſe Federicus in quæſtionibus permutationis. q. 2 s.

e ¶ Iuriſdictioni. Et ſic licet clericus habuerit licentiã epiſcopi ſui, ut poſſit non coram ſuo iudice eccleſiã. conueniri, non tamen ipſe clericos tenetur illa licentia uti, & ita etiam ſcripſi. 3. q. 7. c. pœſ ſatus, & ibi uide ſcripta, Archidia.

SVMMARIVM.

1 *Citatus ad cauſam ſi mutat forum: in illa cauſa coram primo iudice riſpondere cogetur.*
2 *Cap. hoc in quibus caſibus habeat locum.*
3 *Iuriſdictio non perpetuatur per citationem fruſtratoriam: ſed per unicam perpetuatur, ibid.*
Fori accumulatio, & ſubtractio non idem, ibid.
4 *Priuilegium ſuperueniens non obſtat.*
5 *Reuocare, pro declinare.*
6 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum. nu. 7.*
Præuentio fori attenditur, cœptum ubi eſt iudicium, ibi & finiri debet, ibid. & nu. 8.
8 *Additio gloſſarum.*

CAPVT XVIIII.

1 PRopoſuiſti. [a] Caſus. Si citatus † ad cauſam poſtea mutat forum, in cauſa illa corã primo iudice reſpõdere coget. [b] cõis diuiſio. ſcđa ibi, por- 2 ro. & põt ponit † caſus in laico facto clerico. & iſte caſus nõ procedit ſm Phi. & ſuper hoc uide, quod plenè dixi de ob. ad ra. c. uno. in clerico, qui ſe tranſtulit ad aliã eccleſiã: in clerico in minoribus, q poſtea duxit uxorẽ: in muliere, qui nupſit uiro alterius fori. ff. de iuriſdi. om. iud. l. cũ quædã, Hoſt. [*Legitime*] no. ꝑ hanc lite- 3 rã, quod † per fruſtratoriã citationẽ nõ perpetuaẽ iuriſditio; ad idẽ. ſ. de electione, bonæ. in fi. & facit ad eã, c quæ dixi. j. de offi. dele. cũ plures, l. 6. in glo. [c] ult. nec intelligas, legitimẽ, i. tribus edictis, uel uno perẽptorio. ſufficit. n. prima citatio ſm G. Na. cõco. quod dixi ſm Io. & Vinc. ſ. de offi. dele. licet, ſuper. 1. gl. P. c. hic cõtra. [*Alterius*] ita, ꝙ deſiit eſſe de iuriſdictio. tua: aliàs nõ eſſet dubitatio, ſi fuiſſet accumulatio fori, nõ ſubtractio: 4 [*Declinare*] quod uidetur, cũ † priuilegiũ ſuperueniens generaliter eximat. 16. q. 1. frater, de priui. cũ capella, & liberat ab eo, ad qđ qs tenebaẽ. 54. di. executionis. & c. ſi ſeruus. ff. de arbi. non diſtinguemus. §. ſacerdotio. ff. de excu. tu. l. pe. § ſi poſt, & l. ſpadonem, §. ſcire. ff. de ali. & cib. le. l. is cui. non ob. citatione præcedenti quaſi priuilegium in ſequentibus locum haberet, ar. ff. de uſu. cum quidam. §. fiſcus. ff. de iure fiſ. l. fiſcus. C. de reſtit. in integ. ea quæ, auten. ſi minor. ſed cõtrariũ reſpondetur. per citationẽ. n. priuilegium eſt præuen- 5 tũ. ff. de excu. tu. l. tutor, Hoſ. [*Reuocandi*]. i. † declinandi hoc. n. loquitur de iure reuocandi forum, & ſupra c. 1. de iure reuocandi domum, Hoſt. [*Alio*]. ſ. à te, uel aduerſario,

uersario, q fecit illũ citari [*Præuentus*] ſi. ʃ. de pro. nõ in
6 iuſte, Pe. ¶ Glo. †arbitraria dicens perpetuationẽ, & præuentionẽ in ordinariis, & delegatis fieri per cita-
7 tionem ¶ [*In †glo. 1. ibi, ſi quis poſtea*] [d] ſequitur, quam-
d uis uocatus eſt miles, uel alterius fori eſſe cœpit, in ea cauſa ius reuocandi forum non habebit quaſi præ-
e uẽtus [*& ibi, ubi captum* [e] *eſt*] ſequitur, ſemel iudicium, ibi & finem accipere debet [*& ibi, Cum quadam*] ponit caſum in muliere præuenta, quæ poſtea nupſit uiro
8 alterius fori. ¶ [*In † 1. glo. in fi.*] intellige, ut maior ſit dubitatio de illo, qui aliàs non tenebatur ratione rei, uel alterius fori coram primo iudice reſpondere, ſed ſolũ ratione domicilij.

ANNOTATIONES.

a ¶ Propoſuiſti. Ad materiam iſtius c. uide quæſtionem gloſſ. in c. præterea, de appell. & quod ibi nota. & q. Bart. de laico accuſato, qui ſe facit clericum fieri, Bald.

b ¶ Reſpondere cogetur. Adde d. Ant. & Abb. hic in clem. paſtoralis, in 6. char. uerſi. ſexto quæro, de re iud.

c ¶ In glo. Hoſt. not. contrarium de offic. deleg. licet & pro ipſo uidetur text. c. uenerabili, eod. tit. licet ipſe non alleg. illud. pro prima opin. facit clem. fi. ut lit. pen. & quod not. glo. de appell. ut debitus. & an ſola commiſſio de citando ſufficiat ad hanc præuentionem, uel ad perpetuationem inter alios, uidetur, quòd ſic, per not. in c. gratum, & c. relatum, de offic. deleg. in contrarium facit, quod not. Lapos in clem. fin. ut lit. pendẽ. & Bart. in l. multum, ff. de conditio. & demonſt. & ad materiam uide not. in deciſio. Rotæ concluſio. 13.

d Per citationem. Adde text. in c. gratum, & relatum, & ibi doct. ſupra, de offic. deleg.

e ¶ Vbi captum. Adde d. Felin. in c. ex tenore, ſupra, de reſcrip.

SVMMARIVM.

1 *In Romana curia conuento clerico non competit declinatoria fori; poſſet non ius competere reuocandi domum ex cauſa.*
Diuiſio, ibid.
2 *Forum ſortiendi modi plurimi, & qui, & nume. 9. uide nume. 10. 11. & 12.*
3 *Romana eccleſia à Deo recipit poteſtatem, et ab ea cætera eccleſia.*
4 *Reuocandi domum ius quando competat, & num. 13. exceptio dilatoria, num. 6. uide alia de reuocatione hac, num. 7.*
Neceſſaria & quaſi neceſſaria cauſa æquiparantur, ibid.
Commodum, & remedium adæquantur, ibid. in fi. uerſi. nec patet.
5 *Reſtituere qui poſſint in integrum, aliò reijcit.*
6 *Dilatoria proponi debet ante litis conteſtationem.*
Allegare factum non ſufficit, niſi probetur, niſi ſit notorium, ibid.
7 *Reuocandi domum exceptionis formula, & qui eam proponit, cauere debet, & quid. uide etiam num. 13. uerſi. quidam dicunt.*
8 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum. num. 9.*
Delicti ex commiſſione quibus in locis ſortiatur, & §. fi. & nume. 10. & 13.
Contractus, uel quaſi contractus largiſſimè capitur, & num. 10. §. 1. ad finem.
Forum quis ſortitur ratione domicilij, §. 2. & num. 11. & qua alia ratione. §. 1. & num. 12.
10 *Additio, uel ſuppletio gloſſarum.*
Forum quis ſortitur etiam alibi, quàm in loco domicilij, ſed an perſona cogi poſſit eò uenire, uel in eam habeat ille iudex iuriſdictionem, quæritur, ibid.
11 *Sacerdos, ſiue clericus habet domicilium beneficij, & patrimonij, prius tamen principaliter ſpectatur.*
Vagabundus poteſt, ubi inuenitur, conueniri, ibid.
13 *Domum reuocandi qui ius habeant, & quibus de cauſis.*

CAPVT XX.

1 LIcet, Caſus. Clerico† in curia Romana cõuẽto nõ cõpetit declinatoria fori: poſſet tamẽ ſibi ex cauſa competere ius reuocandi domũ. & primò ponit quatuor modos ſortiendi forum. ſecũdo addit quintum, cum modificatione ibi, Quia tamen [*Regulariter*] hic
2 habes† quinque modos, quibus quis ſortitur forum. Hos, & alios quinque quære notatos. ff. de iudi. l. hæres ab. §. 1. in fi. & enumerabat hic Hoſti. hos caſus, ratione originis, manumiſſionis, adoptionis, militiæ, & dignitatis, matrimonij, priuilegij, curſu temporis, trãſlationis, extremæ uoluntatis, conditionis, compromiſſi, recuſationis, appellationis, delegationis cauſæ, maioritatis, conſenſus ſiue prorogationis, negligẽtiæ iudicis, recõuentionis, quæſtionis feudalis, patriæ cõmunis, & uagationis. Remittit autẽ ad nota. plenè per ordinem, eod. tit. §. 2. in ſumma. Et addit ratione naturæ incidentis, de ordin. cog. tuam, & relationis, uel remiſſionis, ſupra, de offi. legat. licet, quinquaginta duos modos proſequitur. G. in Spec. de compe. iudi. additione. §. 1. [*Epiſcopus uidetur*] ſcribit forte. cap. quod mirabatur, quomodo ibi fuerat cõuẽtus epiſcopus, Abb.
3 [*Omnium† eccleſiarum*] Romana enim eccleſia à Deo: aliæ uerò ab ipſa recipiunt poteſtatem; de hoc ſupra, de iud. nouit. & hoc uult ius canonicum, ut hic, & 17. diſt. ſacroſancta, & c. reuocantes; de priuilegiis, antiqua; & ciuile, in auth. de ecc. tit. §. ſancimus, coll. 9. ut eccleſia Rom. in prin. colla. 2. C. de ſum. tri. l. fi. Hoſt. [*Mater*] ſic 12. diſt. c. 1. de conſec. diſt. 1. Baſilicas, Phil. [*Neceſſaria*]
4 Item† probabili. ff. ex quib. cau. ma. l. nec non. 1. reſpõ. cum lex generaliter ponat caſum. ff. de iud. l. 2. §. legatis, nec adijciat neceſſariam, ut hic, nõ tamen uidetur probabilis cauſa ſufficere, niſi ſit quaſi neceſſaria; ut patet in eo, qui uenit cã ſuæ appellationis proſequendæ: quam & ſi de neceſſitate præciſè nõ teneatur proſequi, tamen quia ipſo non proſequente rata manet ſententia, iõ hæc cã quaſi neceſſaria reputatur. Idẽ eſt in reo uocato ad iudiciũ, ut in §. legatis. Quid ergo, ſi aliquis ueniat ad curiam cauſa petẽdæ reſtitutionis in integr. contra ſententiam in ſe latam, nunquid talis hoc priuilegio gaudebit? Reſpondeo non: quia, & ſi cauſa iſta ſit probabilis, eſt tamẽ omnino uoluntaria, nõ neceſſaria, nec quaſi neceſſaria. & talis de nouo agit; ſm Inno. & ut dixit Hoſ. cauſa non eſt ſic per app. ad curiã deuoluta, nec ſententia ſuſpenſa, ſicut per appellationem ſuſpenditur. ff. ad Turpil. l. 1. in fi. Eſt & alia ratio, quia appellatio iniquitatis ſententiæ querelam [a] continet, quæ appellanti imputari nõ poteſt. unde & ipſam proſequitur excommunicatus, ne præualeat iniquitas æquitati, ſupra, de excep. cum inter, cum ſi. petitio uerò reſtitutionis in integ. continet petitionem ueniæ proprij erroris, q meritò imputari poteſt erranti; & ideo in reſtitutione, qua impugnat aliũ, nõ habet hoc priuilegium, quod habet, quando ſe defendit. colligitur hæc ratio. ff. de mino. præfecti. Dicunt tamen quidã, ꝙ quamuis quò ad ſubtilitatem iuris prędictæ rationes locum habeant, quò ad ueritatem & finalem utilitatem locum non habẽt. ſicut enim appellante non proſequẽte rata manet ſententia, & irreuocabiliter ius ſuum perdit, quod proſequendo recuperat; ita in petente & non petente reſtitutionẽ in integ. eſt reperiri. & ideo hac ueritate & æquitate inſpecta, quibus fauent canones, ſupra tit. 1, dilecti, ſupra, de trãſact. c. fi. infra, de don. c. 1. diſtinguendum eſt, an ſententia lata ſit à tali iudice, qui poſſit in integ. reſtituere; & tunc cum uoluntariè, nõ neceſſariò, uel quaſi ueniat ad curiam pro reſtitutione petenda, non habet ius reuocandi domum. uel an ſit lata per iudicem, qui non poſſit reſtituere in integ. nec patet remedium, uel nõ ita cõmodũ circa ſedẽ apo. Hęc enim duo ſatis æquiparãtur, arg. ff. de uerb. ſign. l. Nepos. infra, de dilatio. c. fi. de elect. quia propter, quo caſu uera ſit ſecũda ſententia, ꝙ talis habeat ius reuocandi domum, cum ueniat
5 neceſſariò, uel quaſi. qui† uerò ſint iudices, q poſſunt, uel non, in integ. reſtitu. legitur, & not. ſupra, de reſtit. in integ.

in integ.cau.Host. [*si tunc*] q.d.cũ hæc exceptio sit dilatoria, in initio proponẽda est: aliàs lit.contest. tardè proponeretur, nec audiretur excipiens. C. de prob. ex ceptionem. C. de excep. l. fi. & de hoc, infra, de re iudi. inter, s̃m Inno. Host. Pet. & Abb. [*Allegasset*] & probas set, nisi forsan esset notoria, Hostië. [*Reuocandi*] supra c. proxi. declinat forum, ut ibi dixi [*Domum*] q.d. Domi-

7 ne † non ueni ad hoc paratus, remittatis me ad domũ, b [b] deliberabo: sed parum prodest: quia quod differtur, non aufertur. tenetur enim cauere, saltem nude de iu dicio sisti, & ad diem sibi assignatam reuerti. ff. de iud.

8 l. 2. §. sed si dubitetur. Host. ¶ Primas † 4. glo. & prin. ul timæ recitare soleo textualiter, & demum de ultima quærere, quæ sit iusta causa reuocãdi domum, & glo.

9 ponit 6. exempla declarans &c. ¶ *In* † 1. *glo. ibi, qua in prouincia*] quis deliquit, illic iuri subiaceat, omni priuilegio cessante [*& ibi.l.* 1.] clarissimi non illustres, ubi de linquunt, conueniuntur, quorum reatus omnem ex

c cludit honorem [c] [*& ibi.l.ult.*] alterius prouinciæ reus accusatur, & cõdemnatur, ubi deliquit, etiam si sit mi les [*& ibi.§.idem imperator*] seruus punitur, vbi deliquit. & ibi, dominus illum defendere debet, nec potest eũ in suam prouinciam reuocare [*& ibi, Desertorem*] uide supra eo. postulasti, super glos. ¶ *In glo.* 2. *ibi, oritur*] ut si quis gesserit tutelam, curam, uel negocia alterius, uel argentariam, uel his si. h. d. §. statim alleg. [*& ibi, omnem obligationem*] obligatio habet pro contractu, ut ubicũque quis obligatur, contrahi uideatur. & idẽ. l. sequẽs. ¶ *In glo.* 3. *ibi, proinde*] si emi à mercatore aduena, uel uendidi statim profecturo, domicilium illius sequar. ¶ *In gl.* 4. *ibi, quod legatur*] legatum per actionem in rem petitur, ubi est res, etiam si sit mobilis. ¶ *In glo. ult. ibi, de liquisset*] ipse, uel eius seruus, ut in §. statim allegato.

10 ¶ *In* † *glo.* 1. *ibi, tuarum*] & c. 1. li. 6. & 6. q. 3. c. ult. [*& ibi, Domicilium*] imò dicunt quidam solum domicilium considerari quantum ad personam conueniẽdam, & quantum ad forum. nam solum forũ iudicis, sub quo quis habet domicilium, intelligitur esse proprium, & ordinarium forum illius. unde, si alibi contrahant, potest ibi conueniri: sed persona non potest cogi præci-

d sè illuc uenire, ut not. supra eo. dilecti. & eodem [d] mo-

e do, si alibi delinquat [e]. immò plus dicũt, q̃ licet sortiatur quis forum ex causis prædictis, si ibi inueniatur, & tunc procedi posse cõtra eos excommunicando, & mittendo in possessionem: tamen si non sint ibi, & de extra uocentur, potest procedi in rem eius ad missionem in possessionem rerũ, quas ibi habet: sed nõ contra personam ad excommunicationem, argu. ad hoc, quia si non debet persona cogi ire ad eos, ergo nõ debet excommunicari ratione contumaciæ, quæ nõ est. 11. q. 3. nemo episcoporum. nec est contra, supra eod. sanè, qa ibi loquitur, quando ratione rei sortitur quis forum: quia ibi in re habet iurisdictionem: ideò in eã potest ius dicere missionis in possessionem, & quodli bet aliud, sicut quilibet ordinarius: sed in personã nõ potest ius dicere. Quidam tamen dicunt, q̃ in personã habet talis iudex iurisdictionem, sed limitatam per iura. Alij dicunt sic, q̃ ex quo habet iurisdictionem, potest eum citare extra territorium [f]. qui si citatus non uenit, est contumax, & per consequens potest excõicari, infra, ut lit. nõ contest. tuæ, & c. quoniam. sed primi respondent, q̃ non potest citari extra territorium: sed si etiam posset, non tamen potest eum excommunicare: quia nõ est contumax: quia ire non tenetur, & sufficit, si res suas possidere patiatur, arg. ff. de procur. sed hæc. §. ult. & l. se. nec mireris, quod dixi eũ nõ contumacem, & fieri missionem contra eũ. hoc enim fit in absente causa reipublicæ, & in pupillo, qui nõ sunt contumaces. ff. ex quib. cau. maio. l. Item ait prætor. §. hoc autem. ff. de priuil. credi. l. pupillus: uel etiam si sit

contumax, tamen procedere non potest, nisi per missionem in possessionem. arg. infra eo. Romana. §. cõtrahentes. Inno. uide quod dicam infra, de dilat. c. 2. in glo. hic habes. ¶ *In glo.* 2. *ibi oriatur*] ut si quis gessit tutelam. uel negocia alterius [*& ibi, Remitti*] hoc uerũ s̃m Iac. But. si latitat: aliàs non [*& in fi.*] & remittit Host. ad summam, eod. tit. uersic. item ratione contractus. ¶ *In*

11 † *glo. ratione, ibi, pluribus locis*] habet enim sacerdos domi

g cilium [g] beneficii, & patrimonii, supra eod. postulasti: in hoc tamen casu regulariter spectatur domiciliũ beneficii. Regulariter dixi: quia si de patrimonio, uel delicto ibi commisso queratur, tunc illud domiciliũ patrimonii spectatur, ut ibi. Quid de uagabũdo? so. locũ haber, ubi te inuenero &c. C. ubi de cri. agi oportet. l.

h 1. ff. de iud. heres [h]. ff. ad muni. munici pes. 2. §. miles, &

12 l. eius qui. §. pen. Host. ¶ *In* † *glo. ratione possessionis, ibi sit mobilis*] idem not. supra eod. ex parte, in glo. pen. & idem Azo, Goff. Innoc. & Host. quem uide in sum. huius tit. §. 2. post prin. [*& ibi l. ult.*] ubi de hoc [*& ibi, quidam*] Hu. qui hoc dicebat per l. senatus. ff. de offi. præsi. & per l. si fideiussor, in fi. ff. qui satisd. cogan. sed in l. senatus, non propter defectum rei, sed ratione officii differretur, in l. si fideiussor pro re mobili satisdatur, & agitur ibidẽ, aliqui dicunt hoc uerum, si res est in loco, ut ibi remaneat: aliàs non, arg. l. debitor. ff. de pigno. quæ bene facit, & uide in Spec. de compe. iud. adi. §. 1. uersi. quid si

13 quis per locum. ¶ *In glo. ult. ibi, respondere tenebitur*] nota. etiam hic Inno. quosdam, q̃ in causis electionum, & in aliis, quæ celeritatem desiderãt, & quæ sunt tempore perituræ, non habet locum ius reuocandi domum, arg. ff. de iud. l. 2. §. pe. & l. sed & si. §. ædium, infra de appel. oblatæ. ff. de feriis. l. 1. §. sed excipiuntur, & l. 2. & 3. & infra de feriis. c. fi. §. quib. quod posset intelligi, quãdo agitur de electionibus prælatorum: sed secus in electionibus canonicorum, ubi nõ est tantum periculũ in mora. legati autẽ, licet in aliquibus casibus habeãt priuilegiũ reuocandi domum, tamen si ultra tempus

i legationis [i] morẽtur pro ipsis causis, amittunt priuilegium: quia iam uoluntariè morantur, & sola uoluntate causam cœperunt. ubi uerò causam non tractant, sed parant se ad reditum, licet plenè sit finita legatio, habẽt ius reuocandi, usquequò in domum redierint, vel redire poterint, intelligẽdo de qualibet sua domo, nõ de illa tantùm, de qua legationem susceperit. idẽ, si necessitate, infirmitate, captiuitate tenẽtur, uel super iure reuocandi interlocutoriam expectãt. ff. ex quib. cau. maio. qui mittitur. §. fi. & l. si cui. §. 1. s̃m Innoc. in addi. Item not. q̃ licet ij, qui pro causis aliis necessariis uocantur ad curiam, & multi alii, qui habẽt ius reuocandi domũ, non possunt in urbe conueniri: possunt tamen conueniri in propria domo: alioquin fiet missio in possessionem, si non sit, qui defendat plenariè: super quo antequam fiat missio, cognati sunt interrogandi, & amici, ut ff. ex quib. cau. maior. Item ait prætor, & l. se. ff. ex quib. cau. in poss. ead. hoc autem. C. de rest. mili. l. ignorante. Si autem tempore legationis cõtrahat, etiam si per gulam in curia teneat, nũquam tamen conuenitur, nisi de his, quæ ibi contraxit, argu. ff. de iudi. l. 2. & l. si legationis, & l. de eo: secus, si agit contra unum: quia cõtra omnes se debet defendere. ff. de iud. l. 2. §. 1. & 2. & §. sed si agant. legatus etiã potest conueniri ab omnibus, si ipse aliquem cõueniat, maximè dum conuenit alios. nam tunc impeditur eius legatio ex cõuentione, quam facit. & ideo est ei imputãdum, ff. de iudi. l. 2. §. sed & si agant, & l. sed & si restituatur. 1. respon. & l. non aliàs, & l. qui non cogitur. sed contrarium uidetur auth. de sanctis. episc. §. reuerendissimi, colla. 9. sed illa auth. non loquitur, quando legatus sit conueniendus pro sua persona: sed dicit illum legatũ procura. constitutum ad causam agendum subire reconuen-

conuentionem illorum tantùm, contra quos agit. Si autem conueniatur, & respondet, licet uoluntariè, tamen ꝑpter hoc non amittit quò ad alios ius reuocandi domum, arg. C, de excusa. tuto. l. uoluntariè, cũ suis concordã. Et non solùm legati ab his missi habent ius reuocandi domum, sed etiam si quis propter suam legationẽ uenerit, puta pręlatus propter negocia ecclesiæ suæ, uel ciuitatis, in auth. de sanc. episc. §. si uerò episcopi, nisi pro causa, quam cõtra alium moueret, iret ad curiam. tunc enim nõ gauderet priuilegio, ut est dictũ. sed si ut reus uocatus sit à Papa, ut alijs respõdeat, ius habet reuocãdi domum in alia causa. ff. de iudi. l. 2. §. 2. ubi dicitur, ꝙ uocatus causa tutelæ, in alia respõdere non tenetur, arg. 5. q. 2. uocatio. sed quidam dicunt illud loqui in criminalibus. potest ẽt dici, ꝙ prælati, & alij, qui habent ius reuocandi domum, siue sint appellantes, siue appellati, siue actores, siue rei, gaudebunt hoc priuilegio. potest tamẽ præfigi eis terminus, quo possint redire domũ, & postea reuerti ad curiã. cautione recepta, ꝙ ad diem certã sibi assignatam reuertãtur ad curiã, & ibi se defendant, arg. infra, de dila. exposuit. §. fi. & est expressum. ff. de iud. l. 2. §. sed si dubitetur. qđ intelligunt quidam uerum ẽt de his, quæ in legatione contraxit, & de alijs: sed Inno. plus placet, ꝙ nunquam dẽt dare cautionem, qđ reuertetur ad curiam ibi cãm acturus, sed quod corã suo iudice ordinario respõdebit, ar. ff. de iudi. l. 2. §. legatus. hoc tamẽ, qđ placet Inn. nõ placet Host. per iura proximè allegata, ut ẽt dixi in textu in fi. [k] Legatus etiam secundùm Inno. non cogitur audire sententiam super lite, quam cõtestatus erat ante legationem: sed si uult, potest audire. ff. de arb. nõ distinguemus. §. item si quis Romæ. Legatum autem appello etiam procur. ad causam constitutus ab his, q habent potestatẽ imperandi ei, & ut tunc. s. de suis causis non conueniatur, in auth. de sanc. episc. §. reuerendissimi, coll. 9. nam & quicunque pro necessaria causa mittitur, uel uadit ad curiam, habet ius reuocandi domum, arg. ff. ex quib. cau. mai. l. qui mittuntur. 1. respõ. & 1. §. Procuratores autẽ, & alij nuncij uoluntarij non gaudent hoc iure reuocandi domum, arg. ff. ex quib. cau. maio. l. qui mittuntur. §. fi. & l. se. & l. nõ uerè. item qui pro suis negocijs specialibus uenerint ad se. apost. hoc priuilegio nõ gaudẽt per eadẽ iura. ſm Inn. Host. autem de materia huius glos. remittit ad summam de exceptio. §. fi. sub §: item effectus, & uide in spe. de leg. §. superest, uer. porrò [*& [l] ibi, sed legati*] hoc dicit aduersatiuè: quia differentia est inter legatos, [m] & alios, qui ex probabili causa, uel necessaria ueniunt ad se. apost. quia alij præter legatos, ut qui causa testimonij, uel cõsimili ueniunt, tenentur præcisè respondere de cõtractibus extra locum suæ iurisdi. celebratis, & ante legationem. nã in eis solis, quæ in ciuitate sua, uel intra suã prouinciam contraxerunt, hoc priuilegium habẽt. ff. de iudi. l. 2. §. item si extra prouinciam: legati uerò non possunt. sed & legatorum priuilegio gaudent peregrini, arg. infra, de peregri. cap. uno, secundùm Inno. [*& in fi.*] de hoc 5. q. 2. c. 1. & in spe. de reo, uersi. item legati, & uersi. se. & an in concilio prouinciali, uel synodali competat hoc ius reuocandi domum, dicam infra, de præben. graue.

ANNOTATIONES.

a ¶ Querelam. Secundum ueritatem, licet aliquando fie æque secundum iustitiam actoris, & iudicis, ut quia redditur iniqua ex nouis probationibus, quod intellige in diffinitiua, & uide Bart. in l. præferri, infra alleg.

b ¶ Ad domum. Adde hic do. Felin. post Moder. qui plenè examinat hunc articulum.

c ¶ Honorem. Glo. in uers. illic, in fi. in auth. qua in prouincia. C. ubi de cri. agi oportet, ubi dicit nõ extendi ad priuilegia clausa in corpore iur. & glo. in l. hæres absens, in uers. excusatum, ff. de iud. im. & do. Abb. in c. 1. supra, de rescriptis.

d ¶ Eodem. Vide quod dixi de delegato in c. pastoralis, infra, de appell. & uide ad hoc not. per Io. And. in c. Romana. §. contrahẽtes, de fo. compe. & uide tex. in c. ex tuæ, de cle. non resi. ubi potest excommunicari extra existens, sed forte ideo, quia ibi domicilium habere censetur, uel ubi bona habet, ut not. supra, de rescrip. cum dilectus filius, el 2. non potest excommunicari, ut supra dixit, Bal.

e ¶ Delinquat. Adde etiam si fictè delinquat, puta per alium; ita do. Abb. in c. tuarum, de priui. quia ita potest puniri mandans, sicut delinquens, Cle. pastoralis, in princ. ibi, per stipendiarios, & ibi hoc, de re iudi.

f ¶ Territorium. De hoc uide latius Io. An. in §. contrahentes, alleg. & Cyn. Bart. Bald. & Sali. in l. omnes, C. de episc. & cler. & per Bar. in l. 1. ff. de requi. re. & in extrauag. ad reprimen. & per Pau. in Cle. pastoralis, de re iudi.

g ¶ Domicilium. Adde, quòd forus domicilij est generalis, & ordinarius concurrens cum quolibet foro, in tantum, quod subditi ex alio foro non dicuntur propriè subditi; glo. est ordi. in Clem. 1. in uersic. subditos, de for. compet. quam sequitur Abb. & do. Mar. in c. 2. supra eod.

h ¶ Hæres. Ibi uide glos. & Bart. in §. proinde, & in l. dies. §. prætor, ff. de damn. infect. & uide ibi differentiam inter habentem in loco uno domicilium, aut cõuersationem, & ibi, quis dicatur uagabundus, & uide Bar. in l. 1. C. ubi de cri. agi opor.

i ¶ Tempus legationis. Adde, quòd legato, qui legationem affectauit, non competit ius reuocandi domum, per l. & qui datam, ff. ex quib. cau. maio. & Feli. in c. fi. de testi.

k ¶ In fine. Pro Host. facit, & etiam pro Inno. quia tex. in §. sed si dubitetur, in l. 2. ff. de iudi. loquitur impersonaliter: cauere debet de iudicio sisti, ubi uidetur adhærere opi. Inno. & idem ibi Bar.

l ¶ Porro &c. Quod hic dicit glo. quòd qui uocatur extra suam ciuitatem causa ferendi testimonij, habet ius domum reuocandi, est uerum, ubi trahitur extra suam propriam iurisdict. & specialem. unde comitatensis tractus ad ciuitatem pro testimonio non habet ius reuocandi domum, & idem in alijs casibus expressis hic in glo. hoc not. glo. in l. 2. §. omnes, & in §. legatis, ff. de iudic.

m ¶ Legatos. Adde, quòd præsentibus in curia reipubli. causa non competit ius reuocandi domum, secundùm do. de Rota, in tit. de dolo & contu. in antiquis.

SVMMARIVM.

1 *Dispositio tituli.*
2 *Ad tituli huius materiam quæ faciunt, ubi alijs in locis tradantur, ostendit.*

De libello oblatione. Rubrica.

1 ¶ Quidam † rei ad iudicia uocati, si non declinant forum, petunt libellũ, ut sciant, quid & qualiter petatur, & super quo debeant respõdere; ideo &c. Goff. ad ma-2 teriam facit 2. q. 8. per totum. 81. dist. Maximilianus, cõgruit rubricę de app. significantibus, & Cle. de uer. sig. sæpe, & Inn. hic super rubrica formabat quæstionem, quam format Host. infra c. 1. in prin. statim dicam.

SVMMARIVM.

1 *Actor tenetur in scriptis libellum porrigere; & quid debeat in eo exprimere.*
2 *Ignarus auctor huius constitutionis gnarus fuit, & præses concilij.*
Supplere factum in iussu editionis libelli iudex potest, et ratio, ibid.
3 *Litis contestatio à pensionario possessionis domus, quam peto à te tradi mihi uacuam, etiam amotis inde pensionarijs, in die assignata, qua tu non pares, facta an ualeat.*
4 *Libellum paratum non habere imputatur actori, non reo.*
Oportet, uerbũ significat necessitatem, ibid. aliquando nõ, ut nu. 10.
5 *Libellus obscuritatem non debet ullam continere. semper offerendus, nisi in casibus, & quibus, num. 6. 7. 8. & 9. & quod debeat continere, num. 1. & 9. 10. 11. & eo dato quid faciendum, ibid. nume. 10. cui porrigatur, nume. 11. & quando respondendum, eod. num. ad dictio. responderi, & nomine cuius formandus, num. 13. eius oblatio an necessaria, & quomodo formare cum sufficiat, num. 16. obscuritatem quæ pariant in libello, ibid.*
Reum cautum reddit, quid debeat cauere in aduersarij libello, ibid.
7 *Officium iudicis quando loco actionis proponatur.*
8 *Consuetudo ualet in his, quæ circa iudicium uersantur.*
10 *Subscriptio in libello non est necessaria.*

11 *In ſynodo hoc quis eſt iudex, & qui ſententiam pronunciet.*
12 *Epilogus, & additio gloſſarum. num. 13.*
Reclamare, habet ſe ad ciuiles & criminales cauſas, ibid. num. 13.
14 *Et non citata poteſt offerri reo libellus in iudicio caſu præſenti.*
Cap. ſi quis cũ clerico. 11. q. 1. intellectus, ibid. ad dictio. requiritur.
Annales actiones quæ ſint, ibid. ad uocem, Annalis.
15 *Inducia deliberatoria ſunt de ſubſtantia, ſi petantur. eas arctare poteſt iudex, ſed non penitus denegare, licet eis renunciari poſſit tacitè, & expreſſè.*

CAPVT I.

1 IGnarus. Iſta rubrica habet tria capitula, & tria dicit† in ſumma hæc, ſcilicet, actor tenetur in ſcriptis libellum porrigere. hoc primò. & ſi agit reali, debet in eo exprimere rem, quã petit. ſi agit perſonali, debet exprimere cauſam. & primam decret. quæ ponit quandã facti narrationem, non diuido. & Igna-
2 rus † iſte gnarus erat,[a] ut patet ex ſequẽtibus, & iudex
a erat, qui præerat ſynodo. ſm Hoſt. [*Dixit*] ipſis fratribus actoribus [*Habetis*] in hoc potuit iudex ſupplere de facto. ſm Hoſt. ne ſibi illudatur: quia aliter non valeret iudicium. ff. de iudi. ſi prætor, & ſupra de alie. iudi. mu. cauſa fac. c. 1. & ne contingat partes uexari laboribus, & expenſis, de offi. deleg. ſuper quæſtionum. §. porrò. unde cum ex hoc cotingeret publicam utilitatem lædi, ſupplere potuit; de hoc de poſtu. bonæ. 1.
3 [*Poſtulationis*] quid ſi † peto à te tradi mihi uacuã poſſeſſionem domus etiam amotis inde pẽſionarijs, die aſſignata non pares, ſed uenit penſionarius, & dicens hoc non eſſe faciendum; conteſtatur litem; quæritur, an ualeat talis litis conteſt. Inno. in rubrica, & Hoſt. di-
b xerunt hic. q non: tum quia penſionario[b] non eſt o-
c blatus libellus. 3. q. 3. offeratur:[c] tum quia in uno libello nõ ſunt conueniendi duo; quod intelligas uerum eſſe, niſi penſionarius conduxiſſet à me domum. tũc enim ſi uult cõparere, & cauſam ſuam iuuare, audietur. ff. de appe. ab executore. C. de liti. auth. nunc ſi hæres, & infra de re iudic. cum ſuper. immò ſibi præiudicaret, ſi non defenderet. infra de re iudic. quamuis. & ſic intelligitur de fi. preſb. ueniens. ita ad litterã habetur in Inno. ſuper rubrica. tamen Archid. in ſuis correctionibus ſuper illa glo. ponit, uacat, & ponit eam, infra c. 2. in fi. Guil. in Spec. de lit. conteſt. §. 2. uerſ. quid ſi in libello, ponit prin. huius glo. dicens illud Inno. notaſſe, de foro compe. Romana, in fi. & ponderato cõtextu Inno. in quo præcedit proxi. illa decre. facile po-
4 tuit eſſe talis error [*Nullum habere*] hoc † nõ reo, ſed eis eſt imputandum. ff. de doli excep. l. purè. §. fi. ff. de diu. & tempor. præſcri. l. 1. ff. de calum. l. annus. C. de temp. in inte. reſt. l. petendæ, Hoſt. [*Oportet*] ideſt neceſſe eſt, ut hic, & infra, de iura calumn. d. c. pen. [*Declarare*] q. d.
5 † nullam debet obſcuritatem cõtinere. caue ergo tu,
d qui es ex parte rei, de nimia generalitate[d], ut infra c. proxi. caue de; uel ff. de iniur. prætor edixit. §. quod autem prętor, quod dic, ut infra, de empt. & uendi. cũ cã caue de, Si. nam cõditio eſt incerta. ff. de condi. indeb. ſufficit, & inſtitu. de uerb. oblig. §. ex conditionali. caue de uerbo duplici, ſupra de reſcrip. c. fi. & prægnãte, & de omni dubio, ſiue obſcuro, ſupra de renun. ſuper hoc, ff. de rebus dubijs, ſi is, qui ducenta. §. cum ita, & §. utrum, & in §. penul. & fi. & l. ubi, & per totum, Hoſtien. iunge, quod dicam infra c. ult. ſuper glo. 2. [*Eam-*
6 *que*] petitionem. patet hic ſemper † offerendum libellum in omni cauſa ciuili, & criminali, inquiſitionis, & denunciationis. In omnibus enim utilis, & neceſſarius eſt, ut ſciat reus, an cedat, an contendat 3. q. 3. offeratur, licet in denunciatione, & in inquiſitione aliqui contradicant, ſecũdùm Inno. Hoſt. dixit in inquiſitione, quæ procedit ex puro officio, libellũ dari non poſſe: quia non eſt, qui offerat, ſed dantur loco libelli capitula, de quibus eſt inquirendum, ut infra de accuſa. qualiter. 2. §. debet. In denũciatione uerò poteſt & debet à denunciatore offerri, ſicut in accuſa. infra de accuſa. licet. & c. ueniẽs, & c. cum dilectus, & c. qualiter, & c. prelatorum. & breuiter ſecundùm Inno. quando agitur inter partes. libellus requiritur, niſi ius dicat ipſum non eſſe dãdum, ut in auth. de exhiben. & intro. reis. §. ſancimus igitur. col. 5. ergo in interdictis offerri debet: quæ ideo ſic appellantur: quia inter duos dãtur. inſtitu. de interdictis. §. ſunt autem qui. & quando
7 officium † iudicis loco actionis proponitur, ſupra de
e offi. iud. c. fi.[e] & ubi cautio petitur de damno infecto, ff. de dam. infec. l. 4. §. quoties. aliqui tamen dicunt cõtra, quia hæc res celeritatem deſiderat. ff. eo. l. 1. ſecundùm Inn. Hoſt. dixit hoc eſſe arbitrarium, prout prætor ex cauſa id uiderit accelerandum, uel protelandũ ff. de damn infect. l. 4. 1. reſpon. ff. de ferijs l. 1. §. fi. & l. 2.
f & 3. Sed & ſecundùm[f] Innoc. libellus requiritur, ubi agitur de poſſeſſione, niſi in caſu, quem not. ſupra de
g procura. in præſentia[g]. & quando agitur contra aſcriptitium, qui dicitur fugiſſe, & quando petitur aliquis de ſua iuriſdicti. licet ſit argu. contra. ff. ad munici. l. de iur. quamuis enim olim non daretur libellus, niſi perſonis illuſtribus. C. de digni. quoti. lib. 12. ff. de priuatis delictis. l. fi. hodie tamen regulariter omnibus vocatis ad iudicium offerendus eſt, ſecũdum Inno. fallit hoc in caſibus, ſecundùm Hoſti. quorũ aliquos poſuit hic Inno. Primò quando partes in hoc conueniunt, q iudex non in figura iudicij, ſed de plano ex officio ueritatẽ audiat, & inquirat, qua reperta dicat. & ordinet, quod uult. ſic intelligit caſum. quem alij faciunt ſpecialem. C. de priuile. ſcho. quoti. in fi. lib. 12. in auth. ut diſ. iu. §. ſi uerò contigerit, collat. 9. & quod not. ſupra de arbi. cum tempore, 1. reſpon. non poſſet autem fieri ex pacto partium, q iudex eo omiſſo diffinitiuam
h daret. & facit quod not. de re iud. c. ult. lib. 6.[h] Secũdò in cauſa inquiſitionis, & alijs, quibus proceditur lite non conteſt. infra, ut lit. non conteſt. quoniam. §. ſunt & alij. Tertiò, quando cauſæ ſunt uiles, & paruæ ſummę, uel quando agricultores, & pauperes ſunt litigantes, maximè cum ex longinquo uenerunt, in auth. de mand. principum. §. ſit tibi, & de quæſto. colla. 6. & de reſt. ſpo. c. 1. Quarto, quando epiſcopus inter clericos ſuos iudicat. 11. q. 1. ſi quis cum clerico; quod quidam dicunt ſpeciale. Alij dicunt idem in delegato: quia nõ occurrit eis diuerſitatis ratio, ſupra de conſtit. trãſlato, quod placet Inno. & glo. in Spe. eo. ti. §. nunc dicendum, uerſi. ſed nunquid. ſed ſecundùm Hoſt. utriſque contradicit hoc c. & ideo illud poteſt intelligi, quãdo breues ſunt lites, uel ut dicetur infra uerſi. 8. Quintò, quando iudex reddit rationẽ de adminiſtratione ſua, in auth. ut iudi. ſine quoquo ſuff. §. neceſſitatem, col. 2. Sextò, quando agit de beneficijs authoritate reſcripti apoſtolici obtinendis ſecundum quoſdam, ut no. ſupra de ætate & qualitate, accepimus. Septimò in cã matrimoniali, quãdo iudex procedit ex officio, infra de clandeſt. deſpon. cum inhibitio; & ſic intellige, infra de teſti. Albricus; quod dic, ut ibi not. Octauo, quãdo diœceſanus petit certificari de beneficijs minus canonicè obtentis ſine ſua licentia, uel uacatione diutina, uel alijs exceſſibus, quæ diœceſanus ex officio habet corrigere; quod dic, ut leg. & not. ſupra, de cler. pereg. c. fi. ut ec. be. c. vno, de fi. licet Hely. Nonò, quando agitur de re per tranſact. ſententiam, ſeu compoſitionem finita, ne lites ex litibus contra propoſitum principis oriantur. C. de fide inſtr. l. fi. ad fi. C. de fruct. & lit. ex. terminato. C. ſententiam reſcin. non poſſ. l. fi. de lit. conte. exceptionis, lib. 6. unde & quando adiudicatur

ecclesia

ecclesia cum pertinentijs, probantur pertinentia sine libello, ut not. infra de restit. spol. cum ad sedem, circa prin e. Decimo, quando agitur inter religiosos de his, quae ad religionem pertinent, de regularibus. c. fi. de appell. reprehensibilis. Vndecimo secundum Inno. si consue 8 tudo sit, quod libellus non detur: quia† in his, quae circa iudicium uersantur, ualet consuetudo. C. de priuileg. scho. l. fi. li. 12. infra de eo qui mit. in poss. c. 3. §. fi. Duodecimo, quando factum narratur à partibus corā Papa. de hoc dicam infra, de lit. contest. c. uno. Decimotertio, ubicunque iudex procedit ex officio, sub quo plures casus comprehenduntur: de hoc infra, qui fil. sint legit. lator, & de hoc supra, de offi. ord. c. 1. de offi. iudi. c. 1. & 2. de iureiur. ad nostram. 2. & c. sicut nobis. unde secundum Inno. si quis sit iussus in possessionē mitti, facienda est executio sine libelli oblatione. ff. ne uis fiat ei, qui in poss. mit. l. 3. 1. respon. Et idem uidetur, ubi iā cōfirmatus, uel institutus de aliqua ecclesia prohibetur possessionem nancisci. infra de appel. constitutis. 2. §. fi. & infra, de concess. praeben. post electionem. §. fi. quod dic, ut ibi, & infra de accusa. accedens. Idem in denunciatione noui operis, quae fit uerbo, & facto in praesentia, & in absentia. ff. de noui ope. nunc. de pupillo. §. nūciare, & l. operis, & l. cuilibet. sed in prosecutione bene est necessarius, quando scilicet petitur remissio denunciationis, & in alijs. & remittit Host. ad sum. de no. oper. nun. §. qualiter fiat, & §. qualiter tollatur. sed nec requirit libellus in causis merè spiritualibus; ut de do. & contu. c. 1. nec in causis, in quibus summaria requiritur cognitio tantum. ff. ad exhibēdum. l. 2. & 3. §. ibidē. ff. ut in poss. leg. l. si is, à quo. ff. de aedil. edic. l. 3. §. causae. ff. de uent. in poss. mitt. l. 1. §. si ea. ff. de lib. agno. si quis à liberis. §. si uel parens. nec in notorijs. 2. q. 1. de manifesta. & infra, de accusa. euidentia, & de iu reiuran. ad nostram 3. de his autem, quae officio iudicis expediuntur, dubitatur, an fit in eis offerēdus libellus; puta petitur alicuius electi cōfirmatio, uel possessio ex edicto diui Adriani, uel Carboniano, uel nomine uentris: uel petit aliquis sibi dari bonorū possessionem contra tabulas: uel aperiri testamentū, uel ne qd fiat in loco publico. in omnibus his, & similibus dicēdū est, quod si contra neminem agatur specialiter; nec aliquis cōtradictor apparet, non est offerendus libellus, quia nec est, cui offeratur, ut in auth. offeratur. Siverò aliquis est contradictor, dabitur ei libellus. supra, de electi. dudum. 1. & 2. & infra de testi. cum olim. ff. de appel. nou recipi. l. fi. ff quemad. te. app. l. 2. §. fi. & C. eo. ti. l. 1. secundum Inno. melius tamen est & tutius secundum Host. quod in 9 omnibus his† scriptura iudici offeratur, in qua contineatur, quis, & quid, & quare petat, ut pronūciatio iu- i dicis[i] habeatur certior, arg. insti. de act. §. curare, & patet in eo, quod le. & not. infra, de uerb. sign. dilecto, ad fi. uel die haec arbitraria, ut dictum est supra, de cautione damni infecti. Missio tamē in possessionem ex primo decreto, secundum Inn. ēt sine libello fit. Expeditur enim officio iudicis deseruiēte actioni, uel quia fit ad defensionem iurisdictionis iudicis cōtra contumaciam partis, quae notoria est, ut infra, ut lite non contestat. quoniam. §. fi. & in notorijs non offertur libellus, ut dictū est supra, ne si c. nec in notorijs, haec omnia dicta sunt secundum Inno. & Host. Sed plenius de hoc Guil. in Spec. de libel. concep. §. nunc dicendum [*Roboratam*] idest sub- 10 scriptam. & repete, Oportet† & nunc sumitur pro decet. nam secundum Host. non est necessaria ista subscriptio per partem. tabellio enim subscribet diem porrectionis, & dilationem datam reo; & ita seruatur, & sic intelligatur in auth. de exhiben. reis. §. sancimus, colla. quin- k ta. & huic Pet. concor.[k] licet Inno. uideatur uelle con 11 trarium [*Synodo*] arg. quod synodus est iudex, & nō archiepiscopus; ad idem. 11. q. 3. si quis presbyter, & c. si

quis episcopus. & infra de praeben. graue. §. ita ut. porrigitur autem libellus iudici, nō de necessitate, sed ad cautelam: quia aduersario potest offerri. 3. q. 3. offeratur, secundum Inno. Host. dixit, quod archiepiscopus, & suffraganei simul in synodo congregari sunt iudices, archiepiscopus tamen tanquam caput de consensu & cōsilio suffraganeorū, uel maioris partis pronunciare debet, argu. infra de accusa. sicut olim, & melius de tempor. ordi. si archiepiscopus. §. 1. & c. nec episcopi. §. fi. cum suis concord. & de his, quae fiunt à maiore parte capituli. c. fin. Mandat ergo libellum porrigi synodo, idest ei, qui praeetat tanquam capiti, & suffraganeis tanquā cōiudicibus. & libellum sic oblatum eadem synodus l porrigit[l] aduersario, sicut actor iudici, & iudex reo[m]. m C. de episc. & cle. generaliter; & sic exponitur 3. q. 3. offeratur [*Vt tunc*] scilicet oblato libello [*Canonicè*] ergo aliter non respondetur canonicè [*Responderi*] post deliberatorias [*Conscribentes*] non dicit subscribentes porrexerunt synodo, & synodus aduersario. Hosti. ¶ Pri- 12 ma† glo. respon. per modum summae quaerendo de. 7. scilicet quid sit libellus, cui offeratur, qualiter, quādo, quot sint species libellorū, quis sit eius effectus, & an 13 sit de substantia. ¶ *In † prima glo. ibi, in criminalibus* reclamari, iuxta uulgare habet se ad ciuiles, & criminales causas, Goff. [*& ibi, Libellorum*] & quid ipse libellus accusatorius continere debeat, ibi patet, & not. supra de u procur. tuae [*& ibi, Scriptura*[u]] q. breuis liber, uel modica scriptura, Goff. [*& ibi, Per totum*] dixit Host. quod quamuis libellus multa debeat continere, hoc sufficit de cō su. approbata, quod appareat quis petit, & à quo, & quid, & quare, & coram quo, ut in hoc titulo, & supra, de electi. querelam. arg. ff. de procura. si procuratorem. & ponit uersus. Quis, quid, corā quo, quo iure petat, sed, & à quo, Rectè compositus quisque libellus habetur. Vinc. ponebat alios uersus; non curo. Dicebant tamē ipse Lau. & Phi. hic, quod si praelatus, uel syndicus petit rē ecclesiae, formare debet libellum nomine ecclesiae, argu. C. de epis. & cler. auth. sed hodie, & l. omnes. nomine suo petere non potest, cum nulla habeat actionem directam. ff. de rei uend. in rem actio. §. 1. [*& ibi, Per ip-* 14 *sum reo*] Et sufficit† ipsum casu uenisse, licet citatus[o] nō o fuerit; de hoc in Spec. de libell. concep. §. sequitur, Innoc. [*& ibi, Non requiritur*] uel correctum est, quod ibi dicitur, uel de cōsensu partium intelligatur, Ala. & ad hoc ultimum allegat Goff. C. de priuil. scho. quoti. iu fi. lib. 12. uel secundùm eum loquitur, cum episcopus cognoscit inter suos familiares [*& ibi, Per talem*] ponit effectum libelli triplicem [*& ibi, Annalis*] ut iniurarū, ui bonorum raptorum, quod metus causa [*& ibi, Quoniam*] expēdit etiam hoc iudici, actori, & rēo, ut no. in Clem. de uerb. sign. saepe, uersi. uerum, in glo. 2. [*& ibi, Optimè*] si intelligas, prout ibi not. Ioā. parum facit [*&* 15 *ibi, Indultum*] per hoc† uidetur, quod etiam induciae de liberatoriae sint de substātia, ut no. Io. 2. q. 1. in summa; quod intellige, si petantur, ut ipse not. 17. q. 4. uxor; ad hoc 3. q. 3. cum accusatus. Idem Inno. & Hostiē. qui dicunt, quod non teneret processus, si denegarentur induciae deliberatoriae. arctare enim potest iudex eas, sed nō penitus denegare, licet eis renunciari possit tacitè, & expressè. ff. de ferijs. l. 1. C. dē episc. & cleri. auth. generaliter. & adde quod dicam de dila. c. 1. & 2. & uide, quod not. in Clem. de uerb. signi. saepe, post prin. in 16 glo. sed cum petitio [*& ibi, Quidam*] & † Accur. in auth. offeratur, in ulti. glo. [*& ibi, Calumniae*] adde quod not. supra tit. proxi. si diligenti, in glo. pen. [*& ibi, Canonico*] Idem hic Inno. & Host. alleg. Inno. in authen. de tempo. non solu. pec. super do. §. contestationem, colla. 7. Hostiē. alleg. authen. de exhiben. & intro. reis. §. illud, collat. 5. per quam dicit, quòd nec expressè, nèc tacitè p remitti potest[p] erant enim† quidam, qui aduersarios simplices

17 simplices uocabant ad Iudicem, & eis negantibus dicebant litem contestatam, quod ibi reprobat imperator in sequenti.§.statuens, quòd libellus offeratur, & quod litis contes.hac oblatione omissa habeatur pro nulla: tamen Vincen.& Philip.dicebant, quòd secundùm leges, erat de substantia, secundùm canones nõ, inducebant c.siquis cum clerico, & decret.prout, quibus responsum est in glos. & hoc dicebant per authẽ. offeratur: quæ tamen est canonizata. Guil.tractauit de hoc nihil approbans in Spec. de libel.concep.§.utrum libellus. satis credo, quòd petitio sit de substantia: sed si fiat in modum postæ, & non in modum libelli, & super ea lis contestetur, credo tenere processum. parte uerò petente necesse esset dari in modum libelli. huic uidetur contra Clem.de uerbo.sign.sæpe, & uide quod ibi not.in glo.datur per hoc [*& in fi.*] & à iudice sedẽte, & per se recitante; quod dic, ut infra de re iudic.c.ult. lib.6.

ANNOTATIONES.

a ¶ Gnarus erat. Non fuit ergo nomen consequens rei, ad hoc l.pe. C.de consti.pecu.uide glo.insti.de dona.§.est & aliud. uel dictio. in hic auget.uide in l.Gallus.§.ille, per Barto.ff.de libe.& posthu.

b ¶ Pensionario. Non est contestata, sed an quasi contestata ad interruptionem præscriptio. uide, ut lite non contesta.quoniam.§. quòd si super.

c ¶ Offeratur. Contra hoc facit illa clausula, amotis inde pensionarijs, per quam contra illos, ut expressos uidetur agi. ad hoc, quod nota.Ioan.Andr.supra, de iudic.quia V.super gloss.1.& probat c.proposuit, de concessio.præben.& not.eod.tit.cum nostris, & de re. permu. cum uniuersorum.

d ¶ Generalitate. Vide per dict.Barba.in consilio 25.in 4.colum.in secundo uolumine.

e Capitulo fi. Ibi uide per Ioan. Andr.formam libelli in glo.& contra.& plenius Bart.in l.nec quicquam.§.ubi decretum, ff.de offic. procon.& le.ubi omnino uide.

f ¶ Sed & secundùm. Guil. in Spec.de libel.conceptio. §.nunc uidendum, uersi.38. tenet secundam opinio.quòd non detur libellus. Guil.autem de Cu.tenet primam in l.4.præalleg.& ibi idem Bart. licet dubitando.

g ¶ Præsentia. Quando duo contendunt se possidere, & timetur de rixa, tunc sine libello iudex recipit informationem, & uide per Ioan. Andr.plenius in Specu. de libell.concep.§.nunc dicendum, uersicu. 88.

h ¶ Vlt.lib.6.Ibi uide in gloss.C.de senten.& uide, de offic.deleg. de causis, & Bart. in l.prolatam, C.de senten. & uide in deci.Rotæ conclusio. 96.

10 scere? ¶ *In † glo. prima ibi, appellandum*] hoc tenet Vin. [*& ibi, non sit audiendus*] nisi post litem contest. statim hoc faceret, ut no. in auctẽ. & consequenter, in gl. fi. §. sancimus, in prima glo. quia quæ incontinenti fiunt, &c. ut dixi in gl. 1. Ante [*& ibi, Ab initio*] exponit Vinc. 1. post initium [*& ibi, Finita*] ad hoc facit ordo, istorum titulorum: quia post libel. oblationem, & ante litem contest. ponitur Rubrica de reconuentione, secundum Hosti. [*& ibi l. ultima*] concor. Vincen. & Inn. Fran. hic & ipse, & Archidia. in decre. dispẽdia, & Guil. in ipe. de reconuentione, §. sequitur. Contra Inn. est, quod ipse no. supra eo. c. in gl. reconuentio, uersi. illud autẽ, Ala. Tanc. Goffre. & Host. contra, & Io. Mona. in decre. dispendia. quod uerum puto, si de uera recõuetione loquamur. & uide quod no. in Cle. de uerb. signi. sæpe, in glo. ꝙ requirat, & in glo. sequẽ. Intellexit Hosti. decre. dispendia, cum ante litem contest. fuerit protestatus. Posset dici, ꝙ decr. dispẽdia, non obstat per literã ibi, Cõuentionis, quasi dicat, Eodẽ durãte iudicio ante litem cõtest. potest recõuenire, postea cõuenire. & sunt ista ualde diuersa. nam in cõuentione non est necesse, quòd una sentẽtia terminetur cũ principali: in reconuẽtione secus; & de hoc, infra de ordi. cogni. cũ dilectus, in glo. si isti, & adde quod dixi in glo. 1. ante quàm, in fi. supra eo. c. Idem sublata appella. in rescripto, in reconuentione non poterit appellari. infra c. proxi: secus crederem in conuentione. Item illud uerbum Conuentionis in decre. dispendia, potest respice

re

rever.ibi,Si literas contra eum &c.secundũ quod potest dici allegãdo, quod etiam conueniri non potest actor coram delegato post litem contesta. sine nouis 11 literis[*& in fin.*] præcedentia † etiam sunt specialia in scismaticis, intrusis, & excõmunicatis, qui non conueniunt, & conueniri possunt, supra de iudi.intelleximus. ¶[*In glo.2.in fi.*] & c.examinata.¶[*In glo.istud,ibi,habes*] & 20.q.2.c.primo.

ANNOTATIONES.

a ¶Ex literis.Ad materiam istius c.& materiæ.s.conuentionis,& reconuentionis,uide Inno.& Io.And.in c.cum dilectus, de ordi.cogni.& quod scripsi 3.q.8.c.1.Archi.

b ¶Reconuenire.An sit differentia inter reconuentionem, & recõpensationem,uide Bar.in l.in rebus.§.fi.ff.commo.& per Bal.in l. Papinianus,in fi.C.de sent.& interlo. om.iud.

c ¶Secus.Adde spec.in tit.de recu.§.fi.uer.sed nunquid.

d ¶Is qui.Difficilis est lex,& habet multa contraria. & ibi per Bart. uide plenissimè de hoc,& Cy.& Sali.in l.1.C.qui accus. non pos.

e Reconuẽtio.Lim.ta,ut per Archid.11.q.1.in glo.summæ,in uer. reconuentio.

f ¶Secundum Innoc.Adde Bart.in auth.& consequenter,qui plene examinat hunc passum.C.de sent.& interlo.om.iud.

g ¶Si quis.Ibi uide Cy.& do.Bar.de Sali. & Bart.in l.rerum amotarum,ff.rerum amo.& in l.fi.ff.ui bon.rapto.facit ad materiam l.si de ui.ff.de iud.& in l.interdum,ff.de publ.iud.

h ¶Pluribus.De causa appell.& de alijs, in quibus non habet locum reconuentio,uide glo.in c.cum dilecti,supra de arbi. & uide Ioã. And.in c.2.supra de li.obla.& in Clem. unica,de causa possess. & propr. Bald.

i Reconuentio.Contra notat Cy.post Pe.in authen. & consequenter,præalleg.cuius opi.ibi uide per Bart.defendentem ibidem, & in l.1.§.fi.ff.de ua.& extra or.cogni.

k Summaria cognitio.Adde Bar.in l.1.ff.de præto.stipu.& in extrauaganti ad reprimendam,& per Bal.in l.præsenti,C.de his,qui ad eccle.confugi.per spec.in tit.de offic.iudi.§.1.

l ¶Requirat.Ibi Io.And.per distin.concordat hanc opin. cum alia contraria,& uide Bar.in præalle.auth.& consequenter,& in l.sed hæc.§.non solum.ff.de proc.& in l.1.§.fi.ff.de na.& extra or.cog. & in l.1.C.ubi causa status,& ibi etiam Bal.qui dixit post Bart.de reconuentione non habere locum in causa,quæ est ad aliam præparatoria.& an confitens possit reconueniri,uide Bal.in l.fi.C.qui ad lib.procla.non licet.

m ¶Procedat utraque.Et istam uidetur sequi Bar.in authen.& consequenter, dicens, quòd erit tractanda cum priuilegio reconuentionis quò ad identitatem iudicis, non quò ad uicissitudinem decidendi: quia forte dudum post lit.contest.fuit inchoata, & uide glo.in c.dispendia,de iudicijs,lib.6.quæ incipit,forte,& gl.ibi se.

n ¶Lite cunte.Idem no.infra de resti.spol.c.ex conquestione. sed illud c.facit contra glos. An quia ibi reconuentio uidetur post lit. contest.admitti: sed potest dici, quòd ideo, quia causæ hic connexæ.s.petitorij & possessorij, quo fiebat reconuentio. uel dicit, quòd ideo,quia petit ibi per iudicem,quominus reconuentio ante lit.contest.fieret:sed contra hanc opi. uidetur tenere Bar. in authen.& consequenter,C.de sent.Archi.

o ¶Pluribus.Et si unum petit, an reus idem illud possit contra actorem petere,& quis erit tunc effectus istius petitionis,uide Io.An. post Inno.de off.deleg.cum contingat,in glo.quia melius,ad fi.& de re iud.cum Bertoldus,in glo.uidetur.

p ¶Ioan.An.Scias,quòd Bar.in authen.& consequenter,dixit,quòd coram delegato de consensu utriusque partis dato non habet locum reconuentio. & dixit,quòd ratio est,quia cum utraque pars illum elegerit, cessat ratio c.cum Pap. 3.q.8. ex eadem causa dixit non procedere reconuentionem coram arbitro,si illa est ratio in arbitro,uerũ dicit:sed illa uidetur ratio:quia quò ad id, in quo non est compromissum,est priuata persona,& sic cessat reconuentio:ita sentit tex.de arbi.cum dilectus.At deleg.etiam ab utraque parte elect.habet iurisdictionem non à partibus, sed à delegante, & sic ratio Bart.cessat.

SVMMARIVM.

1 *Actor,qui impetrauit rescriptum cum clausula, Appella.remota, in causa reconuentionis appella.remota respondere tenetur.*
Reconuentio fieri potest etiam coram iudice ab actore impetrato, ibid.uer.qui contra eum. Aliqua,quando liceat ea uti, in suffragio,& nu.6.§.in glo.2.
Dubitandi ratio qua bis erat,ibid.ad dictio.deferendum.
2 *Papa quid sentit,& nos sentire debemus.*
Appellatus coram iudice appellationis uti potest nouis probationibus,sicut appellans,ibid.
3 *Ius iniquum impetrans an in nulla causa appellet.*
Appellationis remotio non extenditur ad aliàs personas,nisi in casu,& quo,ibid.non est ius iniquum,& ratia,ibid.ponitur in certis causis ex stylo curiæ,ibid. & nu.7. & quemadmodum id intelligatur,e.nu.7. Appellationis remotionem qui impetrat per rescriptũ,quando incidat in edictum hic allegatum, ibid.in fine.
Contrariorum quandoque utrunque bonum,& quandoque utrunq; malum,ibid.uer. & nota quid.
Appellatione rationabiliter est quoddam medium, ibidem uer. Posse igitur.
4 *Epilogus,& suffragium glossarum nu.5.*
In iurisdictione prorogata iudex habet eandem auctoritatem,quomodo habet in delegata.
Concessum in uno,intelligitur in alio repetitum.
Reconuentia an procedat super pluribus contra conuenientem super uno,& nu.6.§.1.
Ea an liceat actori quasi reo,uer.licet actori,& nu.6.§.1.
6 *Additio,siue suppletia glossarum.*
8 *Extra diœcesim priuilegiatus quo casu trahi possit, licet ei concessum sit,ne trahi possit.*
Priuilegio suo quis contra alterum non utitur, quo pro se non utitur,imò ipsum transgreditur,ibid.

CAPVT II.

1 PRudentiam. Casus.actor, † qui impetrauit rescriptum cum clausula, Ap.re.in causa reconuentionis [a] ap.re.respõdere tenetur.& huius pars de of.deleg.prudentiam.Communis diuisio secunda ibi, Nos uerò [*Eodem iudice*] qui contra eum impetratus est,quod potest,supra c proximo[*Deferendum*] & uidebatur quod sic, cum solum super conuẽtione uideatur remota appellatio,cum nec de reconuẽtione fiat mentio in rescripto: sed contrariũ respõ-2 detur, Hostiẽ.[*Sentimus*] & nos † eodem modo sentire oportet,infra de re iud.in causis,Ho.[*Ap.remedium*]potest igitur appellatus corã iudice appel. uti nouis probationibus, sicut appellans. C.de appel. eos qui §.1. 3 Tan. & Vinc [*remota*] uidetur,quòd † iste impetrãs ius iniquum,in nulla causa possit appellare.ff.quod quis-b que iu.[b] l.3.§.pe.ubi dicitur, pœnã locum habere etiã in actionibus quæsitis post, quàm incidit in edictum. nec enim lex æquior, quam legis artifices &c. So. re-c motio [c] appellationis non extenditur ad alias personas nisi per prorogationem,ut hic. Item remotio appellationis non est ius iniquum, imò vtitur æquitate, ut lites citius dirimantur, & sic respicit actorem ut reum,& sic cessat pœna edicti. Præterea in certis causis stylus curiç etiam non petente parte apponit hanc clausulam.& no quòd remotio appellationis, & eius contrarium.s.libertas appellandi utrumque bonum; & sic.27.q.1.sic enim, & de conse.dis.2.quotidie.sic interdum contrariorum utrumque malum, ut prodigalitas,& auaritia. Gof.& Host.de hoc, supra de conjuc.ex parte, & infra de iureiurã. intellecto. Posse igit rationabiliter appellare est quoddã mediũ inter posse indifferẽter,& nullo modo posse, sicut largitas medium duorum uitiorum.per prædicta patet procedere,quod dicit da. hoc ti.q.4.Impetrantem talem clausulam,licet rescripto non utatur,si tamẽ utitur, posse incidere in edictum, per præalleg.l.3. §.1. quæ de iure iniquo loquitur, ut ibi patet in prin. legis. ¶Secunda 4 † glo.primò arguit.secũdò format, & soluit duas quæ-5 stiones.vltimo signat contrarium,& soluit. ¶[*In † glo.2. ibi,Titia.§.1.*] vide,infra de præbendis,de multa,in antepenul.glo.in fi.[*& ibi.§.quod & fi.*] Hosti.dicit, quòd

hæc lex facit pro, & inducit decre. sedes, de rescrip. duplex litera illius. §. inducit hanc uarietatem : una litera ibi, minorem, alia, maiorē. & est casus duplex, ut ibi no. Pone, defensor non pōt nisi de 50. cognoscere, cōueni te super 100. corā præside. Tu reconuenis me super 50. corā defensore, respondetur, ꝙ corā præside id fiet, uel cōuenio te corā defensore in 50. tu uis me cōuenire in 100. coram defensore, id fiet[*& ibi. l. secunda.*] ibi, licet actori cōtra exce. replicare, & contra duplicationem triplicare. [*& ibi, quod fauore*] sequitur, quorundam constitutum est quibusdam casibus, ad eorum 6 læsionem nolumus inuentum uideri. ¶ [*In † glo. prima,* d *ibi, non debet*] & infra de re. iur. non licet, [d] lib. 6. imò uidetur potius prouidēdum reo. ff. de feri. l. fi. infra de fide. in inte. ad finem, secundum Host. [*& ibi, Hodie*] idē Gof. [*& in fi.*] ergo ut quid membranas occupat, saltē compilator eam debuisset resecare. unde & hodie locū habet secundum Host. ¶ [*In glo. 2. ibi, contra credo*] idē Host. [*& ibi l. 2. ibi, licet actori triplicare*] ad idem de condi. ap. per tuas; de testi. licet. 3. Host. [*& ibi, Non credo*] idē Accur. in auct. & consequenter, in gl. 2. & idem Host. vt uitetur infinitas, de rescrip. c. 2. lib. 6. & quia in potestate fuit actoris à prin. sup pluribus impetrare, de rescrip. c. 3. li. 6, imputet ergo sibi secūdum eū. Idē Guil. in spe. de reconuentione. §. 1. uersi. Item pone, quid si te, per. l. ff. de iureiuran. l. iurisiurādum & ad pecunias. §. sed nec. & facit quod not. ipse Guil. in §. 2. eo. ti. uer. 7 fi. [*& ibi, Instantiam*] dixerunt † Tan. & Vin. ꝙ Romana ecclesia tales literas concedit etiā sine petentis instantia clausulam apponēdo, & dixi in tex. in glo. uidetur. & secundū id intellige hoc de instantia quò ad rescriptum, non quo ad clausulam [*& ibi uti eodem*] ar. infra 8 de præben. si motu proprio, & c. se. lib. 6. & sic † soluit secundum Abb. quæstio de priuilegiato, ne trahatur extra dioe. qui extra ipsam alium trahit, à quo reconuenitur, quod licitè fieri potest per hanc decre. si illud priuilegium ad sui instantiam fuit sibi concessum; & idem in priuilegio iuris, ut dixi, supra de rescrip. nonnulli. in prin.

ANNOTATIONES.

a ¶Reconuentionis. Et sic clausula, Appellatione remota, in causa conuentionis apposita, tollit facultatem appellandi in causa recōuentionis. contra quod est tex. in c. ex coniquestione, infra de rest. spo. ubi reconueniens appellat. sed dic, quòd ibi loquitur, quando appellatio interponitur ad incommodum impetrantis clausulam, quam appellationem clausula non tollit, ut quia recōuentus appellat, hic uerò loquitur, quando impetrans clausulam onlt appellare, & sic ad eius commodum; quam bene tollit clausula, & ita hic, & sic hoc oo. limita. uel potest dici & aliter, quod ibi appellabant ex causa legitimè & manifestè iusta, ut dicit glo. in iure expressa, ut ibi Ioan. And. quam clausula non tollet secundum no. in c. ut debitus, & in c. pastoralis, de appe. sed hic appellabatur ex causa non iusta, uel non expressa, utrum si appellatum est in causa conuentionis, debeat supersederi causæ reconuentionis, uide infra de appel. c. super eo, el 1. & ibi remittit ad spe. Bal.

b Quod quisque iuris. limita, ut per do. Felin. in cap. sanctorum, de præscript.

c ¶Remotio. De materia ista, an pœna illius edicti porrigatur ad præterita, & sic ad futura, uel solum ad præsentia, conclusio est, quod si generalis est impetratio iur. iniqui, ad futura extenditur; secus, si specialiter fiat super una causa, uide l. 3. §. fin. præalle. §. hæc pœna & ibi Bar. & scias, quòd pœna illius edicti transit cōtra hæredem impetrantis, quod uidetur mirabile, cum ipsum priuilegium impetratum sit personale, de quo in l. 3. §. quod autem ff. quod quisque iur. & in illo §. not. Bar. illud edictum locum habere, quando impetratio iur. iniqui aliquid affert impetranti, aliter etiam pœna edicti: aliàs non habet locum; quod exemplifica, ut ibi per ipsum. Scias etiam, quòd illud edictum locum habet nedum in impetrante, sed etiam in statuente ius iniquum, de quo in l. 1. ff. eo. tit. Et sic statutum statuentem ligabit, & habet locum illud edictum in sententiante iniquè, quod uide ibi in l. 1. §. 1. & in princ. l. & ibi Bar. qui ista inducit ad quæstiones. Et an habeat locum illa pœna, si per alium, non per se quis tale ius impetrat, uide in l. 3. §. si procurator. & ibi Bar. ius autem iniquum impetrans patitur illius edicti pœnam nedum contra illum, contra quem impetrauit, sed etiā contra alias personas; quod intellige, quando simpliciter: secus si specialiter impetrat; uide §. hæc pœna, præallega. Et ibi Barto. qui de hoc ibi not.

d ¶Non licet. Nota, quòd istud est propter æqualitatem seruandam, unde dicit Paul. in c. t. de seque. poss. & fruc. quòd literæ impetratæ per actorem super diuersis articulis per usum in uno efficiuntur communes; adde d. Felin. in rub. de rescrip. in 2. col.

De litis contestatione, Rub.

¶ Libelli oblationem, & mutuam petitionem sequi debet contestatio; ideo & c. Gof. de materia. 3. q. 3. offeratur, & repetitur in 6. cui cōgruit, de uer. si. forus, uer. his autem, & cap. ex parte, & de elec. dudum. 2. de offi. dele. relatum, de of. iu. c. 2. de re. iu. in ter; de ap. significante, & c. interposita, in fi. & li. 6. de procu. cap. 1. 2. respon. & c. 2. & c. si duo, & Clemēti. de uerb. signi. sæpe.

SVMMARIVM.

1 *Litis contestatio non per positiones & responsiones, sed per petitionem in iure propositam, & responsionem secutam fit: qua omissa nullus est processus. nisi in casibus, & quibus nu. 7. & 10. ad fin. eius descriptio uel definitio cum interpretatione, nume. 4. quibusdam eius effectibus, & nu. 11. est litis fundamentum, & absque ea processus nullus, ibid. & per quam responsionem fiat nu. 5. 6. 10. 11.*

Diuisio decretalis, ibid.

2 *In capitulum non feritur excommunicationis, nisi in culpabiles.*

Quid fuerit hic resecatum, ibid. ad particulas, & infra.

3 *Positiones cur inuentæ, & quo iure.*

Remissio causæ fit ad Papam multis de causis, & quibus, ibid.

6 *Libelli narrata potest reus confiteri, & petita fieri non debere negare, si sit inepte formatus.*

Respondere qui ei recusat, quid iuris, remissiuè, uer. si uerò sententia sine petitione dari non potest, eod. nu. uer. Tutius tamen.

8 *Epilogus, & Suffragium glossarum, num. 9.*

Per protestationem ius saluum manet.

10 *Additio glossarum.*

CAPVT I.

1 OLim. Ca. Non per † positiones, & responsiones, sed per petitionem in iure propositam, & resposionem secutā fit lit. conte. qua omissa nullus est processus. & primo ponit processum iudicū, & ipsorum relationem. secūdo ipsum processum decernit irritum, & dicit quare. 2. ibi, Procuratoribus [*iniurijs*] quas capitulum irrogat [*Sententijs*] ab episcopo † latis in capi2 tulum propter iniurias supradictas. hodie tamē sententia sic pferre non debet, sed in illos tantū de ca. qui culpabiles fuerunt, de sen. ex. Romana §. fi. [*Et infra*] continet iniurias, sententias, & articulos specificatos, & quòd causa fuit commissa iudicibus, qui processerūt in ea, ut sequitur, & demū ipsam ad sedē apostolicā remiserunt, Hostien. [*Iudices*] delegati, qbus fuerat causa cōmissa, qui si gnari fuissent, fecissent libellum offerri. su- a pra de libelli. oblatione, c. 1. Hosti. [*Positionibus* [a]] quas 3 † ad faciliorē expeditionem litium propter partiū cōfessiones usus longæuus admisit in causis, vt in Cle. de verbo. sig. sæpe, uer. & quia [*Remiserunt*] forte sic habuerunt in mandatis, uel de cōsensu partium hoc fiebat; ut per papā ferretur sententia, uel ut declararetur, quid 4 iuris de processu, Host. [*Litis contestationem*] litis † contestatio est principalis negocij apud iudicem hincinde facta narratio, secundū Azo. hic, & quasi omnes. quę descriptio hic destruitur. nā per positiones & responsiones narrat hincinde negociū corā iudice; & tamē nō fit litis cōtestatio. unde dic, ꝙ litis cōtest. est fundamētum iudicij per petitionem in iure propositam & congruam responsionem secutam animo contestandi litē factā. quo omisso, si in figura iudicij procedat, uexan-

uexantur inanibus laboribus & sumptibus litigantes. Hosti. qui prædicta per ordinem reassumens. dicit me rito dictum, fundamentum: quia dicitur litis initium, de of. deleg. super quæstionũ. §. Intẽtionis. ante quod non dicitur lis mota propriè, de uerbo. sig. ex parte, secundo, nec dicitur quis petere, sed petere uelle. ff. rẽ ratam haberi. l. amplius. per ipsam autem firmatur iudicium. & perficitur petitionis iniuria. ff. de in ius uo. quamuis. perpetuatur actio usque ad 40. annos. C. de annali excep. l. 1. C. de præscriptio. 30. annorum. l. fi. & bene dicitur: Per petitionem. s. in scriptis porrectã: alias contra, de hoc, de lib. obla. c. 1. & bene dicitur in iu. nam extra iudicium non contestatur lis, ut patet. 3. q. 3. offeratur. supra ti. 1. c. 1. ff. de interro. ac. l. noluit alioquin, quandocunque aliquis rusticus peteret aliquid ab alio extra iudiciũ, fieret cõtestatio, à quo petitur, hoc negãte. sequitur. Congruam responsionẽ. s.

b ut ipsam petitionem confiteatur, [b] vel neget, ut sequitur; & de hoc. supra de elec. dudum. sequitur, Animo contestandi; de hoc in gl. Sequitur. Quo omisso. si in figura iudicij, idest ordinis iudiciarij, quod ideò sic ex ponitur: quia hoc omisso dari potest iudici potestas, quod inquirat, & arbitretur, vt sibi videtur; de hoc, supra de libelli obla. c. 1. & bene sequitur, Vexantur inanibus, & c. Ratio patet hic secundũ Host. [*Secutam*] no.

5 hoc Inno. Host. Pe. & Abb. ꝙ † per responsionẽ iuris, puta, Nego pecuniã in vtilitatẽ ecclesiæ uersam, uel, Non debet tibi tradi, quod petis, uel, Quod petis, non debetur tibi de iur. & per responsionẽ ad causam, puta, Nego te mutuasse, bene fit litis conte. quia cum ex causa ꝓposita, & non ex alia ius petendi inferatur, negans causam, puta mutuum, dicit se per consequẽs ex muruo nõ teneri, & sic petitioni respõdet. Nec obstat, si dicat, ꝙ aliud est causa, aliud actio, siue petitio: quia & si sit alia, nõ tamen aliud quò ad effectualẽ substantiã, ubi enim bona causa, bona petitio, & è conuerso. & remittit Host. ad sum. de libelli obla. §. quid debeat, uersi. alij dicũt, & de ijs in spe. c. ti. §. 2. uer. sed nunquid per responsionem, & uersi. sc. & uer. quid si reus, sed in hoc ergo dicemus sufficere, ꝙ narrationi libelli respõdeatur, supra de elec. querelam, infra de resti. spo. cum ad sedem, C. e. ti. Luna. & de hoc in spe. co. ti. §. 2. post

6 prin. Si † uerò libellus sit ineptè formatus, posset interdum reus dicere, Confiteor narrata: sed dico pœnã fieri non debere. & ita dicit Hostiẽ. se de facto in quadam causa fecisse, & obtinuisse. non tamen fit, si dicat reus, Nolo litigare: quia per hoc nescitur, an cõfiteatur, uel neget. unde dicebat Hosti. supra de elec. dudũ, pri. quòd si dicat, Contendendum puto, non est lis contest. quia posset uelle contẽdere, licet libellus cõtineat ueritatem. cogendus est igitur respondere. ff. de edendo. l. 1. in princi. Idem secũdum eum, si dicat. Ce

c do liti, non enim est lis contest. [c] sufficit tamen hoc, quòd re careat, quæ sibi manu militari auferẽ, nisi restituat. ff. de rei vẽ. qui restituere. ff. de alie. mu. iu. causa facta, Itẽ si res. §. potest. C. ut nemo inuitus. l. un. non tamen sufficit, quod differat, nisi in totũ restituat, uel renũciet. C. de pac. postquam. Si vero non vult respõdere, remittit ibi Hosti. ad no. infra ti. 2. c. fi. ad fi. Si ue

d rò dicat, [d] Nec confiteor, nec nego, uel dicat, Nolo litigare, de quo supra, uide in Spe. co. ti. §. 2. uer. quid si peto, & uer. sc. & ibi sequitur de illo, qui respõdet, Nõ credo debere; & si debeo, sum paratus soluere. Et placuit Inno. quod si in libello ponatur sola narratio, &

e non petitio [e] & reus respondeat fatẽdo, uel negando, quod toleranda est contest. ut res magis ualeat, quam pereat, infra de uerbo. signi. abbate, de insti. cum uenissent. & hoc maxime uidetur, quãdo de iuribus agitur, uel quando negatoria, uel confessoria intentatur.

f [f] ff. si usufruc. petatur. l. 1. & l. uti frui. Tutius tamẽ est

ſm cum aliquid petere, quod ualeat; facit. 2. q. 1. notũ, & 1. q. 4. quia præsulanis, & infra ti. prox. accedens. 2. Host. uerò dixit libellũ non recipiendum, in quo nihil petitur, cum sine petitione sententia dari non possit. ff. communi diui. ut fundus. nec in alio, quàm petitum sit, posit quis condemnari. vnde reprehenditur iudex, qui non in seruum petitum, sed in eius æstimationem condẽnauit. C. de fideicõ. lib. l. fi. 1. respon. nisi forsan de spiritualibus, & inter religiosos agaẽ; quod dic, ut no. de iudi. dilecti. & quando factum coram pa

g pa proponitur, ut dicam super glo. [g] & ubi non est libellus offerendus; de quo. supra titu. 2. cap. 1. [*Irritum*]

7 ecce quomodo † parietes ædificij iudiciorũ corruũt, ex quo fundamẽtũ omissum est: sed 3, quia erigunrur quandoq; parietes sine hoc fundamẽto, vt patet, infra ti. 1. quoniã, & in casib. quib. nõ offeretur libellus, no. supra de libel. obla. c. 1. dicit Hosti. quòd licet in decre. quoniã, quãdoq; omittatur hoc fundamẽtũ iacitur tamẽ aliud. s. periculum amissionis ꝓbationũ, uel necessitas imminens, quæ legem non habet, seu ratio, & equitas naturalis. sed dicit Hosti. dignũ no. quòd sicut quandoq; inuenitur materiale ædificium sine parieti bus hincinde adhærente tecto ipsi solo, sic & ædificiũ iudiciorũ quandoq; sine parietibus, inuenitur; ut qñ fertur sententia in confessum, quo casu litis contestationi hincinde adhæret lata sentẽtia, secundũ Host. al-

8 leg. de re. permu. cũ olim, de confes. c. 2. ¶ Glo. † opponit, duas solutiones dat, unã in prin. aliam circa fi. glo. in medio dicẽs, quid sit contestatio, & quomodo fiat, & ꝙ protestatio proponentis uel respondentis impe-

9 dit contestationẽ, ultimo ponit quæstionẽ. ¶ *In* † *glo. 1. ibi, uenditione*] si creditor consensit alienationi pignoris, quã fecit debitor, liberarũ est pignus, nisi fuerit ꝓ-

10 testatus, quòd salũ esset ius pignoris. ¶ *In* † *glo. 1. ibi, responsio*] uide, quod dixi in tex. in glo. litis contest. [*& ibi, si in uenditione*] ff. de condi. & demõstra. l. 2. in fi. ad hoc. infra de ordi. cognitio. cum dilectus; de test. dilecto: aliàs sine protestatione, si uerba sint apta, fit per ea litis contestatio, arg. ff. de cõdi. indebi. ꝙ quis. præsumitẽ animus contestandi, ex quo aliud non apparet, ut autem no. Inn. de constitu. cum. M. ideò protestatio defendit hoc casu, quia dubiũ est, an uerba illa dicat animo litis contestandi, vel iudicem instruendi. protestatio igitur hoc declarans, non est facto contraria; de hoc satis in spe. co. ti. §. 2. uer. patet, ubi omnes opiniones inuenies. & fuit etiam hæc quæstio Venerialis. 34. ubi Bartho. cum Tan. Hostien. & Accur. tenet contestationem non factam, ex quo iudex, & aduersarius consenserunt protestationi, & uide quod dicam de reg. iur. in generali, li. 6. in pe. col. uersi. sed quæro, & plenius in Mercu. quam posui super regula, exceptio-

11 nem, de re. iur. li. 6. [*& ibi, Ratio*] sunt † aliæ secundum Hostien. quia litis contestatio est iudicij fundamentũ: positiones, sicut aliæ probationes, sunt ædificium. Itẽ quia sicut una est lis, una debet esse contestatio: sed iã sequeretur tot fore contestationes, quot sunt positiones, & respõsiones. Item quia litis contestatio firmatur hoc titulo, positio uero per ti. de cõfessis, dixit tamẽ ipse Hosti. ꝙ si fiat positio generalis de omnibus, quæ continentur in libello, & ad illam fiat responsio affirmando, uel negando, ꝙ facta est lit. contestatio. Talis enim positio firmatur hoc titulo, non per ti. de confessis; optimum arg. ff. de rebus dubijs, si is, qui ducenta. §. utrum, in fi. vbi dicit, hoc exprimat. Eorũ quę obijciuntur, quid non feci. i. nihil horũ feci; quasi dicat, sufficit, quod omnia negentur. nec obstat hoc. c. quod intelligitur de singularibus positionibus; quod patet in princi. ibi, Quibusdam positionibus; quasi dicat, de pluribus & singularibus loquor, non de una uniuersali, & de hoc in spe. eodem titu. §. 2. ad fin. plus

 dicit

dicit Hoſtien. quòd ſine tali generali de leul non con teſtatur. nam adueniente die, ſicut con ſuetũ eſt ad deliberandum dato, debet iudex primò interrogare reũ utrum propoſita in libello credat eſſe uera, & petita fieri debere; & reo confitente, uel negante fit conteſtatio. & hoc eſt. quod dicit textus, ſed per petitionem in iure propoſitam & reſponſionem ſecutã. q.d. non ſufficit, quòd actor libellum in ſcriptis offerat: quia libellus non loquitur, imò neceſſe eſt, quòd contenta in libello proponat. hic ergo opus eſt uerbis, [h] inſti. de uerb. obli. in prin. C. de vſuris. l. 1. & lòcum habet illud. c. ętatem habet, de ſe loquatur, de conſec. di. 4. cũ pro paruulis. detrahe ergo petitionem propoſitam, reſpõſionem ſecutam, non fiet conteſtatio, ſicut aliàs dicit de bapt. 1. q. 1. detrahe, & probatur hoc. C. e. l. una. ubi dicit inter litẽ enim conteſtata. & editam actionem multũ intereſt. lis enim tunc uidetur conteſtata cum per narrationem negocij, ſup. factam à paribus, ut ſupra, iudex cauſam audire cęperit; quaſi dicat, non eo ipſo, quòd libellus oblatus eſt, per quem ſolum dicitur edita actio, ſed ipſo narrante & loquente, & reo reſpondente fit conteſtatio; ad idem. C. de iuramento calum. l. 2. poſt prin. ſupra de elec. dudũ. ſupra ti. 1. c. 1. de teſtibus, præſentium. §. pręterea, l. 6. nec intereſt, an à iudice interrogante hoc fiat, aut partes inter ſe hoc faciant iudice pro tribunali ſedente, & auctorizante. ff. de interrog. act. l. ſi ſint. 1. reſpon. Quid ſi inueniatur in actis ſcripta ſufficiens rei reſponſio; non tamen inuenitur præceſsiſſe actoris propoſitio, uel interrogatio. reſpõ. præſumam ipſam interueniſſe, ſicut aliàs dicitur de ſtipulatione. C. de contrahen. ſtipulatio. l. 1. Quid ſi in actis immediate poſt libellum ſcriptum ſit ſic lis eſt conteſtata: dicit Hoſtien. [*Sed quidam contra quod uide in ſpe. eo. ti. §. 2. uer. quidam autem*] præſumam omnia ſolenniter acta, inſti. de fideiuſ. §. fi. niſi forte præmittantur uerba inepta, ſicut dicit Hoſtien. ſe quandoque uidiſſe; ut ſi dicatur, Reſpondit reus, ꝙ contendere uelit & ſic ſacta fuit lit. conteſtatio; ſecus, ſi diceret, & eſt lis conteſtata. eſt ergo uis in eo, quod dicit ſic; ad hoc. ff. de eden. l. 1. 1. reſpon. ff. rem ratam haberi l. amplius; ad hoc, quod no. de re iudi. ſicut [*& ibi, cum dilectus*] ad fi. hæc uera, niſi agatur coram papa. tunc enim ſine petitione porrecta narratio actoris, & rñſio rei lit. conteſtationem facit, arg. infra de inſti. cum ueniſſent, ut præſentia eius ſuppleat omnem ſolennitatem, ar. C. de teſta. omnium, & ſupra de tranſac. c. 1. ſecundum Innocen. & hæc tenet curia, maximè quando agitur de elec. uel prouiſionibus eccleſiarum, Hoſtien. in quibus etiam hodie procedi poteſt ſine conteſtat per Clemen. de iudi. diſpendioſam, de uerbor. ſigni. ſæpe.

ANNOTATIONES.

a ¶Poſitionibus. An reſponſio facta poſitionibus, ſi habeat admiſtã petitionem, inducat conte. lit. ita do. Maria. hic. adde Angel. in §. illud quoque, in authen. de ttien. & ſemiſ. & dicit Rota de teſti. in antiquis, per reſponſionem factam ad articulos concluſiuos fit lit. conteſt.

b ¶Confiteatur. An per confeſſionem fiat lit. conte. communis concluſio eſt hic quòd ſic, adde Bal. in l. ſi reus, C. de procur. Cardi. in Clem. ſæpe, in 16. q. de uerb. ſign. & in c. dudum, el 2. de elec.

c ¶Conteſta. An talis ceſſio ante lit. conte. perimat actionem, uel inſtantiam tollat, uide glo. & ibi Cyn. & Bar. & Bal & Salie. in l. poſtquam liti. infra alleg. & an dominium rei petitæ tol'at, uide Bart. in l. naturaliter. §. nihil, ff. de acq. poſſ. & l. ſi te, C. de lib. cauſa.

d Dicat. Quid ſi per uerbum, credo, uel neſcio, uide tex. in c. cum ad ſedem, infra de teſti. ſpo. quid ſi dicit, non teneor reſpondere: uide tex. & ibi Io. And. in c. dudum, de præſcr. de eo, qui dixit ſe non teneri, quia alibi contradixit, uide Inno. in c. ſuper literis, de reſcri. & quod ſcripſi in l. 1. de lit. conte. Archi.

e ¶Et non petitio. Adde, quòd concluſio eſt neceſſaria in libello, aliàs non poteſt lis conteſtari. Adde doct. in l. edita. C. de eden. & maxime Bal. in 16. col. & uide plures fallentias per do. Fel. hic.

f ¶Intentatur. Et uide ad materiam huius decret. Hoſt. & Io. Andr. in c. 2. infra de dilat. & ibi uult, quòd per illam reſponſionem reſcrip. in citatorio litis conteſt. non inducatur. & uide Io. An. in c. cum eccl. de cauſa poſſ. & proprie. & glo. eſt in iure magi. 1. q. 3. quia præſulatus; facit tex. in c. in literis, infra de reſt. ſpo. quæ gl. ſecundum Hoſt en. non procedit, niſi quando agitur interdicto illo in caſibus hic, infra no. & uide etiam ad hoc, infra de reſt. ſpo. c. cum ad ſedem, & ibi Io. And. no. & no. tex. in c. cum cauſam, infra de appel. quòd per indirectam reſponſionem ad libellum inducatur. lit. conte. item fortè fal. quando agitur de iuribus eccl. quia tunc repertus ſit in præſentia Papæ, ut Io. And. in c. cum dilecta, in uer. ad iudices, infra de confir. uti. uel inuti. Archid.

g ¶Super glo. Et an in cauſa appellationis fiat lit. conte. interpoſitæ à diffinitiua, uide in deciſi. Rotæ, conclu. 12. & 13.

h ¶Verbis. Adde Rotam in 4. de lit. conteſt. in nouis, in 2. ubi tenet, quòd non eſt opus his uerbis, animo conte. & uide limitationem, quam ponit hic Paulus.

Vt lite non conteſtata non procedatur ad teſtium receptionem, neque diffinitiuam ſententiam, Rub.

¶Continuatio huius rubricæ ad proximam per ſe patet. congruit rubricæ de iniu. olim, ubi papa receptionem teſtium factam lite non conte. reuocauit in irritum. de ſententia habes, ſupra de elec. dudum 2. uer. licet autem. Itẽ fallit in caſu decre. cum qui, de eo, qui mittitur in poſſeſ. lib. 6.

SVMMARIVM.

1 *Si de adulterio agitur ad ſeparationem tori, & ante litem conteſtatam reus eſt contumax, excommunicari poteſt, ſed teſtes recipi non poſſunt, nec cauſa diffiniri.*
Diuiſio decretalis, eod. nu. uer. & ſunt duæ.
2 *Contra contumacem tam actorem, quàm reum, tam ante, quàm poſt litis conteſtationem quomodo procedatur, & cauſa finiatur, & nu. 6. 8. 9. & 10.*
3 *Libellus dandus etiam coram delegato.*
Illudere quis dicitur non parendo iudici, ibidem. ad dict. Illudere.
4 *Appellatio non debet eſſe præpoſtera, priuſquam quis grauetur, & tali non deferendum, nu. 7.*
Procurator cauere quo caſu teneatur, ibid. & repellitur ob non ſuam, uel domini cautionem, ibid. & propter eius contumaciam puniri dominus poteſt, nu. 5. in fi. alia de eo infra.
5 *Conſultatio papæ quarum fuit rerum.*
Teſtes recepti, prætermiſſa litis conteſtatione, non ualent, ibid.
6 *Lite non conteſtata proceditur contra contumacem, ſi agitur de fœdere matrimonij.*
7 *Litis conteſtatio ubi non præceſſit, totus irritus eſt proceſſus, ad uoces, Non eſt.*
8 *Contumacia ut purgetur.*
Contumacia procuratoris quando noceat domino ad appellandum, & ſolutionem expenſarum, & etiam executionem ſententiæ patiatur in bonis ſuis, ibi. uel ſententias in perſonam, & nu. 9. 10. 11. 13. 15. in ſuffrag. uide etiam nu. 20.
9 *Dominus, & eccleſia, an & quibus caſibus reſtituatur aduerſum condemnationem factam ex contumacia ſui procuratoris, & agere poſſit mandati contra eum, & numero 10. & 11. uide numero 20.*
10 *In reſtitutionis in integrum cauſa qualiter procedatur.*
Expenſarum reſeruatio in finem cauſæ quo caſu facienda, ibid. uer. conſuluit tamen.
11 *Cap ſi epiſcopum. 16. q. 6. intellectus.*
Procurator, an & quando teneatur impenſis ſuis alium ſibi ſubſtituere, ſi detineatur infirmitate, uel alio iuſto impedimento, ibi. uer. & hac ratione: & an teneatur expenſas à ſe ſubſtituto ſubminiſtrare, numero 12. recuperat, quod expendit, à domino, ibid. numero 12.
Ex eius facto, uel delicto utrum & quibus caſibus tenetur eccleſia, uel pupillus, & alij domini, ibid. nu. 11. 16. & nu. 20. & ſupra

pra nu.8.cum alijs ibi memoratis.

CAPVT I.

1 AD hoc deus. Casus. Si † agitur de adulterio ad separationem tori, & ante litem cōtest. reus est contumax, excommunicari potest, sed testes recipi non possunt, nec causa diffiniri. Et sunt duę partes. in prima delegatorum consulatio. In secūda respōsio, ibi, Consultationi. prima facit tria. primò enim ponitur causæ commisio. secūdò rei exceptio, petitio, & appellatio. tertiò actoris responsio, & testiū suorum receptio. secunda ibi, Tandem. 3. ibi, Verum. Secunda prin. etiam facit tria. soluit obstaculum: consultationi respōdet, & iudices instruit. secūda ibi, Quia

2 lite. 3. ibi, Potuit. & dicit † Inno. in huius decre. principio, quòd licet in hac rubrica ponātur quidam casus speciales, in quibus proceditur lit. non contesta. tamē generaliter est sciendum, ꝙ etiam in causis, ubi requiritur lit. contest. siue reus, siue actor absentet se ante lit. contesta. quod citari debet per internalla 10. dierū semel, bis, ter, quater, peremptoriè, prout iudex moderabitur ex diuersis causis, arg. ff. de iudic. l. ad peremptoriū, & l. se. quæ lex licet loquatur de citatione post lit. contesta. tamen similitudinariè idem dici potest & ante lit. conte. & secundum Hostien. alia lex de hac materia indistinctè loquitur. ff. de re iudi. l. contumacia. & certum est, ꝙ etiam in casibus, in quibus nō est lis contestanda, citandus est absens: quia non proceditur nisi contra contumacem, ut patet. infra e. quoniā §. porro. infra qui fil. sint leg. p latum. infra qui ma. ac. pos. c. 1. dicit demum Inn. ꝙ hodie actor uocatur per interualla 30. dierum. C. quomodo & quando iudex. aucten. qui semel. & si infra hos terminos non uenerit actor, expectabitur per annum, infra quem si non uenit, ex tunc instante reo, sine cuius cōsensu non potest actor desistere ab actione semel proposita, iudex proceder ad recipiendum probationes rei, & dif-

a finitiuam sententiam, aucten. de lit. contest §. omnē, ff. de proba. l. circa. Si autem reus non potest aliquid probare, absoluetur ab instantia iudicij tantùm, & actor condemnabitur in expensis. C. de iud. properandum. §. 1. Si autem actor infra annum uenerit, saluo processu habito, & restitutis expēsis reo, recipientur probationes eius, & audietur de iure suo. Et si postea iterum actor recesserit, & contumax fuerit, dicūt quidam, ꝙ expectabitur per alium annum etiā post iteratas easdem citationes: & si nec tūc uenerit, cadet ab omni actione. melius uidetur Inno. ꝙ non expectato actore per alium annum, procedetur contra ipsum; & sic loquitur aucten. præalleg. Si autem reus se absentet, per eadem interualla citandus est, sed non est ad diffinitiuam sentētiam procedendum, sed ad mis. in pos. ut no. infra de dolo, prout. infra eo. quoniam. Contra in auctē. ut omnes ob. iu. §. si uerò. so. ibi erat lis quasi contesta. alio pro reo conuento. uel dic, ꝙ licet non feratur sententia contra reum cōtumacem, tamen actori satisfit quantum ad expensas & interesse suum de rebus eius rei propter contumaciam suā:

Si uerò post lit. contesta. absentet se actor, uel reus, eodē modo citabitur, & per annū expectabitur; ut prędictum est, ante litem contesta. nisi ex causa iudex

b tempus duxerit breuiandum[b]. melius uidetur. quod conuocato legitime ad pbationes, & dandas, ad sentētiam audiendam, quòd non expectato anno, ex quo lis contesta. est, terminabitur causa. infra de dolo, prout. C. quomodo & quando iudex, consentaneum. In criminalibus autem quid obtineat, no. infra, de dolo & contu. ueritatis, secundum Inno. & Hostien. & remittit ad summam de dolo sub rubr. de contumacia. §. qualiter comprehēdatur. infra de eo, qui mit. in pos. c. fi. [*Inter. R.*] uirum & de adulterio accusatum ex parte una [*Vxorem*] ex altera accusantem uirum de adul-

3 terio [*Libello*] no. libellum † dandum etiam coram delegato. 3. q. 3. offeratur. infra de ordi. cog. cū dilectus, de dila. præterea, Ioan. [*Qui*] procu. [*Petendo*] & multotiens obtinendo, tandem nimis reiterando [*Illudere*] si. uerbum, de postula. bonæ. 2. uersi. si enim, Gos. [*Videretur*] sub. noluistis animaduertere in eundē [*se tandem paratum*] in primo termino, quem sibi iudices assignauerunt; ut patet ex sequentibus [*Fieri*] domino suo, quem forsan expoliatum dicebat [*Appellando*] præpo-

4 stere, & † inepte. Primo enim expectare debebat, an petitio sua admitteretur; & si non admittebatur, & iu

c sta erat, tūc appellare debebat. infra de appel. dilecto, ad fi. ubi de hoc, Hostien. [*Cauere*] requisitus. ex officio enim procurationis præcisè non tenetur cautionem offerre. Sed contra, procura. tenetur idoneè cauere. ff. de procu. sed hæ. §. defendere. solu. diuersi sunt casus, non contrarij. hic enim loquitur in cautione securitatis mulieris, ad quā quòd procura. teneatur præcisè, dicit Hostien. se non inuenire iure cautum: sed ibi loquitur in cautione iudiciali, ad quam præcisè tenetur procu. actoris. dicit tamen, ꝙ si non cauet ipse, uel dominus, iustè potest repelli in hoc casu, ar. præ. l. sed hę. §. fi. & l. se. & l. inuitus. §. pœna [*Præsentare*] sed illicentiatus recessit; Inno. [*Vos*] Reputantes ipsum contumacem, sicut erat [*Studuistis*] & malè, ut sequitur, Ioannes [*& infra*] consuluerunt papam super sententia ferēda.

5 Dicit Hosti. ꝙ quæsiuerunt † primò, an testes valeant sic recepti, & dicas quod non, ut innuunt sequentia. secundo, an deferēdum esset appellationi; & huic nō responder, sed dicas quòd non. tertio, an posit is procedere ad diffinitiuam; & responder quòd non. quartò, an propter contumaciam procu. potuisset puniri dominus, & qua pœna; & respōdet, quòd potuit excōmunicari [*Seruandus*] 2. q. 6. §. diffinitiua, Phi. [*Fœdere*] de

6 quo † non dubitatur, an esset inter eos, T. Quando enim de illo quæretur, secus esset, secundum Inno. infra c. quoniam. §. porro, & §. si autem. posset enim tūc propter fauorē matrimonij, uel propter periculum animarum procedi lit. non cōtest. contra contuma-

d cem, ut ibi [*Fuisset*[d]] patet, ꝙ † deferendum non fuerat:

7 quia nec à grauamine illato, nec comminato. infra de appel. ut debitus &c. cum cessante, & no. supra, unde & procur. infra contumax iudicatur; & sic soluitur secunda quæstio [*Non est*] totus enim processus est irritus, ubi contestatio non præcesit; Innocen. [*Suam*] in antiqua dicebatur, Potuit tamen præfatus. R. propter contumaciam excommunicationis sententia innodari. Dicebat Laurē. quòd intelligebatur de. R. patruo ipsius uiri, quē procura. fecerat ad causam, ipse enim

e propter contumaciam procura. excommunicandus non esset, ideò mutata & declarata fuit litera [*Sciens*]

8 contumaciam procuratoris [*non † purgauit*] ueniendo coram iudicibus, & obediendo eisdem, Host. & Inno. ex hoc no. quòd dominus non dicitur contumax, uel malitiosus, licet procurator sit. & ideo uidetur, quòd etiam quando procurator est contumax, & ideo non potest

potest appellare; dominus tamen, qui non est contumax, potest appellare infra legitimum tempus. s. 10. dierum. cum ergo tantum propter suam malitiã procura. prohibeatur appellare, quare domino, qui prius habuit potestatem appellandi, auferetur sua potestas propter procuratoris maliciam? Culpa enim suos auctores tenere debet, infra de his, quæ fiũt à maio. par. cap. quæsiuit. nec ob. 2. q. 6. biduum. §. si aduersus. & ff. quando appel. sit l. 1. §. fi. [f] ubi dicitur, quòd si quis per procu. egit, uix audietur appellans: quia illud intelligitur post 10. dies, quia infra hoc tempus appellare põt non tantum procur. sed etiam dominus ut not. supra de procur. cap. penul. post. 10. autem dies licet dominus, ut nõ uerè contumax, sed præsumptiuè possit appellare. C. quomodo & quando. l. prima, tamen quando per procu. [g] actum est, non potest appellare. 2. q. 6. §. si aduersus. Item dicunt aliqui, quòd hoc, quando per procuratorem cõtumacem est actum, transit sententia in rem iudicatam, saltem post 10. dies: sed quando contra dominum contumacem p̃sumptiuũ feretur sententia, non transit in rem iudicatam, nisi post 10. dies à die, quo sciuit sententiam [h] contra se latam, computandos, Inn. Sed Host. distinguit cũ Lau. & Io. si aliquis est absens ante lit. conte. in casibus, in quibus lite non contes. non potest ferri diffinitiua sententia, tunc nec ipsa sententia est ferenda, sed contumax excommunicatur, uel missionem in pos. patitur, infra c. fi. §. fi. si uero sit absens post litem contest. uel etiam lite non conte. in casibus, in quibus lis non contestatur, potest diffinitiua ferri, & diffinitiue pronuntiatur contra talem. aut abest ex iusta causa, aut ex iniusta. iusta uerò causa tripliciter dicitur; quod prosequere, ut no. 2. q. 6. biduũ, uersi. si aduersus, in glo. no. si aliquis. quam glo. hic ad literã posuit Host. Est etiã notandum secundum Inno. quod nisi dominus sciẽs purget contumaciam procuratoris, punitur: secus, si nesciret. ff. qđ quisque iur. l. 3. §. si procura. Item no. ꝙ licet sententia excommunicationis nõ possit ferri in absentem propter contumaciam procuratoris, nec mulcta indici [i] ff. si quis ius dicen. non ob. l. 1. §. si procura. [k] (quod intelligas ẽm Ho. qñ cõtumaciã ꝓcuratoris ignorat dominus aliàs ꝯdiceret iste textus) tamẽ fit missio in pos. causa custo. & etiam in ueram. ff. de procura. sed hæ. §. ulti. & l. se. C. de digni. quot. li. 12. secundum Inno. alleg. Fran. C. de procur. l. 3. pecquam dicit sic disputatum, & terminatum Vercellis. nam secundum Inno. culpa sua est, ꝙ malum procuratorem elegit. ff. nau. cau. l. ulti. §. hac act. ar. ff. ex quibus causis in pos. ea. l. hoc autem, secundum Inno. & melius secũdum Host. ff. de mi. cum mandato, ad fi. & ideò de ipsius culpa tenetur. ff. commo. cum qui, & l. se. Item ex hoc uidetur, quod si procura. institutus nõ præsentet se iudici siue prima uice, quando citatur, siue alijs uicibus, quandiu tamen procuratio eius durat, ꝙ non solum procura. sed & dominus potest condemnari in expensis, ar. ff. cõmo. l. cum qui. §. ulti. & l. se. ubi expressè dicitur, ꝙ dominus tenetur de culpa procur. si minus idoneum elegit. Item uidetur expressum. ff. de procura. non cog. & l. se. ubi dicitur, ꝙ & si procu. non cogitur prosequi litem ante litem cõte. tamen dominus tenetur ob rem non defensam; post lit. tamen contestatam posset magis dubitari. [l] sed & tunc uidetur, ꝙ dominus teneatur de culpa eius, ar. prædictarum legum. nec mireris, si alius tenetur de culpa, uel pœna alterius. s. procuratoris, quia hæ expensæ non sunt tantum pœna, sed etiã interesse. super quo remittit Host. ad no. supra de rescrip. c. fi. [m] Idẽ etiam uidetur de diffinitiua sententia. s. quod ferri potest contra dominũ propter procuratoris contumaciam post litem conte. cum per lit. conte. factus sit dominus litis. unde postea mutari nõ potest. ff. de procura. post litem, & sententia in eum dictari debet. C. de sen. ex breu. l. 1. & expressum uidetur. ff. quando ap. sit. l. 1. §. fi. C. quomodo. & quando l. 3. Idem etiam dicimus in casibus, in quibus ad sententiam diffinitiuam proceditur lit. non cõte. propter generalem rationem, quæ dicta est: quia culpa sua est, quod nõ instituit bonũ procuratorem. sed 9 † ipsi domino datur actio mandati contra procuratorem, & si non sit soluendo, restituitur actio contra eum, qui uicit. ff. de dolo, eleganter. [n] §. pe. Idem etiam dicendum uidetur in sententia suspensionis, & interdicti: sed posset dici secus; & hoc placet Fran. licet enim contumacia procuratoris generet præiudicium dño in re, in qua est procu. & in pertinentibus, non tñ in alijs, sicut est, ꝙ suspendatur, uel interdicatur; quod non debet fieri nisi causa suspensionis ex propria culpa proueniat, & legitimè probetur. 2. quæst. 3. nemo ep̃orum, & c. sequentibus. 24. q. 3. si habes. Prædictis rationibus uidetur, quòd si procurator ecclesiæ propter contumaciam suam condemnetur in expensis, quòd mandabitur sententia executioni in bonis ecclesiæ, quia ipsa in culpa, & contumax fuit, cum ipsa, uel alius nomine eius comparere debuerit. Idem uidetur, si alia mandata iudicis non impleat: puta quia non exhibet acta, uel alia instrumenta; & idem in similibus: secus autem esset, si falsa instrumenta produceret procu. uel aliam fraudem faceret. Et est ratio diuersitatis: quia ad falsa instrumenta producenda, uel fraudem committendã, uel delinquendum non tenebatur dominus. unde nec sibi imputantur, si fiant à procu. quia non commissa uidentur: sed ad comparẽdum, uel exhibendum instrumenta, & ad similia tenebatur per se, uel per aliũ: sed etiam in his subueniretur ecclesiæ aliquando, ut prædiximus, per resti. in integr. ff. de mino. l. minor, secundum Inn. Dicit Hosti. quod moderna consuetudo hoc non admittit, & quod per hoc parari posset uia figmentis, si contra condẽnationẽ expensarum restitueretur ecclesia. Distinguit autẽ an condemnatio fiat ante diffinitiuam, an in diffinitiua. Item an sit procu. soluendo, uel non. si procu. est soluendo, & contumacia prouenit ex ipsius malicia, ignorante ecclesia, æquius est, quòd ipse dolosus contumax soluat expensas, quam ecclesia, quæ fuit tantũ in culpa talem eligẽdo, cui dolus præponderat. ff. ad l. Aquil. Item si obstetrix §. fi. & cum dolosus cõtumax gratis se offerat contumaciæ, & sic condemnationi, contra ipsum, quasi qui se liti offert, fiet executio condemnationis expensarum, & non contra ecclesiam, ar. ff. de re iudi. l. 4. 1. respõ. ff. de doli excep. si procura. ꝙ si ecclesia, uel prælatus sit particeps contumaciæ, hoc casu & ipse prælatus cõdemnatur, & fit executio contra ipsum, ut patet ex notatis de procura. auditis, & c. constitutis. Si uerò procura. non sit soluendo, & 10 agatur † de expẽsis ad aliquam diem ante diffinitiuã sñiam factis moderatis, & modicis, illas soluit ecclesia, & imputet sibi, quia talem elegit; nec restituitur, quia pro modico non datur restitutio. ff. de resti. in integ. scio. Si uero immoderatæ sint & graues, ad officiũ iudicis deseruiens actioni pertinet hoc examinare siue libello; de hoc de of. iudi. c. 2. ne lites oriantur ex litibus. C. de fruc. & litis ex. terminato, in fi. C. de transac. fratris. C. de fide instrum. l. fi. ad fi. & si uidet iudex ecclesiam ex solutione expensarum enormiter lædi, poterit ecclesiam restituere, ar. de rebus ec. ad nostrã. consuluit tamen Host. quod differat hanc quæstionẽ usque ad diffinitiuam; & secundum quod tunc uidebit ecclesiam fauere bonam, uel malam causam, poterit arbitrari, cum condemnanda sit pars succumbẽs in expensis totius litis, de pœnis calumniam, à qua cõdẽnatione excipendæ expensæ ltimè à condẽnato factæ.

ctæ.C.de iudi.properandum.§.si autem ex gestis.ne-
tum si quæratur de condemnatione expensarum fa-
cta tempore diffinitiuæ, à qua est appellatum, non ha
bet locum petitio restitu. in integrum, quia iudex
appel.ad quem ordinaria uia spectat de prin.causa co
gnoscere, & de hac accessoria cognoscet, infra de ap.
ut debitus.C.de appel.eos, qui.1.respõ.de offi.delega.
prudentiam. & petens extraordi. auxilium omittens
ordi.non auditur.ff. de mino.in causæ 2.1.respon.sed
si non fuit appellatum, & ecclesia petit restitui cõtra
condemnationem expẽsarum tantum, dicens se per
hanc enormiter læsam, uidetur quòd libellus debeat
offerri, & in hac causa, sicut in alijs restitutorijs, pro-
cedatur, de resti.in integ.c.1.2.& per totũ, in iis omni-
bus aduertat bene iudex, quia si inter duas ecclesias
talis uertatur quæstio, & ecclesia condemnata dicit se
grauari in soluendo, alia dicere potest se granatam in
expendendo. unde malum procuratorem eligenti in
eius necem dicat restitutionem non dandam, at.ff.de
minoribus, uerum.§. item quæritur, & l.in causæ.1.t.
respon.dicit tamen Host. ꝙ quicq d suprà scripserit ad
doctrinã, hæc sunt arbitraria, in quibus procedit iu-
dex æquitate seruata in humaniorem partem decli-
nando, secundum quod &c.de transactio.c.si.dicebat
† autem Inno. quòd supra dictis per eum non contra-
dicit.16.q.6.si episcopum: quia in prædictis non puni-
tur pro delicto procuratoris ecclesia, sed pro sua cul-
pa, in qua fuit, quòd non elegit & in fide, & in faculta
tibus bonũ procura. ut supra dictum est. & hac ratio-
ne uidetur, ꝙ si procurator habet potestatem consti-
tuendi alium, puta quia cum eo iam est lis cõtestata,
& detinetur infirmitate, aut alio iusto impedimento,
quòd debet alium procuratorem constituere suis ex-
pensis. Tu distingue, ut sequitur, & nisi hoc faciat, nõ
solum punietur, sed etiã dominus ad interesse: quia in
culpa fuit, ꝙ inobediẽtem procuratorem & indiscre-
tum elegit: secus autẽ uidetur, si ideò tenebatur aliũ
procura.constituere: quia hoc habet.s.super cõstituẽ-
do procura.speciale mandatum. nam tunc, quia hoc
fuit tãtum de gratia, & ex superabundãti prouisione,
quia non tenebatur præuidere casus fortuitos, infra
de homici. Io. nec ipsi procuratori, nec domino im-
putatur, si nõ constituat procuratorem, arg. supra de
elec.cum inter uniuersas ubi no.de gratia s.quam fa
ciebant ibi uocantes non uocandum. alij tamen con-
tradicunt: domino tamen bene daretur actio manda
ti contra procuratorem, si sibi expedisset alium pro-
cura.constitutum fuisse. de hac materia not. supra de
iudi.cum deputati. ¶ Quidam etiam dicunt, quòd ex
dolo cõmisso non tenetur ecclesia, uel pupillus, nisi
peċtandum per 6.menſes.nec debet ei obeſſe, ꝙ bonũ initium habuit abſentiæ. & c. præſentium, loquatur ſecundum antiqua tempora, quando minus tempus dabatur: hodie datur maius, & hoc uidetur uelle hic glo.& placet Hoſt. in c.ex tuæ.ego puto primum dictum procedere, quando in primo termino tacito, uel expreſſo fuit monitus ſub pęna priuationis ad reuerſionem. Secundum procedat, quando licet talem terminum habuit; non tamen fuit ſic monitus per eũ, ad quem priuatio ſpectabat, ut etiam dixi ibi in decre. ex parte 1.ſuper 1.glo. dicunt etiam prædicti, ꝙ abſens, licet ex cauſa probabili, propter neceſsitatem eccleſiæ reuocari poteſt. facit de iureiuran. breui.& ſi non rediret, poſſet priuari 11.q.3.ſi autem uobis,& c. abſit.7.q.1.quia frater. 15.q.1. qui uerè,& c.uos autẽ. unde notum debet facere eccleſiæ locũ, in quo moratur: aliàs uidetur latitare,& in culpa eſſe. ſi tamẽ habet certum officium in eccleſia, ſemper in ea comparere debet,& perſonaliter reſidere, eo.titu. relatum,& c.quia non nulli,& c.ex parte.nec eſt ad talem citatio tranſmittenda: imò poſt edictum & expectationem. 6. menſium beneficium conferri poterit alteri ſeruiẽti,& præferetur publica utilitas priuatę.6.q.1.mutationes. requiritur etiam, quòd ij, qui abſunt ex cauſa probabili, habeant licentiam ſui prælati, ut præ.c.relatum in hoc uide, quod dicam de electione, licet canon. ſuper g.p.an ſufficiat cõſuetudo, dicam poſt eos in prę. c.ex tuæ, ſuper 4.glo.[*& ibi, Neſcitur, ubi ſint*]unde dari non debuit tempus arbitrarium, de quo de elect.cupientes. pri. reſpon.li.6. ignorato enim loco impoſsibile foret illud arbitrari [*& ibi, Confirmabit illum*]de electio.c.fi.lib.6.[*& ibi, ſed ibi ſoluitur*] in glo.pe.¶[*In gl.ſi non poteſt, ibi, caueant*]ubi de hoc,& infra de excel.prælato. ex literis[*& ibi, ex eo edicto*] ibi non peruenit: quia nec propoſitum fuit, ſecundum Io.qui hoc no.in canone ſtatim alle. & facit quod no.ſupra de poſtula.c.1. in 4. glo.& infra de cleri.non reſi.ex tuæ, in prima gl.[*& ibi, Verius eſt*]Idem Io.Vin.Tan.Gof.Phi.& Hoſt.[*& in fi.*] nam quantum ad miſsionem in poſſeſsionem bene, procederetur, quod dic, ut infra de eo, qui mit.in poſ. kk c.fi.ſecundum Innocen.[kk] ¶ *In glo. ar.contra, in fi.*]dicit 53 Hoſt. uel dic ꝙ lapſo † anno poteſt procedi contra talem ex cauſa, adhibita diligentia, de qua in præalle.decre.prælatum; quod innuit hæc litera, ut de facili, uel in breui.¶[*In glo. hæc tunc, ibi, §.pe.*] idem forte in publicatione teſtamenti, ar. C.de teſta.publicati, Innoc.[*& 54 in fi.*]Item, ut † dixit Hoſt.illa in actore: hæc in reo. Itẽ ibi non ualent ultra annum, niſi fiat denunciatio. iſtæ. ualent perpetuo, & ſine denunciatione. Item hic recipiuntur teſtes præſentibus iis, contra quos producuntur, uel ab initio citatis. ibi uero & ſi citati non fue ll rint:[ll] differt autem hæc ab iis, quæ habuiſti, ſupra, §. porrò; quod per te uideas. ¶[*In gl. tædium, ibi, qui legatorum*]nec mirum ſi aliud in uno, quam in alio: quia in reali dico me ius habere in re, in qua ſum miſſus. qđ non eſt in perſonali ſecundum Gof. de hoc in ſpe.de 1.decre.§.iam de effectu, uer.ſed quæ eſt ratio. & de 2. decre.§.uidendum etiam, uer.ſed quæ eſt ratio diuerſitatis[*Et in fi.*]Inno.remittit ad ea, quæ no.infra de uerbo.ſigni.dilecto, Hoſt.ad ſummam de contu.§.itẽ punitur contumax,& ſe.ad intellectũ huius tędii,& quo modo admittitur alteri nocens, qui ſibi non prodeſt, uide in ſpe.de 1.decre.§.iam de effectu uer.porrò. ¶[*In mm glo.ex eo quòd, ibi, ad hoc, in fi.*]quod[mm] ergo hic omittitur, ibi ſuppletur, & ſic ceſſat contrarium [*& in fi.*]ſed uidetur ſufficere iuratoria; quod dic, ut no. de uerbo. ſigni.ex parte, & ſupra de iudiciis. c.1.Hoſti.idem Pe. alle.de dolo, prout, de ſolu.Odoardus,& uide in ſpec. de 1.decre.§.& iam de effectu, uer.ult.no.in fi.[*Et in fi.*] ſecundum.T. ¶[*In prima glo.ibi, expenſis*] non tamen de-

55 bet † mulctari: quia non uenit ſecundum Vin. quod dic, ut infra de dolo,& contu.cap.1.[*& ibi, Abſoluatur*] nec ob infra de ſimo. ad aures: quia licet ibi prohibeat, ne iudex aliquid extorqueat ſibi, non prohibet aduerſæ parti ſatisfieri de expenſis, ſecundum Hoſti. ¶[*In glo.& ita eſt, ibi, actionibus*]Vin.dixit, quòd ſi miſſus in reali, detinuit rem cauſa cuſtodiæ poſt annum ſine iudice uerus eſt poſſeſſor. Si uerò non detinuit per iudicem, efficietur poſſeſſor; alleg.de reſti.ſpo.ſæpe; & hoc ſecundum eum probet litera decre. contingit, ubi dicit conſtituatur. Gof. ibi contradicens ſpeciale in caſu illo in odium illius, qui impedit actorem, ut ipſo lapſu anni fiat uerus poſſeſſor. Credo utroque caſu eum uerum poſſeſſorem. quod etiam ibi placet In 56 no.¶[*In glo.ſecus, ibi, mobilibus*] hoc † tenent Io. Gof. Phi. Azo, Inno. & Odof. cum eis reddens rationem: quia poſſet interim cum re fugere. Vinc.& Hoſt.Pe.& Ab. concor.cum gl. & Accur.& Guil.in ſpe.de 1.decre.§. reſtat, uer.hoc etiam no.ubi cum uer. ſe. proſequitur materiam huius, §. & ad id, quòd de fuga dicitur, reſpondetur, quòd ſi ſuſpectus eſt de fuga, prouideri, poterit cautionis remedio, uel res poterit ſequeſtrari, ff.qui ſatiſd.cog. ſi fideiuſſor; ad hoc facit, quia & quò ad ſortiẽdum forum æquiparamus rem mobilem & nn immobilem, de hoc de foro comp.ex parte, & c.fi.[nn] 57 [*& ibi, Nullum ius*]ſic † colonus, commodatarius, & depoſitarius: dic tamen, ut dixi in textu,[*& ibi, Ius habet*]ſicut maritus in rebus uxoris, emphyteuta,& feudatarius, ſuperficiarius,& uſufru.& creditor; quòd in oo telligẽ, quoniam ſimpliciter res uendicatur[oo]: ſecus, pp ſi uendicaretur directum[pp] dominium tantum, uel quod ex illo debetur. tunc enim ſufficeret dominum nominare, cum ius ipſorum nõ tangitur, uide, quod de hoc,& de creditore dixi in ſpe. præall.§.ſuper, uer. ſed nunquid eſt.[*& ibi, perpetuus*]& in li.feu.de contro. inter uaſ. & alium de benefi.c.uno [*& ibi, Quicunque*]1. & ibi de hoc,& ibi notat Io.ꝙ licet conuentus rei ven. poſsit dominum in iudicium nominare; conuentus poſſeſſorio non [*& in fi.*] ſol. hæc arbitrabitur bonus iudex, arg.de tranſac.c.fi.& in iis quæ no.de reſcripto. 58 edoceri, Hoſtien.¶[*In glo.per illum*]uel † per iudicem, ſi forte nominans minus idoneus eſt, ſecundum Inno. & Hoſt. & quia periculoſum eſſet domino, quòd interpellatio facta colono conſtitueret ipſum dominũ in mora. contra id ff.de peti.hære. Item ueniunt. §.petitam. ideo tutum conſilium, quod actor denunciet, uel faciat iudicem nunciare. nam ſi colonus nõ nunciaret domino, ſibi non præiudicaret, per præallegatum. §. ¶[*In glo. ideſt, in fi.*] infra de ſimon.licet hely. in prin.de rebus eccle.non alie.ut ſupra. ¶[*In glo. ſine, ibi, audiretur*]ſecundum Vincen.¶[*In gl.ſic. C.ibi,& dic*]ſecun 59 dum Io.[*& ibi, præſumptionem*] poterit † recipere unum de teſtibus, quos intendit actor producere. uel legere inſtrumẽtum, per quod intendit probare, ſecundum Gof. & hoc ſeruabat glo. ut dicit in ſpe.de primo de- qq creto.§.2.in principio[qq] [*& ibi, cum Bertoldus*] uel dic ꝙ ideo iudex ſummatim examinat: quia colonus reclamat,& dicit dominum ius habere, Io.[*Et in fine*] & no.ꝙ per hunc uer.reſpondit Odof.magiſtro meo de hoc quærenti, quòd quando fit miſsio in actione, reali, non eſt ſummaria cognitio præmittenda, cum hoc fiat. ideò, quia ſtatim perdit ueram poſſeſsionem; & facit quod dicam ſecundum Hoſti. in fi.ſequen. glo. Accur.eidem reſpondit cõtrarium. hoc ideo, quia in perſonali, in qua non fit tantum præiudicium contumaci, quia non expellitur de poſſeſsione, præcedit ſummaria cognitio. C.de boni.auctoritate iudi. poſſ. aucten.& qui iurat, pari & fortiori ratione hoc idem in reali. & hoc eſt tutius ſecundum Abba. & placet Guil. in ſpecu.de primo decreto.§.2.uer.ſed nunquid

præcedet,

præcedet, & mihi placet maximè ſecundum id, quod dicimus non eſſe neceſſarium in reali ſecundum decretum per id enim ſequeretur, quòd ſine examinatione per primum decretum, & lapſum anni efficeretur poſſeſſor incommutabilis; & ſic recideremus in contrarium rationis, de qua primò dixi, & facit qđ no. Ber. ſupra c. tuæ, & ſupra de offi. ordi. paſtoralis, in glo. pen. ¶ [*In glo. ſed quandiu, ibi, dico*] ſecundum Ioan. [*& ibi, quidam*] Tancred. [*& ibi, credo*] & idem Hoſtien. [*&* 60 *in fi.*] multa† concurrunt: quia inuenitur res, & detentor, & citatio facta eſt & tempus indultum abſenti, & citatus fuit; & nihilominus dico iſtum caſum ſpecialem, Vin. dixit Hoſt. quòd multæ ſunt differentiæ ſcilicet quia ibi conuentus poſsidet nomine proprio, hic alieno. 2. quia hic nominat alienum, ibi non 3. quia hic dantur induciæ ad alium præſentandum, ibi non 4. quia ibi non comparet poſsidens: hic comparet, ſed non uult defendere 5. quia ibi unius contumacia, hic duorum 6. quia hic no. quaſi litem conteſt. ibi non 7. quia ibi nulla fit examinatio, hic ſummaria: ex his ergo ſequitur 8. quòd ibi infra annum auditur ſu rr per poſſeſsione, hic non.[rr] ¶ [*In glo. hoc †ordine, in fine*] Io. 61 quid ſi non fuerit ſeruatus iſte ordo, puta quia cum extarent mobilia, primò in immobilibus decernit: dicit Io. quod non ualet, quia factum eſt contra ſolitum ordinem iudiciorum. 2. q. 6. §. diffinitiua. C. de ſen. & inter. om. iu. l. prolatam: ſed dic, quòd bene tenet, cum ex litera ſatis uideatur dari optio. Itē quia textus alternatiuè loquitur, & regulariter alternatiuę ſunt præſtationis, non ordinis; de hoc infra de regul. ſſ iur. in alternatiuis[ſſ], li. 6. & hoc maximè uerum in ordinario, qui pęnas commutare poteſt, ut no. infra de pœnis, licet. ſed in dele. eſſet quæſtio, qui pœnam ſtatutam à iure imponere debet, de offi. deleg. de cauſis. 62 ¶ [*In glo. ſe. in fi.*] Ioan. & † etiam ſacramento ipſius actoris. T. & per dictam aucten. corrigitur lex antiqua, quę dicebat, miſsionem faciendam in omnia bona. ff. ex quibus cau. in poſ. eat. l. 1. licet Aldri. intellexerit Au tt cten. poſt litem conteſta. leges ueteres, ante litem[tt], Vin. quod eſt falſum, ut hic patet. ¶ [*In glo. illa in fine*] ſpeciale propter reuerentiam perſonarum. ¶ [*In glo. quia, in fi.*] Io. ſol. ut no. in c. at ſi clerici. ¶ [*In gl. ult. ibi, ſi prius*] 63 lex† iſta loquitur, cum debitor paratus eſt debitū ſoluere, & ſic non contradicit [*& ibi, Indebitam*] hic non poteſt probari, ſi nunquam fuit debita, niſi per confeſsionem. & eſt ſimile, quod de procur. dixi ſupra de reſcrip. nonnulli, & c. ex parte 3. & facit de confeſ. c. 1. lib. 6. [*& ibi, dicas*] Idem Vin. & Hoſtien. [*& ibi Inſolutum datam*] in: hoc uerum dicere poteſt glo. ut dixi in 64 tex. in fi. [*& ibi, aucten. ei qui iurat*] auctent. iſta † dicit, qui ſi redit, non dicit, quando, & ibi no. unde dicebar Vin. literam conſtruendam ita, quòd uerbum, Poſt annum, ponatur in fi. & tunc non repetatur, iuxta diſtinctionem, poſt annum ſed ſimpliciter. & dicit ſic conſtitutionem, 33. di. habuiſſe [*& in fi.*] dixit. T. Ego adhæreo literæ, & dico, quòd creditor habebit retentionem poſt annum, ſi debitor negat debitum, & lex loquitur in pignore conuentionali hic in iudiciali; & facit quod dixi de treu. & pace, ca. 2. non uideo, quare Tan. ſoluit. l. cum ibi fateretur debitum, & offerret precium. da. concord. Tan. dicens, quòd recuperabit res poſt annum, niſi prius tractetur quæſtio principalis. Idem Gof. ꝙ ſicut miſſus in reali poſt annum poſsidet, donec conſtet de proprietate, ſic in perſonali miſſus poſt annum poſsideat pignus prætoriū, donec de debito liqueat, & ſi appareat debitum, ſatiſfaciat. tenetur ergo res illa loco pignoris, ſicut & res commodata propter expenſas, ff. de furtis, creditoris, §. ſi enim. ff. commodati, in rebus. §. ult. & ff. ſi ſeruitus uu uen. l. is cuius[uu] Ioan. de deo dixit, quòd ſi reus uenit infra annum, Recuperat rem, & fructus præſtita cautione de ſtando iuri, & ſolutis expenſis: poſt annum recuperat rem tantum; & hoc, ſi res diſtracta non fuerit. Hoſt. remittit ad ſummam eo. ti. §. ſi autem perſonali, & ibi tenet quod glo. dic, ꝙ aut ſecundum decretum interuenit, aut non, primo caſu aut fuit adiudicata uera poſſeſsio, aut adiudicata res inſolutum. ſi fuit adiudicata uera poſſeſsio, eo caſu puto ueram opi. L. Da. Gof. ut habeat actor iuxta formam decreti poſſeſſionis commodum, donec principale negocium ſit finitum ita, quòd actor, ſi non probet debitum, reſtituat rem; ſi probet, illam teneat, donec ſolutum ſit de xx bitum. nec placet opinio Ioan.[xx] quia rigida[yy] per id, yy quod dixi ſupra eo. glo. ſuper uer. indebitum. Si uerò adiudicata ſit res inſolutum, præcluſa eſt uia, ut etiam dicit glo. Si uerò nullum decretum ſecundo interuenit, tunc uerum puto, quod dicit glo. quod quandocunque ueniat cum ſatiſdatione, recuperet poſſeſsionis commodum, per aucten. ei, qui iurat.

ANNOTATIONES:

a ¶Quoniam. In c. quoniam frequenter, circa principium, ubi dicitur, quòd fit examinatio teſtium ante lit. conteſt. non tamen publicatio, limitat hic Bar. uerum, quando eſt in poteſtate actoris ante illam probationem factam: ſed ubi non audiretur, niſi illa probatione facta, tunc ante lit. conteſt. permittitur examinatio, & publicatio, in l. de ætate, ff. de mino. & ibi hoc Bar. qualiter fiat iſta recep. teſtium, & iſta publicatio, & quando, uide d. Bal. in auten. ſi quis in aliquo, C. de eden. Archi.

b ¶Recipiendis. Vide ad materiam iſtius, ca. Bar. in aucten. ſi quis iudicio, de teſti. & in l. 3. ff. de dam. infec. & in l. fina. ff. de uſur. & in l. ſi mater, in fi. de excep. rei iudi. Bal.

c ¶Septuageſimum annum. Adde Ioan. And. in c. unico, in uer. ſenio de cle. ægro. lib. 6. & Domi. & Zen. ibi. & de ætatibus hominum habes in glo. in proœ. 6. & per Arch. plene in d. c. 1. & per d. Flo. in in l. inuiti, ff. de teſti.

d ¶Inuiti. Si autem aliter, quam per ipſos ueritas haberi non poſſit, an cogentur teſtificari iſti, & ſimiles, ibi uide glo. & Bar. & Guil. in ſpe. de teſte. §. teſtium, & ibi Ioan. An.

e Arbitrio iudicis. Adde Flo. in l. Aquilia ſi deletum, ff. ad l. Aquil. & ſpecu. in ti. de teſte. §. 2. uerſi. ſed quos.

f ¶Valetudinarii. Valetudiarij, qui dicantur, adde Abb. in c. magnæ prima col. de uoto, & quòd Flo. in l. inuiti. 2. notabili. ff. de teſti. & tex. in l. 2. §. corporis debilitas, ff. de uaca. mune.

g ¶Abſens. Abſens quis dicatur, adde textum cum glo. 1. in l. abſentem, ff. de uerbo. ſi. & l. præſens, ff. de procu. & l. fin. C. de præſcri. lon. tempo.

h ¶Examinatione. Vide Bar. quomodo poſſit iſtud officium à ſe iudex impartiri. l. 3. §. hoc autem iudicium, ff. de dam. infec.

i ¶Querelam. Vbi uide, quid ſi ſub tribus terminis fiat una citatio, an condemnabitur in expenſis, ſi pareat ſolum ultimæ, & quid in præceptis executorum papæ. & uide Bar. in l. qui calendis. ff. de uerbo. obliga.

k ¶Contrahitur ſpirituale coniugium. Adde Panor. in c. cum inter canonicos, de electi. & Barb. conſi. 141. incip. punctus quæſtionis.

l ¶Spoliabitur. Adde do. Mari. in repe. c. ex tuæ, de cleric. non reſi. ubi ponit practicam procedēdi contra clericum non reſidentem & ibi, ponit, quæ ſint iuſtæ cauſæ excuſatores à reſidentia.

m ¶Dicitur. Quomodo autem tunc, & contra formam, & contra ualiditatem electionis, & contra perſonam poſsit agi, & de modo probandi, uide plene Io. And. in c. quòd ſicut, de elect. poſt glo. & an tunc Archiepiſcopus contra tempus pronunciare poterit, & admonere, uide Io. And. de offi. or. ut litigantes, lib. 6. & in ſpe. de lega. §. ſupereſt, uerſi. ſed nunquid legatus.

n ¶Præſumatur de obitu. Adde, quòd imò uere & certitudinaliter eſt probanda mors. c. in præſentia, & extra de ſponſ. & qualiter probetur mors, uide in l. ſi certus. §. fi. ff. ad Sila. & in l. idem Neratius, ff. ad l. Aquil. & ibi Barto. & per d. Anto. Corſetum in ſuis ſingularibus. in uer. mors.

o ¶Qualiter. Ad hoc eſt glo. in c. cum I. & A infra de re iudi. faciunt notata in c. 1. de of. ord. plene per do. Ange. in repe. l. ſi uacantia, C. de bo. ua. & uide in ſpec. de inquiſi. §. 1. uerſi. ſi igitur, & Inno. in c. cum olim, de teſti. poteſt dici, quòd ſi agitur ex puro & mero officio, tunc non requiritur lit. conteſta. ut hic, & hoc non ſolum, quando in crimine, ſed etiam in elect. ubi tangitur utilitas publica, ut c. cum nobis olim, de elect. uel quando ad correctionem

nem peccati ad utilitatem priuatam, ut in c.ad nostram, de iureiuran. si uerò procedit aliter instigatus, tunc spec. tenet, quòd si sit generalis, tunc non est facienda lit. contest. quia est quidam processus ad inueniendum delicta, si est specialis, tunc si est procurator inquisitionis,& uenit ad assumendum & prosequendum in iudicio, tunc debet contestari, si non eum. assumit, sed index eum ponit, ut coadiuuet eum, tunc non fiet.lit. contest. & ita gl. in d.c.cum I.& A.& scripsi.3.q.9.in summa, Archi.

p ¶Inuo. per hoc uidetur sentire Innoc. quòd episcopus ex officio potest inquirere super, receptatione rerum alicuius ecclesiæ, & restitutione illarum, uel occupatione iurisdictionis.& idem uidetur sentire, de rest.cum olim.aliter uidetur loqui in c.ad nostram, el.2. de iureiuran. ubi uide Ioan.And.super glo.pe.

q ¶Inquisitio ab aliis. Quid si agatur per inquisitum ad pœnam de iure canonico, utrum contra absentē poterit procedi. uide quod scripsi in apo.in c.ueritaris, infra de do.& contu. Archi.

r ¶Infra annum. Adde, quòd iste annus potest prorogari secundum Din.in regula, indultum, de reg.iur. in 6.per tex.in c.cum uenisset, de eo, qui mit. in pos. & per Ludo. in suis singularibus, in 15.charta, in 2.col.

s Expensarum. Adde istud procedere, quando expensæ sunt liquidæ, secundum Bal.hic,& uide Paul. de Castr.in consi.326.& Ludou.in singularibus. 15.charta.

t ¶Non solum. Vide ibi de hac interrogatione latius glo.& Bart. & uide Bar. Bal.& Sali.in l.2.C.ubi in rem ac. ubi aliter loquuntur.

u ¶Suscepit. Litem autem tunc suscepisse dicetur, quando interrogatus, an possideat, respondit quòd sic, non autem si tacendo litem prosequitur, ut no.glo. in l.is, qui se obtulit, ff.de rei uendi. ubi uide Bart. & si actor plenè probauerit in hoc iudicio de iure suo, declarabitur & pronunciabitur rem ad actorem pertinere,& reus, quia non possidet, absoluetur.l.si à te, ubi casus notabilis, & ibi per Bar.ff.de excep.rei iudi.

x ¶Ad quæstionem. Faciunt etiam ista ad q.laicus petit remissionem coram seculari ex edicto diui Adriani: clericus contradicit, an fiet remissio illius ad ecclesiasticum, de qua q.per glo. in l. fin.C. de edic.diui, in additione noua.facit etiam ad q. de clerico uenditore laico, qui conuento laico emptore super re uenit ad causam, & petit se remitti ad iudicium ecclesiæ, & per clerico facit: quia causa uidetur propria clerici quo ad commodum & incommodum.l.2. C.de euic.facit glo.in l.si parentem, eo.ti.C.& pro hoc uidetur casus in l.3. C.de iure fis.l.10.& glo.Io.11.q.1. clericum nullum. in contrarium facit: quia ex persona nouiter uenientis ad iudicium non mutatur forum.l.1.C.ubi in rem act. facit optime.c.fi.ut lit.pen.li.6.& pro hac parte uidetur casus expressus in l.uenditor, ff.de iudi.ubi uide Bar. & cum iste ueniat, ut alii assistat, non ut principaliter ius suum in iudicium deducat, non uidetur mutatum forum, ut ex illa. l. colligitur, & istud tollit omnia contraria, & uide Bal.in l.1.C. ubi in rem act.& Bar. & Bal. in l.testamentum, C.de testa.& in præallegat.l.fi.C.de edi. diui Adri. tol.

y ¶Si quis. Ibi uide Barto.& in §.Iulianus, & in l.3.§.finali.ff.de acqui. posses.

z ¶Officium. Vide supra, §.proxi.in glo. quid si non nominet, uer. commodatarius &c.

aa ¶Mouentium. Sed an nomina appellationis mobilium ueniant, uide ibi Bar.& in l.potest, ff.de autor.tut.& Ioan.And. in spec.de fruc.& interesse. §.scias, uer.quid si debeo.

bb ¶Arbitrarium. Et idem ibi Bar.allegat pro casu.l.in uenditione, §.de tempore.ff.de bo.au.iud.pos. hæc etiam no. in l. si finita. §. Iulianus.ff.de dam.infec.ubi etiam ponit, quo iure petitur secundum decretum, de quo dixit se dubitare: sed concludit, quòd officio iudicis nobili.

cc ¶Licet. Vide Innu. seriosius ponentem hoc dictum.in c. dilecto, præallegato, & pro hoc dicto suo facit, quia iudex potest ex causa in primo decreto priuare reum possessione, de quo uidetur tex.ff.de dam. infe.l.4.§.1.uer.si forte, secundum unam lec.& uide Bar.qui hoc ibi no.& dicit iustam esse causam, si timet partes uenire ad rixam.

dd ¶Illicitum. Respectu eius, qui iuratur, & uide Ioan. And.in c.ad nostram, allega. in glo. & potest dici idem casus cum illo de inquisitione, quia ex officio ibi inquirit iudex.

ee ¶Vt in seq. Vide Barto. Bald.& Moder.in auten. possita.C. si ut se ab hære.absti. & Bar.in l.si finita §. Iulia.ff.de dam. infec.& adde casum, quem ponit Io.And.in c.cum dilecta, de confir.uti.uel inuti.1.glo.sed contra uide casum in c.cum secundum, de præben.ut ibi nota.Ioan.And.

ff ¶Innocen. Valet ergo dictum testis quò ad unum, & non quo ad aliud. idem tenet glo. in sententia, de fo.compe.si diligenti, in gl. sed si contra,& in c.significasti, in glo. 2.

gg ¶Contumace. Glo.autem ista intelligit in non confirmato, & pro glo.facit ibi, alicuius electione, non dicit prælatura, & ibi, ne propter longam moram &c. quæ uidetur finalis ratio, qua cessante l.cessat, de ap.cum cessante.post confirmationem enim & consecrationem non patitur ecclesia ex uacatione detrimentum, cum interim toleretur in prælatura 8. q.4.non ne, ut lite pendente. c.1.& 2.

hh ¶Sufficit, quòd citatio fienda auctor.adde Inno. in cle.1. de iudi. & ibi d. Cardina.

ii ¶De iudi. Ille ergo, qui impedit, ne citatio ad ipsum perueniat, uel qui se maliciosè occultat, habetur pro citato personaliter, ut hic, & peremptoriè, uel etiam est ad domum citandus, ut dixit glo. & uide bo.tex.in l.de ætate, ff.ad Trebel. & in c. constitutus, de testi.& cle.causam. ad fi.de elect.& l.1.§.sed & Aristo.ff.quod ui aut clam.& de cita.ad domum uide Ioan.And. post Inno.de eo, qui mit.in pos.c.fi.& in c.præsumitur, de re. iur.lib.6.in Mercuri.Bar.plene in l.3.§.prætor ait, ff.de dam.infec.

kk ¶Innocen. Vide de materia glo.per Ioan.And.post Innocen.in c. ad petitionem, infra de accusa.& in spec.de cita.§.uiso, uer.alias, & uersi.quid si lata. & aduerte, quia glo.2. supra proxi.dixit mortem probari per famam, de quo glo.uariant,& sunt contrariæ, & docto. de quo uide in l.sed si de sua, in glo.1.ff.de acquir.hæred. & in l.si quidem, C. solu.ma.& ibi Bar. per Ci.& glo.in l.tabularum.§.sed si dubitetur, ff.quemad.te.aper. & ibi latius per Bar. & in l genero, ff.de his, qui no.infa.& uide in spe.de noto. crimi.§. fams, uersi.sed adhuc,& ibi per Ioan.And.in addi.

ll ¶Fuerint. De materia huius publicationis testium uide plenè Io. And.de testi.significauit,& c.Albericus,& Bar. in l.in lege Aquil. si deletum, ff.ad l. Aquil.

mm ¶In fi.quòd. Et post hanc cautionem citatur cauens solenniter ad causam, uide tex.& ibi Bal.in l.1. de asser. tol.C.& ibi de iuratoria cautione.

nn ¶Et c. fina. Pro hoc etiam facit, quia possidens mobilia quò ad uitandam satisdationem æquiparatur possidenti immobilia, ut no.in l.sciendum, ff.qui satisda. co.ubi uide Bar.

oo ¶Vendicatur. Pro hoc l.si domus.§.fi.ff.de leg.1.& l.si tibi.§.fi.e. ti.& l.qui tabernas, ff. de contrahenda emptio.

pp ¶Directum. An conueniri possit rei uendicatione ciuiliter tantum possidens, uide glo.ff.de rei uend. in rubrica,& in l.Pompo. §.ex contrario: aliàs est sub.§. suus, qui precario,& ibi Bar.ff. de acquir.posses.& Cy. & modernos in l.1.C.de alie.iudic.mu.causa fac.

qq ¶Principio. Tenet hæc glo. quòd iuramentum satisfacit huic summariæ cognitioni, scias, quod multipliciter est summaria cognitio, de quo uide Bar. in extrauaganti, ad reprimendum, super uer. summariè, hæc uera in materia primi, & secūdi decreti: quia sufficit iuramentum, uel summaria cognitio; ubi autem fieret bonorum uenditio, requiritur plena probatio: uide Bar. in l.Fulcinius.§.causa hæc, ff.ex qui.cau.in pos.eatur.

rr ¶Hic non. Vide Ioan. An.in tex.in hoc §.in glo.dicebat Hostien.& glo.& Cy. & modernos in l.2.C.ubi in rem act.& in l.properandum.§.sin autem, C.de iudi.

ss ¶Alternatiuis. Vide Cy. Bal.& Sali. in l.quicunque, C.de seruis fugi.& ad materiam, an factum contra hunc ordinem ualeat, uide Barto.in l.à diuo, præallegata in gl.ubi etiam uide, an sit aliquis ordo in captione mobilium rerum.

tt ¶Ante litem. Vide Bar. in l.is, cuius, ff.si serui. uen.& in l.si prius, ff.de no.ope.nun.& hanc glo.allegat Bar.in l. si finita.§. Iul.quòd in primo decreto libellus requiratur.

uu ¶Is, cuius. Ibi uide Bar.& plenius in l.si prius.ff.de no.ope.nuncia.quomodo fiat missio in seruitutibus, & quid operatur in illis primum & secundum decretum.

xx ¶Opinio Io. Quem ponit gl.& de materia ista uide Cy. & moder. in auten.ei qui iurat, præallegata,& uide Bar.in l. si finita.§.Iulia. ff.de dam.infec.& etiam uide glo. Bart.Bal. & Sali.in l.properandum.§.sin autem reus, C.de iudi.

yy ¶Rigida. Illa opi.consonat his, quæ dicit Bart. in l.3.§.fina ff. de acqui.pos.ubi idem, quod Ioan. in missio.in possessionem in hypothecaria,& ibi an audiatur de possessione debitor, Arch.

S V M M A R I V M.

1 *Rubrica hæc olim in alijs compilationibus erat ultima primi libri.*

2 *Eius continuatio, siue dispositio de iuramento huiusmodi ubi alibi in iure tractetur, eod.nu.*

Ad iuramentum hoc præstandum potest delegatus quem personaliter citare, ibid.uer.& ad hoc iuramentum.

¶ De

De iuramento calumniæ. Rubrica.

1 ¶Olim† rubrica iſta erat ultima primi libri, ſcilicet poſt titulum de arbitris, ut patet in prima & tertia cõpilatione, ſicut & in codice, ubi etiam eſt media inter
2 ti. de arbitris, & de iudiciis. & quia † actione in iudicium edita, & lit. conteſt. facta ſuccedit ex ordine iuramentum calumniæ, ideo &c. Goffr. repetitur in 6. & congruit decr. conſtitutus, de fideiuſ. & ad hoc iuramentum præſtandum poteſt delegatus quem perſonaliter citare, de iud. c. 1. li. 6. & præſtatur etiam in cauſis, quibus de plano proceditur, ut in clemen. de uerbo. ſigni. ſæpe, uer. citationem.

SVMMARIVM.

1 *Superſcriptio huius decretalis falſa.*
2 *Clericus in cauſa eccleſiæ ſuæ iuramentum calumniæ poteſt alteri committere, & per ſe iurare non cogitur, & nu. 12.*
Diuiſio decretalis, ibid.
3 *Appellatio recipienda eſt in grauioribus quæſtionibus.*
Grauioribus quæſtionibus annumerantur illa, in quibus iura, doctoreſque diſcordant, ibid.
Lex hic in contextu citata de quo loquatur iuramento, ibid. ad dictiu. præſumat.
4 *Exordium litis quod dicatur.*
Iuramenti præſtandi ordo quis, ibid. ad dictio. ſubeant.
5 *Iuramentum calumniæ cuius ſit hoc.*
6 *Decretalis huius conſtructio quæ.*
7 *Interpretatio eſt illius, cuius eſt condere, & ſupra num. 2. uerſicu. Et dicit.*
8 *Ordo pro religione.*
9 *Lex omnis in diuinam & humanam diuiditur.*
Canonica lex diuinàne, an humana, ibid.
10 *Intentio præponenda uerbis.*
Ordo compræhendit hic etiam primam tonſuram. ibid.
Priuilegium huius conſtitutionis non ſolum clerici ſeculares habent, ſed & religioſi, ibid.
Eccleſiaſtica omnis perſona tenens adminiſtrationem eo comprehenditur, ibid.
11 *Procurator ſubrogatus poſt iuramentum calumniæ an iurare teneatur.*
12 *Conſtitutio hæc in quibus cauſis intelligatur habere locum.*
Eccleſia habet etiam cauſam quandoque criminalem, ibid.
Agit quando prælatus per alium, etiam inferior epiſcopo, ibid. ad dictio. expedire.
Procuratores clericorum etiam in proprijs cauſis iurabunt de calumnia, & quando, in cauſis eccleſiæ.
13 *Licet ſi quid, non inducitur propterea neceſſitas.*
Iurandi licentiam ſufficit epiſcopo habere à metropolitano, niſi ſit exemptus, ibid. ad dictio. epiſcopus.
Iurandi de calumnia omnibus eſt licentia tributa generalis poſt hanc decretalem, ibidem, & an iuretur in cauſa criminali, numer. 20.
14 *Iurandi ſine licentia prohibitio hæc in quibus caſibus habeat locum, & nu. 15.*
15 *Conceſſa intelliguntur, ſine quibus quid fieri conceſſum non poſſet expediri, uer. Alij autem.*
16 *Venia denegata intelligitur quo ad temporalem, ſecus quò ad æternam, ſi pœnituerit tranſgreſſorem.*
17 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum, & nu. 18.*
Ad conſequentiam, quod uni conceditur, poteſt à cæteris trahi, & nu. 19. §. 2.
Iuramentum de calumnia in quibus præſtetur cauſis, & num. 19. §. 3. ibid.
19 *Additio gloſſarum.*
Cauſa criminalis propriè dicitur, lis ciuilis, ibid.

CAPVT I.

1 INhærentes. Superſcriptio, † quæ dicit. Hono. III. falſa eſt: quia lõge ante tẽpora Hono. III. qui fecit quintã cõpilationem, fuit hæc conſtitutio, quæ fuit in prima compilatione; nec ibi apparet. an fuerit I. uel II. Ibi enim dicitur, Honorius epiſcopus urbis Romæ omnibus epiſcopis occidentalibus, & ut ibi patet, abinde legibus &c. fuerint. uer. Henrici, & incipiebat eius conſtitutio, Quoniã legibus, & fuit facta Arimini 3. die Aprilis. hic uer. tũ uſq; ibi, uerum cũ, excepto ibi, ſm, ut dicit gl. puto tamen, ꝙ papa utatur eis ut proprijs uſq; ibi, Præterea
2 Caſus. Clericus in † cã eccleſiæ ſuæ iuramentũ calumniæ põt alteri committere, & per ſe iurare non cogitur, & dicit Hoſt. ꝙ hoc capitulũ legitur 2. q. 5. inhærẽtes. & præmittit, quod dubia terminare ſpectat ad ipſum. ſecundò ponit dubium procedens ex contrarietate duarũ legũ ibi, legibus. 3. illud diffinit ibi, ut ergo 4. moderatur ibi, uerũ 5. cõminatur ibi, omnibus autem [*Dicentium*] 17. diſt. multis. 24. q. 5. quotiens, & in
3 his † recipienda eſt appellatio, ẽt cauſa nõ expreſſa, infra de ap. ut debitus, in fi. Vinc. [*Grauiores*] no. quæſtiones illas inter grauiores numerari, in quibus iura, & doctores diſcordant [*Præſumant*] dicit Accur. iudicio ſiſti, uel de iudicato ſoluendo. Idem Inno. ſed Hoſtię. dicit eam largè loqui de quolibet iuramento, ſicut & infra. §. pe. [*Omnes*] ergo & clerici, ſi ſint in iudicio
4 principales [*Exordiu*] quod † dicatur exordiũ, no. de offi. deleg. ſuper quæſtionum. §. nos autem. & expone
a ſm Hoſti. i. poſt primum litis exordium. i. immediatè poſt litem conteſt. infra eo. cũ cauſam. & eſt ſimilis expoſitio, 75. diſtin. ꝙ à partibus. quid ſi tunc iuratum non fuerit, dic ut infra eo. c. 1. lib. 6. [*Subeant*] iurabit primò actor; & poſtea reus, in exceptionibus è conuerſo: in communibus iudiciis, qui primò ad iudicium prouocauit, ſecundum Pe. & Abba. & facit quod no.
5 de proba. ex literis, in g. 2. [*Calumniæ*] ſ. † euitandæ, ſicut no. ſi. infra c. 1. in prin. lib. 6. [*Propter quod*]. i. quia prima lex prohibet clericos iurare 2. præcipit, ut iurent [*Videtur*] & ſic intelligebant Ia. Ber. & Azo, dicentes illud locale. M. & Pe. contradicentes, quod non debent
6 iurare per ſe, ſed per alium, ſm ẽt Hoſt. ſic † conſtruit, ẽt ſm deciſionem filij nr̃i quondam. H. imperatoris, cuius uerba ſunt hæc & diui Marci &c. uſq; ibi. Iudicetur: poſtea continua, p̃terea à ſtatui &c. uſq. ad officiũ delegare. ſup. & bene interpretatus eſt. nã cum imperator dicit, &c. uſque ibi, ſit immunis, poſtea redeas ibi, eius itaq; interpretationẽ corroboramus, uerum cũ hac moderatione uſq; in fin. [*Interpretationem*] quæ
7 eſt † illius, cuius eſt cõdere. C. de legi. l. 1. de ſen. ex. inter Ala. [*Corroboramus*] nos papa [*Diui Marci*] uerba cõſtitutionis Henrici [*Interpretari*] ſecundum opi. Mar. & Placentini contra opi. Ia. B. & Azo. [*Totus*] non Cõſtanti-
8 nopolitanus tantum [*Ordo*] i. † religio, Hoſti. [*Præterea*] uerba Hono. uſque ibi, Nos itaque [*principis*] dic cum glo. & Hoſt. Henrici, ſecundum Inno: dicebat. i. diui Marc. & quod dicit, Dignoſcitur, exponit, ut prædictũ eſt, ſ. quòd nullus clericus iurare, præſumat. dicebat etiam quòd uer. nos itaque, ſunt uerba papæ exponẽtis, quod ſequitur [*Imperiali auctoritate*] & uoluntate. placuit enim imperatori hoc ſtatutum Honorij. plus placet lectura glo. & quod infra dicam [*Diuina & huma-*
9 *na*] no. quòd † omnis lex in hæc duo membra diuidit ut hic patet, & ĩ. de iureiur. nimis; de cenſibus peruenit 3. q. 5. quia ſuſpecti. C. de ſacroſ. ec. ut inter diuinũ. ſed dicit Hoſt. certum eſſe, ꝙ lex canonica nõ eſt humana, ſupra de tranſla. c. 2. & 3. ergo eſt diuina, & con

prehenditur

prehenditur sub theologia, de testa. filius. Remittit autem supra de æta. & qua. cum sit. quicquid dicat, ne-
b garè non potest legem canonicam humanam & po-
c sitiuam ᶜ unde & Pe. exponit, diuinæ, idest canonicæ
10 [*Intentiom*] quæ uerbis † est præponenda, de uerbo. signi. intelligentia [*Ordinis*] etiam primæ tonsuræ, de æta. & qua. cum contingat [*Clericus*] subandit Hostien. & rector ecclesiæ, cuius nomine agitur [*Non abbas*] q. d. non soli clerici seculares habent hoc priuilegium, sed & religiosi [*Sanctimonialis*] sup. uel quæuis alia persona ecclesiasticam administrationem tenens, & nomine ipsius in iudicio comparens [*In quacunque*] etiam ap-
11 pellationis infra eo. c. 2. 1. respon. li. 6. per † quam etiã decre. 2. respon. terminantur, quæ hic no. moderni de procura. subrogato post iuramentum calumniæ, an teneatur iurare [*Criminali*] ciuiliter mota, uel alias tali, quæ per procuratorẽ tractari posit supra de procura. tuæ, secundum Inn. sed Pe. dicebat per hoc pro-
12 bari hanc decre. intelligi † etiam in propriis causis clericorum, dicens, quòd criminalis quæstio non posset nomine ecclesiæ intentari: fatebatur tamen in hoc non tenere: sed Abb. contradicens, quòd etiam causam criminalem habet quandoque ecclesia, infra de
d simo. dilectus 2. & c. ueniensᵈ, & c. de hoc [*Compellatur*] si enim uult, per se agere potest, & iurabit tunc de calumnia secundum Inno. quasi secundum Hosti. uelit hæc litera, quòd uolens admittatur ad iurandum, de consensu tamen prælati sui, ut infra eo. §. uerum [*Expedire*] puta, quia testimonium suum est ecclesiæ necessarium in causa. unde agit prælatus per alium, de testi. insuper, & c. cum nuncius. sed contra, quia hoc uidetur esse speciale priuilegium episcopi, infra c. fi. So. inferior episcopo non auditur sine causa, ut hic, episcopus uero id potest etiam sine causa, ut ibi, Host. [*Ecclesiæ suæ*] recitat Inno. quosdam dixisse, quòd procura. clericorum etiam in propriis causis iurabunt de calũnia, si habent speciale: in causis uerò ecclesiæ, etiam si non habeant speciale, infra c. fi. de primo nil hodie
e speciale in clerico, ut infra c. fi. lib. 6. ᵉ[*Liceat*] ergo † nõ
13 habet necesse. ff. de iudi. nunquid [*uerum*] ab hinc usq; ad fi. sunt uerba papæ [*Moderatione*] .i. temperamento corroboramus hanc interpretationem [*Episcopus*] exemptus: alias sufficeret licentia metropolitani; & est hoc intelligendum in quolibet iuramento non solum in iuramento calumniæ secundum Host. [*Pontifices*] qui hodie quò ad iuramentum calumniæ omnibus licentiam tribuit generalem, infra c. fi. Host. [*inconsulto*]
14 in † iuramento testium hoc seruatur; in contractibus hoc non seruat consuetudo ſm Hostien. Item restringunt quidam ad iuramentum calumniæ, uel ueritatis dicendæ: cautũ enim purgationis prebendę, uel cõpurgationis bene iuratur, infra de pur. c. per tot. tum 1. q. 5. si legitimi, & ratione contractus, de iureiu.
15 querelam, & c. ex rescripto, & dicunt † quidam hãc & omnes prohibitiones clericorum, ne iurent, intelligi in foro seculari, ubi siue rei sint, siue actores, nec de calumnia iurare possunt, nec testificari sine licentia episcopi 11. q. 1. testimoniũ. uide, 22. q. ulti. c. ult. quod generaliter de clericis loquitur, & 13. q. 2. quamquam, quod loquitur specialiter de presbyteris. Si quæras, quare in contractibus corã laico iurare posint sine li-
f centia episcopi, & non in iudicio, Respon. quia in iudicio sæpe quis incitatus ab aduersario falsum iuraret; & ideo fit cum maiori deliberatione, & tarditate, & ne secularia iudicia assuescant, in quibus non possunt aliquatenus contineri, 11. q. 1. continua, & c. nullus. sed in contractibus, ubi sola libera uoluntate quis ducitur; sensus est secundum Inn. Sit etiam ratio ſm Hostien. ne impediatur utilitas ecclesiarum, quibus expedit, ut contrahere posint, ar. ne cle. uel mo. c. 1. uer. negocium. C. de rescrin. uen. l. ratas, C. de apo. hi qui s sanctam, uer. quos etiam præcipimus, uerum ſm Inno. coram ecclesiastico iudice licet sine auctoritate superioris iurare. Alii autem dicunt, ꝙ nec in seculari iudicio, uel ecclesiastico, nec in contractibus licitum est iurare sine auctoritate episcopi, uel superioris: sed ubicunq; est clericus iudex ordinarius, uel delegatus, si iuret coram eo, intelligitur eius auctoritate facere, & quilibet, qui iudicare potest, hoc ipso est superior quantum ad causam, quam audit etiã actoris, qui de alterius iurisdictione est, ar. 21. di. inferior, secũdum Inno. uel dic, ꝙ si sit causa propria clerici, uel ecclesiæ, cuius est administrator, potest reum conuenire coram iudice ipsius rei, & si secularis sit, de fo. compe. cum sit, de iudi. cum deputati. & ex quo habet à iure hanc licentiam, per consequens coram eo facere poterit ea, sine quibus non posset expediri causa, arg.
g in eo, quod le. & no. de offi. dele. præterea,ᵍ ad fi. ergo & potest de calumnia iurare: alias pœnam incurreret de qua infra c. 1. ſm Host. Si uerò nõ sit causa propria ecclesiæ, uel clerici, dixit hic Inno. quod clericus non potest esse procura. illius sine licentia prælati sui, arg. ne cle. uel mo. c. 2. sed ex quo licentiam habet, quod sit proc. per consequens & omnia faciendi, sine quibus procurationem facere non potest, uel quę procurationi sunt utilia, arg. præ. decre. præterea, cũ suis concord. Dicebat idem Hosti. eadem ratione, quando de consensu diœcesani litigat clericus conuentus coram non suo iudice: nec enim aliter potest in non suum & ecclesiasticum consentire. intelligitur ergo permissũ ut & ibi iuret: alias non etiam corã ecclesiastico non suo iudice non iurabit [*Prælato*] non tantum episcopo sed quolibet inferiore, Inno. & Pe. [*Vniuerso*] religioso, & seculari [*Illa*] s. moderatione supra proxi. uer. Pet. &
16 Abb. exponunt. i. contra illa [*Veniam*] quo † ad temporalem pœnam: secus quò ad æternam, si pœnituerint. l. di. ponderet, Gof. erit autem hæc pœna arbitraria, se-
17 cundum Pe. all. de of. dele. de causis. ¶ Glo. 4. † ponit 5.
h capitula ʰ iuramenti calumniæ. ¶ [*Glo. ar. quod*] arguit ad brocat. alle. 5. iura, in contrari. alle. duos canones, & soluit, ¶ [*Glo. hic colligitur, quod*] no. ex textu, duabus legibus coadiuuat, duas alias in contrarium soluit, respondens ẽt ad rationem contrariã: demum ad textũ
18 obijcit, & soluit. ¶ [*In† glo. ar. quod ibi l. pe.*] quod dictum erat de filio exhæredato, quod non tenetur ad fideicommissum, locum habet in nepotibus, & pronepotibus, quos exhæredari necesse est. ¶ [*In glo. hic colligitur, ibi, l. ult.*] arguens instrumentum de falso, iurat de calũ-
19 nia. ¶ [*In glo. iuramento, ibi, in principio*] & in auctẽn. de his, qui ingre. ad ap. §. pe. & ut. col. 5. ff. fami. erci. inter cohæredes. §. qui familiæ, Gof. [*& in fi.*] Idem uer. no. C. eo. l. 2. §. 1. in glo. antep. ¶ [*In glo. ab illo, in fi.*] & excepto. uer. præterea, ut patet in 1. compilatione, ubi ponitur constitutio Henric. ¶ [*In gl. ar. quod, ibi, ad eius*] ubi de hoc & de priuile. sanè. ¶ [*In glo. hic colligitur, ibi. l. 1.*] & ibi hæc
20 glo. [*& ibi, causis*] causa † uerò criminalis propriè dicit lis ciuilis. C. de transac. l. causas, ut lites [*& ibi, Liceat*] de hoc infra de collusi. cap. 1. [*& ibi. Licitum*] non dicitur, quòd sit licitum; sed quòd ignoscitur; unde uitio nõ caret, 13. di. nerui, Gof. [*& ibi, Azo*] Bur. Io. Vinc. & hic T. & Gof. Phi. & G. in spe. co. ti. §. sequitur, in princ. [*& ibi, Prosa*] ad idem. C. de autor. præstan. l. clarum, & C. de pœn. in auten. ibi signata. M. cõtra per l. in contra-
21 rium † inductas, & quia satis est, quòd accusans puniatur similitudine supplicij, 2. q. 8. quisquis. sed illa prouisio respicit finem litis, non principium; & melius est & c. C. in quibus causis. l. fin. Idem Hugo. quia de facili quis pro salute corporis deieraret, non sic pro saluatione rerum: dicebat Hostien. non esse tutum in foro ciuili à talibus exigere iuramentum ratione prędicta.

dicta. In foro uerò canonico, ubi ratio cessat, quia non infligitur poena sanguinis, secus [*& ibi, expedire*] probatur hoc in præalle. decre. cœterum. Item Inn. & Hostien. Pe. & Abb. ¶ [*In gl. ul. ibi, non seruatur*] seruari posset in episcopis uicinis curiæ secundum Goffr. [*& ibi, hic argu.*] secundum. T.

ANNOTATIONES.

a ¶Litis exordium. Adde, quia tunc dicitur lis mota, ut in ca. ex parte, de uerbo. signi. uide in c. 1. eo. ti. lib. 6.

b ¶Negare. Differt enim lex canonica à diuina, & sic non sunt idē, ad hoc de resti. spo. literas. §. si uerò, & in multis alijs iuribus.

c ¶Humanam & positiuam. Adde tex. in c. qualiter & quando, el. 2. de accu. in prin. & in c. nimis, de iureiur. & Io. Cal. in procœmium.

d ¶Veniens. De materia uide in c. cum dilectus, de ordi. cogni. in 3. glo. & super illa in c. delictum, de re. iur. lib. 6.

e ¶Lib. 6. ubi uide Ioan. And. in animam ipsorum, uel domini iurare. & uide Bar. respondentem Ci. qui reprehendit illud c. & canonistas in l. qui bona. §. si alieno, ff. de dam. infec.

f ¶In iudicio. Aliquando autem tutores, procuratores, & alij administratores possunt suis principalibus præiudicare in iudicio, & non extra iudicium: uide Bar. in l. certum. §. si an in ipsos, ff. de confes.

g ¶Præterea Vide Bar. post glo. in l. 2. ff. de iurisdi. om. iudi. & glo. & ibi Io. And. in c. ex parte, de accu. & ad ista optimè facit, quod no. glo. 1. & Ioan. And. super illa in c. cum causam, infra eo.

h ¶Ponit 5. capitula. Adde glo. 1. l. 2. C. eod. ti. & per spe. eod. ti. §. nunc dicamus, ubi ponit practicam exigendi hic iuramentum.

SVMMARIVM.

1 *De calumnia non iuratur in spiritualibus causis, & num. 3. ad dictio. indicunt, & quare, nume. 11.*
Diuisio decretalis, ibid.
Causæ spirituales, & aliæ ecclesiastici fori secundum leges finem debitum non sortiuntur, sed canonum, ibidem. iun. uer. constitutiones.
Supplementum ad contextum, ibid. ad uer. tales causæ.
2 *Calumniari quis non præsumitur in causis spiritualibus.*
Pro spiritualibus hominibus, & negocijs præsumitur, ibid.
3 *Glossæ quæ factæ sunt contextui, quæ non erant olim.*
4 *Iuramentum calumniæ quæ sequantur, & quando hoc, & iuramentum ueritatis sit præstandum, ibid. & nu. 9. & 11. & in quibus differant, remissiuè. 10.*
5 *Per iuramentum ueritatis an etiam de credulitate interrogabitur pars, & testis.*
Iuramentum ueritatis est potius credulitatis, quam ueritatis, & ratio, ibid. & quæ & quot causæ sint ipsum præstandi. nu. 10.
6 *Est utile, & in quibus causis, & à quibus præstandum personis.*
Veritatem inquirere quibus modis potest, debet iudex etiam per iuramentum, ibid. uer. facit ad hoc, & quid alia faciat, uide in suffra.
7 *Epilogus, & suffragium glossarum. & nu. 8.*
Veritatem iudex tenetur inquirere, ex duabus legi. prioribus.
Periculum maius uertitur circa maiora, l. 3.
9 *Additio glossarum.*

CAPVT II.

1 a Literas, Casus. Inter spiritualibus causis de calumnia non iuratur. Et primò ponitur ius, & consuetudo curiæ. secundo infert ex prædictis processū causæ, ibi. unde consueuit. ergo nec nos debemus hoc facere, infra de re iudi. in causis, Hostië. [*Tales causæ*] scilicet spirituales. & idem in alijs in ecclesiastico foro, de const. c. 1. & c. ne innitaris [*Aequitate*]
2 quæ tanta est, quod non præsumit aliquem in talibus calumniari. sicut enim magis præsumitur pro spiritualibus hominibus, supra de procura. in nostra, sic & pro spiritualibus negociis secundum Host. qui remittit ad summam, eo. ti. §. & in quibus, uer. sed quæ est ratio [*Canones*] isti canones sunt in registris Vin. [*in huiusmodi cau-*
3 *sis*] istud non erat olim de tex. sed fuit glo. Ala. si. supra de tempo. ordi. nec episcopi, Hostien. [*Indicunt*] supr. imò non sustinent, quod protestetur, Host. quod innuit litera supra. Nec dare nec recipere secundum Abb. alleg. ad idem 2. q. 5. consuluisti. Sed ut dicit Vincen. quidam exponunt, indicunt, idest interdicunt, uel prohibent, & alle. eundem canonem [*Contentionem*] inter partes orta in causa, uobis super decimis delegata. & summe casum hic. Host. uel dic, orta inter iudices, & partes ambas, uel alteram [*Dimissa*] & repulsa petitione exigentis iuramentum [*Ad ulteriora*] puta
4 præstationem iuramenti de ueritate, Interrogationes, positiones, & responsiones, infra c. pe. ad finem, de proba. quoniam, Hostien. de isto uero iuramento, scilicet de ueritate, & etiam de illo calumniæ an sit necesse illud præstari statim post litem contest. no. hic Inno. & Hosti. quod omitto, quia expeditur infra eo. c. 1. 1. & 2. respon. libr. 6. Dixit autem hic Inno. quòd
5 per iuramentum de ueritate non interrogabitur pars, quid credat: quia id non iurat. de credulitate, sed de ueritate, sicut testis, de testibus. ca. de testibus, debent tamen partes respondere, quid sciunt, uel credunt secundum eum. hoc uisum est mirabile Host. quod nō debeat interrogari de credulitate, & debeat respondere. unde dicit, quod quamuis testes, & partes in spiri-
b tualibus iurent [b] de ueritate, non solum de ueritate, sed etiam de credulitate interrogandi sunt, & respondere tenentur infra de testi. quotiens, in fine, & c. cū causam, quæ inter. Plus dicit, quòd cum iurans de ueritate debeat secundum conscientiam respondere, ue-
c ritate conscientiæ considerata [c] quantum ad responsionis effectum, potius est illud iuramentum credulitatis, quam ueritatis, ut patet de testibus, præsentiū,
d l. 6. de iureiuran. & si Christus [d]. 1. respon. Sed & hodie de consuetu. curiæ iurat talis dicere ueritatem, quam
6 scit, uel credit. & istud iuramentum ueritatis secundum Inno. maximè in causis electionum utile est propter uacationis periculum, ad id de app. oblatæ, ad finem. & licet iure ciuili non inueniatur expressum de huiusmodi iuramento; tamen legum doctores dicunt, illud aliquando ab aliquibus personis præstandum, argumen. C. de testibus. l. seruos, & ff. de proba. etiam. ff. de confessis. l. certum. §. fi. facit ad hoc, quia iudex debet ueritatem inquirere, quibus modis potest; ergo & per iuramentum de ueritate, C. de eden. l. antepe. & ulti. ad idem secundum Hosti. C. de iudiciis. l. iudices, institu. de actio. §. curare, ff. de testibus. l.
7 curent. ¶Inter glo. distinguit causas spirituales, & quasi merè ciuiles, criminales, & mixtas. & obijcit quòd in spiritualibus &c. & fatetur id honestum, subdens in possessorio, & exceptionibus etiam in spirituali-
8 bus iurandum. ¶[*glo. 1. ibi, l. 2.*] & iudex pro ueritate inuestiganda iubet exhiberi acta publica criminalia, & ciuilia [*& ibi. l. ultima*] iudex facit uenire principalem in causa ardua, cum est iustior procuratore [*& ibi, §. 2.*] alias 3. ibi Carbonianum datur impuberi, qui negatur filius; fortius si negatur filius, & dicitur seruus: alias prompta esset uia ad impuberem maiori iniuria afficiendum, plura & grauiora de ipso men-
9 tiendo. ¶[*In prima gl. ibi, patronatus*] Idem Goffr. infra c. proxi. & Hosti. hic ad idem, de consec. ecc. quod in dubijs. Refert Vinc. alios dicere, quòd cum non sit merè spirituale, super eo iurabitur: quia ratio canonum contradicit. & ideò semper præstandum est. 35. q. 5. ad sedem, & facit quod no. in spe. eo. ti. §. 2. post princ. &
10 uer. quid de causa [*& ibi, De ueritate*] in qui bus hæc differant, uide in specu. eo. ti. §. 1. in fin. [*& ibi, Fortius*] pro eo maximè, quia tres causæ huius sacramenti præstandi potissi-

dr potissimè secundum canones locum habent, ut di xit Host. & quæ sunt illæ, uidebis infra eo. cœterum [& ibi, Præmissa] & hodie iuratur, infra eo c. 1. §. ulti. li. 6. & ad solutionem obiectionis uide quod ibi no. in 1 1. glo. nec summaria† cognitio, quæ fit sine strepitu iudiciorum, excludit hoc iuramentum, ut in consti. cle men. de uerfi. fig. sæpe, in fi. primi responsi. dicebat hic Vinc. hoc prohibitum ex causa, quia prælati sunt proni ad retinenda aliena, & de facili incurrerent per iurium; dixit tamen eos mortaliter peccare, si utantur falsi instanria [& ibi, de calumnia] argu. contra de testi. præsentium, lib. 6.

ANNOTATIONES.

a ¶In spiritualibus. Vide glo. in uer. receptæ, in c. literas, de restitu. spo. infra & gl. in c. cum deberi, supra de cle. non ob. boic. c. capitulum constitutus, infra de fideiuf. ubi erat causa usurarum, & tamen iuratur de calumnia, quod dicit ibi no. Io. And. Bal.

b ¶In spiritualibus iurent. In quo differt istud iuramentum de ueritate ab illo de calumnia, uide spec. eo. ti. §. 1. ubi ponit multas differentias.

c ¶Considerata. Dic aut quæritur, an testis teneatur iurare dicere etiam de credulitate, tunc sic, ut in c. cum causam, & ita nolunt Host. aut non potest esse talis causa, de qua non potest esse plenariè informatus. aut quæritur nunquid illud, quod deposuit testis per uerbum, credit, releuet. & tunc si est talis materia, quæ non cadit propriè in sensum, tunc releuat, ut in c. quoties, de test. uel si caderet, non releuaret; sed debet per sic & se scire, uel non respondere. imò si testis diceret, primò se scire unum, & postea se credere, destrueret primum dictum, ut no. Io. And. in c. inquisitionis, de accu. & spec. in ti. de teste. §. iam de interrogatorijs, in fi. & uide Bar. in l. eas, ff. de fal. si uerò quæritur, an testis debeat interrogari per uerbum, credit, tunc dicit, quòd non, nisi esset tale, quod non cadit in sensum: uide quæ scripsi. in c. cum causam, de testi. Archi.

d ¶Christus. scias, quòd æqui præiudicat iuramentum credulitatis, sicut ueritatis, hoc uoluit glo. no. in c. ex literis, de iureiuran. & no. Bal. in l. 5. §. quod obseruari. C. eo. ti. ubi uide per ipsum. & ibi dixit, quòd sit frustra mihi probare illud, quod credo. unde dicit quòd talis credulitas esset potius reuelatio probationis, quam confessionis. unde dixit, quòd ex tali credulitate nulla actio oritur: secus ex confessione: ibi uide ipsum.

SVMMARIVM.

1 *De calumnia iurari potest & per principales, & per œconomos; & quos, & qua discretione habita, ibid.*
Passim, idest indifferenter, ibid.

2 *Procuratorem quis tenetur constituere instructum, & quatenus, & quando non habebit terminum ad consulendum dominum, & quando condemnabitur in expensis, si nesciat id respondere, quod interrogabitur, ibid. Idoneum, & qui causam bene cognoscat, & ut talis constituatur, debet index compellere, nu. 3.*

3 *Œconomi quales constitui debeant, & supra nu. 2.*
Malitijs ueritatem occultantium debet index occurrere, ibidem uer. nec debet.

4 *Principalis uocandus est, si procurator negat ueritatem.*

5 *Epilogus, & suffrarium glossarum. & nu. 6.*
Iurare non cogitur, ubi quis anceps periurium subiret.

7 *Additio glossarum.*
8 ¶ *In* † *glo.* 1. *ibi l.* 1.] canonizata in §. proximo alleg. [*ibi. l.* 3.] cano. in §. supra proximo alleg. [*& ibi, Quoniam Alexandrum*] hanc & se. uide supra c. 1. super 1. glos. ¶ *In glo. ult. ibi, audire*] l. 1. est, & hanc & præl. uide de restit. in integ. c. pen. in glo. pen. [*& ibi, si idem*] si contra te plures actiones intendo, quæ coacervatæ, non cadunt in iurisdictionem iudicis, singulariter tamen sic, iudex de illis cognoscit [*& ibi, Qui non cogitur*] in ioco, quo aliàs respondere non cogerer, si ibi ago, respōdere teneor.
9 ¶ *In* † *glo.* 2. *ibi, antea pronunciandum*] per iudicem ecclesiasticum, ut hic, & hoc uerum, cum in quæstione natiuitatis aliqua incidat dubitatio circa matrimonium, an
f fuerit, uel non [f], uel an fuerit legitimum, an non. Si uerò nulla de hoc dubitatio defertur, ut si petenti hæreditatem corā iudice seculari possessor opponit, quod nō est filius illius, cuius petit hęreditatem, sed alterius, & sic dubitatur de facto, istius, uel illius sit filius, tractabitur hæc natiuitatis quæstio coram iudice, corā quo incidit. C. de ord. iud. l. 2. Goff. Idem Host. inducens ēt. l. ff. de li. agno. siquis à liberis, & facit, quod dixi in tex
10 tu, s̄m Innoc. in princ. [*& ibi, Præiudicat* † *ciuili*] ut. C. si quis ali. testa. prohi. l. 1. ubi petens hæreditatem accusatur, quod testatorem compulit, ut eum hæredem institueret [*& ibi habes, satis*] in Spe. de incidentibus quęstionibus in prin. ¶ *In glo. ult. ibi, qui non cogitur*] & supra, de restit. in integ. c. pen. & per eadē iura arguitur è contra, q̄ iudex ecclesiasticus, q̄ cognoscit de natiuitate, de hereditate pronunciare possit, sic ut etiam pronunciat de dote, de don. inter uir. & uxo. c. 3. dixit Vin. dist. inter causas, quæ de sui natura sunt de foro ecclesiæ, ut spirituales, matrimoniales, patronatus, & si. & eas, quę solum ratione personarum possidentium sunt de ecclesiastico foro, ut causæ possessionum clericorum. primæ nec incidēter, nec per recōuentionem possunt esse

esse corā iudice laico. secundæ possunt. si uerò est quęstio de foro seculari, circunscripta causa sanguinis, potest iudex ecclesi. incidenter, & per reconuentionē cognoscere. hic autem de successione non cognouit Papa: quia nec etiam incidenter fuit proposita corā co. nec sequitur, ꝙ si legitimus est, sibi hæreditas debeat. potest enim subesse aliud impedimentum, uel patriæ consuetudo. per quod etiam placuit ipsi Vincē. quòd etiam incidenter iudex eccl. de successione nō cognoscat[g], quasi de sui natura sit de seculari foro. dixit etiā hic Hosti. ꝙ si in seculari foro alicui obijcitur excommunicatio, uel ꝙ non potest agere, quia simoniacus, uel intrusus, uel opponatur periurium, uidentur hæc omnia ad ecclesiasticum iudicem remittēda: quia ecclesiastici fori sunt, supra de elect. & de sim. per totum de periurio, de quo minus uidetur, probat per decret. de elect. uenerabilem, quod de periuro dixit, non credo; uide quod dixi de foro competen. capi. ulti. libr. 6. super ult. glo. [*Et in fi.*] quæ ad ecclesiastica se non extendunt, Hostien.

ANNOTATIONES.

a ¶ De nullo spirituali. limita non habere locum in actu uoluntario, ubi interuenit confessio: quia non habet locum remissio ad iudicem ecclesiasticum, secundùm Spec. singulariter in tit. de reconuentio. & Bal. in l. quotiens, de iudi.

b ¶ Natalium. Hoc patet, qui filij sint legit. lator, ubi uide. iudex autem secularis, coram quo pendet principalis, non posset ecclesiastico talem terminum statuere, uide Bart. in l. 2. ff. de re iudi.

c ¶ Peruenit. Ibi uide per Ioan. Andr. in gloss. cum dubitatur, & per glo. eod. tit. causam quæ, el 2. in fi. & uide omnino Bar. in l. ubicumque §. interdictum, ff. de uen. in poss. mitt. ubi allegat hoc dictum.

d ¶ Illum. Si autem in q. hæreditaria incideret quæstio natalium, tunc cognosceret ecclesiasticus. uide Io. And. in c. lator, præalleg. super glo. sed uidetur, ad fi. difficile tamen est uidere, quomodo hæreditatis quæstio possit natalibus incidere, & uide Io. An. eod. tit. causa, quæ. el secundo, super uersicu. principaliter, & uide Bald. C. de rei uend. l. ordinarij.

e ¶ Sunt principales. De hac glo. uide per Cyn. qui accu. non poss. & per glo. in c. prius. 2. q. 1.

f ¶ Vel non. Istud facit contra opin. Bart. in l. quotiens, C. de iudic. qui dixit, quòd si sit quæstio, an sit contractum matrimonium, uel non, an sit canonicum, quòd etiam secularis cognoscat, Bald. ibi contra, & in l. Titia, ff. solu. matr. & contra Bart. facit. c. si iudex, de sent. excomm. libr. 6. idem in excommunicatione, an quis sit excōmunicatus, simoniacus & similia: quia de his solum ecclesiasticus cognoscit. & secundum opi. Io. And. & Bal. uidetur, quòd positionibus factis coram iudice seculari, quòd talis & talis fuerit uir. & uxo. non teneatur pars respondere, cuius contrariū obseruat communis practica, uide Bart. & Bald. ubi supra, & Spec. de reconuen. §. 2. uersi. sed nunquid, & uide Ioan. And. in Spec. qui filij sint legit. §. 1. & Bald. in l. 1. C. de Car. edict.

g ¶ Cognoscat. Idem sentit Innoc. in c. de prudentia, de dona. inter uir. & uxo. & uide Ioan. And. in glos. ad hoc. primam autem opin. tenet Io. And. in c. lator, qui filij sint legit. super glos. fi. pro Innoc. multum facit, & pro ista opi. Vincentij. c. causam, el 2. qui filij sint legit. & uide Bald. in l. ordinarij, C. de rei uend.

SVMMARIVM.

1 *Interdicto agens non reconuenitur, nisi de alia spoliatione, de qua etiam potest excipi contra eum, & de qua re num. 2. & nu. 13.*
& an opus sit oppositione spoliationis, ibid. num. 2. uersi. hoc dicunt, quando locum prædicta habeant, eod. num. 2. quando repellatur ab agendo, num. 9.
Quid si iam iudicatum esset in interdicto, ibid. ad dictio. petentem.
2 *Interdictum proponenti quando terminus statuatur, intra quem expediat, uersi. & si dicatur.*
3 *Rei iudicatæ exceptio quando locum habeat contra excipientem; uel agentē de spoliatione, & in alijs casibus ibid. nu. 4. 5. 6. 7. 8.*
Exceptio quo casu habeat eundem quasi effectū, quem habet actio, ibid. uersi. in hoc tamen casu. & minus est excipere, quàm agere, ibid. uide alia num. 5. 6. 7. 8.
In actione succumbens, bene dicitur in exceptione quoque succumbere, & id non perpetuò, ibid. & num. 4. 5. 6. 7. 8.
4 *Ex spoliatione plures oriuntur obligationes ciuiles, & quæ.*
5 *Obligationes si plures oriantur ex aliquo facto eodem, uel causa, quando tollantur omnes per sententiam, si una simus usi.*
In exceptione si succumbat quis, an directò postea agere posit de exceptis post sententiam in priori iudicio, & quibus casibus, ibid. & nu. 6. 7. & 8. & cui non datur compensatio, nu. 13.
6 *Exceptio compensationis, & quæ aliæ omissæ ante sententiam possint obijci post sententiam, & num. 7. & 8. & rei iudicatæ exceptio non obstat, ibid.*
7 *In exceptionibus declinatorijs fori, & dilatorijs solutionis, & alijs extraordinarijs plenæ probationes non requiruntur, secus in peremptorijs.*
8 *Petitionis causam ponere in libello, & exprimere in processu, idem est effectus, at si neutro modo exprimitur, differt.*
9 *Quanquam, hic aduersatiuè non tenet.*
Ab agendo etiam interdicto quando quis repellatur, ibid. ad uersi. ab agendo, & num. 10.
10 *Opponere non est satis, nisi probetur.*
Rei fauorabiliores, & exceptio fortior, quàm actio, ibid.
12 *Epilogus, & suffragium glossarum, & nu. 13.*
Restitutionem petenti non refertur quæstio proprietatis, & duabus primis legibus eidem quæ alia nequeant opponi ex legibus antepen. pen. & ult.
14 *Additio glossarum.*
Super spoliatione cautus esset excipere, & postea agendo restitutionem petere: & an id procedat, eod. nu.
15 *Per replicationem quando expellatur excipiens, & quando replicatio elidat exceptionem.*
Exceptio quæ contra actionem, ibid.

CAPVT IIII.

SVper spoliatione. Se summat. & hoc dicit, Agens interdicto, non reconuenitur, nisi de alia spoliatione, de qua etiam excipi potest contra eum. secunda ibi, quā quam. & sic construe, Conuentus super spoliatione non est audiendus aduersus petentem restitutionem, si eum reconuenit, nisi super alia spoliatione &c. [*Petentem*] interdicto, unde ui, Inno. si uerò iudicatū esset in interdicto, sed nō paritum, propter quod ageretur ex ui iudicati, uide in Spec. de conuen. §. 2. uers. quid si conuenio, & se. ubi ad literam ponitur, quod hic not. Vin. in prin. [*Spoliationis*] de alia re, sm Vin. nam in diuersis spoliationibus circa eandem rem factis ultima uiolentia purgari debet. ff. de ui & ui ar. l. colonus, & l. cum fundus[a], Goffr. Si enim petentem restitutionem reconueniat[b] conuentus, audiendus. hoc dicunt quidam uerum, opposita exceptione ipsius spoliationis contra reconuenientem: aliàs teneret iudicium super reconuentione, maximè cum iudex est ordinarius utriusque: placet Innoc. & Hosti. ꝙ proponens interdictum coram ordinario, uel deleg. conueniri, vel recōueniri non possit de re pecuniaria. nec est necesse, ꝙ exceptionē spoliationis obijciat: sed sufficit, quod dicat, non es audiendus in hac conuentione, uel reconuentione: quia in hoc priuilegiatus sum ego, qui contra te proposui interdictum, ut hæc litera dicit ibi, Restitutionis petitio, non dixit, Spoliationis exceptio. & ibi, Intentans; non dicit, opponens[c]. & si dicas, ꝙ per hoc ex solo facto meo impediā te agere, scilicet prius prouocando contra te ad iudicium super hoc interdicto, & forte falso, quod non est in exceptione, quia ibi necesse est ueritatem probari: respōdent prouidēdum sic esse, ut proponēti interdictum, peremptorium statuatur, infra quod de spoliatione doceat: aliàs in quæstione aduersarij procedatur, infra qui filij sint legit. lator, de restit. spo. frequens, lib. 6. agenti autem interdicto, uti poss. ob. exceptio spoliationis. si tamen uellet

spoliatus

ſpoliatus,de utroque ſimul agi poſſet, ſm Inno.quod dic ſm Hoſt.ut not.infra tit.2.paſtoralis,& uide quod dixi ſupra c.2.ſuper glo.hic patet,& quod plenius dicã
3 infra de preſcri.ueniens,in glo.iſte epiſcopus.& ſi.† A. cõueniat.B.interdicto,unde ui,ſuper certa re,& B.per diffinitiuam abſoluitur: poſtea.B.agit contra A.petẽs ab eo 10.ille per exceptionem prædictæ ſpo. illum repellere nõ poterit.nam licet alio modo quæratur nũc de ſpo.tamen ob.rei iud. exceptio contra agentem de eadem ſpo. uel excipientem : quia eædem ſunt perſonæ,eadem res,eadem cauſa petendi, & excipiendi,ſcilicet ſpoliatio.Nec ob.ſi dicas,excipiens nil petit:quia hoc uerum directè,& porrigẽdo libell.In hoc caſu tamẽ admiſſa except.eſſet quaſi idem effectus: quia probata exceptione non audiretur agens,niſi primò reſtitueret rem, de qua fuerat abſolutus,ut ſupra c.2. quia plus eſt agere, quam excipere. & ideò ſuccumbens in actione, bene debet dici ſuccumbere in except.ex eadem cauſa deſcendẽte tanquam in maiori,ſm Innoc. uel tanquã incluſa in actione,& illi adhærent, ſm Hoſtien.alleg.ff.de except.rei iud.l.egi tecũ, & l.cum quæritur,& ſe.ſecus,ſi prius quis ſuccubuiſſet in exce.ſpoliationis: quia tũc poſſet agere interdicto: quia primo nil petijt; & de hoc ſupra c.2.in gl.hic patet. Item ſi.A. agit contra.B.ad centum.& B.excipit de ſpo.& pro ipſo lata ſit ſententia,ut nõ teneatur ſoluere, niſi primò reſtitueretur.ſi idem.B.petat poſtea rẽ, qua fuerat ſpoliatus,hoc poteſt facere.& idem,ſi in excepr.ſuccũbat propter defectum probationis: quia modò aliud petitur,quàm primò.ſed ſi.A.de uno agit cõtra dictum.B.
d ſuper alia re[d],quam primam,de eadem ſpo.poterit.B. in hoc ſecundo iudicio excipere, quamuis eandẽ propoſuerit in ipſo iudicio,& ſuccumbuerit:quia ex quo in ſecũdo iudicio de alia re agitur , aliud eſt iudicium, ff.de excep.rei iudi.ſiquis ad exhibendum,& l.ſi ex te-
e ſtamento, & l.ſi cum ãrgẽtum[e].1.reſpon.ex prædictis
4 † patet, ꝙ ex ſpo.plures oriuntur obligationes ciuiles. prima,ꝙ poſſ.reddenda eſt paſſo uiolentiam, etiam ſi proprietas non ſit ſua,ff.de reſtit.ſpolia.in literis. ſecũda,ꝙ ſpoliatus poteſt ſpoliatorem,& agentem repellere, & in quocunque iudicio, quouſque fuerit reſtitutus,ſupra eo.conſtitutus. §.pen.& infra eo. uerſ.quam
5 quam.hæ autem † ciuiles,& conſimiles,quæ oriuntur ex eadem cauſa,& per quas quæſtio eadem in iudicio repetitur, tolluntur per ſententiam,& ſuper poſſeſſo-
f rio[f] latam.ff.de cond.indeb.Iulianus, inſt.de excep.§. item ſi in iudicio. ſed naturales,ſicut, ꝙ ſpoliatus ſatiſfaciat læſo,per huiuſmodi ſententiam non tolluntur, ut in eiſdem iuribus,& ff.rem ra.ha.procu.§.1. ſi uerò ſuper interdicto,ſiue petitorio ſit actum,& reus fuerit abſolutus,tunc etiam quò ad effectum tollitur oblig. naturalis,ut in eiſdem legibus. & idem eſt quãdoque, ſi fertur ſententia ſuper excep. uerb.g.tutori ex geſtione ſua certa competit exceptio compẽſationis, ſi qua expendit, quæ etiam contraria tutelæ petere poteſt. ſi tamen conueniatur actione tutelæ, & idem hãc compenſationem obijciat,& hac compen.poſt habita, vel reiecta feratur ſententia contra eum,poſtea de ijs reb. quas compenſare uoluit, non poterit proponere contrariam tutelæ.ff.de contraria tute.l.1.§.finito, uerſic.
g quid ergo ſi iudex.ad idem eſt.ff.de neg. ge.ſi autem[g], §.fi.ſupra de electi.cum dilectus, reſpon.1.& §.fi.& ff. de compen. quod in diem. quid ergo , ſiquis petat ab alio.c.ex cauſa uenditionis,reus uero obijcit compenſationem de.l.qui ſibi mutuauit.iudex autem non obſtante exceptione condemnauit eum in c.petitis:nunquid in hoc caſu poſt prædictam ſentẽtiam poterit ea dem.l.petere,prædicta ſententia nõ obſtante? Videtur ꝙ ſic:quia ad aliud uidetur mõ agi,quàm primò,cum modo agatur directa actione ex mutuo . Primò uerò excipiendo propoſita fuit, arg.infra de teſti. ueniẽs.2. & ſupra eod.cum dilectus. §.pen.& fi.ſed contrarium uerum eſt, ut probatur. ff.de compen. quod in diem.
h §.1.cum ſuis concord.[h] nec eſt uerum,ꝙ ad aliud agatur modo, quàm primò, imo utrobique ad idem agitur,& eadem quãtitas,& in eadem cauſa.& quæſtio inter eaſdem perſonas,licet alio modo agẽdi repetatur, quod non licet.& ideo non auditur.ff de excep.rei iudi.Iulianus,& l.de eadem re,& l.ſi quis cum totum.& l.duobus.uide quod dicam infra tit.2.cum eccleſia,in
i glo.hic patet,uerſi.nec obſt.ſed † nunquid exceptio cõ
6 penſationis omiſſa ante ſententiam obijci poteſt poſt ſententiam? Videtur,ꝙ nõ:quia hæc excep.eſt peremptoria,& peremptoriæ ſunt ante ſententiam proponẽdæ.C.de excep.exceptionem.poſt ſententiã uerò proponi non poſſunt. C.ſe.reſcin.nõ poſſe,peremptorias. ſed contrarium uerum eſt. & idem not. de fide inſtru. cum Io.in ult.glo.nec obſt.præ.leges: quia loquuntur de excep.peremptorijs,quarum ius per ſentẽtiam tollitur. exceptio uero compenſationis alterius eſt naturæ. hæc enim per ſententiam nõ tollitur, ut in d.l.ff.de compen.quod in diem.§.1.idem eſt in exceptionibus criminum,quæ opponuntur contra electum, ut not. infra de dolo & contu.cum olim. Idem in hypothecaria quò ad ius ꝑlationis,ideſt vt ipſum proponens alijs creditoribus præferatur.ff.de excep.rei iudic.duobus. inter mon. in prædictis non tollitur actio per ſententiam , licet omittatur exceptio ante ſententiam , ut in prædictis iuribus colligi poteſt,& argu.ad hoc.ff.de re iudic.l.pen.§.Latinus.ſecus eſt,ſi feratur ſententia cõtra excep.de re iudic.uel de iureiuran.tunc ei ius tollitur.& idem poteſt dici in omnibus peremptorijs,quæ habẽt alias actiones,uel exceptiones,ex eodem facto procedentes,& ubi idem quæritur, ff.de iureiurand.ſi duo.§.idem Iulianus.& l.duobus.§.exceptio,& §.ſe.a-
7 liud † autem eſt in exceptionibus declinatorijs fori, dilatorijs ſolutionis, & alijs extraordinarijs, quæ contra agentes proponuntur , ut ab agendo repellantur , ius enim iſtarum per ſententiam contra excipientem latam non tollitur,quin adhuc ex eiſdem cauſis directè agatur,ſupra eod.§.fi.infra de teſti.ueniens.2.& eſt diuerſitatis ratio:quia in his non ita plenę probationes, ſicut in primis peremptorijs,requiruntur: ſed ſummariè proceditur. & ideo in his per ſentẽtiam minus præiudicium generatur.ff,de re iudi.à diuo Pio. §.ſi rerũ.
8 ſed ne in prędictis te errare contingat,notandum † eſt, ꝙ ubi in libello non pono originem,ideſt cauſam petitionis,ſed indiſtinctè & generaliter.10.quæ mihi debes, peto mihi adiudicari,nec in proſecutione aliquã cauſam ſpecialem exprimo, in hoc caſu, ſi reus abſoluatur,obſtabit mihi exceptio in omnibus,ubi eadem eſt quæſtio: quia non inuenio rationem,quare magis de una cauſa,quàm de alia egiſſe uidear : quinimò, & totum meum ius uideor in iudicium deduxiſſe. C. de anna.except.l.fi.Si uerò aliquam certam cauſam in libello expreſſi, uel licet non expreſſerim, tamẽ poſtea in proceſſu ipſam ſpecificauerim , uel proſecutus fui, & poſtea idem ex alia cauſa petam , nõ obſtabit mihi exceptio cum effectu.ff.de inſtit.acti.habebat,ff.de excep.rei iudi.ſi mater.1.reſpon.& §.eadem,& l.cũ quæritur,& duabus ſe.& l.ſi ex teſtamento,ex ſuperuenientẽ mihi cauſa ſemper agi põt,niſi illa fingatur & à prin. eſſe.ff.de excep.rei iudi.ſi à te, & l.ſi mater. §.eandem, & l.ſi rem meam,& l.ſe. & hæc locum habent non ſolum in perſonali.ſed & in reali actio. licet in aliquibus
i ſit diuerſitas[i] quo ad ſubtilitates,ſm Innocẽ.cuius eſt hæc glo.quam dicit Hoſtien.ſe non per omnia approbare,remittens de libell.oblat.c.2.& 3.de re iudica.inter,de lit.conteſt.c.1.lib.6.[*Cum reſtitutionis petitio*] non dicit,Spoliationis exceptio,& ſtatim ſequit, ipſam intentans,

tentans, non dicit, Opponēs [*Respondere*] super aliis, quã super reconuentione spoliationis, ut prædixit [*Quamquam*] non tenetur aduersa tluè, Pet. & Abb. Hostië. sic cõtinuat, si quæstio spoliationis proponitur in modũ reconuentionis, non repellit primò agentem, Quamquam &c. [*ab agendo*] etiam interdicto, ẜm Inno. qui dicit, si ante lit. contest super interdicto, lis esset contest. super proprietate, uel alia actione, bene procederet vterque simul, supra eod. cum dilectus. agens enim interdicto, unde ui, nec ante litem contest. nec post, nec exceptione crimine, nec exceptione proprietatis repelletur ab agendo, infra de resti. spo. in literis. & c. frequens, lib. 6. ff. de iudi. si de ui [*Spoliatione*] quid in excõmunicatione [k], dic idem, ut not. de procur. ex insinuatione, in glo. pen. quæ in ordine est. Quid de exceptione pacti? dicit Inno. ꝙ repellit. ff. de pactis, si unus. §. pacta. Host. alleg. eo. ti. ius gẽtium. §. ait prætor, & ĩ. de pactis. c. 1. & 3. sed ob. ad hoc de rest. spo. solicitè: & dic, ut ibi, uel solue per id, qđ no. C. de pact. l. 1. & dicã. ĩ. de testĩs, Rainutius, super gl. 3. [*Ab eis*] s. cõuentus, qui dñr spoliatores. melius dixisset, ab eo [*Opposita*] & †probata [*Repellatur*] & meritò: qa fauorabiles sunt rei, & quia exceptiones fortiores actionibus, & iõ cui damus &c. ff. de re. iu. inuitus. §. cui damus, & quæ tpalia, &c. ff. de doli excep. pure. §. ult. & datur exc̃oicato exceptio, nõ actio. ex quibus nõ est mirũ, si facit exceptio spoliationis, qđ non facit actio, ẜm Goff. ¶ Prima [gl]o. not. ꝙ licet agenti possessorio nõ referatur quæstio dñij; tamẽ agenti petitorio, uel possessorio refertur qõ spoliationis; & tunc aut in modũ actionis, & exceptionis &c. 2. instruit reũ spoliatorem, qui ẽt est spoliatus, vt uideat, quod sibi magis &c. vltimò format duas qõnes, & illas soluit. ¶ *In †glo. 1. ibi, si de ui, & possessione*] sequitur, quæratur, prius cognoscendũ de ui, quàm de proprietate rei [*& ibi, Ordinary*] uide de sequestra. poss. c. 1. super 3. glo. [*& ibi. l. ult. in fi.*] ibi possessionem alienã perperã occupantibus cõpensatio nõ datur [*& ibi, Qui le. per. l. ult.*] uide de arbi. cũ dilectus, super 1. glo. [*& ibi, Sed nec impuberis*] substitutus directè filio impuberi, eo mortuo, contra matrẽ impuberis agentẽ de inofficioso dicit testm̃ illud fuisse paternũ, cõtra fratrem testatoris dicit illud fuisse filij ¶ [*In †glo. 1. ibi, restitutis*] & sic etiam reperiret habere utramque rem, si actor actiõem suã prosequi uelit [*& ibi. Spoliationem*] dixit Hos. ꝙ has causas miscẽdo cautius esset excipere, & probata exceptione agentẽ repellere. & postea agẽdo de eadem spoliatione restitutionem petere, & rem recuperare, ẜm ea, quæ no. supra eod. cũ dilectus. & si aduersarius obmutescat, uerũ dicit Host. [*& ibi, In modum actionis*] Idem not. Io. 2. q. 2. c. 1. [*& ibi, Replicationis*] hic nõ procedit, licet Dama. hoc teneat in qõ. suis. 1. q. hoc tit. & Guil. in Spec. uersi. quem, in fi. glo. allegabo, & Host. hic ratio, quare, quia †per replicationem nedũ spoliationis, sed nec ẽt excõicationis repellitur excipiens, infra de excep. cum dilecti, & tunc demũ replicatio elidit exceptionem, qñ uitiat excep. ut si excipis me exc̃oicatum, replico me absolutũ, uel appellasse ante sententiã, uel intolerabilem errorem expressum, uel his similia. si excipis de pacto de nõ petendo, replico furorem, uel metũ tpe pacti. Illa uero, quæ non afficiunt exceptionem, sed personã, ut uitiũ uiolenti, & si. nõ ob. dẽt enim annullare replicatio exceptionem, sicut exceptio actionem, & sic loqtur. ff. de excep. l. 2. supra de so. cõp. ex parte. B. de quo satis in Spe. de excep. §. si. per totũ. & plenius dicã infra de except. à nobis [*& in fi.*] hanc glo. habes in Spec. de pe. & poss. post prin. & uers. pone, ecce.

ANNOTATIONES.

a ¶ Fundus. Et circa istam uiolẽtam spoliationem uide bonas. q. per Bart. in l. qui possessionem, ff. de ui, & ui arma.

b ¶ Reconueniat. adde, quòd spoliatus debet stare in possessione per tantum tempus, quantum fuit spoliatus, antequam possit conueniri, glo. est not. in c. quanto. 3. q. 2. & illam glos. notat Panot. post Vinc. in c. uenerabili, de offic. deleg.

c ¶ Opponens. Ista est communis opin. hanc tenet Bart. in l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquir. possessio. & Cyn. & Moder. in l. si quis ad se fundum. C. ad l. Iuliam, de ui. & in l. si quis conductionis, C. loca. duobus autem inuicem super possessorio litigantibus tertius ad causam ueniens pro suo interesse intentans petitorium contra istos auditur, ut habetur in decisio. Rotæ cóclu. 157. & conclusio. 473. & probat c. pia. §. solet, de restit. spol.

d ¶ Alia re. Secus, si super eadem, ut probat c. cum dilectus, coniuncto prin. c. cum filio, de electio.

e ¶ Argentum. Ad hoc. cap. pia, de exceptio. libr. 6. & ibi uide Ioan. Andr. an ad idem testes, qui primò sunt producti, modo produci poterunt.

f ¶ Possessorio. Intelligitur in modum exceptionis in iudicio deducto, ut patet per id, quod sequitur in uersic. si uerò super. & intelligitur, si super eadem re agat actor, de qua primo agebat. si autem super alio agat contra reum, non uidetur obstare sententia, ut dixit supra uer. & idem, si in exceptione, & uide Bar. in d. l. Iulianus.

g ¶ Si autem. Ibi uide Bart. & in l. quod in diem, hic allegata, & in l. penul. ff. de his, qui sunt sui, uel alie. iuris, & in l. qui Romæ. §. duo fratres, ff. de uerb. ob. & uide glo. pen. in c. suborta, infra de re iud.

h ¶ Concord. Hoc quando de illa fuit cognitum: si simpliciter non fuit admissa, uide bo. tex. in l. 1. §. præterea, ff. de contrario iud. to. & uide Bar. in extrauaganti, ad reprimendum, in uersi. summariè.

i Diuersitas. De illa differentia inter reales, uide in c. oblatæ, de re iudi. lib. 6. & glo. & Bart. in l. 1. ff. de eden. & plenius in l. & an eadem. §. actionem. ff. de excep. rei iud. & uide ad materiam tex. not. in l. de rebus, ff. de arbi. in his autem locis non uidetur differentia personalium, & realium, ut hic etiam sentit Inno.

k ¶ Quid in excommunicatione. Adde Hostien. in summa, de restitutio, spoliato. §. quando facienda, uersicu. quid si uir, & per gloss. summæ. 3, q. 1.

De plus petitionibus [a]. Rub.

¶ Quia plerũque in iudicijs plus petitur, quàm debeatur; ideo &c. Goff. inter incidentes q̃stiones proponit interdum reus, quod actor plus petit; ideo &c.

ANNOTATIONES.

a ¶ Petitionibus. Adde Barb. illud habere locum in repetente, uide not. in rubr. ff. sol. mat. & ibi Ang.

SVMMARIVM.

1 *Plus petendi modi quatuor, & qui, num. 3. 4. 5. 6. & quæ pæna plus petentibus, ibid. & num. 9.*
2 *Ante terminum, siue diem petere quando quis possit.*
3 *Interest si partis, procedit iudex, quando loco plus petitur.*
4 *Tempore si plus petitur, qualiter condemnabitur plus petens, & quibus casibus intelligatur habere locum. §. siue uersicu. si uerò. & quomodo intelligatur.*
5 *Induciæ quædam à iure dãtur, quædam ab homine conueniuntur ad soluendum, & quanto tempore duplicentur.*
6 *Expensæ, de quibus hic fit mentio, quæ intelligantur.*
Generis debitor non liberatur interitu, & ratio, ibid.
Genus perire non potest, ibid.
Causa plus petere quando dicitur, ibid.
Mediocrem rem petendo plus petit, nisi in mutuo, ibidem, ad dictio. rem.
Loco plus petitur quando, ibid. in fi. ad dictio. alibi.
7 *Epilogus, & suffragium glossarum, num. 8.*
Desistere à petitione an liceat, & num. 9.
9 *Additio glossarum.*
In plus petitione perseuerans, uel negans quid pæna, & condemnationis patiatur, ibid. uersi. hoc si conuincatur.
10 *Interest quod creditoris, & debitoris, quando habeatur ratio.*
Non restituitur plus petens, excipiuntur duo casus, ibid. §. in glo. in istis.
11 *Tripli pæna locum hic non habet, & ubi sportulæ non præstantur.*
12 *Sportulæ non præstantur in foro ecclesiastico, ibid. uersi. item in*
Pæna locum habet hic, etiam si uilius quid petatur.

CAPVT

CAPVT I.

COnsilium. C. ponit. 4.† modos plus petendi, & suas pęnas. secunda ibi, Te quoque, illos modos exponit [*Prouidentia*] Volebat fortè sibi prouidere, ne debitor efficeretur nō soluendo [*Repetisti*] nisi in† casibus concessis à iure, ut marito uergente ad inopiam. C. de iure dot. l. ubi: in debitore fugiente. ff. de his, quæ in frau. cre. l. ait prætor. §. si debitorem. Item ut interponatur cautio à suspecto. ff. qui satisd. cog. si fideiussor. §. fi. ff. de iud. in l. in omnibus. ff. de pig. l. grege. §. pen. & in alijs casibus, qui ex diuersis iuribus colligi possunt, ẜm Hosti. [*Tenentur*] & in hoc casu †procedit iudicium, & non in aliis, ẜm Goff. aliàs posset facere, ꝙ nūquam solueret. intelligas hoc post lapsum termini, & uide in Spec. de fruct. & inter. §. penul. uers. & ut hic articulus [*Tempore*] hæc litera †duplicem habet intellectum. primus est, ꝙ debitor non cogetur litem incipere super principali debito, nisi post duplicatas & finitas inducias, & expensas solutas. & habet hic locū, quando debitor à principio ante lit. contesta. opposuit, & probauit declinatoriā fori, (Pactū,) scilicet sibi factum, ꝙ non posset ante certum tempus in iudicio conueniri, & sic loquitur instit. de except. §. temporales: uel quando debitor ante litem contes. opposuit, & probauit, parte consentiente [a], dilatoriam solutionis, scilicet, ꝙ nō tenebatur soluere ante certum tempus, & etiam iudex ex officio suo expēsas ei adiudicauit, & inducias duplicauit. nam in his duobus casibus non cogetur debitor litem inchoare, nisi solutis expensis, & inducijs lapsis, inst. de excep. §. hodie. secūdus intellectus est, ꝙ debitor non cogitur suscipere litem de re iud. uel officio iudicis super executione sententiæ iam latæ super debito principali, nisi prædictis expletis. aliqui etiam intellexerūt, ꝙ & si lis iam cępta sit per litis contest. tamen debitor non tenetur eā prosequi, nec ad sententiam procedetur, nisi prędictis perfectis: immò & plus dixerunt alij, ꝙ statim postquàm apparuerit debitū ante tempus petitum, absoluet iudex debitorem ab instantia iudicij, arg. ff. de pet. hære. quod si in diem. Sed hoc non uidetur uerum, immò ex quo constat de debito in diem, condemnare debet iudex debitorem, prædictis tamen pœnis creditori & petitori pro sua temeritate impositis, arg. ff. de iudi. de qua re, & ff. ad l. Aquil. l. in lege Aqui. 1. ff. de furtis, quidam. nec ob. ff. de peti. hæred. quod si in diem: quia ibi non agebatur ad debitum soluendum, sed ad cautionem præstandam, in qua bene fit condemnatio. ff. de iudi. in omnibus. uel illud ideò est, quia petitio hæreditatis non competit contra debitorem in diem, cū nec pro hærede, nec pro possessore possideat: sed actio ex mutuo, & consimiles bene competunt cōtra debitorem in diem, licet creditor, qui ante diem agit, male agat. ff. quando di. le. usu. ce. l. 1. ad fi.[b] ẜm Inno. & Host. [*Induciæ*][c]. à iure †datæ, uel ab homine conuentæ ad soluendum, ut patet insti. de actio. §. hodie, ibi, Inducias, quas ipse actor spoponderit, vel natura actionis &c. & sic si inducia erat annalis, & petijt ipse in fi. decimi mēsis, non duplicabuntur solum duo menses, qui supererant, licet Fran. hoc hic teneret, immò integer annus; quod exemplificat de tempo. iuris ẜm Inno. in petitione doris, & pecuniæ constitutæ, uel in qua quis condēnatus est. C. de rei uxo. ac. l. una. §. cum autem. ff. de cōstit. pec. promissor Stici. §. si sine die, & ff. de re iudi. l. 4. §. si quis [*Si excipiet*] idest recipiet, infra de simon. licet Hely, & ibi concor. in 1. glos. [*Expensæ*] factæ †in prima causa [*In genere*] ff. de legat. 3. l. numis, & ff. de ędi. edict. l. sciendum. & talis debitor nō liberabitur interitu: quia genus perire non potest. ff. ad l. Falci. in ratione. 2. §. incertæ [*Rem*] non solum optimam, sed mediocrem petendo in hoc casu plus peteret, cum liberetur soluendo minimum. ff. de legat. 3. l. numis. In mutuo tamen & si nil caueatur, æquè bonum restitui debet. ff. si cer. pet. cum quid mutuū [d]. si uerò generi inest aliqua species; ut quia promisisti hominem artificem, plus peto petendo optimum, sed nō petendo mediocrem, cum talis debeatur. ff. de ædil. edic. sciendū, ẜm [e] Pet. & Abb. [*Viginti*] uel cum habeam partem in fundo, peto totū [*Alibi*] ubi habet domicilium, ẜm Goffr. Petr. & Abb. ¶ Prima† glo. respondet per quæstionem, usque ad qđ tempus &c. aliàs, ꝙ ante litem contes. secundo alleg. ꝙ ante sententiam. primum tenet. l. inducit, quam tamē fatetur in alio casu loqui. ¶ *In† glo. 1. ibi, l. una*] infra uide in glo. [*& ibi, amplius*] hanc & duas se. uide de fo. compet. si diligenti, super glos. nunquid [*& ibi, Et conductor*] uel tenens præcario, uel eius hæres, si domino repetēti resistit usque ad sententiam, rem & eius æstimationem restituit. sequentium glossarum leges parent ¶ *In †glo. 1. ibi, litis contesta.*] uel donec aduersarius refecerit expensas. Iniquum enim esset, si nō restituerentur expensæ, quas fecit etiam ante lit. conte. unde dixit Host. ꝙ licet ante lit. contest. desistere possit: tenetur tamen ad interesse aduersario, si qđ sit [*& ibi, ante sententiam*] ad sol. horum uide, quod dixi de foro competē. si diligenti, super glo. nunquid [*& ibi, Toto debito*] hoc, si conuincatur per testes: si autem ante confiteatur, punitur in expensis, ut ibi [*& ibi, duobus*] primus cum actor cōuincitur super cautione in maiori quantitate exacta, & conuictus ante sententiam, uel post transigit cū reo super pęna. Item cum actor in plus exigit cautionem: sed reus in iudicio cōfessus est se totum debere. & hoc est, quod ibi dicitur, Transactionibus, & secundis confessionibus suam obtinentibus firmitatem, Goff. ¶ *In glo. 2. in fi.*] in 1. glo. ubi †not. quomodo utriusque interesse creditoris, & debitoris habetur ratio, unde omitto, quod hic tangebant Pet. & Abb. ¶ *In glo. in istis, ibi, si quis agens*] nec restituitur, nisi esset minor, uel nisi errore probabili lapsus esset, ut si petebat ex testamēto totum legatum, cuius pars adempta erat in codicillis, de quibus actor ignorabat ibi [*& ibi, Triplici*] hoc secundùm leges: sed ẜm canones secus, argu. de dolo, & contum. ca. 1. nam si de triplo intellexisset auctor, hoc expressisset infra de deci. ad audientiam. Item in ecclesiastico foro non pręstantur sportulæ [f], infra de ui. & ho. cle. cum ab omni. ergo, quod nō est, uel non exigitur, triplicari nō potest, arg. supra de constit. cum accessissent, in uersi. & per consequens, cum suis concord. & hoc placet Inno. & Host. Pet. & Abb. & per id etiam sequitur, ꝙ etiam in foro ciuili, ubi sportulæ, de cōsuet. non præstantur, non erit locus [g] illi pœnæ. ¶ *In glo. ult. ibi, electionem*] & per hæc patet † pęnam locum habere, etiam si petat, quod est uilius, ut dixit hic Franc. & patet instit. de accu. §. præterea [*& in fi.*] & plenè in constitution. Græca, quæ incipit, Leonis piæ memoriæ. & ponit Hostien. de his, uersic. plus petitur causa, tempore, re & loco.

ANNOTATIONES,

a ¶ Consentiente. Vide. C. de prob. l. exceptionem, ubi uide per Moder. maximè per d. Bar. de Sal. an ista exceptio pacti de non petendo ante certum tempus possit opponi ante lit. conte. & quem habeat effectum, & uide Bart. in l. eum, qui ita. §. qui ita, ff. de uerb. ob. & Inn. in c. pastoralis, de exce. hic, & ibi sentit Inn. ꝙ sic. & per not. ibi per d. Bart. de Sali. qui recitat ista dicta, clarificantem multum istam materiam.

b Ad finem. De hoc sunt opin. uide plene Cyn. Bald. & dom. Bar. de Salic. in l. i. C. ut acti. ab hæred. & Bart. in l. ita stipulatus, ff. de uerbo. obl. & in l. certi, ff. si cert. pet.

c ¶ Induciæ. an autem petens ante cōditionem debeāt duplicari induciæ,

duciæ, sicut duplicantur, quādo quis ante diem agit, uide Baldum hic, & Bart. in l. pecuniam, ff. si cert. pet.

d ¶ Mutuum. Hoc uerum, nisi quis teneatur ad genus, uel quantitatem respectu certæ speciei, ut est dictum. nota in l. quidam. §. si tibi, ff. de legat. 1. & l. Titiæ textores, eod. titul. & in l. in naue. ff. locati. & interdum uide Bart. & Cyn. & Bald. & do. Bart. de Salic. in l. incendium, C. si cert. peta.

e ¶ Secundum. Et hæc est grandis dubitatio. quidam uolunt hic, quod hic Ioan. And. ut Accur. alij, quòd ubique, etiam, ubi non habet domicilium, potest conueniri, ut tutn. maio. uide de hoc plenè Bart. in l. 1. ff. de eo, quod cer. loco.

f ¶ Sportulæ. Vide ad hæc glo. in c. statutum. §. insuper, de rescr. lib. 6. an per consuetudinem induci possit; uide glos. in c. statutum, in uersi. emolumentum, de elect. in Clem. Bald.

g ¶ Locus. Contra hoc facit, quia plerumque surrogatur pœna pro illa, quæ de facto etiam non potest, ad hoc, quod not. Io. An. de fo. compet. si diligenti, super glo. sed si, & not. glo. fi. in c. si compromissarij, de elect. lib. 6. & Bart. in l. 1. ff. de pœnis, & in l. hos accusare, ff. de acc. & Cy. Bal. & Sal. in auct. sed nouo iure, C. de ser. fug.

De causa possessionis, & proprietatis. Ru.

¶ Tractato de ordin. cog. quia dubitari posset quis ordo seruari debeat, cum quæstio possessionis, & proprietatis ab eodem, uel à diuersis in iudicio proponūtur; ideo & c. Gof. hoc repetitur in Clem. cui congruit, de proba. licet; de dona. inter dilectos.

SVMMARIVM.

1 *Casus huius decretalis quis.*
2 *Incorporalia propriè non possidentur.*
Iura non dicuntur propriè possideri, nec quasi possideri nisi ab his, qui ea reuera habent, & qui habeant, ibid.
3 *Possessio, uel quasi possessio non cadit in iure, nisi ratione exercitij, sed dicuntur propriè, quasi possideri ratione actus tantùm, ibid. & exempla, ibid.*
In possessione alicuius iuris esse quis dicatur, ibid. uersic. unde cum.
4 *Potentiæ duæ apud Papam, iuridica, & absoluta, & de priori hic intelligitur.*
Inaudita diffinire non licet regulariter; fallit in casibus exceptis, ibid. ad dictio. diffinire.
5 *Epilogus, & suffragium glossarum, num 6.*
Possessionis, & proprietatis causæ nihil habent commune. §. 1.
7 *Additio glossarum.*
Possessionis causa cur momentum appelletur, ibid.
Momentum quibus accipiatur modis, & hic, & capitur etiam pro parte 40. horæ, & decima pars puncti, ibid.
Aptitudo inspicitur quandoque non actus, ut hic, ibid. uer. est ergo.
Pœnalis actio dicitur etiam aptitudine & quæ, ibid.
Hora, & punctum quid, ibid.

CAPVT I.

1 SVsceptis. Casus. Breue est, & fortè petebat † hic actor, quod absens cōdemnaretur in utroq; iudicio, aut Papa causam proprietatis uni, & causam possessionis alteri committeret, ſm Hosti. ſm Abb. primò petijt primum. repulsus petijt ſm. & pars. 2. ibi, Nec nos [*Legati*] C. de iud. nulli. glo. al leg. [*Propriet.as*] rei alicuius corporalis, quæ possidere

2 possit, hoc dictū † propter incorporalia, quæ propriè non possidentur ſm Inno. qui de possessione iurium nota. hic, φ non dicuntur propriè possideri, nec quasi possideri nisi ab his, qui ea in ueritate habent, puta iura episcopalia quasi possidet episcopus, canonici ius eligendi, dominus, uel rector patriæ ius iudicādi, & idē in similibus, quod sic probatur: quia si non sunt, nec quasi possideri possunt ab his, qui ea nō habent. Item

3 † possessio, uel quasi nō cadit in iure nisi ratione exercitij: sed propriè dicūtur quasi possideri ratione actus tantū. uer. gratia dicemus, talis est in possessione exercendi iura episcopalia, uel eligendi, iudicandi, uel eundi, uel aquam ducēdi per talem fundum. uel dicemus talis est in possessione utendi iure eligendi, uel iudicādi, uel utendi iure talis seruitutis, vel his similibus. possessio enim aliquem actum, uel exercitiū requirit. unde cum inuenis, φ aliquis sit in possessione iuris alicuius, expone, idest exercendi tale ius, vel illa quæ perti-

a nent ad ius illud [a]. Alij dicunt, & forte melius, φ magis propriè dicitur, Talis est in possessione eligendi, iudicandi, uel eūdi, quam si dicatur, talis in possessione est exercendi hæc iura. bene enim potest quis habere possessionem alicuius iuris, quamuis nō habeat illud ius: quia & si ipsum nō habet, alius tamen potest habere. uel etiam si nullus habet, est tamen in re habitu, siue a-

4 ctu ſm Inno. & posuit Host. [*Possumus*] de † iuridica potentia loquitur, non de absoluta, sic, infra de fide instr. c. 1. [*diffinire*] regulariter: fallit in casibus exceptis, Ho-

5 stien. ¶ Secunda glo. † obijcit, & soluit, signat cōtrariū, & ibi remittit. ¶ Vlt. gl. ponit tres lecturas ultimi uers.

6 ¶ *In † glo. 1. ibi l. una*] ean. in uersi. statim alleg. ¶ *In glo. 2. ibi, & in eadem, in fin.*] agens interdicto, si postea agit in rem, non obs. exceptio: quia in interdicto possessorio

b in hac actione proprietas venit [*& ibi. § nihil commune* [b]] uide infra c. pastoralis, in 4. glo. [*& ibi, permisceri*] sequitur, causa possessionis, & usufructus non oportet, quē admodum nec possessio, & proprietas permisceri debet. ¶ *In glo. ult. ibi, consentaneum*] ponit casum prædictæ

7 decret. prout. ¶ *In † glo. 1. ibi, sed quia*] dicebat. Tan. quia

c apta est tantùm per momentum [c] durare. Idem Goff. & Host. Est ergo momentanea aptitudine, & nō actu. & l. Aquil. dicitur pœnalis: quia apta est ad pœnam, non tamen est semper pœnalis, institu. ad l. Aquil. §. his autem, Hosti. hoc pro tanto dico: quia propriè momentum est una pars diei de non gentis. 60. quod patet per hunc modum: quia hora est. 24. pars diei. punctum est quarta pars horæ. momentum est decima pars pūcti, Et sic quadragesima horæ. constat autem, quòd plus, quàm tantùm, est duratura. quandoque tamen momentum sumitur pro vigore, vel efficacia. 11. dist. consuetudinis, infra de offi. leg. c. fi. de offi. ordi. in fi. lib. 6. [*& ibi, Apellatur*] quod dic, ut infra tit. proxi. cum ad sedem, in glo. sic patet, in fin. ¶ *In glo. 2. ibi, in eodemque*] in an. dicebatur, in uno eodemque iudicio: glossator nō aduertens, quòd litera erat mutata, posuit in antiqua gloss. titu. [*Et in fi.*] in gloss. 2.

ANNOTATIONES.

a ¶ Illud. Istæ fuerunt rationes Azo. in quadam q. Bononien. de quo uide Bart. in l. 3. §. hoc interdictum, ff. de ui & ui arma. uide Ioan. Andr. in c. bonæ, de postula. prælat. super gloss. de gratia, & Bald. in l. 2. in 5. q. C. de serui.

b ¶ §. nihil commune. Adde do. Alex. ibi in d. §. an autem commissa causa petitorij, uideatur commissa causa possessorij, uide in c. 1. de sequest. possess.

c ¶ Momentum. Aptitudo enim plerumque attenditur sine actu, de hoc in l. maior. §. cæterum, & ibi concord. in glo. & l. foramen, ff. de serui. ur. prædi. ubi in ea concor. & uide glo. quæ incip. sed nunquid, in c. licet canon, de electio. lib. 6.

SVMMARIVM.

1 *Si possessorio, & petitorio simul est actum, potest iudex prius terminare possessorium, uide etiam in suffragio, nume. 5. & de quibus simul agi potest, num. 2.*
3 *Commissio quæ admittitur, quæ reprobatur.*
4 *Epilogus, & suffragium, & additio glossarum, num. 5. & 6.*
In possessione prius terminanda, & postea proprietate si non seruetur ordo, tenet sententia, ibid. nu. 6. & iura quæ in hoc repugnare sibi inuicem uideantur, quomodo concilientur, ibid.
7 *De proprietate, uel crimine quando reus nō auditur, intētate actore interdictum, & quod.*
Notorium ius potest esse pluribus modis, & quibus, & eius uis, ibid. uersic. nisi ius.

8 *Possesso-*

8 *Poſſeſſorium poteſt ſpoliatus & reus intentare contra ſpoliatorem intentarem etiam poſſeſſorium, dilato petitorio in cauſa matrimoniali.*

Ex proceſſu uno duplex quis commodum conſequitur, & quo caſu, ibid. in fine.

CAPVT II.

1 AD ultimum. Caſus. Si poſſeſſorio† & petitorio ſimul eſt actũ, pôt iudex prius poſſeſſorium terminare. ¶Cõis diuiſio. ſecunda ibi, nos
2 autem [*De poſſeſſione*] uel† quaſi poſſ. de qua ẽt ſimul cũ proprietate poteſt agi, infra eod. c. 1. & 2. Tan. [*Cupientes*] ad quod teneatur, de app. ut debitus, de offi. ordin.
3 ut litigantes, libr. 6. [*Commiſtim*] admittitur commiſtio ius conſeruans, & partibus proficiens: reprobatur autem, cum ius peruertit, de iud. exhibita [*Audiant*] ideſt publicant ſ̃m unam lecturã. uel ideſt examinant, quia publicatis utriſque prius iſta examinant [*Illarum*] atteſtationũ, ſcilicet probatũ eſſe, uel nõ abſoluendo, uel
4 cõdemnando. ¶Vlt. gloſ.† alleg. 4. concor. ſubdens de iure can. ſimul petitorio, & poſſeſſorio ab eodem agi poſſe, quod dicit fuiſſe opi. Mar. ſed Io. cõtra, & remittit: demũ dupliciter exponit, hoc prius, hic poſitum.
5 ¶*In† glo. 1. ſi pariter*] hanc & ſe. & infra in ulti. glo. u l de infra de ſequeſt. poſſ. c. 1. ſuper 3. glo. ¶*In glo. ult. ibi, incerti*] orta proprietatis, & poſſeſſionis lite, prius lis poſſeſſionis deciditur, ut demũ exigãtur probationes ab eo, qui de poſſeſſione uictus fuerit. idem lex ſequens [*&*
6 *ibi, Si de ui*] uide de ord. cog. c. fi. ſuper 1. glo. ¶*In† glo. ult. ibi, proprietate*] tamen tenet ſententia, licet iſte ordo nõ
a ſeruetur[a], ut no. 2. q. 1. in ſumma; de hoc in Spec. de pe. & poſſ. §. 1. uer. quid ſi primo [*& ibi, Cum dilectus*] ſ̃m T. & hic ponunt quidã modũ, quod ibi not. [*& ibi, alias contradicerent*] & pro contrarijs alleg. illa Goff. & Phil. & dicebat Phili. finem decr. intelligi de l. cũ fundũ. §. fi. ff. de ui & ui ar. ſed gloſſ. cautè & bene loqtur, ut patet in
7 prin. notauit† aũt hic Inn. ꝙ ſi actor intẽtat interdictũ recuperandæ, uel adipiſcendæ, nõ auditur reus de proprietate illius rei, uel de crimine agere uolens, infra ti. 1. in literis. & c. ſe. Hoſt. contra in interdicto adipiſcen-
b dæ: cũ illud non inueniat in hoc priuilegiatũ[b]. Itẽ nõ placet Inno. admitti reũ ſuper proprietate cõtra agentem de recuperãda, ex quo vult incontinenti de iure ſuo docere. hoc intelligit Hoſ. niſi ius rei eſſet notoriũ per ſententiã, uel alio modo, infra eo. cũ dilectus. ff. de po. bona fides. & ſi dicat, quomodo pôt eſſe notoriũ, ex quo dixit ſibi ius. cõtra l. ſiquis intãtã, C. unde ui, remittit ad id, qđ dicã. j. tit. 1. literis, in fi. dicebat ẽt Inn. ꝙ
8 ſi ſpoliator† in cã matrimoniali intẽtat poſſeſſoriũ, &
c cõteſtatus eſt litem[c], ſpoliatus nihilominus pôt intentate poſſeſſoriũ ſuper pcedenti, dilato petitorio, infra ti. 1. ex cõqueſtione, & idẽ in alijs, infra c. paſtoralis. ſ̃m Inno. [*& ibi. c. proxi.*] ſic ex uno proceſſu conſequitur quis duplex commodum, ſ̃m Lau. Vin. & Tan. qui inducunt iura, quæ not. infra eod. cum ſuper.

ANNOTATIONES.

a ¶Seruetur. Peruerſio enim unius ẽt ad aliũ ſi nõ opponatur, nõ reddit iudiciũ nullũ, no. in l. 1. C. de ap. & in l. ſi mancipium, C. de euict. & uide Bar. in l. prolatã, C. de ſent. quãdo iſtorum duorũ iudiciorũ cumulatio nõ procedit, qđ uide infr. eo. paſtoralis. an teneat iudiciũ, ſi nõ opponatur excep. uide Bal. C. de rei uen. l. ordinarij.

b ¶Priuilegiatũ. Forte Inno. hoc dixit nõ ratione priuilegij, ſed quia nõ poſſunt iſta iudicia ſimul cõcurrere: quia qui agit interdicto recuperandæ, uel adipiſcendę, dicit aduerſariũ poſſidere. aduerſarius autem agens petitorio, per hoc negat ſe poſſidere, & dicit aduerſarium poſſidere; uide circa iſtas cõbinationes not. Bar. in §. nihil, de acq. poſſ. & ex illis intelliges hanc materiã, & iſta habẽt locũ in agentibus iſtis actionib. pro corporalib. pro incorporalib. autem poſſidẽs ẽt agit, uide inf. c. prox. in gl. ſic. ff. & de iud. c. examinata.

c ¶ Litem. Fortius, ſi ante. uide ſupra tit. proximo. c. fi. in glo. hoc dicunt, in princ. per Ioan. Andr. & uide infra tit. 1. ex conqueſtione, in glo. adoerte, & uide gloſſ. in Clem. 1. eod. titu. & in prædicto c. ex conqueſtione, ſuper glo. 3.

SVMMARIVM.

1 *Si poſſeſſorio ſpoliatus, & petitorio ſimul agat, ſi poſſeſſionem, & ſpoliationem probat, ſed non dominium, obtinet in poſſeſſorio; ſed ſuccumbit in petitorio.*
Diuiſio decretalis, ibid. uerſi. in prima.
2 *Spiritus ſancti gratia ab eligentibus dupliciter inuocatur.*
Vnanimitas commendabilis, licet rara, ibid.
In electionis ſubiectorum, Roma. Ponti. confirmatione quæ obſeruanda, ibid. remiſſ.
3 *Petitorium & poſſeſſorium, uel alterum tantùm quando quis intentare uideatur, & nu. 5.*
Libelli conceptiones in petitorio, & poſſeſſorio in cauſa electionis, ibid. & qualiter concipiendus ab excluſo ab electione, num. 4.
Conſuetudinis ius in libello memoratum an includat & poſſeſſionem, ibid. nu. 3. conſuetudo includit præſcriptionem, ibid.
Sẽtentia fertur ẽt ſuper cauſis, eo. nu. 3. uer. eſt ẽt notan. uide nu. 17.
5 *Reſtitutionem ſibi fieri eius, quo quis fuit ſpoliatus, non eſt neceſſe petere, ſi dicat ſe ſpoliatum.*
6 *Intentio pro titulis, ſiue articulis.*
Aſſertionis nomine uocantur etiam articuli, ſiue tituli, ibid.
Tantùm, dictio eſt affirmatiua prægnans, & implicat etiam negatiuam, ibid. ad dictio. tantùm.
Solùm, aduerbium eandem uim habet, ibid.
7 *Varij per contrarijs accipiuntur hic.*
Contra electores canonicos quot faciebant, ibid.
Electio caſſatur etiam facta ab his, qui ius habebant eligendi, non uocatis alijs, qui erant in poſſeſſione, ibid. non eſt irrita, ſed irritanda, petentibus tamen contemptis, num. 9.
8 *Poſſeſſio, an propriet. as attendenda in confirmatione electionum, ſententiarum, & ſimilium.*
9 *Gloſſa quod erat olim, factum eſt contextus, ad dictio. ſolum.*
In iudicium quod uenit, de eo ferri ſententia poteſt, & ne quid ueniat, fieri poteſt, ibid. uide in ſuffrag. in glo. hoc ſumptum, ad dictio. in iudicium, & in ſuppletionibus, num. 30.
Iure communi qui fundant intentionem ſuam, obtinent.
Cap. cum ad ſedem, de reſtit. ſpolia. intellectus, ibid.
11 *Collegiatæ eccleſiæ inferiores æquiparantur cathedralibus, in eligendi iure prælation.*
Eligendi ius uidentur præſcripſiſſe, qui poſtularunt, ibid. ad dictio. eligentes.
Conſequens uidemur acquiſiſſe, ſi antecedens acquiſierimus, ibid. ex mente.
12 *Conſortiũ uictoria prodeſt conſortibus cæteris, ſuccũbẽtia minimè.*
13 *Iuris nomen proprietatem ſignificat.*
Præſtare pro probare, ibid.
Super petitis tantùm pronunciandum, ibid.
Super eligendi iure lata ſententia, cum ageretur de confirmatione, uel infirmatione electionis, cauſa expreſſa iuris ſpectantis, aut non ſpectantis ad eligentes, quando obſtet exceptio rei iudic. ſi agatur principaliter poſtea de eligendi iure, uel ſuper alterius electione, ibid. & num. 14. 15. 16. 17.
Rei iudicatæ exceptio an & quando obſtet, ſi prius actum ſit ſuper rei fructu, poſtea ſuper eiuſdem rei agatur proprietate, uel aliter nunc agatur, quàm primò, ibid. & num. 14. 15. 16. uide etiam quando obſit, in ſuffra. in glo. ſic. ff. cum duabus ſe.
14 *Electio eſt fructus iuris eligendi.*
Vſufructus petitio differt à proprietate, ibid. uide num. 16. ad fi.
Legis, quod in diem. ff. de compenſa. intellectus, ibid. uerſi. nec obſtat.
Compenſationem petere eſt idem, quod agere principaliter de re ipſa compenſanda, ibid.
15 *Rei iudicatæ nõ obſtat exceptio, de quo non fuit litis facta conteſtatio; & an mutata perſona, de cuius electionis infirmatione, uel caſſatione actum fuit, & tamen confirmata, idem ſit, num. 16.*
17 *Sententia ſuper iure eligendi quare hic data ſuper cauſa, cum ageretur de caſſatione electionis, uel contra. uide num. 3. ad fi.*

Reconuentia

Reconuentio uidetur fieri, ſi contrarium petam ei, quod ex aduerſo petitur, ibid.

18 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum, num. 19.*
Præſcriptio requirit continuam poſſeſſionem, & in ea ſpectatur ultimum tempus, & num. 21. §. 1.
Quòd poſſideat quis non ſufficit, niſi intendat ſibi ius acquirere. §. 1. & num. 22. & 23.
Teſtes repellit uacillatio & uariatio. §. 1. ſed non ſemper, num. 25.
In poſſeſſione quaſi alicuius iuris eſſe quis dicatur. §. 3. & nu. 27. §. 1. & num. 28.
In iudiciũ deduxiſſe quicquid iuris, quis habeat, unde uideatur. §. 4
In ipſum quæ ueniant. §. in glo. hoc ſumptum, & num. 29. §. 2. & nume. 30.
Conſuetudo introducitur de uoluntate eius, cui præiudicat.
Seruitutis acquiſitio quanto temporis ſpatio fiat. §. 7.
In incorporalibus an exigatur titulus, ibid. ex tribus legibus poſterioribus, & num. 32. & 33.

20 *Additio gloſſarum.*
Poſſeſſorium intentatur etiam in modũ reconuentionis, ibid. nu. 20.

21 *Poſſeſſorium ſi prius intentetur, an poſſit intentari petitorium, uel contra, ſi agatur prius ex una parte petitorio, liceat ex altera poſſeſſorium intentari, & quomodo.*
Spoliantes canonici quare hic repulſi non fuerint, ibid. in prin.
Spoliationis exceptio in petitione confirmationis opponi non poteſt, eod. num. uerſi. finaliter placet.

22 *In reſtitutione iuris incorporalis quæ probanda.*
Poſſeſſio iuris quibus probetur rationibus, ibid. uer. probatur aũt.

23 *An ualeat ſi coactus ſit dominus pati uti coactorem.*
Vtitur qui iure quodam per uiolentiam, an dicatur intendere uti iure ſuo, ibid. &, uti iure ſuo intendere, in quibus oporteat, ibid.
Interdicta quæ competant ad tuendam poſſeſſionem, ibid. uer. ſolu.

24 *Ius quoddam, ut eligendi, quando per permiſſionem noſtram, patientiam'ue dicatur quis acquiſiuiſſe.*
Poſſeſſionem alicuius iuris pariter quãdo dicamur adepti eſſe, ibid.
Communiter quæ fieri conſueuerunt, ſi faciam, uideor ius, uel poſſeſſionem eius acquirere: ſecus, ſi de gratia, ibid. uerſi. & eſt ratio, in prin. & circa fi.
Gratia ubi non præſumitur, ex eod. num.

25 *Varietas admittitur aliquando, uerſi. quandoque tamen.*

13 *In iudicem si quis consensit, quem aduersarius impetrauit, excipere poterit de surreptione contra rescriptum.*
Aestimationem non recipit spirituale beneficium, ibid.
14 *Conuentio, & reconuentio habent locum etiam in beneficialibus, & qua ratione.*
15 *Emptor habet hæreditatis utilem.*
Venditor directam, ibid.

CAPVT VII.

CVm olim. Casus. Si referas decre. ad tit. de causa posidest de cõmodo possesionis, dicit idem quod decre. querelam, de elec. sic † sufficit, ei cui dignitas est collata, si probet, ꝙ conferens collationis tempore ius conferendi possederit. uel aliter. Succumbens in possessorio de proprietate potest agere. & sic patet falsum, quod dixit Inn. ꝙ decre. nil facit ad titulum & propter uersi. & quia fuit olim & hæc decre. in ti. de off. deleg. in 4. copil. & primò decisè narrat processum. secũdo ibi, quoniam, reddit diffinitionis causam. soluit obstaculum, & diffinit. tertiò protestatur, & causam subdit, ibi, reseruata. [*Quæstio*] forte † talis erat quæstio, vt dicam sup. gl. pe. uel quia Archidiaco. licet prouisus per episcopum, nõ posidebat, uel quasi, & sic possesionem petebat. s. Archidiaconatum, & sibi vt Archidiacono obediri. Sed obijcies, episcopus contulerat Archid. & sic prouidendo confirmauerat ex confirmatione autem acquiritur ius administrandi, [a] etiam si confirmatio sit facta ab illo, qui non habet ius eligendi, vt patet in eo, quod no. supra eo. cum super. uidetur ergo, quòd † non debuit inquiri in hoc casu, an episcopus fuerit in possesione eligendi: sed statim debuit papa præcipere, ut ex quo confirmatus erat, pro Archid. haberetur, ut patet in eo, quod le. & no. infra de ap. constitutis. 2. §. fi. Item Archidiaconus iste potest implorare officium iudicis ad hoc, vt in Archidiaconum admittatur, uel ut restituatur, supra de offi. iudi. c. 2. quod † officium competit non solũ contra eum, qui spoliat, sed & contra eum, qui debitũ non soluit, ut no. supra de ele. querelã. archipresbyter uerò, & canonici non soluebant ei debitũ, ex quo ipsum non recipiebant in Archidiaconum, ut debebant. ad hoc dicas, ꝙ ubi confirmatio tali modo fit, ꝙ hi, qui se nunc opponunt, ante confirmationem habuerunt tẽpus congruum & potestatem excipiendi contra confirmandum; & tunc deceætero nec de pacto in electione habito, nec de personæ uitio potest contra confirmatum aliquid obijci [b] excipiendo, quominus confirmatio suum habeat effectum: in modum tamen accusationis, seu denunciationis potest, infra de app. cõstitutis, 2. §. fi. hoc saluo, quòd si cõfirmatus petat cõsecrari, uel ordinari, [c] tunc in modum exceptionis repelli potest, & sic suppleri, quod in cõfirmatione fuit omissum, supra de elec. cum dilectus, infra de accu. super his. sed & quandoq; in his per supplicationem, uel restitutionem in inte. subuenitur, ut no. supra de offi. dele. pastoralis. §. pe. quando autem is, qui se opponit ante confirmationem, congruum tempus nõ habuit, sicut patet in eo, qui eligendo, siue conferẽdo confirmat, ualet quidem confirmatio, siue collatio; tamen dici potest, ꝙ si aliquid obijciatur contra electionem, uel contra confirmationem, uel etiam contra personam, sed diffamatam, in hoc casu effectus confirmationis, siue collationis impeditur, quousque id, quod obijcitur, examinatum fuerit & etiam diffinitum, ut hic, & infra de acc. accedens [d], ar. bonum. 23. di. qui episcopus. 92. di. si quis ordinatus, & c. sequentibus, & melius in auct. quomodo oportet episcopos. §. oportet autem in ipso ordinationis tempore, & sequen. col. 1. de sancti. epi. §. si quis autem electum, col. 9. columna. 2. infra qui ma. accu. pos. c. fi. & est ratio: quia ille, qui collationem, seu confirmationẽ ignorauit, nec ad opponendum se tempus conueniens habuit, & in nulla culpa, seu negligentia deprehendatur, non potest aliud imputari, immò debet ei per ius & ministrũ iuris potius subueniri, ar. ff. de accusa. si cui. §. 1. & in iuribus alle. infra eo. gl. uersi. ubi ergo, & sequen. & in eo, quod legi. & no. infra de re iudi. c. penul. & de cleri. ex. apostolicæ. nec † ob. supra e. cum super: quia ibi cõfirmatus petebat restitutionẽ pro eo, ꝙ fuerat spoliatus. hic aũt licet habuerit ius ex cõfirmatione: quia tamẽ nõ fuerat adeptus corporalẽ possesionẽ, nec petebat nec petere poterat restitutionẽ. ff. de acquir. pos. cum hæredes, infra ti. 1. ex parte. §. 1. uer. 1. Item ibi petebatur restitutio episcopatus, vbi aliquod peculiare occurrit,

ut patet

6 ut patet ex his, quæ ibi, no. Sed nec † ob. ꝙ pro iuribus denegatis competit restitutio, supra de ele. querelam: quia illud est intelligendũ de iuribus, quæ petẽs prius possederat; at hic nunq̃ possederat. & ideò cũ nomine suo, & non ecclesiæ ageret, nec interdictũ, nec officiũ iudicis competebat. ff. de ui & ui ar. l. 1. §. interdictum autem hoc nulli competit, & l. 3. §. unde vi, interdictũ. ubi ergo opponens ante confirmationem nõ habuit tempus congruũ opponendi, nec põt sibi imputari, tunc etiã post confirmationẽ auditur, ut ex præmissis patet. inde est, ꝙ clandestinæ confirmationis, seu collationis per exceptionẽ oppositã impeditur effectus, infra de app. ut nostrum, ut benefi. eccl. c. uno. & idẽ dicendũ est, ubi aliquo procurãte facta & accelerata est ad hoc, ut in exceptione aduersarius supplantet, ar. infra de dolo & contu. cum olim Daniel. j. de app. oblatæ. §. 1. uer. si uerò nõ sit. Idem, si dicat confirmationẽ omnino nullã esse, ut no j. de dolo, & contu. cũ olim Daniel. Idem, si fiat in absentia illorũ, qui nunc ꝯdicũt,
e & ꝯdicere possunt: sed tunc, quia absentes[e] erant, non potuerunt, ar. j. qui ma. accus. pos. c. fi. infra de accu. accedens, nec ei potest imputari absenti & ignoranti, si non opposuit se confirmationi: tamẽ Inn. hũc casum non admittit. & licet in hoc casu, qñ. s. absens fuit, postea ueniẽs possit agere, & denũciare, ut infra qui ma. accu. pos. c. fi. non tamen excipere. nec ob. infra de accu. accedens: quia ibi non audiũtur aduersarij propter absentiã suam, sed ꝓpter infamiam cõfirmati. auditur etiã excipiens, si dicat eũ qui simul elegit, & confirma-
f uit, non habuisse ius eligẽdi, ut hic[f]. secus. si unus ele-
g gisset, & alius[g] confirmasset, & is, qui opponit se nũc confirmato, ante confirmationẽ ad excipiendũ tẽpus congruũ habuisset. talis. n. in modum exceptionis nõ audiretur, ut dictum est. & est ratio, quia exceptio minus canonicę electionis non suspendit effectũ confirmationis, infra de app. cõstitutis. 2. §. fi. licet app. uel in inte. resti. ipsum impediret; & sic loquitur. C. si ex falsis instrumentis. l. fi. Sed dices nonne imputandũ est prædictis: quia quamcito audierunt electionem factã. nõ appellauerũt? ita uidetur, ut. 2. q. 6. biduum. §. si aduer-
7 sus. Tu † uerò dicas contrarium, nec ob. §. si aduersus: q̃a loquit de his, quæ acta sunt in iudicio. In his enim,
h quæ extra iudicium fiunt, non est necesse appellare[h], ut no. infra de his, quæ fi. à ma. par. ca. cum in cunctis, licet hoc fieri possit, infra de ap. ad audientiã, & c. constitu. 2. & c. bonæ, & infra 10. dies à tempore scientiæ, c.
i ti. concertationi[i], li. 6. quãuis autem prędicti effectum confirmationis nõ possint impedire per modum exceptionis; possunt tamen hoc facere per modũ accusationis, uel denunciationis, ut dictum est, & per alios modos, ut no. supra de elec. dudum. 1. secundum Inn. cuius est mens totius huius gl. quæ & licet subtilis sit, & satis probabilis & rationabilis; tamẽ ẜm Hosti. quædam decre. uidet ipsam destruere, quæ uidetur apertè dicere, ꝙ etiam in casu isto, ubi s. archiepiscopus conferendo confirmauit, & is, qui post confirmationem se opponit ante cõfirmationem tempus cõgruum ad excipiendum non habuit, & tamen non auditur excipiendo, sed tantũmodo accusando, uel denunciando, ut infra de concess. præben. post electionem. §. fi. ad fi. Sed potest secundum eũ responderi, quòd ille, qui ibi excipiebat etiam in modum exceptionis, sufficienter fuit auditus: sed quia nil probauit rationabile, ideò cõtrariam sententiã reportauit: per quã etiam declarat, quod ulterius in modum exceptionis nullatenus audiatur, & ibidem euidenter exprimitur; & sic confirmat, quæ prædicta sunt, nõ infirmat. & adde quod ibi no. & infra de accusa. accedens, & de præsum. c. fi. & de app. constitutis. 2. §. fi. Inquantum tamen hæc glo. de cõfirmatione tractat, uidetur hodie superflua per decre. vlti. de elec. lib. 6. de materia satis etiã supra de elec. ꝙ sicut, post glo. [*Attestationes*] productas coram iudi-
8 cibus minus debitè recusatis [*Sine reclamatione*] cũ † tamen sciretur, ꝙ episcopus suo iure intendebat archidia. conferre. & sic non reclamando uidetur consentire, ꝙ ad hoc saltem ut episcopus adeptus sit possessionem conferendi plenam & pacificam, ar. 7. q. 1. pontifices, & supra c. cum ecclesia, uer. parte. plus dicit Inn. ꝙ si reclamassent in iudicio. ita, quòd lis penderet sup possessorio, & nõdum fuisset aliqua electio facta per episcopum, quæ per superiorem esset approbata, uel
k confirmata, nec alias habuisset aliquem effectum[k], non esset data sententia pro isto archidi. imò fuisset finis litis exspectatus sup possessorio per ea, quæ habentur de resti. in inte. c. 2. ad. fin. [*Et quia canonici*] canonici sentientes papam modum ex attestationibus ad ferendam sententiam pro Archidia. opposuerunt attestationes fuisse receptas à iudicibus suspectis & recusatis. Ad hoc papa respondet secundum Innoc. [*Perpetuum*] quò ad archidiaconum, qui nunc est, ut ipsum archid. admittant, & sibi in nullo contradicant. contra, infra de concess. præben. post electionem, in fi. So. ibi Inno.
9 & Host. [*Proprietatis*] possessio † enim non probat dominium, infra c. proxi. & sicut à possessore potest uendicari res corporalis, sic & ius incorporale, ut hic [*Contendere*] siue dicendo, ꝙ ad ipsos solos spectat collatio ex aliquo speciali iure, siue dicant ex iure communi ad ipsos simul cum episcopo pertinere ẜm Frã.
10 ¶ Prima † glo. obijcit ꝯ binũ actum, & soluit. ¶ Secunda gl. obijcit, & soluit distinguendo, & ad instructionẽ casus iterum distinguit. secundo obijcit quòd lite nõ conte. &c. dat tres solutiones, quarum prima plus placet. ¶ Pe. glo. obijcit, ꝙ exceptio rei iudi. &c. & dupliciter soluit. & in fi. soluit improprietatem ad tit. ¶ *Pri-*
11 *ma † glo. ibi. l. ulti.*] habens seruitutem eũdi per fundum meum ad siluam suam una tantum die quinquennij, si p quattuor quinquennia saltẽ semel nõ utitur, perdit illam. ¶ [*In glo. 2. ibi. §. pe.*] si procura. actoris collusit cũ reo, ut absolueretur, & non est soluendo, nisi reus paratus sit, collusione probata, subire iudiciũ, contra cum agitur de dolo [*& ibi. l. ulti.*] datur actio ex eo edicto cõtra illum, qui fecit, quo minus uocatus sisteret iuri. qui si nõ est soluẽdo, contra uocatum restituitur actio [*& ibi, cum mandato, in fi.*] uide hanc & se. ut lite nõ conte. c. 1. super vltima glo. ¶ [*In † glo. 1. ibi, possessione*] ac si dicant, ꝙ obiectio procedit in petitorio [*& ibi, iure suo*] vnde secundum Hosti. etiam si uacante Archidiaconatu canonici appellassent, ne episcopus cõferret, & episcopus nihilominus contulisset, tenet collatio episcopi, cui appellatio possessionẽ suam non aufert; ad hoc, de sup. negli. præla. c. fi. ubi dixi de hoc, & de maio. & obe. dilecti, in glo. sed quid. ¶ [*In glo. 2. ibi, recu-*
l *sare*[l]] sed si consensit † iudici, quem aduersarius impetrauit, bene poteris de surreptione contra rescriptum excipere; de hoc in spe. de rescripti præsenta. §. ratione quoq; defectus, in fi. & dixi, supra de rescriptis, super literis, in fi. [*& ibi, non soluendo*] cum spirituale beneficiũ non recipiat æstimationem. 1. q. 3. si quis præbendas [*& ibi, nomine ecclesiæ*] Idem in minore, vt. l. supra proxi. alle. uer. sed si ex conuentu [*& ibi, in antiqua decre.*] & in registro. secundum Innocẽ. qui dicit ibi patere, quòd post litẽ contest. de consensu procur. dati fuerunt tres iudices, quorum alterum recusabant canonici: quia consanguineus archidiaconi [*& ibi, & si contumaces*] dato etiam, ꝙ appellauerunt ex prędicta causa frustratoria ẜm Inn. ad hoc, infra de dolo. & contu. cũ qui, li. 6. ¶ [*In glo. & hæc litera, ibi, actores*] forte fuit † conuentio, & reconuentio. petebãt enim canonici illũ remoueri, & pronunciari in Archidia. ius non habere. Archidiaco. petebat, quod cogerẽtur eum habere, & tractare pro

Archi-

Archidiacono, & quòd iudicaretur Archidiaco. ad eum spectare. ¶[*In glo. penul. ibi, hæreditatis*] ratio, quia † emptor [m] hæreditatis habet utilem; uenditor directam.

ANNOTATIONES.

a ¶Administrandi. Nisi de consuetudine alius actus postea requiratur, u. de Io. An. in c. transmissam. de elec. ubi de installatione no.
b ¶Aliquid obici. Vide per d. Fran. de Aretio. & doc. in c. super his. infra de accu.
c ¶Ordinari. An idem in coronatione imperatoris, & in datione pallij, & benedictione abbatis, uel abbatissæ, uide Io. An. in c. uenerabilem, de elect. in glo. negat, quòd sicut.
d ¶Accedens. Vide Io. An. in c. quòd sic, de ele. post glo. & in c. accedens, hic alle. in glo. dicit Host. & glo. quæ incipit, dicebamus olim, & super illa Io. An. de ele. lib. 6. in c. fina.
e ¶Sed tunc quia absentes. Vide qualiter confirmatio sit facienda, in c. fin. de ele. in 6.
f ¶Vt hic. Vide in c. quòd sicut, de ele. post glo. per Ioan. An. & in c. inter dilectos, in glo. no. non solum, de excef. præla.
g ¶Alius. ad hoc uide no. infra de concef. præben. c. post electionē, ubi mihi uidetur sonare contra. sed infra sol. Archi.
h ¶Appellare. Et uide Ioan. An. in c. ad aures, de temp. ord. super glo. 2. in addi. magna.
i ¶Concertationi. Et tunc dupliciter potest agi contra factum extra iudicium, ut cassetur, ut ibi patet.
k ¶Aliquem effectum. Vide in c. transmissam, de ele. & ibi d. Ab.
l ¶Recusare. ad hoc glo. 3. q. 3. cum offeratur. ad hoc etiam infra de ap. significante. tamen appellare potest dominus. 2. quæst. 6. a iudicibus, Archi.
m ¶Quia emptor. Ad id, quod dixit glos. de fen. uide. §. ultimum de l. si à te, all. in glo. quæ difficilis est, & ibi uide Bar.

SVMMARIVM.

1 *Dominij iure petenti rem non sufficit probare possessionem.*
Ex causa una rem petens, si succumbit, eandem poterit ex alia petere causa, ibid.
2 *Abbas ad synodum ire etiam propter capellas, licet exemptas.*
3 *Præstitum pluribus annis qui uult petere, qualiter petere debet.*
4 *Censum qui soluere cessauit per biennium, nunquid sit res commissa.*
5 *Epilogus, & suffragium glossarum.*
Ad subiectionis indicium quis locus inspiciatur.
Ex causa una succumbenti, et ex alia petenti quando non obstet exceptio iudicati. §. 1.
7 *Additio glossæ.*
Census ex diuersa causa præstatur, & ideò ea inspicienda, ibi.

CAPVT VIII.

1 IN causa. Casus. Petenti † rem iure dominii possessionē probare non sufficit quo ad ti. quò ad casum, petens rem ex una causa si succumbit, eandem ex alia causa petere poterit. Inn. dicebat quod decre. nil facit ad titulum: sed quia hoc est reprehēdere tex. dic, ut prædixi. in prima decisa diffinitio. in secūda pro
2 testatio, ibi, ad hæc [*Quandoque*] non † semper, nec continuè; ad hoc, supra eo. cum ecclesia. præterea poterat ire propter capellas subiectas, licet esset exemptus, infra de priuile. ex ore [*Synodum*] 18. q. ulti. §. ulti. Inno. de hoc, supra de ma. & obe. quòd super, Hosti. [*Plures an-*
3 *nos*] consuluit † Gof. quod qui vult aliquid petere pluribus annis præstitum, non innitatur soli præstationi sic dicēdo, Peto, ut hoc præstes: quia multis annis prę-
a stitisti, succumbet enim. C. de pactis, si certis annis [a], & C. de usuris, creditor. sed si dicat, Peto, quia constitutum debitum, & tot annis solutum; & tūc solutio plu-
b rium annorum [b] inducit præsumptionem constituti & debiti, & huic stabitur, nisi contrarium probetur ff. de usuris, cum de in rem uerso [*indicium*] de † illo, qui consueuit soluere cēsum ecclesiæ ratione alicuius rei, & cessat in solutione per biennium, nunquid sit res cōmissa, remittit Hos. ad sum. de locato, sub. §. potuit. §. si. uet. quid ergo, & sequen. [*Experiri*] idest agere, supra c. pastoralis. ¶ Prima † glo. soluit impertinentiam tituli. ¶ Secunda no. quod res iudi. &c. ¶ [*In 1. glo. † ibi, nulli*] inspicitur, cui episcopo subest uicus, vel territorium in quo mortuus est testator. ¶ [*In glo. 2. ibi. §. ex pluribus*] emptor, qui usucepit, possidet pro suo & pro emptore, & hæres emptoris pro hærede, & pro emptore. ¶ [*In † glo. 1. ibi, obtinuit*] non credo: sed dic, ut dixi summando [*& ibi, protectionis*] quandoque præstatur prætextu conuentionis, uel alicuius relicti. Scienda est igit causa, infra de censi. peruenit.

ANNOTATIONES.

a ¶Annis. Nisi alleget tanti temporis cursum, cuius cōtrarij memoria non existat, ut ibi no. probatur, de præscr. c. 1. lib. 6. & uide in l. cum de in rem uerso, infra alleg. & Bald. & Sali. in l. si certis, præ alleg. §. uide plene Io. An. de censi. peruenit.
b ¶Solutio plurium annorum. Vide Bald. in l. solent, in fin. de offic. proconsul.

SVMMARIVM.

1 *Continuatio tituli.*
2 *De restitutione eiusmodi quibus in locis alijs, quàm hic habeatur.*
Monialis etiam spoliata restituitur, ibid.
Ad pensionem subtractam fit restitutio, ibid.
Ad pensionem subtractam fit restitutio, ibid.
Spoliatus à iudice, uel à priuato restituitur, ibid. uersicul. ubi restituitur.

De restitutione spoliatorum, Rub.

1 ¶ Vidimus † de causa possessio. sed quia causa restitutionis possessoria est, ideò de illa subnectit, Gof. Vel uiso qualiter possessio perdatur, quia perdita restituē-
2 da est ideò &c. Hosti. habetur † materia. 2. q. 2. & 3. q. 1. Et repetitur in ui. conuenit de rescriptis, cum dilecta, ubi etiam monialis spoliata restituitur; de elec. querelam, in fine, ubi fit restitutio ad pensionem subtractā; de fil. presby. ueniens, & c. constitutus, ubi restituitur spoliatus à iudice, uel priuato. ad idem, de officio delega. cum causa, & c. uenerabili. Item eo. tit. consultationibus. de pactis, cum pridem, in fine. quod metus causa. c. fi. ut lite. nō contesta. accedens. 2. in fine. de ordi cog. c. 2. ult. de causa posses. cū ecclesia, & c. sequen. & c. pastoralis. de iureiu. c. 2. & c. sicut. 3. de diuor. porro, & capitulo sequēti; de accusationibus, si cōstiterit.

SVMMARIVM.

1 *Restitutionem possessionis petenti consentienti potest de proprietate quæstio referri.*
Diuisio capituli, ibid.
2 *Dominus, uel ecclesia quando teneatur de uiolentia per homines suos, uel alios illata.*
3 *Ad proprietatis causam an & ad quid admittatur quis absque mandato.*
Intentio pro petitione, ibid.
Ius pro dominio, uel proprietate, ibid.
4 *Epilogus, & suffragium glossarum. nu. 5.*
Exceptio contra actionem ad exhibendum, & aliàs admittitur, si de facili potest expediri, & nu. 6.
Hodie constat, hodie agatur, quando sit ei locus, ibid.
Inuasor, & possessor malæfidei sumptus non retinet, nec petit, & ad quæ tenentur. §. 1. & nu. 6. §. 1.
6 *Additio glossarum.*
Dominij quæstio si referatur agenti interdicto, item quòd possessori incumbat probatio est contra ius, ibid.
Impediuntur ea facilè, quæ facilè expediuntur, & è contrario, ibid. uer. uel cum agitur.

Interdi-

Interdictum recuperandæ plenam cauſæ requirit cognitionem, & quod non plenam, ibid.

CAPVT I.

a 1 LIcet. [a] Caſus. Si conſentit† is, qui reſtitutionẽ petit, poteſt ſibi quæſtio de proprietate referri. & de fine huius deciſa fuit infra de cenſibus, licet. Et in prima ſpoliati conqueſtio. Et in ſecunda ibi, ꝙ ſi ita, cauſæ commiſſio bibembris. ſecunda ibi, alioquin [*Campum*] concor. de ſepul. in noſtra [*Hominibus*] ar. ſecundum Hoſti.

2 & Abb. dominum † teneri de uiolentia per homines ſuos illata. Dicit demum Hoſti. quòd tunc tenetur eccleſia de uiolentia ſuorum hominum, quãdo res peruenit ad ipſam, infra c. ſæpe, uel quando hoc mãdauit, uel ratum habuit. ff. de ui & ui ar. l. 1. §. ait prætor, & §. deieciſſe, & §. quod igitur additur, & ſe. & l. 3. §. cũ procur. & infra c. cũ ad ſedem. §. fi. [*Occupatum*] agebat ergo interdicto recuperandæ ſecundùm Pe. & Ab. [*Contentionem*] de proprietate [*Euentus*] propriũ nomen ti. [*Con*

3 *ſtituit*] habens † mandatum: aliter non fuiſſet admiſſus ſecundum. G. Na. Dic ſecundũ Ioã. ꝙ ſine mandato ad defenſionem fuiſſet admiſſus, 12. q. 2. non liceat, infra de rebus ec. ſi quis [*Iuris*] ideſt dominii, vel proprietatis [*Huic*] cæco [*Intentione*] ideſt petitione [*Alioquando*] ſi probatum nõ fuerit dominium campi ſpectare ad eccleſiam, & de ſpoliatione conſtiterit. ¶ Prima † glo. obijcit ad tex. per tres ll. & unã decre. & ad illas reſpõdet. ¶ Secunda gl. querit, & ſoluit. ¶ [*In. 1. gl. ibi, ibidẽ*] cõtra actionem ad exhibendũ admittitur exceptio, quæ facilem habet tractum: aliàs differtur. de exce. tamen rei iudi. doli mali, pacti, iuriſiurandi omninò diſceptari debet [*& Ibi. §. 1.*] quæſtio de iuribus fideicommiſſi, ſi facilè poteſt expediri, differt quæſtionem aditionis. aliàs adeat, & poſtea cognoſcatur [*& ibi, ſi is, à quo*] hæres, à quo ſatiſdatio petitur de fideicomiſſo, ſi dicit, hodie conſtat &c. auditur. ¶ [*In gl. 2. ibi. §. ex diuerſo*] ſi mala ſide in tuo ædifico, etiam ſoluto ædificio illud non uendico [*& ibi, ſi radices egit*] aliàs in poteſtate prioris domini [*& ibi, in fi.*] uide, infra de uſuris, cum tu, ſuper glo. & licet [*& ibi, neceſſarios*] etiam factos per poſſeſſorem malæ fidei. ¶ [*In † glo. 1. ibi, poſſeſſorio*] unde dicebat Inno. ꝙ ex conuentione partium duo fuerunt hic cõtra ius, ꝙ agenti interdicto refertur quæſtio dominij, & ꝙ poſſeſſori incumbit probatio [*& ibi, de adipiſcenda poſ.*] vel cum agitur de exhibitione, & hæc facilè expediuntur, & ſic facilè impediuntur. ſed interdictum recuperãdæ plenam requirit cauſæ cognitionem, ſupra de offi. dele. conſultationibus, ideò non facilè impeditur: quia nec facilè expedit, ſecundum Gof. & Hoſt. ¶ [*In glo. ulti. in fi.*] de hoc in præalle. dec. infra eo. grauis.

ANNOTATIONES.

a ¶ Licet. De intellectu huius tex. uide per do. Bal. in l. certi condictio. §. quoniam. ff. ſi cer. pet. & Alex. conſil. 214. in 2. uolu.

a ¶ Licet. In hoc c. poteſt notari unus caſus, ubi reſtit. non fit ſpoliato, & admittitur exceptio dominii, ſiue proprietatis. poteſt no. alius. ſ. quando ſimul petitorio, & poſſeſſorio agatur, ut not. glo. 2. in c. cum eccl. ſupra tit. prox. & glo. in c. conſtitutus, de fi. presby. Item quando notorium eſſet de defectu tituli, & proprieta. per cõfeſſ. uel per probationem, ut not. Inno. in d. c. conſtitutus, & uide ad hoc no. in c. conſtiterit, de accu. ubi uidetur probari, etiam ſi talis exceptio concludat facultatem priuandi, licet non priuet ipſo iure; de hoc facit c. referente, de præben. uide omnino gloſ. & ibi plene ſcripſ. 3. q. 1. in ſumma. facit c. ad decimas, de reſtit. ſpolia. lib. 6. Item in caſibus nu. per glo. in uerbo, ſuſpectum in c. 1. ſupra ut lite non conteſt. in aliis etiam caſibus non fit reſt. & obl. exce. ſpolia. not. per glo. fi. in c. ex inſinuatione, de procu. Item ſi opponatur excep. abiurationis factæ ante ſpolia. ut no. in c. accepta, infra eo. & in c. ſeq. idem, ſi de facto poſt in iud. tamen quia tunc dicitur etiam notorium, & omnis præſumptio tollitur, ut l. non eſt uerisſimilitet. ff. quod me. cauſa, & uide dictum ibi Inn. item ſi dominus compareret, dicens ſpoliatum ius non habere, ut eſt glo. not. infra, in c. in literis, infra c. & ideo dic, cum quæritur, an exc. admittatur contra agentem poſſeſſoriu, dic quòd quędam ſunt exce. quæ concludunt ad petitorium, & poſſeſſorium ſimul, tunc admittitur, ut in c. accepta, infra eod. ſecundum unum intellectũ. quandoque concludit ad ſolum poſſe. tunc idem, ut ibidem. quãdoque exce. inhabilitat perſonam, ut exce. excommunicationis, tũc etiã admittitur, ut glo. in c. ex inſinuatione, de procu. & in c. dilectus, de reſcrip. & ibi etiam ponitur, quando oppo. excep. per ſententiam benefi. & quæ ibi no. quandoque concernit incapacitatẽ poſſe. tunc etiam admittitur, ut no. Inno. in c. ex parte, infra eo. Quãdoque exce. reſpicit ſolum petitorium, tunc ſi poſſeſſorium habet annexam cauſam proprietatis, ut in l. 2. §. quædam, de interdictis, tunc admittitur, ut in c. ex conqueſtione, infra eo. quandoque eſt fundamentum ſuper nuda poſſeſſione, tunc in interdicto adipiſcẽdæ admittitur excep. ubi incontinenti offert ſe probare, & tex. ſecundum ueram lecturam, in c. poſt electionem, de conceſ. præben. idem etiam in interdicto recuperandæ poſſeſſionis uacantis l. cũ quærebatur, C. unde ui, & uide etiam Barto. in l. 3. C. de edic. diui Adri. ibi, quæro, quis ſit legitimus, & uide glo. fin. in hoc c. 1. in reci. tunc ſi admittatur excep. ut hoc c. no. in recuperanda, idem, ſi aduerſarius admittit. ſi uero non admittit, tunc ſi exce. eſt dubia, tunc non admittitur, ut in c. in literis, & in c. ſeq. infra eo. ſi notoria tantum, aut notoria diſpoſitionis, tunc admittitur exce. nam ius ibi, quod eſt notorium, diſponit contra petentem, ut in c. ad decimas, de reſti. ſpo. lib. 6. aut oppo. exce. notoriã facti tranſeuntis, uel permanentis, tunc etiam admittitur, ut in c. ſignificaſti, de diuor. ſi uerò oppo. notoria proba. tunc poteſt dici, quòd admittitur, ut in c. conſtitutus, de fi. presby. & no. in c. ſuper hoc, de renũcia. & infra eod. in literis, in fi. Differt enim quia ſi opponitur excep. notoria in beneficialibus, tunc ſufficit, quòd concludat defectum agentis, ut d. c. conſtitutus. in aliis non requiritur, quòd etiã fundet intentionem agentis, ut glo. in d. c. ad decimas, licet Ioan. And. in ſpe. in hoc titu. aliter dixerit. Si uerò opponitur excep. notoria præſumptio. tunc poteſt dici, quòd admittitur, & non admittitur, ut in c. porrò, de diuor. uel dic aliter, ut ibi dixi. utrum autẽ exceptio dominii repellat agentem interdicto retinendæ poſſeſſ. uide glo. & Bar. in l. ſi de eo. §. fi. de acq. poſ. utrum autem differatur reſtitutio, quia aduerſarius ſit paratus incontinenti probare de proprietate, habetis, 2. q. 5. ſuper cauſa, & glo. duæ ſunt, quòd non. in c. literas, infra eod. tit. Archid.

SVMMARIVM.

1 *Reſtitutionem petenti non obſtat abiurationis exceptio poſt ſpoliationem facta.*

2 *Perquirere, diligenter inquirere.*

Per, præpoſitio auget, ibid.

Spoliationis cauſa quibus de cauſis in modum inquiſitionis expedienda, ibid. uer. qui arguit.

3 *Violentia hic quare non purgatur per ſpontaneam renunciationem*

Turpitudo purgatur ex facto ſubſequenti & quando, ibid.

Quod metus cauſa, exceptio, odioſa, ibid. uer. Solu.

Reſtitutionis petitio fauorabilis, ibid.

Spoliato quo ad poſſeſſorium ſit præiudicium, non tamen quò ad petitorium, ibid. in fin.

4 *De ſpoliatione quæritur duobus modis, & quare hic ſecundò ſuper ea teſtes recipi mandet.*

Replicatio probata repellit excipientem, ſed non conſequitur reſtitutionem, ibid. uer. Tu dic.

5 *Epilogus, gloſſarum.*

6 *Additio.*

De proprietate probationes certo caſu repelluntur, & certo admittuntur, ibid. nu. 6. in fin.

7 *Renuncians beneficium ſuum in manibus eius, ad quem ſpectat, & quando poſſit eo ſpoliari, & à quo.*

8 *Beneficium, cui quis renunciauit ſpontaneè, quando poſſit conferri, uel præſentatio ad ipſum fieri, ibid.*

9 *Cap. accepta, proximè ſequentis cum hoc conciliatio.*

CAPVT II.

1 SOllicitè. Caſus. Petenti† reſtitutionem nõ ob. exceptio abiurationis factæ, poſt ſpoliationem. Commiſſio cauſæ, quæ prius prouidet replicationi, quia probata repellit exceptionem ibi & ſi, ſubmittens rationem ibi, Quia non eſt. & demum principalem diffinitionem ibi, ſed teſtes [*Perquirere*] ideſt, diligenter

2 ligenter † inquirere. hæc præpositio auget. de hoc de cōsuetudine. cap. 3. secundum Host. qui arguit, quòd causa spoliationis in modū inquisitionis est expedienda, quod dicit uerum, quando litigantes sunt personæ miserabiles, supra e. c. 1. vel quando episcopus cognoscit inter clericos suos. 11. q. 1. si quis cum clerico [*Quo tempore*] forsan excipiebat reus, quòd spontè renūciauerat Calen. Feb. actor dicebat, quòd fuerat spoliatus Calen. Ianuarij [*Alterius partis*] illius. s. qui dicebat spoliasse [*Et renunciatione*] hoc obijciebat aduersari⁹ ad impediendam restitutionē [*Antequam restitutus fuerit*] fuit
3 † olim glo. T. [*Qui renunciat*] sed quare non dicimus turpitudinem uiolentiæ per spontaneam renunciationē purgari, sicut purgat turpitudo stipulationis per uoluntariā solutionem. C. de his, quæ ui, metusue causa, l. 2. ff. de condi. ob turpem causam. l. si ob turpem, ut si post spontaneam solutionem agi non posit, sicut voluntariè solutum indebitum nō repetitur. So. excep. quod me. causa, odiosa, & ideò solutum ea omissa nō repetitur, ff. de cōdi. inde. qui exceptionem. restitutionis petitio fauorabilis est, & priuilegiata, supra de or. cog. c. ulti. & ideò secus. vel dic, ꝙ post turpem stipulationem uoluntariè soluens, cum petentem exceptione repellere posit, donare uidetur. ff. de re. iur. cuius per errorem, & ideò cum per solutionē quæratur dominium creditori, solutū non repetitur. at hoc per renunciationem non magis accrescit uiolento. Vnum non omitto, ꝙ & si quo ad possessorium fiat præiudicium spoliato renuncianti; non tamen quò ad petitorium, supra de renun. quod in nobis, & infra c. proxi. Gof. [*Spoliatus*] maximè, quia eadē præsumptio in nō
4 spoliato. secundum Hosti. [*Sed testes*] sed ex quo † probatum est eum spoliatum, cum renunciauit, quid si papa mandat ulterius super spoliatione testes recipi? dicunt quidam, quòd à principio quæritur de spoliatione de plano, puta per famam. secundo super spoliatione ad restitutionem consequendam plenæ probationes recipiuntur: sed hoc non placuit Inno. & Host. quòd fama probationem exceptionis auferat possessori. unde dixit primò quæri, an resignās fuerit spoliatus, quādo resignauit, idest an eo tempore posideret. Tu dic, ꝙ replicatio probata repellet excipientem, & hoc satis est replicanti, sicut de excep. dicitur, supra de or. cog. c. 2. sed propter hoc non consequetur restitutionem, ut ibi. probato ergo, quod fuerit spoliatus, vt excipientem de resignatione repellat, adhuc probabit se spoliatum, ut restitutionem consequatur. simile, infra de testi. ueniens. 2. [*Se*] melior litera, sine, se. [*Non postponas*] & si spoliationem probauerit, eum restituas. quo facto, si constituerit &c. ut infra e. c. proxi. in fi. &
5 sic non est contra, secūdùm Host. ¶ Prima † gl. arguit à contrario. secundo obijcit, ꝙ ante ingressum, &c. &
a soluit, signat cōtrarium [a] de decre. super hoc, & remittit. ¶ Secunda gl. ad rationem tex. addit aliam. secundo, signat contrarium de decre. sequenti. ponit op. & dupliciter soluit. ¶ Vltima gl. quærit, quid si per annū,
6 &c. arguit ad negatiuam; soluit contrarium. ¶ *In † glo. 1. ibi. spoliatum*] uel quia ueniens non fuit admissus, uel quia fuit eiectus, cum renunciando possessionem admiserit, secundum Inno. alle. decre. super hoc [*& ibi, testes aduersarij*] quasi istud non sit excipere contra petitionem, sed reprobare probationē, secūdum Ia. Pe. & Abb. [*& in fi.*] col. igitur ar. ꝙ certo casu admittuntur, & certo casu repelluntur probationes de proprietate. ¶ *In glo. 2. ibi, quidam*] Ala. & Tan. [*ibi, coram suo iudice*] no.
7 Inn. & Host. infra c. proxi. quod † qui renunciauit beneficio suo in manibus eius, ad quem spectat, potest illo postea auctoritate episcopi spoliari, imo etiam secundum quosdam per illum, cui episcopus contulit; quod non placet eis. fatentur tamen eū spoliari posse auctoritate episcopi, si uiolenter tenere uolebat ec-
8 clesiam, quam spontè renunciauerat. Dicunt † etiam quòd si aliquis spontè renunciat in manibus diœcesani, si ad ipsum spectat collatio, statim potest conferre. Si uerò ad aliū spectet collatio, uel repræsentatio, potest illi mandare, ꝙ illam conferat, uel ad illam repræsentet. immò & sine mandato aliquo is, ad quem spectat, conferre potest, uel repræsentare recepta renunciatione per episcopū, uel alium, qui id posit, nec habet necesse sententiam expectare: quia per renunciationem omne ius perdidit. facit ad hoc de prebē. licet, li. 6. & dicunt quidam, idem fieri posse, quando clerici ad mandatum episcopi contentunt ordinari, supra de ele. cum in cunctis. §. inferiora, de æta. & quali. quæris. hoc non placet: cum per hoc nō sit priuatus, sed priuandus, de æta. & quali. c. 1. dant etiam regulam, quòd ubi nec ipso iure, nec per sentētiam ritè latam, uel iniquè, & per app. suspensam priuatus est, nō licet ei possessionis cōmodum auferre. sed ubi ipso iure, uel per sentētiam, quæ habet uigorem rei iudicatæ, perdit ius beneficij, potest alteri concedi, & licet episcopo sine causæ cognitione possessionem auferre: quia in hoc exequitur officium suum, de insti. c. 3. supra de pactis, cum clerici, & c. accepimus. de collatione uerum est, sed non de possessione; quod dic, ut in præalle. decre. licet, de præben. li. 6. & hoc in primo casu, quando est ipso iure priuatus; & tene, quod dicam de offi. or. c. 3. §. 1. in fi. l. 6 [*& ibi, ut patet*] non est uerum [*& ibi, quæsi-*
9 *tum fuit*] ergo † non obstabat: sed refert se gl. ad tempus, quo repelletur spontaneæ probatio renūciationis [*& in fi.*] uel dic, ꝙ hoc replicauit actor contra exceptionem renūciationis, ꝙ eo tempore, quo dicebatur abiurasse, iam erat spoliatus, infra c. proxi. nō replicauit: uel hic negabatur sola; ibi proprietas, & possessio. alia solutio datur, infra c. proxi. in fi. glo. ¶ *In glo. ulti. ibi, anno*
b *utili*] ff. de ui & ui ar. [b] l. 1. §. annus [*& in fi.*] Lau. hic, dixit Gof. uerum in condictione ex ipso canone.

ANNOTATIONES.

a ¶ Contrarium. Vide in d. c. super hoc, doc. & in l. si quis. §. differentia, ff. de acquir. posses.

b ¶ De ui, & ui ar. hic no. gl. in c. ex parte, de rescrip. el 2. & in canone reintegranda. 3. q. 1. nec illa lex prima dicit id, ad quod alleg. in his iuribus: sed tamen bene dicit, quia casus est insti. ui bo. rapto. in prin. & ff. ui bo. rap. l. 1. in prin. Bald.

SVMMARIVM.

1 *Restitutionem ecclesiæ petenti obstat abiuratio spontanea.*
2 *Suppletio ad contextum.*
Hoc capitulum quomodo non contradiceret proximo superiori, ibi.
3 *Epilogus, & Additio glossarum. nu. 4.*

CAPVT III.

1 ACcepta. Casus. Petenti † restitutionem ecclesię obstat abiuratio spontaneá. & in prima consulatio duo continens, commisionis formam, & rei exceptionem. In secunda ibi. M. q. responsio [*Quo cognito*] idest facta fide uiolentiæ [*Proficere*] s. quātum ad retentionem, proficit tamē quantum ad restitutionem, & sic potest solui, supra c. proxi. secundum
2 Hosti. super uer. renunciat, in fi. & ꝙ † sequi. M. q. supplet hic Host. cū restituatis, quo restituto, si uobis &c. & sic supplendo hoc capitulum per proximū, & econ
a uerso non contradiceret, secūdum eum [a]. [*Taliter*] coram legato, & quid dixerūt hic Inn. & Host. dixi, supra c. prox. super glo. 2. ¶ Prima † glo. signat contrarium de dec. supra proxi. ibi remittit. & in fi. ponit opi. 1. & 3. signat & soluit duo contraria. ¶ *In † glo. 1. ibi, dicitur, in fi.*] Dicit Host. ꝙ de his duobus contrarijs non curat, nec de solutionib. ipsorū [*& ibi, Quidam dicunt*] s. G. Na. [*& in fi.*] alij dīt, illud loqui in ui expulsiua, istud in cōpul-
b siua: sed hoc falsū est, qđ patet hic p uerbū, spoliatus. [b]

ANNO-

ANNOTATIONES.

a ¶ Secundum eum. Iſte duæ decret. probant, quòd ei, qui rem detinet, ſola detentione, etiam priuatus ciuili poſſeſſione, non datur interdictum, unde ui. ad idem, quod not glo. ubi uide Ioan. Andr. in c. contingit, de do. & contu. in glo. fi. & uide Bart. ff. de acq. poſ. l. 1. & l. 3. §. ex contrario, & l. clam. §. qui ad nundinas, eod. tit.

b ¶ Spoliatus. Vide Bart. in l. ſi ob turpem, ff. de condict. ob tur. cauſam, qui declarat iſtud c. prox. & per iſta capitula patet renunciantem ex cauſa permutationis, & demum ſpoliatum non habere interdictum, unde ui; uide in deciſio. Rotæ concluſio. 71.

SVMMARIVM.

1 *In interdicto de retinenda ſuccumbit reus, ipſius abiuratione probata.*
Per literas ſecundas facientes etiam expreſſam mentionem de primis non reuocatur ſententia iam lata per primas, ibid.
2 *Cap. ſolicitè, ſupra eod. qua ratione huic non aduerſetur.*
Litera hic memoratæ quid continerent, ibid.
3 *Literarum poſteriorum forma qua.*
4 *Mentio generalis non ſufficit.*
Nuncij miſſio quando uim habeat appellationis, ibid. & de eius ui etiam num. 5.
5 *Ante receptionem literarum ſecundarum poteſt iudex procedere per primas, niſi in caſu, num. 6. uerſi. & hoc. poſt autem quando ibid. uide de hac etiam nume. 4. in fin. poſt eam incipit iudex habere iuriſdictionem, num. 6.*
Cap. paſtoralis, & c. cum contingat, de reſcriptis, tenor an ſit ſeruandus non ſolum quando literæ diuerſæ impetrantur ad diuerſos, ſed ad eoſdem iudices, eod. num. uerſic. & eſt hoc.
7 *Reconuentio non fit eius, quod factum eſt auctoritate priorum literarum ante poſteriorum receptionem, & quando.*
8 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum.*
Beneficia tribuere in alterius iniuriã nõ eſt moris imperij, et n. 11.
Reuocari non põt cauſa cognita ſtatutũ auctoritate reſcripti, ibid.
Reſcriptum non patrocinatur contra ſententiam, à qua non fuit appellatum, neque contra tranſactionem, licet de prima in eo mentio fiat. §. 1.
9 *Additio gloſſarum.*
Beneficij adiudicatio ut fiat quæ probanda à non poſſidente, ibid.
10 *Actor & reus utraque pars in quibus ſit iudicijs.*
Impetrare quando liceat utrique parti literas, ibid.
11 *Peregrinatio quandoque fingitur & à fugientibus ordinarios.*
Literæ quæ non ualeant ab ijs impetratæ, ibid.
Per ſucceſſoris iudicis aduentum expirat iuriſdictio prioris, ibid. §. in gloſſ. ulti.
Teſtamento ultimo rumpitur primum, ibid.

CAPVT IIII.

1 AVdita. Caſus. In† interdicto de retinẽda ſuccũbit reus, ipſius abiuratione probata quò ad tit. uel p ſecundas literas facientes ẽt expreſſam mẽtionẽ de primis nõ reuocatur ſnĩa iã lata p primas. & ponit tres cõmiſſiones, primò primã. & ipſius pceſſum vſq; ibi, licet ibi, ſecũda, uſq; ibi: Quia tñ, ibi. 3. ubi pręmittit cãm mãdati. ſecundo mãdatũ bimẽbre, qđ p ſe patet.

2 [*Compeſceretis*] ꝯ. ſ. eo. † ſolicitè. ſo. ibi allegaẽ à parte violentia. hic nõ. Inn. q dixit hic, ꝙ uel iſtæ literę fuerũt in interdicto retinẽdæ, uel quaſi cõſeruatorię. quæ danẽ ad futura, ut cõſeruent iudices à manifeſtis iniurijs, & uiolentijs, de quo remittit ad decr. ſtatuimus, de offi. off. dele. lib. 6. uel ſm eũ iſte. H. forte dicebat ſe clericũ a eccleſię, petẽs ibi beneficium, de cler. nõ reſi. conquerente. h. d. pro tãto: q a poſſeſſori nõ licet impetrare reſcriptũ ad elidẽdũ actionem petitoris, quod ſi fecerit, nõ valet, nã ſi dicit ſe iniuratũ, falſum dicit: q a nõ iniuratur, q ſuo iure utiẽ, & minus, q illud proſequitur, & minus q proſequi intendit, de elect. cũ eccleſia. præſumiẽ ergo fraudoloſè impetraſſe, vt p has primas impediat ſecũdas aduerſarij; quare nõ ualẽt. Si uerò dixit ꝙ aduerſarius intendebat ipſum cõuenire. nõ darenẽ literæ; & ſi qua obreptione trãſirẽt, nõ ualerẽt ſm Hoſ. q a ad futuras lites, ſupra de reſcri. ad hoc. & c. ſi. põt ẽt dici, ꝙ bene licet clericis agere, & impetrare contra illos, q receperunt alias eccleſias, ut priuẽtur primis. 7. q. 1. ſi qs epiſcopo, & c. ſi qs de clero, de præb. de multa ſm Inn. Item põt clericus impetrare cõtra illũ, cui ſua eccleſia collata eſt, ut priueẽ illa, de cõceſ. præb. c. 1. ſm Hoſt. [*Conſtitiſſet*] ꝙ potuiſſe eſſe ẽt lite nõ conteſ. illo H. cõtumace, de eo, qui mitt. in poſſ. cũ, qui, lib. 6. [*Perſonatum*] poſtea quæſitum, ut ſit locus decre. de multa, de pręb. [*Poſteriores*] aſſerens illum. H. ſpoliatum, vt patet in an. impetrauit ẽt decr. ſupra eo. ſolicitè [*Impetrauerit*] ad uos [*Formam*] diſputant † Innocen. & Hoſtien.

3 qualis fuerit illa forma, & potuit eſſe, ꝙ non audirentur teſtes aduerſarij, quòd abiuraſſet, ſed ꝙ ſpoliatus[b] eſſet tpe, quo renunciauit: ſed nõ profuit, quia hoc erat falſum. uel q a de ſpoliatione nõ erat ante lit. cõteſ. exceptũ, uel ſorte fuerat cõtumax, quare ſe proceſſui nõ poterat opponere, nec appellare. 2. q. 6. §. ſunt quorum, uel fuit ſm eos forma, q ſequiẽ, ꝙ nõ obſtãtibus &c. Sed huic ꝯdicit finis, per quem uidetur. ꝙ literę habuerũt certum tenorem. ſed põt illud intelligi de hoc ſolo, ſcilicet. ꝙ reuoceẽ, quicquid immutatum &c. ut ſequitur, ſm Inno. [*Continentes*] põt ſuppleri, hoc adiecto, ꝙ &c. uel aliter, ut ſupra [*Impetratis*] ad vos. & ſuper eãdem rem, & talem formam habentibus. ꝙ non ob.

4 &c. ſic ſoluit, de dolo, & cõtum. c. 2. ubi habes. ꝙ † non ſufficit mẽtio generalis[c] [*Idem nuncias*] de miſſione nũcij qñ habeat uim appellationis, aliquid hic tractant Inn. & Hoſti. de quo dicam infra, de app. ut debitus, & c. ſuggeſtum [*Vos*] ſcilicet London. & Te. Arch. in an. dicebatur; per delegatos [*Præſumptione*] etiam iudicum puta procedentium poſt, q̃ ſciuerunt nuncium bona fide miſſum, ſm Inno. [*Vel uiolentia*] iudicum, uel partium [*Immutatum*] repete, eſſet [*Protuliſtis*] tu Archidi. cum prædicto epiſcopo Londonẽ. & hoc patet in an. [*Ante poſteriorum*] Inn. ſupp. ſi neſciuiſtis nuncij miſſionem: quia tunc medio tempore procedere potuiſtis, uel ſciuiſtis nuncium miſſum, tamen poſt, quàm mittens ſciuerat literas impetratas. Item nec obſtat ſpolia

5 tio, de qua non oppoſuit. dicebat † enim Innoc. quòd ſecundùm antiqua iura non erat uis in receptione literarum, ſed ſolùm in miſſione nuncij, niſi in hoc, ꝙ poſt receptionem ſecundarum non debebat procedi per primas, niſi prius diffiniretur p arbitros, quæ quibus præiudicarent ſecundùm tenorem decret. de reſcriptis, paſtoralis, & ca. cum contingat. Et eſt hoc notandum ſecundùm eum, ꝙ non ſolum tenor illarum decretalium eſt ſeruandus, quando diuerſæ literæ impetrantur ad diuerſos, ſed etiam quãdo ad eoſdem, ut hic. Alij negant formam illam ſeruãdam, qñ impetrãtur ad eoſdem, Inn. dicit Hoſt. tenendum, quod in illis decr. & not. ſupra de offi. deleg. c. 2. [*Receptionem*] tunc

6 † enim incipit iudex iuriſdictionem habere, de appell. ſuper eo. 2. & iuſta ignorantia ſit excuſata, de appella. ſi duobus, de cleri. non reſi. ca. ſi. & hoc intellige, ut dicit Hoſti. qñ in ſecundis literis non eſt talis forma, per quam quicquid à tempore datę ipſarum actum eſſet, pronunciaretur irritum & inane, ſupra de elect. innotuit, de præbẽ. inter cætera, & de deſpon. impuberũ, ad diſſoluendũ. facit de conceſ. præb. quia cunctis. §. adijciebatur, lib. 6. & §. ſe. & uide quod ibi dicam in glo. dicit Inno. uerſi. ſed quid de literis [*Reuocare*] ſi. ſupra, de fil. preſb. ex tua [*Statuiſtis*] prætextu ſecundarum literarum uos ſecundi iudices [*Reuocare*] auctoritate huius

7 † reſcripti: aliàs contra, de offic. delega. in literis, & de hoc de accuſa. qualiter 1. reuocatio uerò fieri non debet. & ideo, quia ſi iuſtè proceſſum eſt, non dẽt reuo-

eari: si iniustè, Imputet sibi, q nō appellauit [*Lata fuit*] uel aliquid immutatum [*Procedatis*] uos Vigorien. episcopi, & archie. Heli. quibus scribit. & scias, φ multum Inn. institit in exponendo, quibus directa fuerunt hęc rescripta, & uerba decr. & Host. interdum malè reportauit glo. Inn. dicit, φ primæ literæ ad London. episcopū, & archie. Heli. & ipsi sententiauerunt. secundæ ad 8 Vigorien. & ipsum arch. tertiæ ad eosdē. ¶ Gl. † antepe. signat contrariū, & soluit. ¶ *In gl. 3. ibi, nec anus*] non est moris imperij in alterius iniuriam beneficia tribuere [*& ibi, impetrata*] est. l. ulti. alleg. de rescriptis, nonnulli. 2. respon. in glo. 2. [*& in fi.*] sequitur, iure factum sit, & hfs sit capax, auctoritate rescripti nostri rescindi non oportet. ¶ *In glo. antepen. ibi. l. 1. & 2.*] prima dicit rescriptum nō patrocinari contra sentētiam, à qua nō fuit appellatū. secunda dicit talem cōdemnādū in litis ueram æstimationem [*& ibi, causas*] ibi, causa transactione sopita non resuscitatur imperiali rescripto [*& in fi.*] 9 uide in glo. supra proxi. ¶ *In † glo. 1. in fi.*] quod dicit gl. uerū est isto ti. possidente: sed si alius possideret, necesse esset hæc duo probari, scilicet possidentem renunciasse, & agentem ius habere, aliàs; & sic pp primum amoueretur, deficiente secundo, agenti nō adiudicaretur, supra de rescriptis, olim, ſm Hosti. ¶ *In glo. 2. ibi,* 10 *uti † possi.*] in quo interdicto uterque agit, & uterq; impetrare pōt, sicut in cōi diuidundo, & finium regūdorum iudicijs, Inno. ut infra de proba. ex literis. ¶ *In glo.* 11 *3. ibi, non possunt*] per quod not. Abb. cōtra illos, qui † timentes cōtra se procedi per ordinarios, ficta peregrinatione uadunt ad curiam, reportantes demum literas, de quibus hic. j. de peregri. ca. uno. probatur enim hic, φ non iuuantur hæ literę, quasi Papa solū iniustè attentata reuocare uelit; ad idem supra de arbitris, exposita. ¶ *In glo. ult. in fi.*] & uide, quod ibi dixi in glo. dicit Inn. sicut per aduentum iudicis successoris iurisdictio prioris expirat. ff. de offic. præsi. si forte. sic ultimū testamentum rumpit primum, institut. quibus modis testamenta infamantur. §. 2. Tan.

ANNOTATIONES.

a ¶ Ecclesiæ. Quasi uelit, quòd in interdicto, unde ui non potest de dominio opponi: secus in uti possidetis. quod an sit uerū, uide Di. in c. qui ad agen. de reg. iur. lib. 6. & Bar. in l. si de eo. § fi. & l. naturaliter. §. nihil, ff. de acq. poss. & in l. si de ui, ff. de iud. Sed, ut uideo hic, agenti nō opponitur de abiuratione, sed reo, ideo debet dici, quòd prius. L. opposuit T. de ti. & ipse replicauit de abiuratione.

b ¶ Spoliatus. Si in modum reconuentionis de spoliatione iste. H. opposuit, potuit utrumque iudicium procedere, ut nota. Ioan. And. supra tit. proxi. cum dilectus, in glo. super uersi. in executione, & sic literæ illius. H. non erant iustæ; uide tamen Bartol. ff. uti possi. l. 1. §. fi. sed in materia exceptionis an contra agentem interdicto, uti possidetis, possit spoliatos opponere, Inn. uidetur cōtrarius. hic sentit, quòd sic, & in c. fi. de ord. cogni. contra, not. ipse in c. 2. eod. tit. ubi uide per Ioan. And. super glo. hic patet.

c ¶ Mentio generalis. Vide plenè per domi. Felin. in cap. cæterum, de rescriptis.

SVMMARIVM.

1 *Restitutionem beneficij petenti quæstio institutionis non canonicæ inferri non potest.*

2 *Eijciens quem est malæfidei possessor.*

A possessore malæfidei facta electio, etiam si est confirmata per superiorem an cassanda, ibid. & nume. 3. in possessione tuendus, & quousque, num. 3. uide nume. 7. & 8.

Possessor malæfidei non facit fructus suos, bonæ uerò facit, & quos, in seq. uide num. 5. ibid. etiam electionem suam facie, ibid. fructus autem, siue ius habeat in re, siue non, ibid. & probato ad alium pertinere proprietatem, restituere quid teneatur, ibid. ad electionem uocandus est, ibid.

Electio est iuris eligendi fructus, uel industrialis, ibid. uersic. fructus autem, uel naturalis, ibid. uer. sic & si.

Electus, uel institutus à bonæfidei possessore iura cui debeat reddere, eod. num. uersic. & eodem modo.

A possessoribus bonæfidei quæ fiunt etiam in iurisdictione, & in alijs actibus incorporalibus tenent, eod. num. in fi.

3 *Electio etiam à malæfidei possessore facta, uel uiolento tenet, quousque de mala fide, uel uiolentia constiterit.*

4 *Intruso in aliquam dignitatem uel aliàs possessori eius malæfidei subditi an teneantur obedire, & reuerentiam exhibere, ac soluere debita, & num. 5. & 6. uide num. 11.*

5 *Electio à uiolēto possessore, sed à superiore confirmato tenentur omnes respondere, quousque per sententiam sit remotus.*

Soluentem an excuset iudicialis, uel iuris auctoritas, ibid. uersic. & hoc uerum.

6 *Possessori etiam bonæfidei non tenentur debitores de aliquibus respondere, & quibus, nisi probet ad se pertinere dignitatem.*

7 *Possessor iuris eligendi, si illi, ad quos de iure communi spectant eligantur, eo contempto, habet contra eos duplicem uiam, petitorium scilicet, & possessorium, & quando possit ei referri quæstio malæfidei, & restituatur, & uerbo'nę, an actu, & an electio eo contempto facta cassetur, & ipse postea admittatur, uel solus, uel cum alijs, & quibus, et num. 8. uide supra nu. 2. et 3.*

8 *Contra electum à malæfidei possessore quid excipi possit, et quid prosit.*

9 *Possessori alicuius administrationis non autem confirmato, si nomine eiusdem agat non solum petitorio, sed etiam possessorio, numquid excipi potest non canonica institutio.*

Actionem possidere quis potest, et nisi possessor eam potest intentare, eod. num. uersi. nunquam tamen.

10 *Possessio qualiter acquiratur tam rerum corporalium, quàm incorporalium, ut iurium, et canonicatus, et præbendæ, ac dignitatis cuiusuis, et ab ea si cadat, quomodo, et quatenus restituatur, et num. 12. 13. 14. in fi. et num. 15. et 16.*

11 *Possidenti episcopatum, uel aliam dignitatem, uel canonicatum, et gerat omnia generaliter, quæ occurrunt, ut talis, an soluentes debita liberentur, et cum eo contrahentes excusentur, et supra nume. 4. 5. et 6.*

Conscientia remordente an soluendum possidenti, ibid. in fi. et nu. 5.

12 *Restitutionem quomodo & quo nomine quis petere debeat, si cediderit à possessione, quam sit, uel non sit adeptus auctoritate superioris, etiam non confirmatus.*

13 *Possessio eligendi qualiter acquiratur tam contra eos, qui ius habent in electione, quàm alios.*

14 *Possessio quomodo amittatur iurium, & num. 18.*

Exauctoratio, & degradatio ut fiant, eod. num. uersi. ut apparet.

Possessionis acquisitio, uel amissio an et quæ ex una re extendatur ad alias, uersic. nec obstat.

15 *Possessionem decimæ intrando fundum decimalem quis non quærit, nisi utatur iure decimali, aliud est in usufructuario, et ratio.*

Traditio sola non sufficit, nisi interueniat usus, ibid. uersi. ergo.

Decimarius nec possidet fundum, ibid. uersi. decimarius uerò.

16 *Possessio quæ sit episcoporum, et aliorum prælatorum, et etiam clericorum nomine suo, et ecclesiæ.*

Prælati, et clerici quando suo et quando ecclesiæ nomine agant, ibidem, et num. 17.

17 *Confirmatus quilibet, etiam si non possideat rectoriam, potest contra omnes, et contra possessorem rectoriæ nomine ecclesiæ agere, et quando nomine suo et in petitorio, et in possessorio: et apprehendere potest per seipsum possessionem.*

Innocentij subtilitas respicitur, et prolixitas, uersicu. Res autem.

Administrandi ius acquiritur per confirmationem superioris, ibidem, uersic. dicas ergo.

Item per prouisionem etiam, per institutionem, et per collationem, ibid.

Intrusus quis dicatur, ibid. uersic. igitur.

Præceptoriarum speciale ius, et quod in acquisitione possessionis, ibid. uersi. saluis.

SVMMARIVM.

1 *Coniugis restitutio petenti & quæ probanti fit, & nu. 2.*
Diuisio capituli, ibid.
2 *Petitoriòne hic ageretur, an possessorio.*
In matrimoniali causa speciale quod hic fit, ibid.
Restitutio non fit, ubi est animæ periculum, ibid. uersi. & est speciale.
3 *Spoliatus hic non restituitur, obiecto impedimento & quod Mulier, de cuius agitur matrimonio, quando & ubi costodienda,*
ibid. ad dictio. custodienda.
4 *Epilogus suffragium, & additio glossarum. & nu. 5.*
Restitutio in quibus casibus in causa matrimoniali, uel aliis denegatur, remissi. ibid. nu. 5.

CAPVT VIII.

1 EX transmissa. Casus. Petēs restitutionem cōiugis, habet probare coniugium, uel plenius, restituitur coniux uiro probanti desponsationem, & copulam, & de ipsius impunitate cauenti, nisi magna sit uiri sæuitia. Primò mandat restitutionem fieri cum cautione. secundo prouidet, qd agendum, cum fragilis est cautio ibi, Si autem [*legiti-*
2 *mè*] dici † potest, quòd hic peritorio agebatur, ut no. infra eo. ex parte. Alii intelligunt in possessorio, nec fit restitutio, nisi probetur legitimadesponsatio, & copula. & est speciale secundum ipsos propter periculū
a corruptionis[a]: aliter fieret restitutio spoliatione probata, saluo quod habetur infra eod. literas, secundum Inno. ru dic cum glo. [*inferre*] & hoc, quando non est odium capitale, & sic bene continuatur, quod sequi-
3 tur [*Causa*] super consanguinitate † forsan ex parte mulieris obiecta, uel alio impedimento canonico. unde in hoc casu, non obstāte priuilegio spoliationis, prius hoc examinabitur, & decidetur [*Custodienda*] uel ponatur in loco religioso & securo, de spon. cum locum, de procur. accedens [*committatur*] consanguineis pro-
4 priis sociata. 33. q. 2. fine, Goffre. ¶ Secunda † glo. no. in hoc possessorio duo probanda, ponit simile, & rationem subdit. ¶ *In glo. pe. ibi, qui ita* §. 1.] uide de offi. dele.
5 coram, super 1. glo. ¶ *In † glo. 1. ibi, utriusque*] ita, quòd tenuerit ratione consensus, dato quòd aliter sit nullum simile infra de spon. c. 1. li. 6. [*& ibi, perpetuum*] cessus, quibus matrimonio, uel aliis causis denegatur restitutio not. 3. q. 1. in summa, quorum aliquos notauit Vincē. supra c. proxi. & Goff. qui hic eos no. ut li. nou conte. c. 1. in 4. glo. & ibi scripsi, quos hic addebat Host. Inno. uerò no. de hoc infra c. 2. & uide plene in spe. de peti. & pos. §. fi. per totum, ubi etiam inuenies de hoc uer. quos hic ponebant Pe. & Abb.

ANNOTATIONES:

a ¶ Corruptionis. Quasi secus in corrupta, in qua sola copula sufficeret, quod est falsum, ut in glo. & no. infra eo. ex parte, & rationem collige infra in glo. 2. in fi.

SVMMARIVM.

1 *Restitutionem petere potest is, qui per alium possidet, si illo mortuo possessionem ingressus expellitur.*
2 *Ordinarius ecclesiam concedere in usibus capituli uiuente eius rectore, uel ea uacante, potest & de quorum consensu, unire uerò non potest.*
3 *Confirmare pro scripturam conficere, pensio noua potest imponi ecclesiæ rectori ex rationabili & fauorabili causa, ibid.*
4 *Cap. pastoralis, de priuileg. inf. huic non repugnare.*
Possessio acquiritur etiam per possidentem nomine nostro, ibid. uersi. uel dic. amittitur, & abiicitur animo solo, nume. 5. acquiritur etiam ab ecclesia sine traditione & quibus modis eodem nu. 5. & 7.
Possidere qui uult pro alio, debet abiicere primò à se possessionem suam, & qua ratione, ibid. & nu. 5.
6 *Epilogus, & suffragium glossarum. & nu. 7.*
8 *Epilogus glossarum.*
Negligitur quod communiter possidetur, ibid.
Totum qui non habet, nil se habere arbitratur, ibid.

CA-

CAPVT IX.

1 CVm ueniſſent. Caſus. Si † is, qui per aliũ poſſidet. illo mortuo poſſeſsionem ingreſ ſus expellitur, reſtitutionem per interdictum petere poterit, & in prima conſultatio partim decisa. in ſecunda reſponſio, ibi, Reſpondemus [*Deſtinatus*] hoc eſſe potuit de ſindico. c. uno, de poſtu. c. 2.

2 [*Conſenſiſſet*] de † conſenſu capituli ſui, infra de his, quæ fi. à præla. tua. & poteſt hoc fieri non uocato rectore: uel ſi uacat, non deputato legitimo defenſore, ut in elc. de re. ec. non alie. ſi nna. ſuæ uerò menſæ uel ſuo ca pitulo epiſcopus etiã cum capitulo eccleſiam unire

3 non poteſt, ut ibi [*Confirmaſſet*] idest ſcripturam † inde confeciſſet. ſi. infra de eo, qui mit. in poſ. c. ſi. in fi. [*Interim*] quandiu. ſ. uiueret clericus [*Idem G.*] nomine ipſorum poſſidens [*Annuam*] quæ prius Archiepiſcopo ſol

a uebatur[a]; & ſic non eſt contra, infra de cenſi. prohibemus, ſecundum Goffr. ſed Hoſt. contra, dicens per uerbum, au ctoritate, potius colligi, quòd penſio fuit nona ex rationabili & fauorabili cã impoſita, quod fieri poteſt. eo. ti. ſignificauit: aliàs dixiſſet litera poſt uerbum, proficeret. ut interim idem G. antiquam ſol

b ueret penſionem[b] [*Quæſiuerunt*] in ingreſſu poſſeſsionis [*Ingreſſi*] non ob. infra de priui. paſtoralis: quia illud

4 † loquitur de priuilegio papæ, qui non intendit diœceſano facere præiudicium, hic de priuilegio ipſius diœceſani, quod large interpretandum eſt contra eũ, ſecundum Abb. unde aliud eſt nunquam habuiſſe au ctoritatem diœceſani, & aliud à principio habuiſſe, ut hic ſecundum Hoſt. uel dic. ut no. in contrario, ꝙ hic prius poſſeſsionem habuerant. & ſi opponas de. l. quemadmodum, ff. de acquir. poſ. ubi dicitur, quòd ſine corpore non acquiritur poſſeſsio, ſoluit Innoc. quòd hic eſt corpus eccleſiæ poſsidẽtis ipſorum nomine. dicit tamẽ, quod ad tollendum dubium omne de

c buit clericus à ſe abiicere primã poſſeſsionẽ[c], quæ ſo

5 lo † animo abiicitur, & amittitur. C. de acqnir. poſ. l. licet, & conſtituere ſe, & per conſequens incipere poſsi dere nomine canonicorum, & ſic omnino poſsiderent can. & non ipſe. uel ſecundum eum ſpeciale in ec cleſia, quòd ex ſola donatione, ſiue alia traditione poſ ſeſsionem acquirit, maximè ſi aliqua quaſi traditio ia ? erueniti facit, quod le & not. ſupra de conſue. ca.

6 2. ¶ Prima † gl. obiicit, quòd non uacans &c. & ſoluit.

7 ¶ Vlt. glo. ponit partem caſus deciſam. ¶ In † glo. 2. ibi, argu. ff. depoſſeſ. l. ul. quòd ſi iuſſu meo ucnditor rem per me emptam in domo mea deponit, poſſeſsionẽ acquiro. etiam ſi non aliter apprehendatur. Idem, ſi res uendita mihi per ipſum oſtenditur, duæ ſequentes dicunt conducentem ab alio perdere poſſeſsionem,

8 quam prius habebat. ¶ [*In † glo. 1. ibi, uiuentis*] maximè; quia naturale uicium eſt negligi, quod communiter

d poſsidetur, ut ſe nil[d] habere, qui totum non habeat, arbitretur. C. quando & qui. quar. pars debetur, l. 2. lib. 10. Hoſt. ¶ [*In glo. ult. ibi, reſtitui*] archiepiſcopus dicebat eos non reſtituendos, quia non poſſederant.

ANNOTATIONES.

a ¶ Soluebatur. Idem ſentit gl. 2. quæ arguit ſolutionem cenſus probare poſſeſſionem, quod eſt uerum reſpectu ſoluentis, ſed poſſeſ ſionem alterius translatam per hoc non probat; uide Bar. in l. qui uniuerſas. §. fi. & l. quamuis, §. 1. ff. de acquir. poſ. & Bald. in l. licet C. de acquir. poſ.

b ¶ Penſionem. Adde ſecundum Ale. conſi. 82. in 2. uolu. quòd per actus fictos non interueniente cõſenſu poſ. ſed per actus ueros ſic.

c ¶ Poſſeſſionem. Quò ad ſe ipſe clericus ſic faciendo amittit poſ ſeſſionem per l. quod meo, ff. de acqui. poſſ. ubi uide Bar. & in l. in terdum: ſed poſſeſſionem, quam epiſcopus donans in ipſa eccleſia habebat, potuiſſet per talem conſtitutionem epiſcopo tollere, & in fratres tranſferre, per l. quamuis, in l. qui uniuerſas, eo. tit. & ibi per Bar. hic autem interuenit iuſſus epiſcopi; & ſic tranſtulit, & uide Bal. C. de acqui. poſſeſ. l. cum nemo, qui all. hic dictum.

d ¶ Se nil. Et uide no. in c. conſultationibus infra de do. ubi ponitur alia ſol. uidelicet, quod aut donatur eccleſiæ ratione tituli; & tunc non poteſt uiuente clerico illius eccleſiæ, & ita in c. 1. & 2. de conceſ. præben. aut donatur quò ad proprietatem, & tunc bene poteſt, & ita hic, & in c. conſultationibus, de dona. Bal.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium altero coniugum accuſante, ſi alter petit reſtitui, reſtituetur.*
Diuiſio decretalis, ibid.

2 *Appellationis remotionis mentio facienda an ſit in ſecũdo reſcripto.*
Cauſa ſpoliationis non commiſſa hic auditur, & qua ratione, & nume. 4.

4 *Delegatus iudex ita debet procedere ad inſtantiam rei, ſicut actoris, qui impetrauit reſcriptum, & ſuper tacitè contentis in eo.*

5 *Ante præſentationem literarum, ſiue reſcripti iudex delegatus nõ habet iuriſdictionem.*
Iuriſdictionem etiam non habet ante citationem, ne uirtute generalis clauſula, uel obſcura ante declarationem, ibid. uer. Hoſti. probat, excipiuntur duo caſus, nu. 6.
Reſcriptum, ſiue litera à me impetrata ſunt reo communes poſt citationem, & ante eam poſſum eis renunciare ibid. niſi in duobus caſibus, nu. 6.

7 *Adiudicatio dominij fieri non poteſt reo in modum exceptionis probati, & nu. 8. præterquam in caſibus numeratis, nu. 9. & 10. ſi uerò eam ſibi fieri uelit, docet modos duos nu. 10.*
Sententia dari non poteſt niſi ſecundum formam petitionis & in re petita, non in propinqua uel connexa, & quæ debeat eſſe in rei uendicatione, ibid. uer. nec etiam pro me, & quod commodum reus ex ea conſequatur, ibid. & nu. 8.

8 *Eſt nulla regulariter, ſi. feratur ſine libello, & litis conteſtatione.*
Condemnatio in perſonali actione non fit obligatione in modum exceptionis probata ibid. niſi agatur libello per conuentionem, uel reconuentionem num. 10. Exceptiones tamen quædam eliciuntur ex nu. 9.

9 *Leg. Circa. ff. de probatio. leg. ſi poſſeſſori. ff. de iureiurando intellectus, circa ſi. uer. ſic enim.*

10 *Reum adiudicationem conſequi uolentem inſtruit, quibus id modis aſſequi poſſit.*

11 *Negatur quid etiam tacitè per non admiſſionem.*
Incidens quæſtio quæ non impediat proceſſum in principali, ibid. ad dicti. principali.
Voluntas, quæ non proceſſit ad actum, non inducit grauamen. eo. nu. ad dicti. noluerunt.

12 *Appellatio licita, licet in reſcripto remota ſit, ſi fiat & cauſa in iure expreſſa.*
Spoliationis cauſa quod ante omnia terminetur, expreſſum eſt in iure, ibid.

13 *Reſtitutio hic quare fieri mandetur, & quòd fiat etiam lite conteſtata ſuper matrimonio, nu. 15.*
Petitorio præiudicat poſſeſſorium ſuper eadem re, & quomodo id fiat utilius, & quando ex alia cauſa præiudicet, ibid.

14 *Epilogus, & additio gloſſarum, & nu. 15.*

CAPVT X.

1 EX conqueſtione. Caſus. Si al tero † coniugum matrimonium accuſante, alter petit reſtitui, ante omnia reſtituetur. prima ponit appellantis querelam. ſecunda dat iudicem, ibi, Mandamus [*Filiam*] hic patet poſſeſsio, & corporũ

2 unio [*Obſtaculo*] dicit Hoſt. magiſtrum † ſuum per hoc notaſſe, quòd prima litera; in qua remota eſt appellatio, nunquam reuocatur per ſecundam non facientẽ mentionem de hac clauſula, & ideo in hac ſecũda lite 1 a facta eſt de hoc mentio. ad idem infra de re iudi. inter

ter cœteras. Ipse tamen dicit, quòd hodie de consuetudine iu hoc casu non admitteretur exceptio, remittit ad no. infra ti. 1. c. 2. [*Citaretur*] sup. sed post assignationem literarum; & sic non ob. de app. ut debitus, secundum Host. uel secundnm eum mulier non opposuit excep rionem [*Ob hoc*] quia nil proficiebat coram ordinario [*Iudicibus*] impetratis à marito super consanguinitate. & uidetur hoc mirabile, quòd † audiunt delegari causam spoliationis expressè non commissam nec uidetur hoc fieri iure reconuentionis, cum fiat post lit. contesta. ut infra sequitur quo tempore non procedit reconuentio secundum opi. quam tenui de mu. peti. c. 1. & sic contra de offi. dele. P. & G. de rescri. c. fi. cum si. So. dic, quòd & si quæstio mulieris non sit in litera expressa, tamen ratione connexitatis includitur. quando enim committitur aliquod petitorium, idem iudex habet cognoscere de possessorio eiusdẽ rei, supra tit. 1. c. 2. de sequestra. pos. c. 1. uel dic † secundum Inn. generaliter etiam illum, contra quem sunt literæ impetratæ, posse petere, ut per illas literas procedatur super contentis in litera tacitè, uel expressè: quia certum est, quòd delegatus, cui scribitur, iurisdictionẽ habet super personas, & res expressas in rescripto, supra de rescrip. pastoralis. §. fi. Item iudicium redditur in inuitum. ff. de uer. obl. inter stipulantem, §. 1. nec dubitat æqua iustitia, quin iudex pro utraque parte debeat esse communis. C. de fal. l. ubi, ff. de offi. præsi. obseruandum, de re iud. cum æterni, li. 6. nec debet licere actori &c. infra de reg. iud. non debet, lib. 6. ex quibus concluditur iudicem sic debere procedere ad instantiam rei, sicut actoris, qui impetrauit rescriptum. Refert † ipse quosdam dicere, quòd iudex nullam iurisdictionem habet ante, quàm literæ sibi fuerunt præsentatæ, arg. infra de appe. ut debitus. nec mirum, quia ante præsentationem est in optione impetrantis, an uelit ipsas occultare, uel etiam lacerare. Alii dicunt, quòd cum literæ sint communes, potest iudex ad ipsas exhibendas cogere impetrantem, arg. ff. ad exhi. l. 3. §. 1. & 2. & in eo, quod le. & no. de proba. c. 1. & de fide instru. accepimus. Hostien. probat, quòd ante præsentationem [a] non habeat iurisdictionem, per decre. super eo. 2. de app. & uirtute generalis clausulæ, uel obscuræ ante declarationem iurisdictionem non habẽt, de rescrip. pastoralis, in fi. & sic nullum dubium, quòd cum quæstio mulieris, de qua hic loquimur, non sit expressa in litera, iudices non possunt procedere, donec exprimatur; sed nec postea, nisi prius emanet citatio ad instantiam inpetrantis ut hic fuit. uidetur enim impetrans posse prius re integra pęnitere, cum aduersarũ non intersit. ff. de inter. acti. de ætate. §. fi. cum cõ cor. ad hoc de ap. cum cessante, & quia nemo inuitus &c. C. ut nemo inuitus, in rubro, & nigro. nec ob. qđ allegatum est supra: quia licet iudex iurisdictionem habeat, ex quo recipit literas, illam tamen non exercet ante citationem, quod est fundamentum, & principium exercitij, de offi. dele. gratum, ad quam procedere non potest ad instantiam rei, inuito actore, cuius fauore fuerunt literæ concessæ; ad hoc. C. de leg. quod fauore, secundum Hosti. secundum quem quod dictum est, quòd iudicium redditur in inuitũ, & quòd iudex communis est, locum habet, ex quo iudicium est firmatum & in iudice, qui habet exercitium: aliàs licet actori, quod non reo, ut si uult, utatur litera suis expẽsis & laboribus impetrata: aliter abstineat, si uult re integra. nam de hoc posset dato libello ante reconuentionem, satisfacto aduersario de expensis & interesse. C. quomodo & quando iu. auten. qui semel [b], fortius ante citationem. nec enim debet cogi de suo facere beneficium 10. q. 2. præcariæ, nec labores, uel expensas suas communicare reo, licet possit hoc facere, si uult, & facit id tacitè, quando facit citationem fieri: sed ante citationem non putat Hostien. quod literæ possunt dici communes. Hæc uera † dicit, ubi ad alicuius instantiam super re familiari sunt impetratæ: secus, si concederetur pro bono publico, licet aliquo instante & principaliter impetrante, ut si mandetur fieri inquisitio de ecclesiis, uel personis, infra de accus. qualiter 1. & 2. hic enim posset iudex procedere, ex quo literas recepisset non solum impetrante desistente negocium prosequi, sed ipso etiam inuito, & renunciante, ac quantumcunque contradicente, arg. supra de off. lega. quoniam apostolica sedes. §. is autem, & infra de accu. licet, & de colu. deteg. c. 1. & 2. & per totũ Illud etiam no. secundum Inno. quòd si priuilegium alicui concedatur, in quo contineatur etiam ius alterius, ut si ecclesiæ metropolitanæ detur priuilegium ad ipsius solius instantiam, quòd capitulum unà cum suffraganeis metropolitanum eligat, in hoc casu potest capitulum renunciare priuilegio ante, quàm eo utatur. C. de pac. si quis in conscribendo, sed ex quo usum est priuilegio, uel etiam illud suffraganeis præsentauerit, ulterius ei renunciare non potest sine suffraganeorum conscientia & consensu, argu. ff. de acquiren. pos. qui absenti [c]. In alia materia distinguitur, an præsenti per se, uel per nuncium detur priuilegiũ, ut dicam de conces. præben. quia cunctis, lib. 6. in glo. Dicit † Inno. si quis etiam obtulit libellum, in quo petat rem aliquam, uel iura aliqua, uel dicat sibi aliquẽ obligatum, certum est, quòd ille, contra quem agitur de iure suo probare potest. ff. de proba. circa, & ita pro ipso sententia ferri potest, si de iure suo probauerit, ac si ipse pro eisdem rebus, uel iuribus egisset, argum. ff. de iureiur. sed & si possessori [d]. nam sicut ibi reo, q̃ iurat rem suam esse, oritur actio, ex iureiur. quod præstat, ita, & orietur, si pro eo sententietur rem suam esse. quòd si de iure suo nihil probauerit, nihil sibi adiudicabitur, sed tantum ab impetitione aduersarij absoluetur, si idem aduersarius similiter nihil probat. C. de rei uen. l. fi. infra de proba. ex literis. §. fi. & melius facit pro hoc supra de offi. dele. cum contingat, secundum Inno. qui in hoc dicto ultimo sequitur opi. Ia. But. & quorundam aliorum dominorum legum, no. ff. de proba. circa. hoc tamen ultimum sic generaliter approbare non possum, dicit Hostien. qui etiam ponderauit Inn. notasse contrarium, infra de prob. licet, ubi uide in glo. quid ad rem, ad fi. uersi. ei autem. nam, ut dicit Hostien. ubi aliquam rem uendico, petens mihi ipsam adiudicari, quia dominus sum eiusdem rei, quãtumcunque me nil probante probet reus rem petitã ab eo ad se iure dominij pertinere, non video, quomodo iudex hanc rem sibi adiudicare possit. nam & secundum libellum & intentionem meam dominium meum & non suum in iudicium deducitur, & super eo lis tantum contestatur. nec etiam pro me probante potest dari sententia nisi secundum formam petitionis. ff. communi diui. ut fundus, infra de simo. licet Hely. §. 1. ad fi. unde & si hominem petiero, & nõ æstimationem, quamuis æstimatio ualde propinqua sit rei petitæ, tamen si in æstimatione, & non in re petita fiat condemnatio, talis sententia reprobatur. C. de fideicom. lib. l. cum quidam, ad fi. [e] sed si pro me petitore in re tam propinqua, tam connexa, tam adhærente proprie petitioni non ualet sic lata sententia, quomodo ualebit ex parte rei lata in re petitioni meæ non dico connexa, uel diuersa, sed etiam, quod plus est, contraria [f] hoc enim certum est, quòd si res petita mea est, sequitur, quòd tua non est, & e conuerso. unde & dicit lex, quòd eo ipso, quòd rem meam esse pronunciatum est, ex diuerso uidetur pronunciatum tuã non esse. Si uerò pronuncietur meam non esse, nihil de

iure

iure tuo intelligitur iudicatum.ut ff.de proc.Pompo. §.si stipulentur, uer.denique, ad fi.& ff.de ex.rei iud.si inter me & te. per quam ultimam.l. dico, quòd bene potest iudex pronunciare rem petitam meam non esse,& per consequens reus ipsam mihi restituere nõ cogetur. C.de rei uend.l.fi. sed nunquam potest ex ui solius petitionis meę eandem rem sibi adiudicare,uel pronunciare suam esse: quia nec istud petitum, nec super hoc libellus oblatus est, nec etiam lis contest.si- 8 ne† quibus sententia regulariter nulla est tanquam lata iuris ordine non seruato, ut patet ex eo, quod le.& no.de libel.obla.c.1.supra de lit.contest.c.1.infra de re iudic.c.1. nec ob. si reus in modum exceptionis ad se probauerit dominium pertinere: ex hoc enim nõ potest sibi adiudicari res, quamuis retentionis commodum consequatur, ut patet in eo, quod le.& no.supra de or.cog.cum dilectus.§.1.uer.unde uerus dominus & §.fi.& miror, quomodo potuit contra hoc Ia.But. scribere,& qualiter potuit Inn. hanc suam opi.sequi: quia si quis aduertat, quod sit officium. uel quæ sint partes iudicis in hac causa, reperiet, quòd si actor probat,& non reus, res est actori adiudicanda: alioquin reus tantum est absoluendus, ut expressè legitur insti. de offi.iudi.§.sed si in rem. potest etiam pronunciare rem meam non esse, ut dictum est,& per consequens uidetur eum absoluisse. sicut statim sequitur in personali actione.&idem est in personali actione, in qua dico mihi aliquem tempotaliter obligatum, ut patet insti.de offi.iudic.1.respon.in qua.& si ita pronunciet iudex nihil uideri Titium reum debere Seio actori, ualet pronunciatio,& uidetur Titium, quamuis hoc non expresserit, absoluisse.ff.de arbi. quid tamen.§. si arbiter. Sed nunquam dicendum est, quòd si petam à te. 100.ex causa mutui, & non probē, tu uerò probas in eadem instantia, me ex eadem causa tibi centum debere. quos tamen non petiisti, quòd iudex me tibi debeat condemnare. hoc enim ualde ridiculosum,& absurdum est sentire, ut patet ex præmissis,& in eo, quod no.supra ti.1.pastoralis, in fin.ad fi.ipsius glo.di- 9 ctum† tamen Inno.exaudiri potest,& saluari, quando agitur confessoria, aut negatoria: quia tunc uidetur libellus oblatus & lis contest. super iure utriusque partis,& utriusque ius uidetur in iudiciũ deductum fuisse; quod dic, ut legi.& no.de iudi.examinata. Idem in communibus iudicijs, in quibus uterque actor, uterque reus; quod dic ut le. & no.infra de proba. ex literis. Idem in causa ap.in qua si petatur confirmari tantum, uel infirmari sententia, per cõsequens in primo casu uidetur petita infirmatio. in secundo confirmatio,& sufficit, quòd iudex dicat,& in utroque casu potest dicere, confirmo, uel infirmo, uel ap.pronuncio iustam, uel iniustam, & hoc sufficit, ut C.de ap. eos, qui.1.respon.ad fi.2.q.6.ad fi.§.ab eo autem, & leg.& no infra de testi. Rainucius.§.dictus uerò, ad fin. & §. cum autem,& §.quia uerò, ad fi.& c.Rainaldus.§.à cuius, uer.1.& uer.fi.& §.uerum.1. respon.ad fi. Idem & eadem ratione, & etiam fortiori propter periculum animarum, quando petitur electio confirmari, uel infirmari, supra ti.1.cum super. Idem, ubi unus clericus petit beneficium ab alio, & actor nihil probat, & reus probat, quòd ad se pertinet beneficium, in hoc enim casu abiudicabitur beneficium actori, & adiudicabitur reo, ut patet in eo, quod leg.& no.supra de rescrip.c.2.& c. inter cæteras. & est ratio, quia ex quo constat iudici, quod actor non habet ius in beneficio & reus habet ex officio propter periculum animarũ potissimè debet illum, qui ius non habet, remouere, & alium instituere, ut patet in eo, quod legitur & no. supra de cle.perc. c.fi. & de pactis, accepimus, & c.cũ clerici.infra de insti.c.3. Idem in causis matrimonialibus, quando aliquis, uel aliqua in uirum, uel uxorem petitur, uel ad diuortium prouocatur. nam quicquid petitum fuerit, ex quo tamen de ueritate constiterit, secundum ipsam siue pro matrimonio, siue contra matrimonium sententia ferri debet, non obstante ēt contraria iam lata sententia, quæ in hoc casu nunquã transit in rem iudicatam, ut patet in eo, quod leg. & no.infra de re iudi.lator, tenor, consanguinei, infra de spon.sicut ex literis, ad fi.infra de cog. spi.c.fi.infra de frigidis, fraternitatis, §.nos tamen,& seq. Idem forsan g & in aliis [g] in quibus uertitur periculum animæ, & quæ eiusdem naturæ sunt, & maximè quando agitur inter simplices & religiosas personas, ut patet in eo, quod leg.& no.supra de iudic.dilecti. Idem, ubi reus offert se probaturum, quòd dominium rei petitæ ad ipsum spectat, tali pacto habito cum actore, quòd si h hoc probauerit, [h] res petita sibi adiudicetur; & sic intelligimus infra de re iudi.cum causa.in fi.& maximè si iungat, quod si non probauerit, adiudicetur actori, sic enim in se propriè,& uerè recipit onus probandi,& sic loquitur,& uidetur & intelligi potest.l.quam i Inno.pro se induxit.ff.de proba.circa, [i] & supra eo.ca. 1.uel est illa.l. specialis in causa ingenuitatis, ut quidã dicunt: sed præcedens intellectus magis placet Hosti. Idem, quando actor defert iuramẽtum reo, quòd iuret rem suam esse. nam & hic uidetur utraque pars consentire, quòd si hoc iurauerit, standum sit iuramẽto,& sic loquitur alia lex ab Innoc. inducta. ff. de iureiur. si possessori. quid iuris in his duobus casibus, hoc enim regulariter est tenendum, quòd ex quo partes conueniunt,& consentiunt, in pronunciatione iudex hãc approbare debet, quid enim aliud debe prætor agere, nisi ut lis finiatur, & à controuersia discedatur.q.d.nihil.ut ff.de no. oper. nuncia.l. 1. §.& post operis,& sequen.& hoc traditur pro regula, ff. de re iudi.si conuenerit.ff.communi diui. iudicem, & l.sequen.& in auten.ut diffe.iudi.§.si uerò contigerit, colla.9.& argu.C.de fideicom.l.fin.C.de testi.l.fin.§.1.infra de testi.præsentatam.§.fi.uer.optione, & sequen. supra de elec.cum inter.R.iuniorem.ff.de in ius uocan. neque impubes, in fi. & idem argu. ff. si quis cau.l.2. in prin. ff.si certum petatur, quidam æstimauerunt infra de dolo, & contu.finem, & cap. fi.secundum hoc etiam saluari potest opi. Ja.Bald.circa hanc materiam, no.ff. de probatio. circa, secundum Hostien.qui tamen putat, quòd Iacob. Bald. alium habuit intelle- 10 ctum. Sit ergo † cautus reus, quòd reconueniat [k] uel k conueniat actorem, si uult rem sibi adiudicari secundum Hostien.qui etiam dicit, quod ultra exempla supra posita alia eiusdem naturæ poterit inquirere studiosus [*Postulabat*] dicit Hostien. prius excipiendo, & postea ex eodem petendo. & dicit per hoc interlineare planam decre.de hoc infra dicam [*Negata*] non ne- 11 garunt † interloquendo, sed petitionem non admittendo secundum Inno.qui hoc no.de no.oper.nunc. l c.penul.ubi dixi in fi.pen. [l] glo. [*Principali*] sed cum quæstio incidens talis esset, sine qua principalis causa poterat terminari, uidetur, quòd non obstante appel. potuerunt in principali procedere, infra de appel.super eo. idest quicquid dixerint hic antiqui, solue, ut ibi not. [*Voluerunt*] & processerunt, exceptione non admissa, aliàs uoluntas, quæ non processisset ad actũ, non induxisset grauamen; ad hoc infra titu. 2.c. 1. de 12 pœn. di.1.cogitationis, Hosti. [*Appellauit*] quod † potuit, licet in rescripto remota esset appellatio: quia hæc causa in iure expressa est, infra de appel.pastora- m lis, [m] scilicet quòd ante omnia terminetur causa spoliationis, supra eo.in literis,& c.item cum quis. secun- 13 dum Hostien. [*Restitui*] aduerte, quia † aut excipiebat in iure, aut agebat. in primo casu restitui non debuit,

nec

nec in secundo, quia simul hæ duæ mutuæ petitiones tractari debebant, utrumq; probatur, supra de ord.cogni.cum dilectus. So.primò uir conuentus fuit à muliere super spoliatione, unde non potuit sibi referri quæstio proprietatis: quia primò conuenerat coram ordinario, licet coram delegato forte reconueniret: uel dic secundum Io.qui hoc no.2.q.2.c.1. quòd istud locum habet, quando super re, de qua principaliter agitur, fit reconuentio: illud, quando super diuersis, Gof.& per hoc dicit utilius conuento petitorio super eadem re de spoliatione reconuenire, quam excipere. Idem no. de ord.cogni.c.fi. & idem hic Vin.Inno. & Abb.pro his facit cle. de causa pos. causa, ut ibi no. in glo.pe.Sed Host.intelligit, quòd hic fuit exceptum & postea actum, ut supra dixi, dicens opi.Io.Vin.Gof. & Inno. & Abb.non esse ueram, & ponit hos terminos. Pone, quod petunt canonici electionem per se factam confirmari, & aduersariis præcipi, ne ipsos postea molestent, quominus liberè eligant. nunquid, si petant aduersarii restitui, præiudicabitur petitioni canonicorum: dicit quòd non, licet opinio prædicta uideatur uelle contrarium; alleg.supra ti.1. cum ecclesia,& c. cum super,& c.cum dilectus, de elec.cum ecclesia,& Cumana,& c.in genesi, de præbend.dilecto, non ob. hoc capitulum, quia hic prius exceptum: uel hoc c. & infra eo.literas, & c.se.& supra ut lit.non contesta.accedens.2. loquuntur in coniuge alterum spoliante, & postea matrimonium accusante, & ob hoc suspectus est, & præsumitur contra ipsum, arg.supra eo.item cum quis.omnis autem suspectus repellitur ab accusatiõe matrimonii, infra qui matrimoniũ accu.pos.significante, & hæc ratio redditur infra eo. literas. §. porrò, uersi.si non habeat. Item secundum eum inducit hoc fauor matrimonii, & dicit non faciendam uim; quòd quibusdam ex iuribus supradictis intentabatur petitorium, & possessorium.nam & hic oportet proprietatem probari, supra eod.ex transmissa. Item secundum eum, quando opponitur consanguinitas petenti restitutionem, & excipiens fatetur matrimonium consumatum, non potest esse spoliatio non notoria: sed si non fateatur matrimoniũ, sed neget, addens, quòd & si apparet contractum, nõ potest esse matrimonium propter consanguinitatẽ, dicit eum audiendum; & sic potest intelligi, de ordi.cog.c.1.de off.dele.causam 1.secundum literam prius quam, arg.de testi.ex tenore, secundum Host.qui dicit prædictam opini. nullo iure iuuari, nec etiam per hanc decreta. prædictis rationibus, maximè cum hic nõ dicatur suspendi petitorium, sed possessorium notorium prius terminari, quod potest inducere periculum animarum propter petitorium, quod posset nimis protendi, & sic daretur materia adulterandi. per quod dicit, quòd si is, qui spoliauit episcopũ toto suo episcopatu, agit contra ipsum ciuiliter, & ipse reconuenit illum de spoliatione illa. quòd si spoliatio illa sit notoria, statim fieri debet restitutio; ad id supra ut lit. non contest.quoniam.§.porrò, de appe.oblatæ, ad fi. quod autem hic de spoliatione constaret, patet secundum eum, quia de hoc papa non mandat inquiri. sed huic ob. litera, si est ita. mihi non uidetur, quòd per hæc dicta Host.lædatur opi.Ioan.& sequacium. Nam exemplum, quod dat de canonicis petentibus confirmationem, non ob. uam in eo, quòd confirmationẽ petunt, implorant officium iudicis, nec dirigũt actionem contra certum, & facit quod dixi de causa poss. cum eccclesia, super glo.2.in eo, quod petunt inhiberi, &c.non intentant petitorium, sed possessorium retinendæ. Alia etiam non obstant, quod per te uideas, ultra hoc extra casum istum, quo pronunciari petit, non tenere matrimonium carnale, uel spirituale, rarò uel nunquam ueniet in practicam, quòd agens petitorio recõueniatur possessorio recuperandæ super eadem re. & ipse idem Hostien. dicit post omnia hic in fin.capituli, hoc dici posse, quod possessorium secundo loco propositum, ex quo uersatur circa eandem rem, præiudicet petitorio, remittens infra eo.literas, in prin.super uer.postulabat.& de hoc in Spe.de peti. & pos.post prin.uer.si uero [*Postmodum*].f. ipsa restituta, & sic non prius [*Matrimonio*].i.consanguinitate, quæ obijcitur matrimonio. ¶Tertia † glo. no. ex

14 rex.quòd etiam post lit.contest.&c. & adducit ca. pastoralis.obijcit de decret. inter mon.soluit, & stando obiectioni respondet ad hoc capit. & ad c. pastoralis. ¶Quarta glo.ponit 4. casus, quibus non fit restitutio coniugis. ¶Quinta signat contrarium, & soluit. ¶Pe.

15 respondere potest per obiectionem. ¶[*In † gl.2.ibi, licet*] quamuis de incestuoso matrimonio ageretur ciuiliter, tamen non ad pœnam incestus, secundum Goff.

n [*& ibi, ex parte*].j. de iudi.c.ulti.[n]lib.6. ¶[*In gl.3.ibi, in modum actionis*] Inno. hic, & supra de causa pos.c. 2.tenet contrarium in causa matrimoniali, s. ꝙ etiã lit.conte.

o super matrimonio, posit reus restitutionem[o] petere, & prius audiatur [*& ibi, compulsa*] dicit Hosti. quod hoc non uidetur iuuare: quia si fiebat sibi iniuria, debuit appellare. ¶[*In glo.4.ibi, gaudemus*] & aliis, quæ no.supra ut lit.non contest.c. 1. in 4 glo. remissionẽ dedi, supra eo.ex transmissa [*& ibi, restitutio*] melius dixisset, ubi petitur spoliatio. ¶[*In gl.arg.contra in fi.*] ut.j.eo.literas, uer. non autẽ, Tan. ¶[*In gl.ult.in fi.*] de hoc in Spe. de rescri. præsentata. §. ratione formæ, uer. item ꝙ ubi debet.

ANNOTAT ONES.

a ¶Ante præsentationem. Vide per do.Fel.in c.cæterum, de rescri. in 9. col.

b ¶Qui semel. Per illam auten. dicitur communiter, quòd post datum libellum citatione secuta non licet actori pœnitere inuito reo, ibi uide Cy. & Bart. & Sali & plenè per eosdem, & Bald. in l.edita.C.de eden. & uide in Spe.de libel.concep.§.an actor, & §. ibi se.secundum antiqua iura procedebat, quod hic ille dixit.

c ¶Absenti. Vide ad materiam l.absenti.& ibi nota.per Bar.ff.de dona.&uide glo. Ioan.And.de præb. si tibi absenti, lib. 6.Et ad materiam omnium prædictorum uide l. si iudex, ff.de mino. & ibi Bar.& l.amicissimos, §.fi.de excu.tu.& ibi doc. & plenius in l.petendum, C.de temp.in inte. resti.mi. per Cy.Bald. & Sali.& per Bar.in l.si post mortem, ff.de contrahab.

d ¶Possessori. Et in hoc magna est rei utilitas, si quando à possessione cadat, in uendicaã. & quæ actio ipsi reo tunc dabitur, uide uarias opi. ibi per glo.& Bar. & in §. fi.illius.l. uidetur tamen contra Inno.facere, quod ipse no.supra ti.proxi.cum ecclesia, ubi uide Ioan.And.in glo.hoc patet, & in c.cum contingat, hic proxi. alleg.ubi uide Io.And.in glo. quia melius, & uide in c.cum Bertoldus, de re iudi.in glo.uidetur.

e ¶Quidam ad fi. ibi uide, quanti æstimatur homo, ipso autem perempto potest fieri condemnatio ad æstimationem, uide Io. An. de uer.si.ex parte, in glo. 1.emenda, & plenius Bar.in l.stipulationes non diuiduntur, ff.de uer.ob. & in l.1.ff.de ac.em.& ibi uide ad istam materiam Bald.

f ¶Contraria: In contrarium facit, quod nota. Barto.in l.Iul.ff. de confe.& in l.si seruus.§.fi.ff.de uer.ob.sed ibi forte loquitur, quã do res esset perempta, Archidi.

g ¶In alijs. uide in l.si forte, ff.si ser.uendi.& in c.examinata, de iudiciis.

h ¶Probauerit. Et tunc si non probauerit, an absoluatur diffinitiuè, & simpliciter, an declaretur super dominio actoris, etiam si nil probauit, uide glo.no.in l.circa, præalle.& in fi.glo.ma.& Sali.C. de eden. qui accusare.

i ¶Circa. Item ad hanc quæstionem uide tex.in c.abbate sane, de re iud.lib.6.ubi ille reus, & illi fratres Hiero.probabant se dominos & ad eos spectare, ut in uer. fi. allegabatur, quòd non fuit lata declaratoria, sed solum absolutoria pro eis: sed dic, quòd hæc non petierunt.si.n. petiissent, declarata etiam fuissent. item pro hoc, quòd declaratoria feratur pro reo, facit tex.in c.cum causam, de re iudi.& ibi scripsi, sicut dicitur de causa appel.etiam ut no.in l. eos, C.de appel. Arch.

k ¶Reconueniat. Quòd hoc possit fieri super eadem re, uidetur dubitabile propter no.per Io.An.in c.cum contingat, de off.dele.in glo.

glo. quia melius, & uide supra ti. proxi. cum ecclesia, in glo. hic patet, ad fi. & de re iudi. cum Bertoldus, in gl. uidetur, per Io. An.

l ¶In fi. pe. Hoc ibi idem dicit, quia tentat, an à sententia super possessorio possit appellari, de quo uide Bar. in l. 2. ff. de ap. recip.

m ¶Pastoralis. No. quod licet cōiter gl. & doc. sic dicant; tamen glo. hoc in uer. post appellationem, dicit aliter. s. ubi manifestè grauatur, quod no. bene. Item no. quòd clausula, appellatione remota, in delegatis conuenientis apposita non tollit facultatem appellandi reconuenienti ad incommodum clausulam impetrantis, quod uidetur limitate. c. 2. de mutuis peti. dic, ut ibi scripsi, & ad id, quod dixi, quòd non tollit facultatem appellandi, ubi manifeste grauatur, facit optimè tex. in c. inter cœtera, de re iud. Archi.

n ¶Iudi. c. ult. in c. ex conquestione, in glo. per hoc, in fi. no. ex hac solu. quòd ubi reus per iudicem est supplantatus, quominus possit ante lit. contesta. opponere exceptio. dilatoriā, quòd poterit post lit. cont. ad hoc Inno. in c. diuersis, infra de cle. coniu. in fi. no. in c. & cū super, de cā pos. & propri. & c. cū olim, de do. cont Bal.

o ¶Restitutionem. Pro hoc uidetur tex. in cle. unica, de causa pos. & propri. ibi, uel aduersario &c. Sed potest dici, quòd speciale in causa beneficiali, ut ibi dicit Bar. in l. naturaliter, §. nihil commune, ff. de acq. pos. in 4. combina. uidetur tenere id, quòd ista gl. sed tamē ipse potius uidetur loqui, quando pos. refricatus per uiam excep. Bal.

SVMMARIVM.

1 *Violentus rem in fructibus qui percipi potuissent, restituire, damna resarcire, & de iniurijs satisfacere compellitur, & numero 6. & 8.*

2 *In actionibus bonæ fidei, & stricti iuris, ubi peto, quod meum est, ueniunt fructus, & partus, & omnis causa, & quando ea petere debet, & nu. 3.*

In iudicium quæ ueniunt etiam non petita, ibid & nu. 3.

3 *Peti quæ debent, si non petantur, uel etiam si petantur, & non fiat mentio in sententia lata super principali, ea postea peti non poterunt.*

Legis si in iudicio, ff. de excep. rei iudi. intellectus, ibidem uersicu. nec obstat.

4 *De iniurijs ex ui illata rebus ablatis uix in curia impetrantur literæ, licet fiat petitio, & condemnatio iniuriarum.*

5 *Epilogus, & suffragium glossarum. & nu. 6.*

Fructus qui dicantur, & à quo restitui debent & à quo tempore, §. 1. & nu. 8. 2. 9.

Expensa quæ deducantur à quo possessore facta, §. 1.

Sortem, & industriales facit suos coniux ex re à marito donata, ibid. & à quo die ueniant, nu. 8. & quare quidam industriales, dicantur, nu. 9.

Deiectus, uel spoliatus ad quæ restituendus. ibid. uer. hoc lex dicit.

7 *Additio glossarum.*

Possessor malæ fidei quando per denunciationem fiat, & nihil aliter nare potest, ibid. nu. 7.

8 *Ex interdicto, de ui & ui armata, ueniunt fructus à die deiectionis, in alus à die edita actionis, & an magis expediat hoc uti interdicto quam rei uendicatione.*

CAPVT XI.

1 Grauis. Casus. Violentus† rē cum fructibus, qui percipi potuissent, restituere, damna resarcire, & de iniurijs satisfacere compellitur. prima pars ponit decisè querelam. super qua secundo dat iudicem, & ibi, Mandamus, cui quatuor mandat, quæ per se patent [*Restituere*] compellatis, quod est infra, & forte in uiolenta apprehensione possessionis aliqua exportarunt & de his loquitur secundum Pet. & Abb. [*Damna*] no.

2 quòd† in actionibus bonæfidei, & etiam stricti iuris, ubi tamen peto, quod meum est, ueniunt fructus, & partus, & omnis causa à tpe moræ. ff. de usu. uideamus & l. mora. §. in bonæfidei. ff. depo. l. 1. §. hanc actionē. & hoc uerū est, si petatur in libello expresse: alioquin iudex non pōt ad ea restituenda cōdēnare. ff. de ædili.

a edic. ædiles. 1. §. item ᵃ sciendū: sed & sine petitione cō-

demnare non pōt, nisi de his, quæ post litē cont. cōtingunt. Illa. n. omnia officio iudicis ueniunt in condēnatione, ut ibi, & ff. de usur. partū, & l. Paulus. §. fi. & l. fe. excipe et actionē. quod me. causa, & interdictū, unde ui, & cōstitutionē. si quis in tantā. in eis. n. oīs cā ue nit. ēt si non petaf. ff. quod metus cā. licet. sed & partus. ff. de ui, & ui ar. l. 1. §. rectissimè, & l. idē est. §. fi. & l. si plures. C. unde ui, si quis in tantā, & leg. & not. supra quod me. cā. c. fi. unde & interdicto agitur ad accessoria sine principali per prædictas. ll. ſm Inn. & idem est in petitione hereditatis, in qua et oīa ueniunt ratione uniuersitatis ff. de peti. hæred. itē uidendū est. §. fi. & l.

b non tantū, & l. item ueniunt §. fructus, per totum ᵇ ꝗ

3 si † non petanf illa, quæ non ueniunt, nisi petita fuerunt in iudicio, uel ēt si petanf, & feraf super principali diffinitiua sententia, nulla eorūdē accessoriorum habita intentione, deætero peti nō poterunt. C. de usur. eos, respon. 1. C. de fruc. & litis expe. l. 3. ff. de act. em. & uendi. qui pendentē, & l. qui per collusionē. ff. de eo, quod cer. lo. in bonæfidei, & l. centū Capuæ. Si aūt plura petantur non quasi principalia, sed quasi ac

c cessoria, tunc secus est, ut in præalle. l. centū. ᶜ nec ob. ff. de excep. rei iud. si in iudicio. ubi dicitur, ꝙ in bonæ fidei iudicio ad hæc accessoria agi pōt exceptione rei iud. iam latæ, non obstante, quia ibi loquitur quando ineptè agebat, & ideo fuit reus ab instantia iudicii absolutus ſm Inn. quasi di. in hoc. n. casu pōt iterū aptā proponere actionem, quod uerum est, ut pater in eo, quod le. & no. supra de iudi. examinata. sed non dicit hoc l. prædicta. imò & loquitur, quando de uno accessorio actū est rōne præteriti tēporis, & nunc agitur de eodē rōne tēporis, quod postea fluxir. In hoc. n. casu quando principalē actionē proponet, pōt ratione futuri tēporis petere idē accessoriū ī qualitate, sed aliud in re, quod in primo iudicio rōne tēporis præteriti petitum fuit. & est rō. quia aliud petitur nunc, quàm primò, ut patet ib. idē, & ff. de ex. rei iud. si qs cum totum, & l. quærif, & du abus. ll. seq. ſm Inno. cuius est mens

4 quasi totius huius glo. [*Iniurys*] dicit† Host. ꝙ licet hic, & infra de iniuriis, olim, admittaf petitio, & fiat condemnatio iniuriarum: hodie tū uix potest in curia super hoc litera impetrari. [*Satisfacere*] 46. dist. clericus. 2. infra de sen. ex. porrò, Phi. [*Nouo*] s. ipso spoliatore [*Si*

d *eis*] s. fratribus spoliatis [*Possessores*] ᵈ etiam mobilium, quæ erant in fundo. ff. de ui & ui arma. l. 1. §. ex die.

5 ¶ Prima† glo. respondet per quæstionem, quomodo constare debeat, &c. ¶ Tertia glo. respondet per quæstionem, quid intelligitur appellatione fructuum, & dicit, id, quod superest &c. distinguens inter fructus industriales, & naturales. & inter possessorem bonæ

6 fidei, & malæfidei, & uiolentum. ¶ *In* † *glo.* 1. *ibi, si quando*] ponit casum decre. proxi. alle. ¶ *In* 3 *a. ibi.* §. *fructus*] §. ulti. est, & hanc, & se. l. & l. fructus, uide de usuris. ca. 1. super 4. glo. [*& ibi plane inter*] ubi bonæfidei possessor

e deducit expensas, ᵉ etiam si res non extent, in quas fecit, malæfidei non aliter, quàm si res melior sit [*& ibi. impediat*] textus est in l. sequenti [*& ibi, de oper. ser.*] ut in cæteris rebus intelligitur fructus, qui superest ad necessarias expensas, & sic in operis seruorum [*& ibi, quod in fruct.*] sequitur, redigendos impensum est, non ambigitur, ipsos fructus diminuere debere [*& ibi, §. idē Labeo*] procurans restituit fructus, sed deducit expensas factas in eos percipiendos [*& ibi, si fundum*] uide de cle. excommu. mini. illud, super glo. sequen. quia [*& ibi. §. quod ait*] inuasor hæreditatis restituit non solum perceptos, sed & qui percipi debuerunt [*& ibi §. ulti.*] non aduerti iudex, an possessor fruitus sit, sed an petitor frui poterat, si possedisset [*& ibi, si de possessione*] hoc l. dicit, ad quod inducitur, & duo. §. se. dicunt, ut deiectum restituendum in eam causam, quam habi-

turus

turus fuisset, si non fuisset eiectus, & ad illud interesse [*& ibi.l. 1.*] creditor fructus, quos percipere debuit, computat in sortem [*& ibi, fructus*] coniux ex re sibi donata per cōiugem bona fide percipiens fructus industriales, facit illos suos, naturales non [*& ibi, continetur*] ita stat litera.l.& loquitur, cum prætor opus restitui iubet, vt etiam damnum datum cōsequatur actor.

7 ¶[*In† gl.ult.ibi, expensis*] de usuris c.1.& 2.[*& ibi, uniuersos*] etiam de perceptis ap. pen. de hoc in Spe.de app.§.de offi.uer.sed pone, petii [*& ibi, malæfidei*] no. Vinc.infra de despon.impub. ad dissoluendum, quòd sola denūciatio nō facit aliquem malæfidei possessorē. ff.quod cum falso tu.per totū. C. de fruc.& lit.ex.l.2.ff.de uer. si.l.bonæ.sed in sola petitione hæreditatis efficitur per

f denunciatiationem ᶠ malæfidei possessor, ita, quòd postea nil alienare potest. ff. de petit. hæred. item ueniunt.§.quod autem.lex autem, si fundum, infra alle. loquitur in eo, qui habebat conscientiam rei alienæ,

8 secundum eum [*& ibi, ut hic dicit*] & est† speciale in hoc interdicto, quòd ueniunt in eo fructus à die deiectionis. In aliis enim interdictis non ueniunt nisi à die editæ actionis. patet utrunq;. ff. de ui & ui ar.l.1.§.ex die per quod uidetur, quòd non expediat proponere interdictum, præter interdictum, unde ui, sed potius proponenda sit rei uendicatio ᵍ. sed secundum Vinc. esse

g posset petitor in possessione superior, in proprietate inferior. quare magis expedit proponere interdictum [*& ibi non licet*] ubi de hoc, & ff. quod me.causa, sed & partus, & plenius.ff.de rei uen.& ex diuerso. adhuc ple

h nius in Spe. de fructi. & interesse.§.1.[*& ibi, industrialibus*] meritò sic† dicuntur: quia ut dicit Hieron. super

9 Isa.18.li. sudore & labore nimio ad ubertatem fructuū peruenimus, & quomodo grandis pœna est, quando tempore collectionis perduntur, uide super Oseæ.5.

ANNOTATIONES.

a Item. Quandoque autem ueniunt fructus, non ut fructus, sed ut interesse, & tunc differt multum ista petitio ab illa, de qua hic, ut quando est in ob. rem tradi, de quo uide Bar. in l. uideamus, præalle. & in l. si filius. §. fi. ff. de uer. obli.

b ¶Et per totum. Et tunc fructus, & partus augent hæreditatem, & ueniunt & includuntur in actione petitionis hæreditatis, sicut alia hæreditaria: secus rei uend. diuersa enim est rei uendicatio, quæ proponitur pro re, ab illa, quæ proponitur pro fructibus, ut de ibi glo. no. & idem in dote & peculio, & ibi uide Barto.

c ¶Centum. Ibi uide glo. & Bar. plenius in l. fina. ff. eo. ti. & per Cy. Bal. & Sali. in l. 1. C. de iud. & in l. 4. C. deposi. & in Spe. de disputa. & alle. §. fi. uer. qui si de fructibus, & ad materiam huius glo. uide Bal. in l. properandum, §. sin autem alterutra, C. de iudi.

d Possessores. No. bene istum tex. quod ad quod dicitur uiolentum teneri de fructibus perceptis, & qui percipi potuissent; intelligitur prius, sed à petitore, non à uiolento, uide tamen Bar. Bald. & Sali. in l. domum, C. de rei uendi. & in l. apud Iulia. in princ. ff. de leg. 1.

e ¶Deducit expensas uide glo. auream circa fi. quam exclamat Ang. post Bar. in l. sumptus, ff. de rei uendi.

f ¶Denunciationem. Intelligitur idest citationem post libellum datum, ut l. pe. & ibi uide Bar. ff. pro empto. & uide Bartol. in l. sed & si lege. §. sin autem, ff. de peti. heredi. & ibi ponis differentiam denunciationis in uniuersalibus, & particularibus iudiciis. & uide Bald. & Sali. in l. si fundum infra allegat. & de hac denunciatione uide Inno. de maio. & obe. dilecti. & scias quòd omnia iura, quæ dicunt bonæfidei possessorem teneri de fructibus extantibus, est uerum, nisi illos per triennium possederit, uide glo. no. & ibi Bar. in l. sequitur. §. fructus, ff. de usucap.

g ¶Rei uendicatio. Quia in illa ueniunt fructus ante lit. moram, percepti iure tamen actionis, ut dictum est in textu, consilium tamē l. is, qui destinauit, ff. de rei uen. est contra hoc.

h ¶Interesse. §. 1. Et per Cyn. & Bald. & Sali. in l. certum. C. de rei uendic. & uide ad materiam plura utilia in l. sed & si lege, per totam l. ff. de peti. hæred. maxi. in §. si ante, per Bartol. & uide diffinitionem bonæfidei possessoris. in l. apud antiquos, C. de fur. in textu.

SVMMARIVM.

1 *Restitutio denegatur ei, qui non possidet.*
Episcopus, & capitulum quando simul agant, quando separatim, ibid. ad uer. inter nos.

2 *Domus si de iuribus agatur, uel de restitutione, uel subiectione alicuius domus, quando sufficiat agere magister illius domus, & quando magister prouinciæ, ciuitatis, uel diœceseos admittatur, & quando requirantur fratres.*
De magistri domus, & ministri prouinciæ, ciuitatis, uel diœcesis fratrum militiæ templi potestate & auctoritate, quædam, ibid. & num. 3. 4. 5. 6.

3 *Magister uel minister maior si remouerit minorem, tenetur per se, uel per alium litem defendere, alioquin contra eum tanquam contra contumacem procedetur.*
Inferior citatus in iudicio si nominauerit superiorem, & postea cōtumax apparuerit uterque, contra in contumacē procedetur. ibi.

4 *Administratoris uel prælati domorum, uel ecclesiarum quando debent pro eis respondere, uel agere, uel dare locum superiori ea facere uolenti, & nu. 5. & 6.*
Pro ecclesiis, uel domibus qui alij ultra prædictos possint agere, & respondere, eisdem nu.

5 *Episcopus est præordinator in cunctis, & ipsius est tam spiritualium, quàm temporalium omnium ecclesiarum ciuitatis & diœceseos cura omnis & omnium priorum locorum, & quando præferendus inferioribus præ ecclesiis ipsorum, nu. 4. 6.*

6 *In concursu multorum ualentium pro domibus, uel ecclesiis agere, & respondere, quis præferendus; & quod sit in hac re iudicis officium.*
Circumstantiæ rerum, & personarum etiam in eligendo actore, uel defensore pensandæ, eod. nu. uer. his igitur.
Templarij, & abbates an & quando possint agere, & respondere pro subiectis, ibid. uer. idem dicendum, & nu. 7.

7 *Prælato mortuo, quamuis superior uiuat, nihilominus ecclesia caret immediato defensore.*
Contra ecclesiam, uel prælaturam uacantem præscriptio non currit, ibid. uer. dicendum tamen.
De uacante episcopatu, & ecclesiæ parochiali quæ & quot ac quid loquantur constitutiones, eod. nu. uer. dicit Hostien.

8 *Vacationi æquiparatur noua prælati institutio, & ratio.*

9 *Oratorium in quo differat ab ecclesia.*
Episcopus debet interesse per se, uel alium constructioni ecclesiarum, ibid.
Dominium per pensionem non probatur, ibi. uer. quòd per pensionē.

10 *Inuestitura pro institutione auctorizabili, & corporalis a quo præbeatur.*
Obedientia, uotum, iuramentum non obligat alios, præterquam præstantem, nisi in duobus casibus, eod. nu. uer. hac obedi. & quando pro obedientia nomine alieno præstita possis appellari, ibid. & qui eam facere teneatur, & cui, nu. 11.

11 *Dominium rei sacræ non potest quis habere, & est quoddam episcopale dominium.*

12 *Circumueniens de dolo tenetur.*

13 *Domus pro dominio, uel possessione domus.*
Antonomasia, ibid.
Possessio de facto habita etiam de facto tradi potest, & quis utitur, & habet facti plurimum, ibid.
Suppletio ad contextum, eod. nu. ad fi.

14 *Vsucapiant qui*
Possessionem occupans qui non sit uiolenter expellendus, ibid.
Violentus efficitur ex post facto, qui prius non erat, & quando, ibi. uer. alij dicunt.
Ius nemo sibi directe nec episcopus debet, sed per iudicem, ibid. in fine, & nu. 15. nisi in casibus, uide nu. 23.

16 *Clericus, & religiosus bella mouere, & uim repellere etiam contra alios clericos, uel religiosos, & quando sine excommunicationis incursu.*
Defensio etiam clericis, & religiosis licet incontinenti. ibid.
Pro recuperandis rebus uim inferre, & mouere bellum licet etiam clericis, & prælatis, eod. nu. & nu. 17. & quando auctoritate propria, & quando superioris, ibid.

Bellum

Bellum Iustum quod, & à quibus, & contra quos, & qua de causa indici, & moueri potest, eo.nu. & num. 17. & 18. 24. & in quo capti fiant serui capientium, ibid. & quæ res, & quæ personæ capi possint, nu. 20. & 22. uide etiam nu. 23.

17 *Prælatus ecclesiæ pro iure ipsius potest bellum indicere. & ei interesse: & hortari & animare ad recuperationem, non ad occisionem. & quis, & quando.*

Iniuriam non habet executio, eod. nu. uer. & est ratio.

18 *Imperator inferre bellum ecclesiæ non potest, sed eam debet defendere, & malignorum oppressionibus liberare. cum sit ex officio aduocatus & ecclesiæ: & si inferret, quid incurret.*

Est inferior Papa, ibid.

Ecclesiæ adhærere tenentur omnes fideles & catholici contra iniquum principem, ibid. uer. in hoc igitur.

19 *Clericus, an & quando fiat irregularis, si sit in prælio.*

21 *Contumacem, uel delinquentem in territorio suo iudex an punire, & res eius deuastare, ac alijs modis & quibus procedere possit, non tamen indicto bello, & quibus præmissis.*

Et quid si non sit de iurisdictione ipsius iudicis, quid iuris, ibid.

22 *Quid si habent iustum bellum?*

23 *Vim ui repellere qualiter unicuique liceat etiam papæ, episcopo, & inferiori prælato, & cui, remittit aliò, & uide supra nu. 16. 17. 18. 19. 20. 21. uide quoque in suffrag. §. in glo. pen.*

25 *Procuratorem etiam episcopus, & collegium constituunt.*

Libellos quomodo forment prælati, ibid. uer. no. quo.

Interdicto, unde ui, proposito omnia ueniunt in iudicium, & si quid sit omissum in sententia, de eo non potest amplius agi, nisi fiat reseruatio, ibid. ad dictio. Decernentes.

26 *Epilogus, & suffragium glosarum. et nu. 27.*

Conditionalis traditio non extante conditione nulla est.

Possessio nec uendita nec amissa intelligitur, nisi extet conditio, sub qua tradita uel dimissa fuit, ibid. ut amittatur. §. 2. & nume. 30. et 31.

Eius restitutionem qui petere nequeant. §. pe. & ulti. et nu. 30.

28 *Additio glossarum.*

Si rem meam trado ecclesiæ sub conditione, ut quid fiat ex ea, & quod, non est simonia, eod. nu.

Temporalia pro septimo, uigesimo, & c. relinquuntur, ibid.

29 *Repetere ne quis se potest.*

Ad religionem actiorem licet se transferre, ibid.

Regulam institutam in loco, uel habitum, uel statum antiquum loci, uel subijcere alteri loco, mutare sine superioris auctoritate, non licet & euius, ibid.

30 *Possessionem retinere quandiu intelligar, & quam, & quando recuperare per me possim amissam, uide etiam in suffra.*

Eam interuertere dicitur uicarius, uel colonus, cum incipit nomine suo possidere, ibid.

Ab ea expulso uicario, uel colono ante interuersionem competit domino interdictum, aliàs interuertenti, ibid.

Ab ea, si dominus non admittatur ueniens à uicario, uel colono, potest expellere eos incontinenti, ibid.

Ciuilem dominus retinet animo, & quando, ibid.

31 *Non amittit decedente, uel recedente de possessione eo, per quem possidet.*

Spoliati, qui non potest probare possessionem, consilium quod sit, docet, ubi sit, ibid.

32 *In defensione quis non laudatur expectare primum ictum, terror armorum sufficit ad excusationem, ibid.*

33 *Defendendo se quis non incurrit excommunicationis, nec temporalem ad pœnam, nisi in casu, & quo, et an ipso facto.*

Irregularitas quando statim incurritur, ibid.

Ignorantia probabilis, non crassa et supina admittitur. eo. nume. in fin.

C A P V T   X I I.

1 2 OLim causam.[a] Casus. Ei† qui non possedit, restitutio denegatur. & in primia ponitur commisionis, & facti narratio. in 2. causæ diuisio, ibi, intelligentes [*Inter nos*] loquitur episcopo, & capitulo Terdonen. qui ideo simul agunt: quia locus, de quo agitur, communiter pertinebat ad ipsos: aliàs in diuersis capitulum per se, & episcopus per se agere possent, quamuis securius sit secundum Inn. quod in omnibus simul agant, de iudi. causam quæ, remittit etiam Host. 2 de rescri. edoceri. de procur. c. 1. [*Et magistrum*] si de† iuribus alicuius domus agitur, dicit Inno. quod sufficit, quod b magister illius domus[b] agat, ad hoc. s. de iud. cum deputati. Si autem agitur de restitutione, uel subiectione alicuius domus, tunc minister prouinciæ, ciuitatis, uel diœcesis admittitur, ut hic patet. potest etiam dici, quod semper superior agere posit. & si magna est causa, ut hic, requirantur fratres, & sine requisitione posset admitti, si se offert, ar. infra de his, quæ fiunt à præla. c. fi. unde & magister domus Caluentiæ, & fratres in hac causa fuerunt citati, ut hic innuitur. imò plus uidetur, quod pro talibus domibus, quæ sic aliis sunt subiectæ, quod de rebus earum pro libito statuunt, & disponunt, & præceptorem, quando uolunt, amouent, & reponunt, & om- c nes[c] illi, qui super tales domos potestatem huiusmodi immediate obtinent, possunt pro eisdem domibus agere, & etiam conueniri, supra de transac. veniens, & ca. præterea. 2. infra de præscrip. ex transmissa, infra de deci. dudum, ita, quod semper sit in optione talis superioris, ut si uoluerit, inferiores permittat agere, uel conueniri, uel, si malit, agat, & conueniatur, ac ceteris omnibus præferatur, arg. hic. hoc autem suadet ratio naturalis. nam, ex quo minorem ministrum potest remouere ab administratione domus, quod plus est, multo fortius poterit eum remouere à persecutione unius litis, uel etiam plurium, quod minus est, arg. infra de deci. ex parte 3, infra qui d fil. sint leg i. per uenerabilem. 1. respon.[d] & quia etiam magis sua interest, cum in domo maiorem potestatem habeat, ar. 2. q. 6. biduum, uer. in propria. si tamen maior 3 † minorem remouerit, tenetur per se, uel per alium litem defendere; alioquin contra eum tanquam contra contumacem procedetur. infra de eo, qui mit. in pos. causa rei seruan. c. 1. 2. & 3. secundum Inn. Idem fiet secundum Host. si inferior citatus in iudicio superiorem nominauerit, & postea contumax apparuerit uterque, ut patet in eo, quod le. & no. s. ut lit. non 4 conte. c. fi. §. quod si super rebus. ¶ Quid si† domus, uel ecclesiæ non subsunt ita omnino, sunt tamen aliquo modo subiectæ, sicut sunt ecclesiæ, uel domus alicuius episcopatus, uel archidiaconatus, uel archipresbyteratus, quæ prælatis respondent de spiritualibus, abbatibus uerò, uel alijs personis ecclesiasticis; & etiam aliis laicis ratione iuris patronatus respondent de temporalibus, ut. j. de præb. in lateran. j. de priui. cum & plantare. §. in ecclesiis. responsio secundum Inn. administratores talium ecclesiarum, uel domorum in istis casibus, uel similibus habent nomine earundem respondere, & agere primo loco, quod si negligentes sint, uel non possint hoc facere aliquo iusto impedimento detenti, tunc primò superiores spirituales, & in eorum defectum temporales, & tandem omnes illi, quorum interest, sunt admittendi. 16. q. 1. constitutum. & q. 7. filiis. 3. q. 2. non licet alicui metropolitano, & legitur & no. infra de rec. ec. non ali. si quis presbyterorum. magis tamen uidetur consentaneum rationi, quod in defectum administratorum episcopi pro ecclesiis sibi subiectis semper agant. j. de succes. ab intest. c. fi. ubi de hoc, & dicam infra de test. requisisti, in gl. licet multa, & C. de sac. san. ec. sancimus e pri.[e] ubi dicitur, quod episcopus & œconomus, & custos 5 uasorum agere possunt. nec mirum, si episcopus† præ ceteris admittatur. Ipse. n. præordinator est in cunctis 25. di. perlectis, & ipsius est tam spiritualium, quam temporalium omnium ecclesiarum ciuitatis, & diœcesis omnis cura. 10. q. 1. c. 2. & se. 12. q. 1. episcopus, & c. precipimus, & q. 2. nobis, & c. se. 16. q. 7. omnes basilicæ, & etiam omnium priorum locorum. j. de reli. do. de xenodochiis. per quæ iam uidetur, quod 6 † episcopus in agendo, & in defendendo sit omnibus

alus

aliis præferēdus. tu tamē dicas, quòd iudex, qui debet de causa cognoscere, examinabit summariè, quis cui præferatur, nam & quò ad temporalia prior & precipua est causa inferioris ministri, quàm episcopi. 10. q. 2. quia cognouimus. infra de rebus ecc. alie. c. 1. In spiritualibus autem prior & præcipua est causa epi. q̄ inferioris ministri. nam & omnes alij sub eo ipsius uice & nomine curā gerunt, ut patet supra de offi. archi. c. 1. & de off. archipresby. c. 1. & fi. s̄m Inno. q̄nque ēt est archidiaconus requirēdus, ut supra de off. archidi. ad hæc. §. fi. sed q̄nque est canonicus præferendus, quod dic, ut le. & no. infra de proba. ex literis. His igit̄ & aliis pensatis circunstantiis, qualitate, discretione, & fide personarum uniuscuiusque interesse, q̄n simul plures cōcurrunt, ac se offerunt, eliget iudex idoneiorem, arg. ff. de popularibus act. l. 2. de canonicis autem, q̄uo possunt agere, not. infra de testi. cum olim. Quantuncunque autem in prædictis casibus iudex unum eligat, & cæteris præferat; nihilominus tamen illi quorū interest, possunt assistere litem prosequenti, argu. C. de lit. auct. nūc si hæres. ff. de lega. 3. cum quæreretur. §. fi. ff. ut in posses. lega. is qui §. qui legatorum. ff. de usu & habita. si ita legatus. §. dominus. & si cōtrariam reportat sententiam; poterunt appellare. infra de re iudi. cū super controuersia. Sed his, quæ diximus, uidetur contradicere, supra de rescriptis, edoceri. ubi dicit̄, quòd ubi administrationes sunt diuisæ, ille solus potest agere, qui administrationi præest. & ipsam regit. Sol. Illud f uerum est, nisi iusta causa[f] subsit, quare alius præferatur ut præmissi secundum Innoc. nam etiam episcopus quādoque suspenditur, & ei coadiutor datur, ut patet in eo, quod legitur & not. supra de officio dele. uenerabili, & quandoque propter ipsius infirmitatem, uel aliud perpetuum impedimentum administrare non potest. unde & datur ei talis coadiutor, qui administrat in omnibus loco sui, ut patet in eo, quod le. & not. infra de cleri. ægro. de rectoribus, & tribus cap. se. quod dic hodie, ut de cleri. c. ægro. c. uno. lib. 6. & secundum Inno. illa decre. edoceri; loquitur; ubi administrationes penitus sunt diuisæ, sed inter episcopum & inter alios iferiores ministros sibi subditos nō sunt omninò diuisæ administrationes, immò sunt ambo, uel omnes administratores secundum Inn. Intelligas tu, & immediatè: sed inferiores sub episcopo, ut patet in eo, quod legitur sup. de of. archipres. c. 3. §. cōfessiones, & uide, quod dicam de reli. do. cum uenerabilis, in glo. iste episcopus. & idem dicendum est secundum Inno. de illis administratoribus, qui inferiores ministros ponunt pro libito, & deponūt, siue mutant, & reuocant, sicut templarij s̄m Inno. abbates, & multi alij religiosi; & de talibus loquit̄, infra de statu mo. cum ad mona. §. tales, de priuil. uolentes. §. in cos g uer. tunc. n. & præcedēti, &. §. sane, uer. & in aliis, li. 5. 6

7 Scripsit † etiam Inn. q̄ licet superiores, ad quos nec ecclesiæ administratio, nec temporalia immediatè pertinent, possint, ut dictum est, nomine ipsius ecclesiæ agere, & ēt quandoque aliis præferantur, dicendū est tamen, q̄ si prælatus ipsius mortuus sit, quantuncūque uiuat superior, nihilominus caret legitimo. i. immediato defensore. & ideò q̄ talem ecclesiam, uel p̄laturā uacātē non currit p̄scriptio: quia nec cessat causa constitutionis. hæc. s. non est, qui sp̄alē curā eius gerat s̄m Inn. cuius est mens quasi totius huius gl. dicit Ho. nescio, quā constitutionē allegare intēdat: sed una dicit, q̄ ecclesia uacāte non debet aliquid innouari, cū non sit, qui ius ep̄ale tueatur. Alia dicit, q̄ sunt recipiēdi testes uacante ecclesia, & carente legitimo defensore, ut j. ne sede ua. c. 1. §. attēdentes, & c. fi. §. nos igitur. tertia dicit, q̄ caret pastore, qui iura ecclesiæ suæ exigere debuisset, ut. j. de præscri. de quarta, uer. nisi forte. Oēs autem istę constōnes loquuntur in cathedralibus tm̄ ecclesijs. Est autem & quarta, quæ loquit̄ in ecclesia parochiali uacante: & dicit, q̄ si ipsius decimæ alii, dum uacat, fuerunt assignatæ, siue concessæ ab episcopo, non ualet collō: quia cū uacaret, legitimo defensore caruit, qui sibi prius ab eodem episcopo debuit deputari, ut infra de reb. eccle. s. nō ali. dudum. §. quia uerò. 3. respon. Sed cum præmissa gl. hanc quartam constōnem præcesserit, & sic per eandem subsequentem corroborata sit, de ipsa tm̄ non potuit facere mētionem.

8 & no. q̄ † nō v̄r esse differentia, utrū aliquid fiat in præiudiciū ecclesiæ, siue dignitatis uacantis, uel ēt de nouo institutæ, consentiente ēt prælato de nouo instituto, sed adeptionē possessionis ipsius impediri, uel differri timente, arg. optimū, de instōnib. cum uenissent, §. 1. uersi. ipse uero timens, & §. se. & supra de elect. offici. §. nos aūt, in prin. cū suis concor. & supra de rest. in integ. tum ex literis. §. 1. uer. prospeximus; quod est dignū not. s̄m Host. [*Et infra*] Abb. lit. coram se contest. receptis testibus, cōcluso in cā. cām plenè instructam remiserunt ad Papā, qui dedit auditores, qui postea retulerunt [*Episcopus*] hic incipe casum, Host. [*Oratorium*]

9 in † quo differat ab ecclesia, dicā infra de censib. c. fi. in gl. ergo non [*Construeret*] auctoritate episcopi, qui per se, uel per alium dēt interesse cōstructioni ecclesiarū, de consi. dist. 1. nemo, & c. si qs presbyter, & in p̄all. 30. dist. si quis extra, s̄m Inn. Tres so. no. per id, quod dr̄. j. episcopo sibi loci dn̄ium &c. q̄ per pensionē non pro h bat̄ dn̄ium[h]. de re iud. cū Bertoldus, de iure patr. præterea, & not. infra de app. bonæ, Abb. [*A quo*] s. episco

10 po [*Inuestituram*] idest † instōnem auctorizabilē. nā corporalem de iure cōi præstat archidiaconus, de quo remittit Host. supra de offi. Archi. cū satis, & c. ad hæc [*Et alys*] hæc obedientia nō obligat alios, nisi de ipsorum mādato promittatur, sicut nec uotum, nec iur̄m. Sed in tm̄ pro aliis dr̄ p̄stari, quia signum est, q̄ alij debeāt obedire. uel dic, q̄ si capitulū scit hanc obedientiam à suo prælato, uel eius procur. præstari, & hoc patiatur, ex iur̄o, uel obedientia sic præstita obligat̄. C. de iura. calum. l. 1. & 2. §. si autem dignitas, & §. se. & §. hoc ēt i huic, s̄m Inno. & Host.[i] Interest ergo eorum, & ob id appellare possent, de maior. & obed. dilecti [*Successori-*

11 *bus*] quilibet † succedens hanc obedientiam facere tenebatur, sed non cuilibet ex successoribus, infra de iureiuran. ueritatis, Goffr. [*Dominium*] quo ad tuitionem loci: quia rei sacræ dominium nō potest quis habere, inst. de rerum diui. §. nullius, uel dominium episcopale. 10. q. 1. per totum [*Nihilominus*] non obst. quòd possessionem retinuerat ibi nomine Terdon. &c. [*Magi-*

12 *ster*] templi [*Ipsos*] humiliatos [*Circumuenit*] unde † tenek batur de dolo, cum quis,[k] de renun. lectæ. hoc tamen plus imputandum est humiliatorum fatuitati; quod dic secundùm Hosti. ut supra, quod met. causa, cum dilectus, de conuer. coniug. dudum [*Et sua*] si renūciauerant proprijs, nil per hoc uerbū contulissent; ecclesiam non, quia sua non erat: se non, cum se abdicassent: sua olim non, quibus renunciauerant. 12. q. 1. nolo, & c. non dicatis, s̄m Inno. & Host. [*Domum*] idest

13 dominium † domus. hoc non placet Innoc. cum illud nō haberent, qui exponit, idest possessionem domus, quam sicut de facto habebant, sic de facto tradere potuerunt, & ex quo tradita, siue extet conditio, siue nō, semper uerum est, q̄ is, cui de facto tradita est, illā posl sidet[l] de facto: quia talis possessio habet plurimum facti; de hoc infra de concessio. præben. cum nostris. uel hoc solum intēdit litera, q̄ contractus de prædicta domo danda fuit conditionalis, s̄m Innocē. [*Ex eo quòd*] sup. maximè. Idem enim esset, & si nesciret, hoc excep-

14 pto, q̄ bene † usucapit, qui bonafide & titulo donationis possidet, & sic etiam expone totū uersi. & q̄ idem.

Nam idem, si probabiliter occupasset. & idem, si cum episcopi sententia. & idem, si non crederet fratres sibi litem moturos. Sed hoc dixit propter dicentes, ꝙ si occupans nō possit redargui. quod sciuerit rem alienam esse uel quòd temere ipsam occupauerit, uel ꝙ suspicatus fuerit se debere repelli etiam incontinenti, non est occupans repellendus uiolenter, argum. m C. unde ui. [m] l. 1. ubi dicitur uim illatam propulsare. p quòd patet, quòd si uis illata non sit, sed præter uiolētiam esset possessio occupata, uiolentia, quæ non esset, propulsari non posset. Ideo secundum ipsos, cum templarij hanc domum sine uiolentia habuissent, per episcopum non debuerunt uiolenter expelli. Alij dicunt, & forte melius, ꝙ quamuis ipsi hanc possessionem adepti fuerint, ignorantes, ꝙ ad episcopum pertineret: tamen si per episcopum moniti illam non reddant, licitè potest illis uis inferri, cū incipiant esse uiolenti, arg. 23. q. 1. §. 1. & per totum, & q. 2. c. 1. & 2. secundum Inno. quod dicit Hostien. posse tolerari, si notoria sit offensa infra de accusa. euidentia, de offi. dele. c. 1. lib. 6. aliter, si in dubio moniti non reddāt, sed se offerunt paratos stare iuri, non putat, quòd episcopus sibi ius dicere potuisset hoc casu. C. ne quis in sua causa, in rubro & nigro. C. unde ui, si quis in tantam. ff. 15 quod me. causa, extat. debet † enim quisque, quod sibi debetur, per iudicem reposcere, nec uerecūdię, nec pietati. nec dignitati conuenit quicquàm non iure facere. ff. de ui pri. l. p. [*Non inscius*] & sic non potuisset præscribere, de præscrip. c. fi. [*Duxeritis*] quomodo † hoc 16 licuit, cum essent personæ religiosæ. s. ex una parte episcopus, & canonici: ex alia templarij? uix enim potuit hoc fieri sine pœna canonis, si quis suadēte. Sed nec licet bellū facere. 23. q. 3. c. 1. & ar. ff. de capt. & postli. reuer. l. hostes, multominus licuit clericis, & potissimè religiosis bella mouere. 23. q. 8. clerici, & c. his, à quibus, infra de homici. suscepimus. respon. omnibus est licitum mouere bella pro sua, & rerum suarum defensione: nec dicit̃ propriè bellum, sed defensio. immò & si aliquis eiectus sit de possessione sua, licitum est ei aduersarios impugnare. C. unde ui. l. 1. ff. de ui & ui ar. l. 3. §. cum igitur, incontinenti tamen uiolentia fragrā n te, idest antequàm passus uiolētiā ad aliena diuertat [n] negocia, ar. ff. de uer. ob. continuus 1. respō. ff. de duobus reis, duos. §. fi. & in eo, quod legitur & not. supra de ele. quia p p. 1. respon. super uerbo, mox. & hoc cū à iure concessum sit, non est auctoritas principis necessaria, ar. 28. di. de his, ad fi. ff. de cōdi. insti. l. quæ sub conditio. §. fi. nec sic impugnātes, sed potius defendētes in excōmunicationem incidunt, nisi manus miserint in personas, quæ tamen sine uiolentia paratæ erāt exire domum, uel aliàs modum excesserint, ut hic satis colligitur, & infra e. c. in fi. & j. de homi. suscepimus & c. significasti. §. si uerò, & de sen. ex. c. 3. §. fi. & c. ut famæ. §. laici, & uer. fi. ubicunque ēt quis non potest rē suam per alium recuperare, uel ius suū ꝓsequi, licitū est ei auctoritate superioris arma mouere, & bellū indicere ad sua recuperāda, uel ēt potest ipsa furtiuè tol- o lere, ar. 23. q. 2. c. 2. C. de Iudæis, nullus, [o] uel etiam sine auctoritate superioris, si ipsum non habeat, ar. infra q fi. sint leg. per uenerabilem. §. 1. uer. fi. & infra de reg. iu, quod non est licitū. Inde est, quòd princeps sine auctoritate hominis, cui non subest, & sine auctoritate iuris, quo nō astringit̃, mouet bellū, ar. C. de le. digna uox; quod de papa specialiter est intelligēdum. ille. n. nulli omnino subest, ut patet in eo, quod legit̃ & no. sup. de iudi. nouit. 1. respō. uer. & quomodo, & §. j. uer. cum enim, & de maio. & obe. solitæ. §. 1. uer. ꝙ autem sequitur, & §. potuisses. ver. sed illa, & infr. e. gl. uer. bel p lum autem iustū, [p] & se. Sed ubi superior ē habet, nullatenus debet hoc auctoritate siue temeritate ꝓpria attentare, ut præalle. l. nullus. ff. quod metus cau. extat edictū. ff. de ui priuata. l. pe. 23. q. 2. c. 1. unde & iure cauetur, ꝙ si quis possessionem propriam uiolenter occupauerit, cadit à iure suo. C. unde ui, si quis in tantam auctoritate uerò superioris habita, si res furtiuè subtracta, uel uiolenter rapta recuperari non potest, poterit tamen accipi ēt uiolenter alia æqualens. 23. q. 2. dominus. Caueat, ne aliàs sine auctoritate iudicis p mēdacium, uel fraudem, uel per calumniam, seu p quodcunque aliud peccatum rē suam recuperet: quia tūc ipsam restituere teneretur. 14. q. 5. non sanè, ad finem; ſm Inn. ¶ Sed illud intelligi potest, qñ quis, quod alienum est, iniquè occupat. cæterum, si quod suum est, iniquè occupauerit, quamuis de peccato, & iniquitate pnīam agere debeat, nec sub spe ueniæ peccare debuisset, ut infra de cle. ex. mi. illud. §. illud aūt, in prin. non tamē v̄r, ꝙ rem, quam sic recuperauit, ex quo sua est, alij & maximè illi, qui ipsam iniquè occupauerit; restituere teneatur, ar. in eo quod legitur & no. supra de ordi. cog. cū dilectus. §. 1. uer. præsertim, & sequen. q & ff. depositi. bona fides [q] Quinimò & in hoc casu uī, ꝙ dolus cum dolo, & culpa cum culpa cōpensari posset. ff. de dolo, si duo. ff. de compe. si ambo. in eo, quod legitur & notatur inf. de adul. c. pe. & fi. ¶ Vnde & ſm Inno. dicunt quidam. & non malè, ꝙ etiam sua aucto r ritate potest accipere rē furtiuam, [r] dummō ex hac acceptione nec malū, nec scandalum possit alicui generari. nam, si exinde oriretur scādalum, uel cōtra rē detinentem, puta vxorem, cui custodiam ipsius rei cōmiserat, uel contra familiarem suum, uel contra quēcunque alium, tunc deberet restituere rem in statum pristinum, ar. de præscri. nihil cum scandalo, & expressius infra de no. ope. nunci. cum ex iniuncto. §. sup eo; quod dic, ut legitur & no. supra de renū. nisi cum pri- 17 dem. §. pro graui quoque scandalo. Illud ēt † satis potest concedi ꝙ prælatus ecclesię pro iure ipsius possit bellum indicere, & ei interesse. Sed non debet pugnare. potest ēt prædones persequi, quosq; prædam, siue aliena dimittant, & potest clamare, Pugnate, & capite. Sed caueat, ne dicat, occidite. uide quod dicā de s homi. significasti. 2. in glo. [s] ergo. si. & de pœnis, quod in dubijs, nec obstat infra de homici. petitio: quia ibi aliquos percusserat, sed nesciebat, utrum aliquem occidisset. unde fuit suæ conscientiæ relinquendus. sed & quilibet prælatus iurisdictionem temporalem habens contra inobedientes subditos licitè mouet arma, ar. ad hæc omnia supradicta. 15. q. 6. auctoritatem, & c. nos sanctorum. 23. q. 8. scire, & c. igitur, & c. hortatu, & c. dispar, dummodo auctoritatem indicendi bellum habeat, uel in casibus supradictis, & etiam si non habeat ius indicendi bellum, dum tamen habeat iurisdictionem, secundum Inno. Iunge secundum Ho. t & merum imperium [t] ar. ff. de iurisdi. om. iud. l. 3. & 4. & est ratio secundum Inno. quia in prædictis casibus non ꝓprie dr̃ fieri bellum: uel est potius iustitiæ, vel iurisdictionis executio. ff. de rei uen. qui restituere. ff. ne uis fiat ei, qui in pos. si quis missus. j. respon. ff. quod me. causa. l. 2. unde & consueuit dici, ꝙ executio nō habet iniuriam. ff. de iniur. iniuriarū. In his tamen casib. u homines, qui in tali bello capiuntur, serui non fiūt, [u] ar. ff. de capti. non dubito, & l. hostes, quāuis & in alio casu loquantur. Bellum autem uerum, in quo capti serui fiunt, & quod uerè & propriè bellum dr̃, solus princeps, qui superiorem non habet, pōt indicere ēt ꝯ eos, contra quos locum iurisdictionis executio non habet, uerbi gratia ꝯ illos, qui essent in possessione iuris alicuius alterius principis inferioris. Item pro defensione legum priuatarum, & similibus. 23. q. 8. sci- 18 re, & c. omni timore, ſm Inno. Quid ergo † secundum Hostien. si Imperator sit homo iniquus, & peccator,

& monitus

& monitus se non corrigit, sed peiora committit, & tandem excommunicatur per papam, & omnia contemnit, mouens, etiam & indicens bellum propter hoc contra ecclesiam, dicetur ne istud bellum ex parte ipsius, quia ab Imperatore principe est indictum? Respon. secundum illos, qui dicunt duas iurisdictiones, s. temporalem & spiritualem sic à Deo immediatè procedere, quòd una non subest allæ, & φ nihil ad

x ecclesiam de temporalibus, x oportet te cõfiteri φ sic. Sed absit hæc à fidelium cordibus. Imperator enim ex officio est aduodatus ecclesiæ; unde non debet eã impugnare, sed potius à malignorũ oppressionibus liberare. ergo si ipsam impugnet, magis peccat, quàm alius, ar. infra de na. ex li. uen. ca. 2. cum suis concor. unde ei potest dici, Priuilegium indicendo bellum mereris amittere, &c. 11. q. 3. priuilegium. & puniri debes, in quo deliquisti, supra de transla. epi. quanto. §. ne autem. Tanta etiam pertinacia uix caret re potest labe hæreticæ prauitatis; super quo uide quòd legitur & not. infra de hæreti. excommunicamus. i. §. 1. & in tanta iniquitate, etiam si papa in temporalibus esset inferior, fieret superior propter peccatum ipsius, ar. 40. di. multi, ad fi. & in eo, quod legitur & not. supra de elec. uenerabilem. & hæc maioritas multis rationibus comprobatur; quod dic, ut no. infra qui fi. sint le. per uenerabilem. §. rationibus, uer. fi. nec est uerum, quòd iurisdictiones sic immediatè à Deo procedant, quòd una non subsit alii, uel quòd ecclesia non habeat se intromittere de tẽporalibus; quod dic, ut nor. infra qui filii sint legi. causam. 2. Talis etiam opinio parum distat ab hæresi. nam secũdum ipsam datur secularibus occasio conculcandi fidem, & ecclesiam, nec restat nisi quòd qui fortior est, iustior sit; sed absit quod sic iustitia pereat. In hoc igitur casu contra iniquum principem tenentur omnes fideles & catholici ecclesiæ adhærere, quos, etiã si uasalli imperii sint, potest ex hac causa absoluere ab obseruatione super fidelitate præstiti iuramenti, ut patet. 15. q. 6. nos sanctorum, & c. iuratos, & in eo, quod legitur & not. infra de hæreti. excommunicamus. 1. & de pœnis. c. fi. & supra de elect. uenerabilem. §. eos igitur, uersi. sunt enim notoria, & seq. & in aliis remiss. no. supra co. gl. uer. inde est, quòd princeps, & se. secundum Hostien.

19 quid si aliquis † clericus sit in prælio ad defensionem suam, uel aliorum, uel insequendo raptores, & prædones, in quo hinc & inde multa homicidia perpetrantur, nunquid est irregularis? respon. secundum Innocen. licet ibi pugnet, aut lapides iaciat, uel percutiat, dummodo neminem occidat, uel nullus de suis ictibus mortuus sit, non est irregularis. In dubio uerò est suæ conscientiæ relinquendum, infra de cle. percuss. c.

20 P. & fi. infra de homi. petitio. Quid si quis † iustum bellum mouet contra aliquem, nunquid potest non solum principalem aduersarium suũ, & res suas capere sed etiam uasallos, & subditos, ac ualitores, seu complices ipsius, & cum contra iustitiam adiuuantes? rñ. aliqui dicunt, φ sic. pro quibus facit, quod legitur & no. supra de offi. deleg. c. 1. ad fi. Alii dicunt, φ nec personas, nec res prædictorum potest capere, nisi quamdiu in bello sunt, & pugnant cõtra ipsum, uel nisi forte de rebus eorum, puta castris, nel ædificiis alias læ-

21 derctur. quid si † nõ sit indictum bellum cõtra aliquẽ, sed aliquo prædictorum modorũ proceditur contra ipsum, puta iudex ratione iurisdictionis suæ uult aliquem sibi contumacem, uel in suo territorio delinquentẽ punire, uel res eius deuastare, nunquid potest hoc facere pro suo libito uoluntatis. respon. non, nisi primo sententiam proferat contra talem. 2. q. 1. nos in quenquam. s̃m nno. intelliges diffinitiuam, s̃m Ho. φ dic, ut legitur & no. supra de foro cõpe. postulasti, uel saltem interlocutoriã, uel medicinalẽ monitione competẽti præmissa. ut patet. 12. q. 2. indignè. & in eo, quod legitur & no. supra ut lite non contesta. c. fi. §. in aliis. & duobus. §. sequen. & infr. de sen. ex. sacro, & in eodem ti. li. 6. cum medicinalis. Sed secundũ Inn. si is, qui resistit iudici. non sit de iurisdictione sua sed alterius. debet nõ suus iudex coram suo iudice de ipso iustitiam petere; si non facit iustitiam. potest ipsum impetere 23. q. 2. dominus. & no. C. ubi, uel quando licet unicuique sine iudi. uin. l. i. & 2. Et si non sit iudex, qui de tali possit iustitiam facere, tunc licet passo uiolentiam propria auct. sua recuperare, ar. C. de Iudæis, Iu-

22 dæi, & l. nullus. Quod si quis † iustum bellum habens, personas, uel res aduersariorũ in rebellione capit, dũ suam iurisdictionem exercet, certum est. φ potest res tenere, & personas punire: tum quia in suo territorio deliquerunt, C. ubi de crimine agi oportet, auct. qua in prouincia, infra de raptoribus. c. 1. tũ quia in ipsum deliquerũt, & iurisdictionem suam impediunt, ut patet in eo, quod legitur & no. infra de sen. ex. nup. §. in primo. supra de offi. dele. c. t. ad fi. infra de pœnis, di-

y lectus, secundum Innocen. y Qualiter † autem licet

23 unicunque uim ui repellere, & qualiter licet nedum papæ, uel episcopo, sed & inferiori prælato t palem iurisdictionem habenti bellũ mouere ad defensionem iurisdictionis suæ, ac ecclesiæ, & suorum, & utrunque gladium exercere, plenè colligi potest j. li. 6. de sen. ex.

z dilecto. Sed qualiter pt unusquisque sibi dicere ius, z no. plenè in summa, de senten. & re iudi. §. quis debet sententiam proferre. sub. §. proprius ordinarius. uersi.

24 Item ratione rei. & seq. Quod autem † dicatur iustum bellum, & qualiter ad ipsum perueniatur, & quis possit ipsum indicere, not. plenè in summa, de treu. & pace. §. quid sit iustum bellum, & infra de iureiu. sicut & infra de homi. pro humani. §. sacri concilii, uer. itque, cum suis bonis, & suis concor. & de potestate ecclesiæ satis no. in e. c. per totũ, secundum Host. [*Temeritate*] non iuris, uel iudicis aucto. [*Procuratorem*] episco-

25 pus † ergo, & collegium constituunt procuratorem, de pcuratoribus, quia in causis. Ho. [*Nomine domus*] no. quomodo prælati forment libellos. & quod dixit hic Hostien. dixi supra de dila. literæ in princi. [*Decernentes*] fuit ista quædam reseruatio, quæ si facta non fuisset, post sententiam non potuisset ad hoc agi, cum proposito interdicto, Vnde ui, omnia in iudicium deduxissent. C. de sump. & lit. ex. terminato, & patet ex his, quæ dixi supra proxi. secundum Innocen. secundum quem hoc decretum non fuit s̃nia, sed iuris declaratio; & sic soluitur, quòd sententia non fertur sub conditione. Item quòd nulla est sententia non continens certam quantitatem. circa hoc ultimum Hostien. re-

26 mittit, infra de sepul. in nostra. ¶ Secunda † glo. rñ. per obiectionem, φ conditio in spiritualibus, &c. & fit triplex sol. ¶ *Glo. ut sciat*] circa possessionem perdendam distinguit, & subdistinguit. ¶ Gloss. p. respon. per quæstionem, quid habeat probare &c. ¶ Vlti. glo. quærit,

27 alle. pro & contra, & soluit distinguẽdo, ¶ *In* 5. † *glo. ibi, ex conditionali*] sequitur, stipulatione tantum spes est in debitum iri [*& ibi. §. si quis*] Sicut res traditur sub conditione, ita & possessio, nec prius erit possessor, φ̃ existat conditio [*& ibi. l. respon. in fi.*] si trado tibi possessionem fundi Cornel. & tu putas illum fundum Sempronianum, & erratur in corpore, non in nomine tantum, nõ acquiris possessionem, nec ego perdo, quasi sub conditione uideatur recessisse. ¶ *In glo. 1. quàm cito, ibi. §. confestim*] loquitur de matre, quæ confestim tutorem filio petere debet. ¶ *In glo. antep. ibi, Seruius*] uide de collu. capitulo tertio. super fin. ultimæ gloss. [*& ibi, si quis nunciet*] si nunciatum est tibi domum tuam à latronibus occupatam, & præ timore non ac-

cedis, possessionem perdis. ¶[*In glo pe. ibi. §. uim ui*] hæc l. & sequens dicunt, uim ui licet repellere. & sequens dicit, quod non tenetur, qui damnum dat, cum aliter se iuuare non posset [*et in fi.*] ita stat litera legis. ¶[*In glo. ulti. ibi l. 1.*] ad defendendam possessionem, quam sine uitio teneo, licet uim propulsare cum moderamine &c. [*et ibi. §. tabernarius*[aa]] ponit casum de tabernario, qui uolens à fure lucernam auferre; effodit illi oculum: quia aut uapulabatur ab illo, aut non. ¶[*In † glo. 2. ibi simoniaca*] de hoc de transac. c. 2. in 1. gloss. Vnde dicit Innocent. quòd etiam si eo pacto dedisset, vt ibi fieret ecclesia, nõ est simonia. dat enim rem profanam, ut fiat sacra, quòd est meritorium, sicut dare aurum, ut calix fiat. sibi enim nil acquirit: quia talia in nullius bonis sunt, Insti. de rerum diui. §. nullius. ad quod inducit Hostien. de seruis non or. c. 2. & cap. eo libentius, [bb] de condi. appo. c. 2. & quòd temporalia relinquũtur pro septimo. 20. &c. de testa. c. fi. ¶[*In glo. nisi hæc ibi. Humiliatos*] quasi non † possent se ipsos repetere, supra de renuncia. quod in dubijs, quasi licuerit eis ad arctiorem religionem se transferre, infra de regu. licet, secundum Inn. Dicit Hostien. hoc uerum de personis. sed regulam institutam in loco, uel habitum, uel statum antiquum ipsius loci immutare, uel alteri loco subijcere sine auctoritate episcopi non possent: nec episcopus debet talibus consentire sine consilio capituli sui; alle. de sup. negli. præla. ca. 2. de consue. cum consue. infra de his, quæ fi. à prælatis, nouit, & c. se. infra de reli. do. inter quatuor, [cc] ne clerici, uel monaci. relatum. hoc, nisi fieret auctorizante papa, ar. infra de eccle. ædifi. ad audientiam, de clericis non resi. fraternitati, de hæreti. excommunicamus. §. quia uero. ¶[*In gl. ut scias, ibi, colonum, uel uicarium*] supra de rescriptis, ex parte [*uel pensionarium*] supra eod. cum uenisset, Goffre. & Hostien. [*et ibi, Retineo*] dicunt † quidam hoc uerum de ciuili, quasi naturalem perdiderim, ex quo in conspectu meo non est, Azo dicit, quod retineo possessionem naturalẽ, sed ciuiliter. [dd] Sic & prætoria actio dicitur ciuilis auctoritate, & extensione. ff. de noxa. electio. §. si is quẽ, & §. si absente, Goffr. [*et ibi, Expellere illum*] illi tamen competit interdictũ, si expellatur ab alio. Item scias, quod in prædicto casu, si cum ueniens non admittitur, statim perdit possessionem, [ee] etiam si statim congreget exercitum, ut illum expellat: ipsam tamen possessionem amissam bene poterit sic recuperare incontinenti, ut hic, & C. unde ui. l. 1. secundum Innocen. Dixit Goffr. infra de excess. præla. illud, quòd cum uicarius incipit nomine suo possidere, interuertit possessionem: & si ab alio expelleretur, competit sibi interdictum. ff. ui & ui ar. colonus. Sed si expulsus fuisset ante, quàm interuerteret possessionem, dominus habuisset interdictum, non ipse uicarius, supra eo. uenisset. quando tamen colonus, uel uicarius interuertit possessionem. & dominum uenientem non admittit, poterit dominus illum impunè pellere: quia dominus ciuilem possessionem [ff] retinuit animo, naturalem per illum. qua interuersa non ideo perdit ciuilem: sed tunc demum cum ueniens [gg] non admittitur. ff. de ui & ui ar. l. 1. §. hinc autem. unde dominus illum incontinenti potest expellere, ut hic [*et ibi, Aliq statat*] Idem Hostien. sed de tradente contrarium no. 12. q. 2. quisquis. Sed dic hoc uerum in casibus expressis, & de hoc plenè. C. eod. titu. de acqui. pos. l. fi. in glo. imo uidetur, & C. communia de usuca. l. 1. [*et ibi, perdo eam*] Si † autem decesserit, uel de possessione recesserit, non amitto possessionem. ff. eod. si de eo. secundum Goffr. ¶[*In glo. pe. ibi. possedisse*] consilium spoliati, qui non potest possessionem probare, uide in spe. de peti. & pos. §. 1. in fin. [*et in fi.*] lo. ad hoc, infra c. cap. ulti. lib. 6. & facit quod no. de officio deleg. consultationibus, in gloss. 2. ¶[*In gloss. ulti. ibi. l. 1.*] & infra de homi. significasti. 2. ubi plenè de hoc, & 23. [hh] q. 1. §. 1. & dixit hic Goffr. non laudo † quòd quis expectet primum ictum, ne forte postea non sit locus defensioni. ff. ad l. Aqui. si ex plagis. §. tabernari⁹, & ff. si quadru. pau. fe. di. l. 1. §. cum arietes. sufficit enim terror armorum. ff. de ui & ui ar. l. idem. §. 1. [*et ibi, Non dubium*] hæc iura loquuntur in percutiente religiosum se non defendendo [*& ibi, Restitutionem*] & dato, quòd agerent, non cõstabat papæ, quòd modum excessissent, ut patet in fi. [*& ibi, Excommunicationis*] Idem † dicit Innocen. de pœna temporali, & irregularitatis. quod sic intelligit Hostien. quòd sit excommunicatus primo loco; si celebret, sit irregularis. Sed non hoc ipso, quòd modum excessit, pœnam etiam temporalem, ut dicit, non incurrit ipso facto, sed est iusta causa ad ipsam infligendam. Ego credo, quod Innocen. intellexit de irregularitate, quæ contrahitur per mutilationem, uel mortem, quam ex proposito modum excedens statim incurrit, si alterum illorum sequatur [*& ibi, nisi modum*] impropriè loquitur [ii] [*& ibi, incidisse*] facit Clemen. de homi. si furiosus [*& ibi, Ignoranter*] ignorãtia probabili: secus, si crassa & supina, secundum Hostiens. [*& in fi.*] de hoc, infra de sen. excommu. cum uoluntate, in ult. glo.

ANNOTATIONES.

a ¶Olim causam. No. hunc tex. in fi. qui facit, quòd si se defendens, modum excessit, quòd punitur solum pro excessu, nisi postea, qui sequeretur, esset indiuisibilis, ut excommunicatio, & si. ut etiam no. d. Pe. in c. dilecto, de sen. exc. li. 6. Archid.

b ¶Magister illius domus. Adde tex. & ibi doc. in cle. j. de rescrip.

c ¶Et omnes. Quotcunque sint, & singulariter & in communi, ut no. Ioan. An. post Inno. in d. c. cum deputati, in gl. hos comparo, in princip.

d ¶Venerabilem. 1. respon. Idem no. Ioan. An. in præalleg. c. cum deputati, in glo. deputati, in glo. hos comparo. & quòd hic dicit de remotione istorum ad libitum superiorum, uerum est, etiam si illa cum consilio, uel consensu aliquorum fieri debeat, ut ibi nota. in uer. nec est ius, imò uidetur sufficere communis potentia administrandi superiorum, & inferiorum, etiam si non possint inferiores ad libitum remoueri, ut ibi no. uer. alij dicunt.

e ¶Scimus. Ibi uide Bar. & Bal. & Sal. & aduerte, quòd episcopus & isti superiores agentes pro subiectis ecclesijs, debent actionem nomine illarum proponere, non suo, ut etiam ibi no. Bar.

f ¶Iusta causa. Alias autem isto casu inferior administrator præponitur, ut supra, & uide glos. quæ incipit, agere, in Cle. 1. de rescriptis, & ibi Pan. & Moder. saluo, quod infra proxi. dixit de episcopo in uer. sed & secundùm Inno. & de istis agentibus pro inferioribus ecclesiis, & quando bona utrinsq; administrationis sunt diuisa, an creditores unius agant contra alium, uide not. Io. An. post Inn. de priui. pastoralis.

g ¶Lib. 6. Et scias, quòd potestas istorum superiorum agentiũ quò ad loca inferiora regulatur secundum qualitatem locorum ipsorum inferiorum, ut coram quo inferiores agere possent, coram illo agant superiores. quò autem ad uitia personæ an sit Idem, ut inuicem sibi noceant, uide in Cle. 1. de rescrip. in glos. de loco, & uide de offic. ord. Romana, lib. 6. per Ioan. An.

h ¶Dominium. Sed an possessio, uide glos. 2. supra eo. cum uenisset, & Bar. in l. qui uniuersas. §. fi. & l. quamuis. ff. de acquir. pos. & uide de priui. si Papa, lib. 6.

i ¶Hostien. Facit capitulum, præsentium, de testi. lib. 6. & uide de iur. cal. c. in pertractandis, c. fin. & an possit ille obligare animas aliorum iuramento, uide glo. no. 63. dist. tibi domino. considerandum tamen est, quomodo possit prælatus etiam tacente capitulo obligare capitulum, uel ecclesiam, uide glos. in c. nonne, de præsumptio.

k ¶Cum quis. Si quidem aliquid damni consecutus sit episcopus. alias enim ex hoc non amisit possessionem, uide ibi glo.

l ¶Possidet. An per istam traditionem translata fuerit possessio in magistrum, uidebis per glo.

m ¶C. unde ui. Quid si clam intrauit posses. alienius, utrum possit instè repelli per uim, no. in l. 1. C. unde ui, per Bart. Bald.

n ¶Diuertat. Vide Ioan. An. in c. significasti, infra alleg. super glo. fin. & Bar. in l. 1. §. cum igitur, & ibi bona glos. ff. de ui & ui ar.

& de

& de his recoperationibus rerum uide Bald. in l. 2. C. unde ui, in repetitione, & Ioan. An. de sent. excommu. dilecto, lib. 6. & uide Bar. & Doc. in l. ut uim, ff. de iust. & in.

o ¶Nullus. Bona lex est ad materiam, & uide ibi Bald. & Bart. & in l. si alius. §. bellissimè, ff. quod ui aut clam, & in l. ait prætor. §. si debitorem, ff. de his, quæ in frau. credit. facit infra, de accus. olim.

p ¶Iustum. Vide Bart. in l. hostes, ff. de cap. & ibi dixit, quòd licet illud bellum sit licitum, non tamen est publicum, & in illo capti non sunt serui.

q ¶Bonafides. Contra hoc facit suprà eo. in literis, ad fi. ubi prædo restituitur, & facit quod not. Ioan. An. in c. cum dilectus, præallegato in glo. hoc uerum, pro illa enim opin. facit quod not. gl. & Bar. in l. si alius. §. bellissimè, ff. quod ui aut clam.

r ¶Furtiuam. Vide Ioan. An. supra in glos. supple, maximè, & uide Bald. in l. 1. in prima op. C. de testa. & Ioan. An. in c. quia plerique, in glo. ma. infra de immu. eccl.

f In glos. ibi uidetur Innocen. aliter loqui, & uide in specu. de legato. §. iuxta, uer. illud etiam no. & uide in c. petitio, de homi. infra allegato.

a ¶Imperium. Vide Bart. & plenius Dó. Bar. de Sali. in repetitione. l. ex hoc iure, ff. de iusti. & iur. & Bart. in l. hostes, præallegata. & Innocen. de iureiur. sicut.

a ¶Fiunt. Nec dicitur bellum publicum, sed priuatum, nec bona fiunt capientium, uide Bart. in præallegata l. hostes, uide omnino Bar. in l. cum cognatum de inge. & manu.

x Temporalibus. De quo uide Ioan. An. de foro compet. licet ex suscepto, in glo. hic est unus casus, & per glo. 1. & super illa Io. An. de iudi. nouit. & Bart. in extrauagan. ad reprimen.

y ¶Innocen. Bart. in l. hostes, supra allega. dixit hoc uerum, lata sententia, uel sic prius decreto per iudicem mouentem bellum, aliàs cum bellum non sit publicum, bona non fiunt capientium, ibi uide.

z ¶Sibi dicere ius. Vide per docto. in c. quia Gui. de iudic. & maxime per Do. Feli. n.

aa .§. tabernarius. Vide d. Feli. in c. dilecti, de excep.

bb Libentius. ibi uide Ioan. Andre. & in c. nullus, & de ista conditionali traditione possessionis, uel dominii uide Bald. in l. 1. C. de acquiren. posses. de qua hic loquitur tex. & glos. & an possessio acquiri possit infanti ex persona sua, uide l. donatum, & ibi Bald. C. eod. titu. & de modo quærendi possessionem, & dominium per procuratorem, uide glos. notabilem, & ibi Bald. in l. licet, C. eod. titu.

cc ¶Quattuor. ibi uide Ioan. An. consuetudo tamen præscripta mutat & disponit statum in beneficio, ad hoc de præben. cum de beneficio, lib. 6. ubi uide Lapum, & uide glo. 19. q. 3. §. quæritur, & 12. q. 2. si episcopus.

dd ¶Ciuiliter. uide glo. & Bar. in l. 1. ff. de acquiren. pos. & l. clam possidere, §. qui ad nundinas, & quomodo per obliuionem perdatur, uide in l. si dn eo. §. i. alleg. in glo. & ibi Bar. & Bal. in l. 1. C. de seruis fu. & in l. licet, C. de acquir. pos.

ee ¶Possessionem. An sit necessaria corporalis ipsius præsentia ad rem, quam quis possidens intrauit. aliàs ipso absente à re possessio perdatur, si suspicatur se non admittit, sunt opi. de quibus uide Bar. in l. 1. §. siue aût. ff. de ui & ui ar. intellige quò ad habendum interdictum, unde ui, ut ibi not. non quò ad possessionem perdendam.

ff ¶Quia dominus ciuilem possessionem. Adde Bart. in l. 1. C. unde ui, post.

gg ¶Veniens. Sed quid si tunc interuertens protestatur se nolle acquirere ciuilem, & solum intentari naturalem, an domino dabitur interdictum unde ui, uel, uti possi. uide glo. & Bar. in l. clam, §. qui ad nundinas, ff. de acquir. poss.

hh Et 23. Et præal. l. 1. plenissimè in repetitione Bald. & Bar. in l. ut uim, ff. de iu. & iur. & in præallegata. l. 1. tenet glos. & Bal. quod hic sequitur post glo.

ii ¶Loquitur. Quia si aliter se non possunt defendere, non dicuntur modum excessisse, & quòd dicit hic glos. de excommunicatione, intelligitur, quando in expulsione à possessione partis fit uiolentia, aliàs solum rebus non adhærentibus, personæ non essent excommunicatæ, uide Ioan. An. in c. nuper, in glos. etiam si, de senten. excom.

S V M M A R I V M.

1 *Coniugis restitutio quando plenè fiat, & quando non.*
2 *Diuisio capituli.*
3 *Petitorium intentatur, si separationem matrimonij quis petat.*
Processus ordo hic quis fuit, ibid. uer. ordo istius, & nu. 11.
Consanguinitatis gradus quidam lege diuina coniugio prohibiti, eo. nu. ad dictio. interdum.
4 *Timoris inanis nulla excusatio.*
Ad gehennam ædificare quis dicatur, ibid. & pro inferno ponitur, ibidem.
5 *Dispensare an intelligatur ecclesia mandando, & tolerando, & quando.*
Debitum coniugale ex iure litigatoris, non ex dispensationis beneficio præcipit, ibid. uer. dixit hic.
Petrus Hispanus quibus alijs cognominibus appelletur, ibid. & eius opinio quæ de gradibus consanguinitatis, ibid.
6 *§. Porrò, sensus.*
7 *Notitia differt à titubatione, & ideò diuersum ius.*
Fides hic pro conscientia, & de eius alijs significatibus remittit, ibidem.
Obediendum nulli contra Deum, eod. num.
8 *Perplexitas in ignorante, non in perito, & quando eueniat, uer. negari non potest.*
Melius pro bono, ibid. & nu. 10.
Enallage, comparatiuum pro positiuo, ibid. & nu. 10.
9 *Incontinenti, aduerbium aliquantulum largè accipiendum.*
Restitutio uxoris ad quæ fiat uiro præter copulam, eod. nu. uersi. ut scilicet præter. & quando sit plenaria, nu. 10. in fine.
Vxor quæ uiro obsequia exhibere teneatur, ibid.
10 *Expectare, pro instanter petere, in fine.*
11 *Restitutio non fit prætextu probatæ exceptionis.*
Absolutio secundum formam ecclesiæ quomodo fiat, ibid. ad uersi. formam ecclesiæ.
Mandatum hic mulieri quare differatur, eod. nu. ad dictio. mandatum.
Ex consequentibus probationibus dignoscitur antecedens animus, ibidem.
12 *Sententia hic qualiter hic possit intelligi.*
13 *Alioquin, uer. quomodo intelligatur hic.*
Restitutio mulieris fieri potest cum cautione, inspecta uiri qualitate, ibid. uer. Tu dic. & in matrimoniali causa quandoque fit nulla restitutio, quandoque ad quædam, interdum omnia, & quæ sint. nu. 14.
15 *Epilogus, & suffragium glossarum. nu. 16.*
De calumnia licet non iuretur in aliquibus in principali, in emergentibus tamen secus. § ulti. & nu. 23.
17 *Additio glossarum.*
De matrimoniali causa quis cognoscat, ibid. nu. 17. & est de maioribus, ibid.
Consuetudo non dat iurisdictionem in maioribus, ibid.
18 *Virum conuersum mulier repetens quando audiatur.*
19 *Ioannis And. magister uidetur Abbas hic allegatus fuisse.*
20 *Possessionem maritalem coniux non amittit per expulsionem alterius, uel recuperatur eo ipso per repetitionem.*
21 *Decreti compilationes plures fuerunt, & idcirco citationes canonum non uidentur quandoque iustæ.*
22 *De magistrorum sententijs iudicare periculosum.*
Opinio non doctoris, sed doctrinæ ratio ponderanda, ibid.
Emendat qui non benefactum, uel benefactum, laudabilior est inuentore, ibid. uer. qui tamen.
Gregorij allegatio, an hic fuerit, quæ dicitur à glo. eod. nu. §. In gloss. allegatio.
23 *Collaterales qui contrahant.*
De gradu quo non possit ecclesia dispensare, ibid.
24 *Absolui, & ligari quis post etiam mortẽ potest, si contrauenit mandatis ecclesiæ, quibus iurauit stare.*
Absolui potest etiam in articulo mortis, & si conualescit, & non obediat, iterum potest in articulo mortis absolui, ibid.

C A P V T XIII.

2 Literas. Casus. Si contra † petẽtem restitutionem coniugis opponatur consanguinitas in gradu prohibito, & offeruntur probationes paratæ, recepto ab opponente iuramento de malitia, negabitur restitutio quo ad torum, & fiet quò ad reliqua. Si uerò probationes promptæ non sunt, fiet plena restitu-

 tio,

6 de censi. forma. nomine † autem pertinentiarum non intelliguntur aliæ possessiones, nisi illæ quæ ecclesiæ, uel hospitali primò fuerunt in dotem assignatæ, secundùm Inno. Quod autem dicunt de specificatione possessionum, & confinium facienda, uerum est in singulari actione, & naturam singularis actionis habente & retinente. in illa enim sunt omnia specificāda. ff. de rei uen. l. si in rem, secundùm Hosti. Secus in uniuersali, & etiam in singulari in naturam uniuersalis transeunte, sicut est, quando uendicatur grex. nec necesse est singula capita gregis specificare, uel nominare. ff. de rei uen. l. 1. §. per hanc autem actionem: uel hospitale, uel ecclesia cum pertinentiis, ut hic, & patet in eo, quod

7 no. in præ. gl. & de libel. ob. c. 2. qd si alius† petat omnia bona. respon. non est audiēdus, nisi ea exprimat. secūdum Inn. quod uerum est, si rei uendicatio proponatur: secus in uniuersali actione, sicut est petitio hæred. & est ratio, quare in rei uen. non auditur: quia singularis est actio, in qua non posset dari certa sentētia, nisi res specificaretur, nec sententia incerta ualeret. C. de sen. quæ sine certa quan. profer. l. 1. & 2. & fin. unde & in hoc debet sibi cauere iudex, insti. de act. §. curare, & uide de ex. præla. c. ulti. in gl. no. generalem. Certa autem dicitur sententia etiam secundùm Inno. quando fertur super hospitali, uel ecclesia cū pertinentiis non solum quantum ad ecclesiam, & hospitale, sed etiam quantum ad pertinentias: quia certè sunt pertinentię, quæ huic petitioni accedunt, sicut est dos in utroque, & iura parochialia in ecclesia, ut patet in eo, quod no. supra e. gl. uer. sic & petitioni. In his tamen diligenter

8 † attendenda est persona petitoris: quia si episcopus in aliqua ecclesia sibi subiecta petat iura episcopalia cū omnibus pertinentiis, uel etiam si dicat illam ecclesiā ad se pertinere in temporalibus, & spiritualibus cū omnibus possessionibus, & pertinentiis, bene admittitur, infra de reli. do. cum uenerabili. nec ueniet in hac petitione tantum dos primò assignata, sed etiam omnia, quæ eidem ecclesiæ postmodum sunt quæsita: & est ratio, quia ius episcopale non solum ad ea, quæ tēpore fundationis suæ habuit ecclesia, extenditur, sed etiam ad alia omnia, quæ postea accesserunt. & idem iuris est, si petat temporalia, idest rationem de temporalibus tāquam patronus: quia ratione iuris patronatus & de omnibus temporalibus ratio est reddenda. Sed ubi nec petitioni, nec rei accedūt pertinentiæ, tūc necesse est, φ exprimatur ad hoc, quod in iudiciū de-

9 ducantur. & habent† hæc locum, ubi petitorio agitur. Si uero ageretur possessorio secus esset, ut no. supra e. in literis, secundum Inno. cuius est mens totius huius glo. Ideo autem dicit secundùm Hosti. quòd secus est in possessorio: quia in eo & dāna, & multa alia ueniūt, ut no. supra eo. glo. circa prin. uer. pertinentiarū. quòd

10 † autem præmisit, φ ratione iuris patronatus de temporalibus ecclesiæ patrono ratio sit reddenda, nō intelligas,

telligas, quando laicus eſt patronus. ad illum enim regulariter non pertinent temporalia, niſi quantum ad denũciationem malæ adminiſtrationis, & tuitionem, atque defenſionem, & ut ei ſubueniatur, ſi ad inopiã uergat, ut patet. 16.q.7.filius, & in eo, quod legitur & no.infra de iure patronatus, preterea, & c.nobis fuit.§.fi.Sed nec in patrono eccleſiaſtico intelligas hoc indiſtinctè. imò dic de hac materia, ut legitur & no.infra de præben auaritiæ, & c.de monachis, & ca.in Lateran. c §.1.& 2.de priuil. cum & plantare.§.eccleſijs, ſecundũ Hoſti. & uide quod ibi dicam in glo. non ſolum, & in ſpe.de reli.do.uer.illud autẽ, & ſequen.[*Poſtulauit*] per interdictum, Vnde ui, ut per ſequentia patebit. Goffr. [*Spectare*] Dicit Hoſtiẽ. per hoc patere, ꝙ etiam petitorium intentauit [*Diutius*] per hoc uidebatur inſurgere utilis actio in rem. C.de præſcri. 30.an.l.ſiquis, item ex. uer. Pertinere, plures aliæ latè cauſæ patent, & quantũ ad poſſeſsionem competit interdictũ, Vnde ui, Quod ui aut clam, cõdictio ex canone, & officiũ iudicis, per 12 quod no. ꝙ † in eccleſiaſticis circa eandem rem plures cauſę admittuntur in eodem libello. ad quod reſpõderi poſſet, ꝙ per hoc iſte fuit coactus eligere, & eligit interdictũ, Vnde vi. & male, qui ſunt in opinione contraria, dicunt, ꝙ eligit uoluntarius. Dicit Hoſtiẽ. quòd ex boni iudicis arbitrio omnia iſta depẽdent, de quo d remittit, ſupra de iudi.[d] dilecti [*Pertinere*] quantum ad petitorium: ſuper utroque agebatur, & ſuper vtroque fit conteſtatio, ſecundùm Hoſti. [*Detinebat*] no. per re- 13 ſponſionem † ad narrata tãtum fieri lit. conte. de hoc dixi, ſupra de lit. conte. c. uno [*Ad reſtitutionem omnium*] melius pronunciat iudex in interdicto poſſeſsionem rei reſtituendam, quàm rem reſtituendam; de hoc in ſpe.eo.ti.§.1.uer. & not. [*& infra*] procur. epiſcopi appellauit [*Cruces*] quas forte ponũt in domibus, vel quas oſtendunt, dũ eleemoſynas petunt, T. & Gof. uel quas deferunt in chlamidibus. ſed prima plus placet Hoſt. [*Abſtulit*] hoc potuit eſſe locum in triuio, uel pulpito, ubi talia ponere ſolent, & eleemoſynas quærere, hoc dico, quia multum iuuaret ſentẽtiam, ſi in loco factũ fuiſſet, & quod repetere uidebatur, eſſet probatũ, Pe. & Ab. [*& infra*] hic reſpondebatur, vt patet per reſponſum papæ, ad quod replicabatur, ꝙ erat pro ſententia præſumendum, ut dicit in fin. [*Acta*] per illa † & enim 14 diffinitur appellationis cauſa, niſi aliud nouũ proponatur. C.de ap.eos. de fide inſtru.cũ Io. [*Recenſentes*] 35.q.9.graue [*in iudicio*] nec extra iudiciũ noceret, de con- e feſſ.cap.1.& ulti. [*Inſtrumenta*] ar.expreſſum,[e] ꝙ † uiolẽ- 15 tia poteſt probari per inſtrumenta, ſecundum Hoſti. generalius de crimine uide de regu.iur. ſemel malus, lib.6. [*Spoliatione*] nomine ſuo, uel ſui contemplatione facta [*Nullatenus habuiſſe*] not. ſecundum Abb. etiam in cauſa appellationis irritari proceſſum ꝓpter petitionem ineptam [*Aduerſa*] hoſpitaliorũ, pro quibus fuerat lata ſententia. ¶ Secunda † glo. ſignat contrarium 16 ac generalitatem libelli, ſoluit. ſecũdo quærit, & ſoluit diſtinguẽdo triplicem ſtatum cauſæ. ¶ Tertia gl. quærit, & ſoluit. ¶ Quinta gl. obijcit, & ſoluit. ¶ Penul. gl. 1. reſpon. prin. & finis gl. Io. l. de interdicto, Vnde ui, l. cui detur: quia ſpoliato, & ipſius uniuerſali ſucceſſori, cõtra quem, quia contra eum, qui ſpoliauit &c. Item cõtra uniuerſalem ſucceſſorẽ, non contra ſingul. in hoc differt à condictione ex canone, & officio iudicis, & condict. decre. ſæpe, & actione, quod metus cauſa, & interdicto, Quod ui aut clam, & edicto noui operis. ſecundo reſpon. medium, quod obijcit, & ſoluit. tertiò 17 finis, qui fuit Ber. qui obijcit, & dupliciter ſol. ¶ *In † glo. 2. ibi, ſi in rem*] hãc & ſe. uide in præalle. decre. 2. de libel. ob. ad prin. primæ gl. [*& ibi, quæſitum*] in act. de peculio ad exhibẽdum, & in rem ſatis eſt deberi tempore ſententiæ [*& ibi, ſi quis intentione*] ſequit, ambigua, uel oratione ſit uſus, id quod utilius ei eſt, accipiẽdum [*& ibi, & ff.*] ſup. quia iudicium redditur in inuitum [*& ibi, nihil*] ibi nil intereſt negare, tacere, uel obſcure reſpõdere. ¶ *In gloſſ. 3. ibi, quòd fuerit dominus*] uel is, cuius eſt hæres, ut in l. ſe. [*& ibi, Sicut poſſeſſio*] quia iſta perditur animo, dominium nõ, manet enim dominus, etiam qui dominus eſſe non vult. ¶ *In glo. 4. ibi, ſi quidem*] uide de ordi. co. c. 1. ſuper 1. gl. [*& ibi, ſi debitor*] non tenetur hæreditatis petitione debitor, qui negat, uel dubitat petitorem hæredem eſſe. ¶ *In gl. pe. ibi, cum à te*] uide, infra c. pro. in glo. 2. [*& ibi, cum procurator*] vide de foro compe. ex parte, ſuper gl. 2. [*& ibi. §. hoc interdictum. 2.*] ſequitur, & hæredi, & cæteris ſucceſſoribus competit [*& ibi. §. ult.*] ibi dicitur, ꝙ in hęredem, bonorum poſſeſſorem, cæteroſque ſucceſſores in factum actio cõpetit, hunc autem. §. & l. ſe. infra declarabo [*& ibi, à contrario*] municipes habent ratam deiectionẽ factam nomine municipij [*et ibi, Sed ſi ego*] ſi cõtemplatione patris, uel domini negocium filij, uel ſerui geſſi, tenentur in ſolidũ pater, uel dominus; ſi cõtemplatione filij, uel ſerui, tenetur ſolum de peculio [*& ibi. §. aliquando*] uide, ut lit. non cõte. quoniã. §. pe. ſuper. 1. gl. [*et ibi, aut clam*] datur contra poſſeſſorẽ operis, etiam dño inſcio, uel inuito fiat [*& ibi, l. ulti.*] ponit caſum, cum is, cui nunciatum erat, uendidit, & emptor ędificauit [*et ibi. l. una*] canonizata in uer. proxi. alleg. & l. ſequens, in uer. ibi præcedẽri [*et ibi ſi quis in tantam*] uide infra ti. 1. c. 1. ſuper glo. pe.

18 ¶ *In † glo. 2. ibi, reſpon.*] idem Vinc. T. Gof. [*et ibi, ſi quis in-* f *tentione*] ſup. & quia [f] iudiciũ redditur in inuitũ [*et ibi, in proceſſu*] ideſt tempore executionis, & fiet hæc probatio ſine libelli oblatione, uel lite conte. ſecũdùm Inn. & Hoſti. qui hoc no. hic, & ſupra de lib. ob. c. 1. & facit quod no. de libel. concep. §. nunc dicendum[g], uer. 25. ¶ *In glo. 3. ibi, ſiue*] ubi de hoc [*et in fi.*] Io. T. Gof. Sed ſalua † pace ipſorum hæc ratio non cõcludit, id ad quod inducitur. non enim ſequitur, ſi facilius perditur, ergo ſi poſſedi, non præſumor poſsidere. & Hoſt. hic ſequitur Placen. & Hug. dicẽs, ꝙ quamuis poſſeſsio facilius amittatur, quàm dominium, ut ibi, is tamen, qui probat ſe ſemel poſſediſſe, adhuc præſumit poſsidere, & Hoſt. hic ſequitur, niſi cõtrarium probetur, vt. ff. de ac. poſſ. l. 3. §. ꝙ ſi ſeruus, ibi, Nam cõſtat poſsidere nos, donec aut noſtra uolũtate diſceſſerimus, aut deiecti fuerimus, ergo qui hoc dicit, hoc probet. ff. de proba. ei, qui dicit. Nam ſi dicam, ꝙ nunquam habui animum amittendi poſſeſsionem, magis credendum mihi eſt, quàm alij, ex quo de animo meo queritur, ut infra de homi. ſignificaſti, Hoſt. pro hac opi. ad quam Placẽ. & Hug. inducebant. C. ad exhibendum, non ignorabit[h], & C. de pigno. actio. ſi creditor, facit, infra c. olim inter, in fi. per quæ hanc opi. teneo, maximè in facto recenti. unde & quidã diſtinguunt inter poſſeſsionẽ uetuſtam, & recẽtem. Alij, vt Odo. inter eum, qui aſſerit ſe poſsidere, & eũ, qui negat, ut primo caſu præſumat poſsidere. 2. non, cum negando appareat eum habere animum dimittendæ poſſeſsionis, & uide quod no. in ſpe. de act. uel petitionibus. §. ſequit, uer. quid ſi ago, & de peti. & poſ. §. 1. uer. quid ſi peto. ¶ *In glo. per hoc, in fi.*] Io. T. & faciunt hæc. l. & hæc decre. pro Ir. qui dixit, ꝙ reus poteſt negare, uel in dubium reuocare, Gof. ¶ *In glo. Sed cum. ibi, deiecit*] uel ꝙ ipſe poſsidebat eo tempore, quo aduerſarij dicebãt ſe eiectos Gof. [*& in fi.*] hæc gl. eſt contra textum, in quo dicitur, ꝙ ſuper utroq; agebatur, ut patet ſupra, unde nõ procedit obiectio, ſecũdùm Hoſti. qui exponebat, Teſtes produxerit, fratres produxerunt ſuper eo, ꝙ ſpoliati erãt, & ꝙ ad eos ſpectabãt petita epiſcopus ſuper eo, ꝙ erat in ſua diœc. & ipſa rationabiliter detinebat. ¶ *In gl. no. 4. ibi, et Quintus*] plures uide in ſumma, de proba. & in ſpec. de prob. §. fi. [*& in fi.*] & infra de præſump. c. 2. ¶ *In glo. pe. ibi, ſæpe*] dic ut ibi

dicam

20 dicam [*& ibi, condictione ex illo canone*] Dicit Inno. ꝙ † capitulum, Reintegranda,[i] & iura similia dictia, ꝙ omnia sunt restituenda spoliato, intelligit nõ interdicto. Vnde ui, nec condictione ex canone, sed aliis actionibus competẽtibus, puta si dolosè inductus fuit, actione de dolo. si per metum, actione quod metus causa, & sic de aliis, secundum Host. ipse Inn. uidetur notasse contrarium, de electione, querelam. secũdum quem pone, quòd non coactus sed aliter à possessionne cecidit, ita, ꝙ si ad possessionem recuperandã nõ occurrit prodita specialis actio; certè necessaria erunt predicta auxilia. Dicit † etiam Inno. ꝙ hic non poterat habere locum interdictum directum, uel utile, quod nõ compenit, nisi cum quis de possessione expellitur, uel reuertens non admittitur ab illo, qui possidet. ff. de ui, & ui ar. l. 1. §. idem Labeo, & l. 3. §. si quis autem. at hic hospitalarij solo animo perdiderũt possessionem, nec expectauerunt expelli, cum propter solam uim expulsiuam detur hic interdictum. dicunt tamen aliqui, & non malè secundùm Inno. ꝙ & si nec ipsi metum ferentes, nec alij possessionem intrarent: tamen contra ipsos competit interdictum ad damna, quæ hac occasione sustinuit uim passus, quod patet, quia quandoque tenetur interdicto, etiam qui de uiolentia nil habuit. sufficit enim, si dedit auxiliũ. C. unde ui. l. 1. ff. de & ui & ui ar. l. 1. §. deiecisse. nec obstat. ff de usuc. non solum. §. si dominus, ubi dicitur, talẽ rem usucapi posse, quod nõ posset fieri, si rapta esset: quia loquitur, quando hi, quorum timore quis fugit de possessione, non ueniebant, ut uim inferrent; & sic res non fuit uiciosa[k], nec ob. præalleg §. idẽ Labeo, & §. si quis: quia ibi cessat ar. à contrario. licet enim ibi dicatur, uim inferẽtes teneri, si possessionem occupauerint, nõ sequitur, quin teneantur, etiam si illam nõ occupant. unde qui uim intulerunt, potissimè obligantur: quia tenentur fundum restituere occupatum. imo secundùm Inno. probatur per illas. ll. quòd ex tali uiolentia oritur interdictum, & nõ ex occupatione, aliter sequeretur absurdum. pone enim, ꝙ post. 10. annos, cum uiolentia iam uenisset in obliuionẽ, alius occupat. Sed nec hoc casu competit interdictum: quia sit expulsus, sed quia suspicatur se posse expelli, ita, quòd nec ire audet ad fundum. tenetur ergo uiolẽtus, ex cuius facto perdit fundum, & patitur alia dãna. actio verò, quod metus causa. non competit, quia expulsus est sine aliqua coactione, quam non expectauit, sed timens aufugit: Secus, si discessisset post ingressum armarorum, tunc actio illa cõpeteret, hoc probatur. ff. quod me. causa. l. metũ autem præsente. 1. respon. & 1. §. Item tali non competit, Quod ui, aut clam, quod licet cõpetat, quando aliquis prohibetur ab aliquo opere faciendo in solo, hic tamen prohibitus non est ab opere: quia nec opus faciebat, secundùm Inno. [*& ibi, infra e. sæpe*] probato tamẽ ꝙ scienter episcopus rem à uiolẽto receperit, Gof. [*& ibi, uiolentiam*] ut recitant Inno. & Hostiẽ. dici potest ad 22 so. huius, quod hic uidebatur † probatum, sed probatum non erat. multa enim uidentur, quæ non sunt, ut dicit Placen. ff. de acqui. pos. l. naturaliter. uel secũdum eos dic, ut infra dicam [*& ibi, minor. l. 4.*] & facit, quod no. 21. di. §. 1. in gl. Sed contra [*& ibi, inuenit*] cautelam circa hoc uide in spe. de peti. & pos. §. 1. uer. Itẽ no. quã 23 hic no. Pe. [*& ibi. §. quòd autem*] in re † uiolenta, & furtiua distinguit Host. si enim uẽdo tibi rem alienam, furtum committo, & tunc non usucapitur. Si uero hæres meus ipsam uendiderit bona fide, non est furtiua, & usucapitur; & sic loquitur iste. §. Item si ui expellis me de possessione, sed non apprehendis possessionẽ, non est res uiolenta; & ideo posset præscribi ab alio, qui bona fide intraret. Sed si uiolenter ipsam possessionẽ tenueris, facta est uiolenta, & nullatenus præscribetur; sic loquitur lex, sequitur, statim alleg. §. si tu me, & In 24 sti. de usucap. §. furtiuæ [*& ibi, familia*] in qua † sunt liberæ personæ, & de his intelligit, ut patet per sequen. fallit autem hoc in edicto, de his, qui deiecerũt, uel effuderũt, quod uide in spec. de iniuriis, in fi. [*& ibi, tenetur*] directo interdicto: videtur tamen teneri utili, quando libera persona familiaris sua uiolẽtiam committit. ff. de ui & ui ar. l. 1. §. si filius. hic autem intẽtabat directũ, secundùm Inno. secundum quem hoc eligeret, licet 25 eligere non teneretur: uel simpliciter † intentando intelligitur de directo, secundùm Hosti. alleg. ff. de peti. her. nec illam. §. si quis sciẽs, & facit quod no. de dnio, quod si simpliciter intentetur, intelligitur de directo ff. de euic. minor. §. 1. & ff. de excep. rei iudi. si mater. §. eandem, in fi. textus tamen ille facit ad cõtrariũ, cum dicat vendicãtem in iudicium deduxisse dominium qualecunque quæsitum, secundum gl. exponit, idest ciuile, uel naturale, dũ tamen directum ciuile per usuca. naturale per traditionẽ, vel alijs modis, de quibus, insti. de usu. & ha. in fi. [*& ibi, gestum*] quod regulariter 26 non est uerum, ut infra de regu. iur. ratum quis, lib. 6, [*& ibi. q. 6. c. 1.*] per quod. c. dixit H. ꝙ ubi per metu ui rẽ trado, non trasfertur dominium, secundum Lau. Io. ibi in gl. 2. Vin. hic dixerunt contrarium. s. ꝙ dominiũ transfertur, tamen ꝙ competit repetitio per edictum, Quod metus causa [*& ibi, de noui operis*] illud propriè uocamus edictum potius, quàm interdictum [*& ibi, secũdum leges*] uide quod dicã post Inno. de noui oper. nun. c. pe. in fi. pe. gl. & quod dicam in spec. de ap. §. 2. super. uer. 6. & uer. sc. [*& ibi, legatario creditore*] exemplificat 27 † Pe. iudex mandat legatario, ꝙ restituat possessionẽ legati, quam occupauit, quia uolebat hæres detrahere quartam, si appellat, non audietur. Item si creditor per hypothecariã petat possidere pignus, & debitor, cui iudex præcipit, ꝙ pignus restituat, appellet, non debet audiri. & sit ratio, quia soluta pecunia statim tenetur creditor restituere, & hoc respectu dicitur momẽtanea [*& in fi.*] & est expressum in Clemen. de sequest. pos. c. uno. ¶ [*in gl. ulti. ibi, de tenun. in præsentia*] uide quòd dixi super gl. hic est [*& in fi.*] quæ sunt contra. Dicebat 28 † Vin. ꝙ omnia acta hic fuerunt exhibita, nec fuerunt alia allegata; & ideo non præsumitur, nisi quod inuenitur scriptum, sic infra de re iudicata. cum Bertoldus.

ANNOTATIONES:

a ¶Libellum incertum. Vide ea, quæ habentur in c. 2. per Docto. & maximè d. Feli. supra de libel. obla.

b ¶Cum pertinentijs. Adde ea, quæ habentur & notantur in l. 4. ff. de peti. hæredi.

c ¶De priuilegijs, cum & plantare. Adde tex. in c. cum uos, de offic. ordinarij.

d ¶Iudi. ibi uide super gl. 2. & si non fuit electio, qualiter fiat condemnatio, uide Io. An. in c. 2. de ordi. cogni. super uerbo, iustitiã & per Bar. in l. 1. ff. de eden. & in l. edita, per Bar. & Sali. e. ti. C.

e ¶Expressum. Et sic delictum probari per instrumentum, de quo etiam in c. cum in ecclesiis, de ma. & obe. & uide etiam Bart. in l. in senatos, de accusatio. & in l. 2. C. quo. appel. non reci. & no. in c. fi. de iureiur. lib. 6. Bal.

f ¶Et quia. De hoc, quod dicit glos. de dubia petitione, & ipsius interpretatione, uide Barto. in l. inter stipulantem. §. 1. ff. de uerbo. obli. & glo. in l. si quis intentione, allegata in glos.

g ¶Nunc dicendum. Pro hoc uidetur tex. C. de iur. fis. l. defensionum, & uide Bar. post glo. in l. 1. ff. de eden. in prin. & inducit hoc dictum ad quæstio.

h ¶Ignorabit. Ibi uide plenè per do. Bar. de Sali. & per Bal. etiam, & per Cy. & docto. in l. siue possidetis, allegata, & ibi Bal. in glo. & nunquid probata possessione unius præsumatur possidens dominus, uide plenè Bal. in l. indicia, C. de rei uend. & per Bart. in l. quidam in suo, ff. de condi. insti.

i ¶Capitulum Reintegranda. Illud c. competit etiam pro reb. profanis secundum Alexan. consi. 6. & de intellectu illius c. uide Pe. de Ancha. in consil. 37. & Feli. in c. ueniens, de testi. in 6. col.

k ¶Vi-

k. ¶Vitiosa. Et non ex postfacto animo mutato intrauerunt: quia tunc tenerentur: sed si illi non ueniebant armati, sed aliò ibant, quorum audito aduentu possessor timens possessionem dimisit, tamen non tenentur illi interdicto, licet fugiens possessionē amisit. uide bonam glo. ad hoc in l.3. §. si quis autem oissus, & ibi Bar. ff. de ui & ui arma. & in l. metum autem, ff. quod me. causa, & in §. dominus, præallega.

S V M M A R I V M.

1 *Casus decretalis.*
2 *Ad restitutionem fructuum non urgetur uiolentus, qui non est soluendo.*
Fructus percepti, & qui percipi potuissent, restituendi quo casu, ibid. & quando nu. 3.
3 *Immobilia statim restituuntur ab obligato restitutioni.*
Mobilia post annum in casu dotis, ibid.
4 *In spoliatorem executio quando differenda, & nu. 7. circa fin.*
Cauere qui non potest, expectandus est, ibid. in fin.
5 *Epilogus, & suffragium glossarum. nu. 6.*
Actio est inanis ob debitoris inopiam, & nu. 7.
Latronem, & raptorem nullus casus excusat, iuncta glo. §. 1.
7 *Additio glossarum.*
Pauperi obsessa uia pax est.
Prædo agit contra prædonem, & ratio, ibid. § in glo. 2. & datur ei interdictum, non actio furti, ibid.
In spoliatore non habetur ratio, ne egeat, si est soluendo etiam in proprio.
Egestate laborare dignus est malè meritus, ibid.

C A P V T XVI.

1 OLim uobis. Casus. Pone † casum per decre. & si necesse, de dona. inter uirū & uxo. Rex Legioñ. contraxerat cum filia regis Castellæ cōsanguinea sua: papa mandauit episcopis regni, ut monerent eum, & si necesse esset, compellerent, ut eam dimitteret: nullus fuit ausus hoc facere nisi Oueteñ. propter ꝗ rex expulit eum de suo episcopatu, papa mandauit Zamorensi, ut assignaret sibi partem suæ diœce. unde posset commodè sustentari, demum facta concordia Zamorensis impetrauit litteras, vt hic, Ouetensis se uidens ex illo præcepto grauatum impetrauit, ut sequitur, Abb. Host. uero aliter ponit. s. ꝗ prodigalitatis uicio Oueteñ. infinitis debetis grauatus erat. vnde rex Legioñ. de mandato papæ occupauit totum episcopatū, assignatis sibi. 5. milibus aureis, donec essent debita soluta: quia illa pars non sufficiebat sibi, occupauit partem episcopatus Zamorensis, quam condēnatus est restituere cum fructibus: tamē papa mandauit, vt sequitur, & sic dicit se audiuisse à quodam socio Hispano. Gof. etiam ponebat aliter, quod quia ius nō uariatur, omitto. & sic sumes, ut plus faciat ad propo-
2 situm, Violentus † qui non est soluendo, ad resti. fructuum non urgetur. primò ponit querelam. secundò prouidet ibi, Verum [*Perceptis*] & qui percipi potuissent, supra e. grauis [*Restituere*] Zamorēsi episcopo, quē spoliauerat [*Et infra*] hoc deciditur, quod opponebat Ouetens. se non cogendum ad restitutionem fructuū, cum non esset soluendo, & quia iudices hoc non admittebant, conquestus est papæ, uel iudices consulue-
3 runt papam [*Fructuum*] quia † immobilia statim restituere debet. ff. de rei uēdi. qui restituere, & soluto matrimonio, statim immobilia debent reddi à uiro uxori, mobilia post annum. C. de rei ux. act. l. una. §. cum
4 autem. & dicunt † quidam per hanc literam, ꝗ spolia-
a tus sic existens cogitur se defendere: sed executio[a] non fiet, donec suam rem habeat, ita, ꝗ tempore executionis sit soluendo, quod nō credo, si taliter est spoliatus, Vincen. dic, ut infra e. frequēs, li. 6. & facit quod no. in spe. de peti. & pos. §. 1. uer. Sed cū spoliatus [*Taliter*] integerrimè. 3. q. 2. si episcopus, cum omni commoditate, ff. de uer. sig. cum prætor, Gof. [*Restitutus*] forsan ad
b hoc restitutus nō erat per regem uel dic, ꝗ restitutus[b] erat post fructus episcopatus collectos & cōsumptos; ut est moris, ita, ꝗ nullam restitutionem vsque ad nouam fructuum præceptionem facere poterat [*Possit*] qui cauere non potest, expectandus est. ff. de colla. bo.
5 l. 2. §. ul. Vin. ¶ Secunda † gl. ponit duas lecturas, quòd Oueteñ. parte, qua spoliauerat, fuerat spoliatus, & secundum hanc obijcit. de. l. cum à te. & soluit: aliam ꝗ
6 fuerat spoliatus suo episcopatu. ¶ *In † gl. 1. ibi, nam is*] nō dicitur habere actionem, qui habet illam inanem propter debitoris inopiam. ¶ *In glo. 2. ibi, nullus casus*] etiam
7 naturalis interitus, & idem de raptore, ut ibi. ¶ *In † glo. 1. ibi, nihil est*] Seneca. 14. ad Lucillum, etiā in obsessa uia pauperi pax est. Ouidius de nuce, Cur timeam: tutum carpit inanis iter. ¶ *In glo. 2. ibi, non contra secundum*] & hac ratione prædo deprædatus agit contra prædonem, & hæc est ratio, quare sibi competit interdictum, & non actio furti secundū Hosti. qui hic no. quod dixi, supra c. in literis, super uer. prædo [*& ibi, Soluendo*] nec habebitur in eo ratio, ne egeat. Dignum enim est, ut malè meritus egestate laboret, secūdum Vin. ff. depo. bona fides [*Aequiualenti*] Vnde dicebat Innoc. si haberet de proprio, ꝗ satisfacere posset, non excusaretur pro eo, ꝗ esset ab alio spoliatus, & eodē modo soluitur secundum Hostien. quod dicitur, dolus, uel uiolentia illata Oueteñ. non debet ei prodesse, nisi contra inferētem. hic enim non ponderatur dolus, sed impotentia, & inopia conuenti.

N A N O T A T I O N E S.

a ¶Sed executio. Potest in hoc dici, quod si spoliatus constat, uel notorium est tempore, quo ista exceptio opponitur, postquam constat sibi, de ea iudicet, ar. l. de qua re, ff. de iudi. & tunc sola exactio differetur. si uerò non constat, quia incontinenti oppo. exceptio inopiæ, si tunc tanta est inopia, quòd nec etiam possit facere expensas iudicij, tunc etiam condemnatio differtur. si uerò, non est tanta, quia licet possit facere expensas iudicij, sed postea aliud non habet, tunc poterit condemnari, sed differetur exactio, ar. ad hoc no. in c. unico. supra de plus peti. facit not. infra de appella. nouit.

b ¶Vel dic, quòd restitutus. Et sic ex hoc tex. colligitur, quòd fructus episcopatus, siue ecclesiæ possunt capi in causam iudicati etiā pro delicto prælati: quia hic innuit, quòd postquam fuerit ipse restitutus ad episcopatum, & fructus alii restituere teneantur, quem spoliauerat, quod facit pro not. per glos. in c. præsenti, de officio ordi. lib. 6. nec alius casus poterit ita reperiri, nisi in c. peruenit, de fideiusso. sed tamen non dicit, quòd fructus ecclesiæ. sed benè dicit de fructibus, & forte patrimonij, ut dicit Archi. in c. statutum. §. assessorem, de rescrip. lib. 6. Et sic uides, quòd ampliat illud c. & licet isti fructus sic possint dari, & capi. tamen pro debito ad certum tempus, ut est textus in c. peruenit, de arbitris, supra, sed contra hoc facit, quia delictum prælati ecclesiæ non debet nocere. ut in d. c. peruenit, & 16. q. 6. si episcopus. sed dic quòd ad bona ecclesiæ non potest præiudicare: sed hoc quò ad fructus, ex quibus sustentari debet, bene posse capi, & ita hic, sed non quo ad partem fructuū, quæ debet expendi in fabrica, & illa, quæ debet pauperibus, tunc non posset capi. ad prædicta facit, quod no. in c. reprehensibilis, de appella. & ibi uide.

S V M M A R I V M.

1 *Per excommunicationē diebus aliquibus obseruatam in obseruantes non acquiritur iuris parochialis possessio, uide nu. 2. 3. & 4.*
Diuisio capituli, ibid. uer. & prima.
Appellationi non renunciat excommunicatus, si obediat excommunicationi, si hoc protestatur.
2 *Libelli & sola quo nomine cōcipiēdi, si agitur de iure parochiali.*
Possessione parochialis iuris qualiter episcopus spolietur in aliquo populo, ibid. uer. Dixit autem, & nu. 3. uer. sed dic.
3 *Sententia excommunicationis nunquid teneat episcopi in parochianos, quorum possessionem perdidit.*
Proprietas magisnè attendatur, quàm possessio iurisdictionis, ibid.
Possessionem incorporalium tenacius quis retinet, quàm corporalium,

lium, & ideo difficilius illam, quàm hanc amittit, & quibus mo- dis prior retineatur, ibidem, uer. sed dic.
Perduntur quæ difficilius, retinentur facilius, & quæ sint. ibid.
Sententiæ prolatio incorporalib. annumeratur, ibid. uer. Itē plātio,
4 *Sententia excommunicationis non idem obtinet, quod alia senten- tia & in quo.*
Excommunicandi possessionem, & ius qui possint acquirere, ibid.
Spiritualia iura ex causa quilibet clericus possidere potest, & præ- scribere, ibid. uer. uel dic & melius.
5 *Possedisse an sufficiat aliquando.*
6 *Possessorio agit, qui se spoliatum conqueritur.*
In diœcesi sua si episcopus ecclesiam quam probet, obtinet de iure communi impetitorio, ibid.
7 *Epilogus, & suffragium glossarum. nu. 8.*
Possessionem dominus an amittat, si timore conteritus abstinet se ab ea, & nu. 9.
Pro obediente quis se non gerit, si non hoc faciat animo obediendi, ex posteriori lege.
9 *Additio glossarum, & nu. seq.*
Possessione sua priuare dominum facilè subditis, & quando, ibid.
Subditorū factum quando nō præiudicet prælato, ibi. uer. ad §. ꝙ si.
Legis siquis mnciet. §. ꝙ si seruus, hic allega. intellectus, ibid.
10 *In possessione iuris acquirenda quorum intentio, uel saltem scientia, uel patientia necessaria sit.*
11 *Obediendi animo non facere, sed deliberandi, quando protestatio ne- cessaria, & ex obedientia quando non acquiratur possessio, & nume. 12.*

C A P V T XVII.

1 OLim inter. Casus. Per † excōmu- nicationem diebus ali- quibus obseruantes non acquirit̃ iuris pa- rochialis possessio. Et prima pars ponit fa- ctum, & processum decisè. secunda diffinit, ibi. Nos at- tendentes. & no. ꝙ per hanc decre. secundùm Inn. Ho. Abb. & Pe. ꝙ licet excōmunicatus post app. obediat excōicationi, non renūciat appellationi, & hoc maxi- me, si hoc protestatur [*Te*] loquitur abbati sancti Ge- 2 nouefæ, Pe. & Abb. [*Nomine Pariens.*] no. ad † concipiē- dos libellos, uel sententias, de hoc dixi, supra de dil. lit- teræ [*Possessione*] petebat episcopus restitui ad hāc pos- sessionem. sed succumbit: quia non probauit se cū ef- a fectu possedisse [a]. Dixit aūt Inn. ꝙ hoc iure spoliaretur episcopus in aliquo populo, qñ scit hoc ius, ꝙ posside- bat, per alium epm exerceri, & populū snīas ipsius ser- uare, & in alijs obedire, nec contradicit: sed patitur et non puniendo parochianos sic alteri obedientes spiri- tualiter, uel temporaliter forsan: quia nec audet, & sic aīo pusillanimi uit̃ possessionē deseruisse, & in alium transtulisse, ar. ff. si serui. uē. si forte. §. t. de publi. si ego. 3 §. 1. Sed † quid si eps, qui sic uidet̃ possessionē perdidis- se, eosdem parochianos postmodū excōicat, nūquid tenet snīa? dīit quidam ꝙ non: alij uerò dicūt, ꝙ tenet, & ꝙ ille, qui de hoc cognoscet, prius debet attendere ueritatem iuris excōicandi, quàm possessionē. unde, ex quo de hoc sibi cōstabit, confirmabit snīas latas ab illo, qui in ueritate ius excōmunicandi habet, & infir- b mabit snīas latas ab illo, qui solam possessionem [b] pro- bat, ar. infra qui fi. sint le. per tuas. §. nos igit̃, cū suis cō cor. & uide, qđ dixi de in inte. resti. c. 1. in gl. & tū, & qđ dicā de elec. auaritiæ, li. 6. sup gl. & tunc, in fi. ar. pro & contra, supra ti. 1. cū dilectus. sed quousq; de ueritate constet, tuēdus est possessor in possessione sua. j. de in- sti. cū uenissent 1. ut lite pen. c. 1. Sed cōtra, supra de cā pos. cum ecclesia. & hoc, quod hic dr̃, non placet Inn. Sed dic ſm. ipsum, ut no. supra c. in literis. in gl. 2. quod si eps. qui in ueritate ius hēt non patit̃ populū, quātum in ipso est, alterius episcopi seruare sententiā sine pęna, puta quia punit ipsos spiritualiter excōicādo, uel tēpora- liter bona ipsorū occupando, uel ipsos mulctādo, uel ēt capiēndo, uel aliter qualicūq; procedēdo, ita, ꝙ bñ uidetur aīum habere non dimittēdi, uel amittendi ip- sam possessionē. sed retinēdi, talis nō amittit possessio- nem, quæ non nisi animo amittitur. C. de acqui. pos. licet. nec dicitur iniustè agere, qui hoc facit non impu- gnando, sed se defendendo, quod iura permittūt. ff. de iusti. & iu. ut uim, & legit̃ & no. supra c. olim causam. §. fi. uer. præsertim. & si non potest, uel audet aliud fa- cere, consilium est, ꝙ hoc publicè protestetur, ar. 7. q. 1. pontifices, & in eo. quod legitur & no. supra de offi- cio ordi. pastoralis. §. fi. & infra de ap. si iustus metus. hæc in iuribus, & in incorporalibus obtinēt. Aliud in corporalibus, quantuncunque impugnet, & quantū- cunque excōmunicet occupantes. nā & eo ipso, ꝙ re- uertens non admittitur, ipsam amittit, & ēt si suspicet̃ se posse repelli. ff. de acqui. pos. clam possidere. §. fi. & l. si id quod. §. fi. sit ergo rō diuersitatis, quia tenacius in- corporaria inhærent, pp quod difficilius perdūtur, ex quo sequitur, ꝙ facilius retinent̃. ff. pro socio. l. 3. & qđ b ibi no. & de peculi. quis ergo [b] casus. facit de transla. c. 2. in prin. Itē prolatio sententiæ, cū sit actus non agens in corpus per tactū, magis conuenit retentioni incor- poraliū, quæ nō subiaceut tactui, quàm corporalium, q̃ tāgi possunt, insti. de rebus incorporalibus, in prin. & de officio iudi. in fi. conuenit rōni lex, quarundam ff. de acq. pos. ubi alienus eps parochianos alterius epi excōicat, sed eps parochianorum sententiā latā in eos ratā non habet, nec ijdē parochiani ipsam seruāt, tunc episcopus excōmunicator nullā posses. acquirit, cū sic excōmunicādo nihil possederit, nisi labia sua, quibus snīam protulit, nec mirū, si in hoc casu non acquirit possessionē: quia & si populus per aliquot dies hāc ser- uet snīam, ꝓpter hoc idem eps nullā iuris parochialis c possessionem est assecutus, ut infra e. c. In alios etiam, qui seruant sententias huius episcopi, puta quia excō- municatos ab eo uitant, nihil similiter iur. uel posses- sionis acquirit: quia ipsi non seruant eius snīas quasi ipsius subditi, uel ab eo possessi: sed tanquā obedien- tes iuri uolenti, ꝙ excōicati & denunciati ab episcopis euitentur, ut patet, 11. q. 3. curiæ, & in eo, quod legitur 4 & no. supra de treu. & pace. c. 1. §. 1. Pōt † & illud dici, ꝙ licet in alijs sententijs, & iuribus incorporalibus secū- dum modū prædictū acquiratur possessio, nō tamen in excōis snīa hoc obtinet indistinctè. nā in eadem di- cendum est, quod in alijs sentētijs. Sed si hi, qui ipsam tulerunt, & ideò possessionē ipsius sibi uendicāt, aliàs habent potestatē, possunt & super alios prædictis mo- dis possessionē acquirere, & præscribere, infra de præ- scrip. auditis. c. cū olim. Si uero prędictā ordinariā po- testatem non habent, tunc aliud dicendum est in snīa excommunicationis, quàm in alijs sententijs: quia in hoc casu nō possunt aliquos acquirere possessionem iuris excōicandi, cū nō sint habiles ad huiusmodi pos- sidendum, quod ius non pōt haberi, uel possideri nisi ab his tantum, qui habent à deo, uel eius uicario, uel à iure, & uide, supra de officio dele. P. & G. super fine ul- ti. glo. [d] de talibus enim tantū, & non de alijs intelligē- dum est illud. M. 16. Amen dico uobis, quæcunq; liga- ueritis super terram, erunt ligata & in cœlis, quæcun- que solueritis &c. & illud e. c. p. Accipite spiritum san- ctum, quorū remiseritis peccata, remit. eis: quorū reti- nueritis &c. non possunt igitur simplices clerici alios excōicādo possessionem illius iur. acquirere, nec pos- sunt hęc possidere. sicut nec laicus possidere potest ius confessiones audiendi, & animas absoluēdi, quod nō competit nisi proprio sacerdoti, infra de pœnitentijs, omnis, vel clericos iudicādi, s̄. de iudi. decernimus: uel ius, uel decimam percipiēdi, infra de pręscrip. causam, quæ. uel. dic, & melius, quòd quilibet clericus potest

possidere

f possidere, & præscribere ius excõmunicandi, [f] & cætera iura spiritualia, quamuis aliàs ordinariæ iurisdictioni non præsit, dummodo sit persona, in qua ius istud cadere posit, ut infra de his, quæ fiunt à maio. par. cap. quæsiuit. uide quod ibi dixi in textu super 1. glo. sicut episcopi, qui habent à iur. potestatem excommunicandi 14. q. 3. corripiantur, possunt aliis expresse eandem potestatem dare, ut no. supra de officio ordi. cũ ab ecclesiarum, sic per patientiam & consensum ta-

g citum possunt clerici, in quibus hoc ius [g] potest cadere, possessionem istius iuris acquirere, & dummodò bona fide utantur, præscribere, argum. in d. c. quæsiuit, infra de præscrip. auditis. & c. cum olim, & c. ueniens, secundum Innocen. Sed Hostien. remittit supra de offi. ordi. irrefragibili. §. excessus, & de foro competen. cum contingat, ubi est hoc expressum, & adde quod no. super 2. glo. & uide quod dicam infra de reli. do. cum dilectus, in glo. hoc satis [*Habuisset*] no. quòd

5 † uidetur hic sufficere probari, quòd aliquando possederit. de hoc dixi supra eod. cum ad sedem, super 4. glo. [*Restitutionem ei*] scilicet episcopo, licet Goffre. posuerit casum, quòd abbas petebat restitui, dicens se spoliatum, & mouebatur secundum eum Abba. rationibus, quæ ponuntur in princ. secundæ glo. Sed Goff. in facto errauit: quia tunc hæc litera diceret, ti-

6 bi, & infra diceret, cum te [*Spoliatum*] agebant † ergo possessorio, sed si egisset petitorio, & probasset ecclesiam in sua diœce. constitutam, de iure communi obtinuisset, de reli. dom. ex xenodochiis, & c. cum uenerabilis, & per excommunicationem probatur aliàs iurisdictio, de elec. dudum a. uersi. tandem. ¶ Secun-

7 da † glo. obiicit, & soluit. no. etiam timorem excom-

8 municationis &c. ¶ [*In* † *glo. secunda ibi, quis nunciet*] sequitur, domum à latronibus occupatam, & dominus timore conteritus noluit accedere, amisisse eum possessionem. placet [*& ibi, pro hærede*] non gerit pro hærede, qui non habet animum, ut hæres esse uelit. ¶ [*In*

9 † *glo. 2. ibi, si quis nunciat*] & §. quòd si seruus. ubi seruus, uel colonus tradat alij possessionem, & dominus eã amittit, à simili uidetur, quòd si isti obediuisset, episcopus haberet possessionem, & sic facile est subditis priuare dominum possessione sua; quod uerum credo, si dominus sciens non contradicat. ff. si serui. uen. l. & si forte: alia non. Ad §. quod si seruus, respo. ꝙ ibi possidebat seruus, uel colonus; & ideo possessionem in alium transferre potuit. Sed hic parochiani nõ possident, sed Abbas. unde factum illorum non præiudicat prælato, Ab. unde obtinuisset episcopus, si egisset ꝯ populum. sed abbas posset appellare ſm Hosti. ſm quem forte Abbas hic prohibuit populo, ut sentẽtiã seruaret, cuius mandato paruerunt. Idem Pe. [*& ibi,*

10 *gerit*] & sic in acquirente † possessionem iuris in persona necessaria est intentio acquirendi. Sic & est necessaria intentio illius, in quẽ ius acquirit, & idem in seruitutibus rerum acqrendis. s. ꝙ in eis requirit intentio acquirentis seruitutẽ, & illius similiter, contra quẽ seruitus acquiritur, & cui præiudicat, uel saltem eius scientia, uel patientia, secundum Inn. & Hosti. [*& ibi,*

11 *Qui ex timore*] in † dubio tamen præsumitur animo obediẽdi facere, infra de his, quæ fiunt à ma. par. c. ex ore. C. de repudia. hære. l. 1. Io. & Phi. & ideo quidam dixerunt, ꝙ necessaria est protestatio, ꝙ non facit animo obediendi, sed deliberandi, secundum Inno. Sed huic opinioni contradicit hæc decre. Ipse tamen Inno. & Hostien. narrant quosdam distinxisse, aut obedientia consistit in faciendo, ut quia posuit manus infra manus in signum obedientię, supra de ma. & obe. legebatur, & c. cum in ecclesiis: & tunc necessaria est protestatio; & sic intelligitur c. ex ore. aut est in non faciendo; & tunc secus, ut hîc [*& ibi, in constantẽ*] contrarium no. supra quod metus causa, cum dilectus, in glo. quæ fuerit. & illud tenet hic Goff. & istud Hostien. & adde quod ibi dixi [*& ibi, tutius*] quia bonorum mentiũ &c. 5. di. ad eius. & de obseruatione ieiu. c. a. & hac consi-

12 deratione dicunt Inno. & Hosti. quòd † si ex deuotione, & in reuerentiam ecclesiastici nerui obediuissent, licet non animo deliberandi, non habuisset episcopus possessionem 21. q. 5. excommunicatorum, no. autem hic Hosti. quòd titubans non haberetur pro consentiente. C. de condi. indebi. l. si.

ANNOTATIONES.

a ¶ Possedisse. Vide tex. & Abb. in c. consultationibus, de offi. dele.

b ¶ Solam possessionem. Adde eundem Io. An. in c. auaritiæ, de ele. in 6. in nouella.

c ¶ Quis ergo. Vtrobique uide per glo. & est simile, quod dicitur de curatore sacramentorum, quod est ab anima inseparabile etiã post mortem, uide supra de sa. non ite. in rub. per Io. And. & de ac. siue personalibus obligationibus, quæ non separantur a nobis, in l. ex legato nominis. C. de le. & in l. 1. C. de ac. & obli. per mod.

d ¶ Vt infra. Qui ergo non faciendo est inobediens, non dat alij possessionem, uide Bald. in l. liberti, C. de ope. liber. & ibi allega. hoc dictum.

e ¶ Vlti. glo. Pro hoc, quia excommunicatio est maxima pœna, & æquiparatur morti, ut no. Inno. de accu. qualiter, el secundo. & sic est meri imperij, & sic non uidetur præter prohibitis, uide Io. An. de fo. compe. contingit, in glo. non dixit, & Cy. & Sali. in l. 1. C. de eman. libe. & de materia uide Io. And. de offi. Archi. cum satis, de offi. ordi. conquerente, in glo. sicut ordo.

f Excommunicandi. Et sic ex hoc sequitur, quòd actus cognitiuus & nullus constituet eum in quasi possessione iurisd. cum sententia non ualeat tanquam non habens iurisdi. quod facit ad no. in l. præscrip. C. si contra ius, uel uti. pu. & in c. super literis, de rescri. per Inno. in illa quæstione. an si uerò secundum est falsum, possit ipse iudex cognoscere, an sit compe. ens, uel non, & ibi dicta hæc faciunt.

g ¶ Hoc ius. Vt quia sunt sacerdotes secundum opi. Host. de qua de sco. excom. à nobis, gl. 2. aliàs non. aliqui contra. ibi uide Io. An.

SVMMARIVM.

1 *Spoliatus restitutionem petit ab illo, qui scienter rem à spoliatore recipit, & si interdictum intentaret, succumberet. nu. 5. in fi.*

Proprietatis effectum qualiter hic dicatur dominus amittere, ibi. ad dictio. Effectum.

2 *Decretalis hæc quando habeat locum, & nu. 3. & an fuit necessaria, nu. 8. uer. oppo.*

3 *Violentiam passus qua remedia iuris habeat ad recuperationem, & contra quos singula competant, & nu. 10.*

Restitutio quo casu detur non probata spoliatione, ibid. uersi. §. plus etiam.

4 *Possessor quansque uideatur continuare possessionem.*

5 *Recuperare rem suam melius ex condicti. cano. Reintegranda, & ratio.*

Scientiam qui allegat, eam probare debet, ibid. & an in deiiciente præsumatur, nu. 11.

Anima præferenda est omnibus iuribus, & temporalibus, ibid.

6 *Epilogus, & suffragium glossarum. nu. 7.*

Vitium rei sequitur omnem successorem, & nu. 11. §. 1.

Successorem auctoris sui culpa comittatur, ibid.

8 *Additia glossarum.*

9 *Cap. Reintegranda, quando sit locus.*

10 *Spoliatus quot remedijs iuuari possit, uide supra, nu. 3.*

11 *Nominare dominum in iudicio an sufficiat possidenti, & quando, §. in glo. pen.*

12 *Auferre quandoque peius, quàm non dare, quandoque contra, & quo casu.*

CAPVT XVIII.

1 SAepe contingit. Casus. Spoliatus † restitutionem petit ab illo, qui scienter rem à spoliatore recepit. Et primo ponit factum Ioan. And. super 2. Decret.

corrigendũ. ſo corrigit ibi, unde [*poſſeſſorem*] illum in
quẽ trauslata eſt res, Inn. [*Ius*] aliàs iuris [*Effectum*] ideſt
uſum rei ſuę: quia proprietas apud ipſum remaneat,
alia litera hẽt effectũ, & hoc placet Inn. & eſt ſenſus, ſi
ſpoliatus non põt agere poſſeſſorio ꝯ illum, qui poſſi-
det rẽ ſuã, ſequiť, ꝙ proprietatem amitit effectu. i. quò
ad utilitatem. nã quò ad ueritatem non amittit, cuius
iura nimis inhærent oſsibus, ſicut & alia. ff. de pecul:
qs ergo, uere tamen & quò ad effectũ perdit ius pro-
prietatis [a] propter difficultatẽ probãdi dominium. un
de & Publiciana ſubrogata eſt in remediũ. ff. de publi.
l. 1. In prin. alia lectura propter difficultatẽ probatiõ-
nũ. i. probandi ius proprietatis, ut hic ſit pũctus [*Iuris*].
ciuil. Dicit † Inn. ſe planè intelligere hanc decre. ſicut
iacet, ſ. ut quicunque rem raptam ſciens illam raptã eſ
ſe, à quocunq; receperit, hac decre. teneť, etiam ſi per
multas manus res ambulauerit ſic rapta, ar. ff. de min.
l. ſed ubi reſtitutio. ff. de peti. hære. ſed & ſi lege. §. ſiue
autem. dummodò neſciat uicium rapinæ purgatum:
quia ſi hoc ſciret, uel probabiliter crederet, poſtea nõ
haberet locum hæc decre. bene apparet ex uerbis ſe-
quen. infra eo. §. 1. & ibi, eo, ꝙ non multum &c. uſque
ibi, iniuſtè detinere &c non enim iniuſtè detinet, qui
uicium ignorat, & bonã fidem habet. nec ob. 2. q. 1. in
primis: quia ibi illi, qui ſecundo ſucceſſerunt, neſciue-
runt primos iniuſtè eiectos: uel ibi fuit diſpenſatum,
ꝙ ſi quis rem raptam uacãtem receperit, tunc raptor
propter poſſeſſionem, quam adeptus fuerat, licet iniu
ſtam, ſupra eo. in literis, habebit cõdictionem ex. l. cũ
quærebatur, contra accipientem, dummodo accipiẽs
eam uacantem dolo malo acceperit, nec ſit ſua. C. un
de ui, cum quærebatur [b]. uidetur † etiam, ꝙ uiolentiã
paſſus habet interdictum, unde ui, contra ſpoliatorẽ,
& condictionem ex hac decr. contra eum, qui ſciẽter
accepit. adeò, ꝙ ſi eandẽ rem in alium doloſè transtu
lit, nihilominus poterit conueniri: quia qui doloſè de
ſiit poſsidere, pro poſſeſſore habetur. ff. de ali. iud. mu
tan. cauſa facta. l. 1. ff. de rei uendi. ſinautem. §. 1. & §.
ſed & is. illud etiam uidetur, ꝙ condictio ex hac de-
cre. uim paſſo competat contra cũ, qui à nemine acce
pit, ſed ſciens talem rem eſſe uacantem, occupauit, &
etiam uidetur generaliter poſſe dici, ꝙ omnis poſſeſ-
ſor, ſiue bonæfidei fuerit, ſiue malæ, contra omnem
immediatũ poſſeſſorem illius, qui doloſè poſſeſsionẽ
habuit, auxilium habet ſiue interdicti. C. unde ui. l. 1.
& per totum, ſiue conſtitutionum, ut hic. C. de acqui.
poſ. ex libris. Quinimo & etiam contra mediatos poſ
ſeſſores, per quotcunque manus ambulauerit res, da-
bitur auxilium, dummodò poſſeſsionẽ quæſiuerint
mala fide. Si autem unus de mediatis poſſeſſoribus,
bona fide quæſiuiſſet poſſeſsionem, tũc ipſe ſolus ha-
beret actionem contra alios ſequentes malæfidei poſ
ſeſſores, ar. hic, & 2. q. 1. in primis. ff. de dolo. l. 1. §. 1. ff.
de ui & ui arma. l. 1. §. familiæ, & §. ſi filiusfamilias.
¶ Plus etiam [c] uidetur, quòd ſi aliquis poſsidebat bo-
na fide rem aliquam, & alius eandem ſecundò occu-
pet bona fide, niſi conſtiterit priorem poſſeſſorem iu
ſtè amiſiſſe poſſeſsionem, dabitur ei actio contra ſm,
& fiet ſibi reſtitutio, non probata ſpoliatione, argu.
C. de agri. & cenſi. ſi coloni, li. 11. in aucten. de mand.
prin. §. ꝙ ſi delinquentes, & §. non permittas. 1. & 2. &
§. ſed etiam ſuſcipientes, col. 3. & 3. q. 1. reintegranda.
& uide idem de conceſ. præben. poſt electionem, in
glo. ſententiam, in fin. & ſunt hæc iura notabilia pro
poſſeſſoribus eccleſiarum à poſſeſsione ipſarum ca-
dentibus, quam & ſi probare poſſunt, non tamen poſ
ſunt probare ſuam canonicam inſtitutionẽ. poſſeſsio
nem † autem eccleſiarum, & aliarum rerum uidetur
continuare poſſeſſor, quouſque exinde expellatur,
uel alius occupet, & ueniens non admittatur, uel ſuſpi
cetur ſe poſſe repelli, ff. de acq. poſ. clam. poſsidere. §. fi.
& l. ſi id, quod, §. fin. & de uſucapioni. naturaliter, & l.
poſſeſsio: uel quouſque poſſeſsionem ipſam negligat
ff. de acq. poſ. ſi rem mobilẽ, & no. ſupra de elec. quere
lam, ſecundum Inno. [*Scienter*] cum hæc † decre. requi-
rat ſcientiã, & qui eam allegat probare debet. ff. de p-
ba. uerius, & graue ſit eã probare, laudo, ꝙ proponas
condictionẽ ex canone, reintegranda, Gof. [d] [*Anima*]
quæ præferenda eſt oĩbus iuribus, & oĩbus tempora-
libus 12. q. 1. præcipimus. C. de ſacroſan. ec. ſancimus.
[*Succurratur*] per condictionem ex hac decre. Inn. ſuc-
cumberet. n. quicquid alij dicant etiam ſm canones,
ſi proponeret interdictum, Hoſt. ¶ Prima † glo. repetit
iam dicta. s. c. cum ad ſedem, in glo. pen. ¶ Tertia glo.
no. ſcientiã neceſſariam ad condictionem ex hac de-
cre. ſubdens hanc locũ non habere in re litigioſa, uel
de qua ſperatur litigiũ. ¶ Vlti. glo. ſignat contrarium.
¶ *In* † *glo. 2. ibi. l. pe.*] uide in decre. infra alleg. ſuper 1. gl.
¶ *In glo. pe. ibi, uicia*] ſequitur, poſſeſsionum à maiori-
bus contracta perdurant, & ſucceſſorem auctoris ſui
culpa comitatur. ¶ *In* † *glo. 1. ibi, cum ad ſedem*] hoc te-
neas, licet ibi uideatur notaſſe contrarium in glo. pe.
& ibi, Reintegranda] ubi de hoc & 2. q. 2. nullus epiſcopo-
rum. Oppo. per hæc iura uidetur, quòd beneficium
huius conſtitutionis non fuerit multum neceſſe. re-
ſpon. hæc decre. inducit, quòd actio in factum, quæ
datur loco huius interdicti, ut inſti. de interdictis, §.
ulti. extendatur ad hunc caſum, quod olim non erat.
Vel dic, quòd ſi alia erant remedia, uoluit tamen con
cilium addere condictionem ex hac decre. Gof. ad de
clarandum, quòd ciuile ius contrarium nõ obſtaret,
cui forte multi eccleſiaſtici iudices inſiſtebant, Hoſt.
& eſt ſi. quod no. de uſur. quamq̃, li. 6. in glo. nomine
[*& ibi, poſſeſſorem*] unde dixit † Inn. c. Reintegranda, in-
telligi, cum ille, ꝯ quẽ agiť, dolum, uel uiolentiam cõ
miſit circa rẽ illam, ar. de ordi. co. c. 2. uel cum datur [e]
libellus ꝯ poſſeſſorem, ſub quo poteſt comprehendi
actio, quod metus cã, ut ſi dicat; Peto reſtitutionẽ ta-
lis rei, quæ mihi per metũ ablata eſt: uel peto rem talẽ
mihi reſtitui, qua fui per uiolentiã ſpoliatus, arg. C. de
anna. excep. l. ſi. C. unde ui. l. inuaſor [*& in ſi.*] Io. de hoc
3. q. 1. in ſumma. & ex hac † gl. & textu habes quatuor
auxilia ſpoliati. Interdictum, iudicis officium, condi-
ctionem ex can. Reintegranda, & condict. ex hac de-
cre. de his, & aliis quattuor. uide libellos in ſpec. eo.
ti. §. 1. uerſi. prædicti. ¶ *In glo. ſic ergo, ibi, ignoranter*] præſu-
mitur tamen ſcientia, niſi probetur ignorantia. ſcire
. n. debet, quod ſuum &c. C. unde ui, cum quærebať;
Hoſti. ſed Gof. & Abb. contra, ad hoc infra de reg. iur.
præſumitur, lib. 6. quod credo uerius [*& ibi. ſupra eo. ti.*]
. l. de ali. mu. iu. ¶ *In glo. pe. ibi, poſſeſſorem*] Vnde dixit Vin.
ꝙ non ſufficit hic dominum in iudicio nominare, de
hoc dixi ſupra ut lit. non conteſt. quoniam. §. ꝙ ſi, ſu-
per. 1. glo. Et dicebat Hoſti. hoc uerũ in iudicio reali:
ſecus in perſonali, [f] remittens ſupra de iudi. quia. V. fa-
tetur tamen, quòd ſecundum canones hæres quando
que de perſonali teneť; remittit de ſepul. parochiano.
¶ [*In glo. ult. in ſi.*] Io. ubi † † dicitur peius auferre, q̃ non
dare, & hoc eſt uerum contraria loquuntur, cũ quis
eget ad mortem; quo caſu plus peccat is, qui poteſt, &
abundat non dando tali, quàm aliàs furando.

ANNOTATIONES.

a ¶ Ius proprietatis. Et ſic uidetur uelle, quòd ſi agatur rei uendica-
tione contra iſtum ſic ſuccedentem in uicium, quod ipſe potuiſ-
ſet referre quæſtionem dominij, & ille dominus habuiſſet neceſ-
ſe de eo probare. hoc ibi ſentit, dum dicit, propter difficultatem
probationum &c. quaſi uoluerit dicere text. & ſic dominus non
poterat contra detinentem agere poſſeſſorio. habeat ergo contra
eum tantum rei uendic. ſed tunc habebat neceſſe de dominio pro
bare. & quia difficile eſt eius probatio, ideo contingebat ius pro-

prietatis

prietatis amittere. ideo fuit necesse de ratione huius decre. prouideret. sed contra spoliatorem bene agere potest rei uendica. nec ipse de dominio referre poterit, ut est tex. qui non est alibi, in l. si quis habetur. §. sed hæc illis. C. de præscri. 30. annorum. & sic per omnia isti non æquiparantur. ideò dicit tex. quasi succedat, &c. & ibi, non multum &c. & ibi, quò ad periculum animæ &c. quasi secus quò ad alia. æquiparantur autem in c. quia uerũ, de ind. Archi.

b ¶Cum quærebatur. Ibi uide per Cy. & plenius per do. Bar. de Sali. materiam illius l. & in specu. eo. ti. §. 1. uer. 8. & ibi Io. And.

c ¶Plus etiam. Vide Barto. in l. rem, quæ nobis, ff. de acquir. possess. & glo. in l. & non tamen, ff. de peti. hæredi. & ibi per ipsum, & in l. & iden. §. Neratius, ff. de condic. fur. & in l. Aquilius, ff. de dona. & per glo. Bald. & Sali. in l. in ciuile. & l. manifestissimi. §. & cum in secunda, C. de fu.

d ¶Gos. Et sic requiritur scientia possessionis in hoc remedio, licet glo. pulchrè in fine, dum allegat hanc decre. sentiat, quod quilibet possidens ex hac decre. possit conuenire, Bald.

e ¶Vel cum datur. Et ibi uide Ioan. And. in glo. 1. & in c. 2. de resti. spo. li. 6. & scripsi in c. nullus 2. q. 2. & uide quod scripsi. 3. q. 1. in summa, & in c. reintegranda. uide Bar. ad ista. in l. rem, quæ nobis, ff. de acquir. possess. Archi.

f ¶In personali. Et de istis iudiciis realibus uide Bar. in l. Pompo. §. cum quis, ff. de acquir. pos.

SVMMARIVM

1 *Restitutionem fieri si mandatur, & sub certo modo, necesse est non solum in facto, sed etiam in modo pareri: aliter non ualet, quod agitur.*
Diuisio capituli, ibid.
2 *Decisa quæ sint huic decretali.*
Casus eiusdem, & num. 6.
3 *Formæ omissio non uitiat, si detur à iure, secus si ab homine.*
4 *Dubietas oritur ob probabilem partis negationem.*
Castra pro iuribus eorum hic, ad dictio. Castrorum. ibid.
5 *Ab excõicationis absoluere sententia, & eam relaxare, differunt.*
6 *Absolutio mandata sub modo, uel conditione, eo, eàue non adimpleta, non tenet.*
Sensus huius decretalis quis, ibid.
7 *Ciuitates dimittere quando domini earum dimittere cogantur.*
8 *Dimittere rem quis non tenetur primo possessori, si eam alij tempore suæ occupationis iustè tenerent.*
9 *Castra noua facere, uel incastellare uetera quando non liceat.*
10 *Ad castrorum innouatarum destructionem, uel reparationem qui agere possit.*
11 *Partes in Italia quo tempore cœperint.*
Federici discordia quando incœpta, ibid.
Lucani erant de parte ecclesiæ, & quando, ibid. uer. & quia.
Pisani pro imperio, ibid.
Io. And. quo tempore fuit, ibid.
12 *Restituendus quis est ad plenum, licet non reperiatur spoliatus, sed destitutus in modo possidendi.*
Pensiones domorum affictus pro censibus prædiorum sumuntur, ibid.
13 *Confessio tenet, licet non ualuerit processus iudicis, coram quo facta fuit.*
Inter dimittere, & restituere differentia, & quæ, ibid. & num. 19. uide num. 8.
14 *Fieri iniuriosè quod possit, consideratur.*
15 *Epilogus, suffragium, & additio glossarum. nu. 16. & 17.*
Iuratoria cautio quando recipienda, ibid. nu. 17.
18 *Stipulatio pœnalis quoties committatur, sit destinatio.*

CAPVT XIX.

1 a PIsanis. [a]Casus. Si † mandatur restitutionẽ fieri, & sub certo modo, necesse est non solum in facto, sed et in modo pareri: aliter non ualet, quòd agitur. Et prima pars ponit querelam episcopi Lucani. secunda expressa causa diffinit ibi, Porrò. Dicit Host. quòd decre. continet commisionem, processum iniustum, & appellationem, primi mandati interpretationem, & iniusti processus retractationem [*Et infra*]

2 s̃m Host. Pe. & Ab. hic † deciditur, ꝙ Lucanus episcopus commiserat ciuibus suis custodiam quorundam castrorũ, ut ex illis iuuarent se, & ab expensis releuaretur. in quibus tamen percipiebat oẽs suos reditus. cõtigit, ꝙ deuictis Lucanis Pisani occupauerunt castra quæ moniti noluerunt episcopo restituere: permittebant tamen illũ suos reditus percipere. & quia noluerunt castra restituere. fuerunt interdicti. & excõmunicati auctoritate apostolica, quas sententias petebant Pisani relaxari. obiiciebatur de notoria offensa, & procede, ut in litera. alia lectura uidetur placere Inno. ꝙ s. prius Lucani occupauerant castra. unde contra illos competebat ecclesiæ interdictum, & non contra Pisanos, tamen iustè fuerunt excõicati pro detentione rerum eccle. 12. q. 2. quicunque militũ, quare, cũ offensa notoria diceretur, non uidebantur absoluendi sine satisfactione, de uer. si. cũ olim, & c ex parte s̃m Host. aliter, ut infra patebit [*Castris*] quò ad pensiones, & iura, quæ percipiebat in illis, uel ad literã, sicut iacet. Ho. [*Habuisse*] sup. restituta, quod est infra. & dimissa sibi

3 prius, &c. [*plenè, ac liberè*] no. quòd certa † forma datur à iure, qua omissa tenet excõicatio 11. q. 3. c. 1. sic & in

b absolutione[b] 11. q. 3. quomodo 1. q. 1. & euidenter. Sed ubi ab homine certa forma datur, si fiat contra, non

c ualet, quod agitur, ut hic in fi. Gof.[c] [*Motæ discordiæ*] inter Pisanos, & Lucanos, & hoc iustificat sententia papæ, ut infra dicam. alij intelligunt de tempore litis cõtest. uel citationis, quod non placet [*Dubietas*] per pro-

4 babilem † negationem partis. C. quibus ad lib. l. 3. ff. de peti. hære. si debitor infra de proba. c. fi. de testi. co. super co, s̃m Host. [*Prolatas*] forsan à delegatis iudicibus auctoritate apostolica, Host. uel per episcopum Lucanum, s̃m Pe. & Abb. [*Castrorum*]. i. iurium, quæ in castris habebat episcopus, Inno. quorum possesio mandabatur restitui quò ad factum. & quo ad modũ [*Re-*

5 *laxaret*] absoluendo †. s. est enim differentia inter ista duo, ut no. Infra quod me. causa. c. 1. li. 6. [*Asserentibus*] coram dele. papæ, Inno. [*Restitutio*] quia parati erãt reddere tibi, & in pace dimittere, quicquid in dictis castris percipere debes, de quo constabat, & quò ad alia satisdare: sed tu non eras cõtentus, quia in hoc non satisfaciebãt modo [*Impugnaturus*] post ap. audiri debuit episcopus, cum diceretur processum nullũ, ut apparet in fi. Inno. Sed hic Host. dicit, ꝙ episcopus appellauit [*Discordiæ*] inter Pisanos, & Lucanos, & istud iustifi-

6 cat sententia papæ. Ad cuius euidentiam scire † dẽs, ꝙ si papa mandasset, Pisanos & Lucanos absolui, si ipsorũ syndicus lapidem in flumen proiiceret, uel pollicẽ leuaret, uel his simile, necesse est pareri, & absolutio aliter facta non ualeret: quia contra formã mãdati, qualecunq; sit mandatũ. Item scire debes, ꝙ tempore motæ discordiæ, uel guerræ Lucani possidebant illa castra siue per occupationẽ, ut est moris istarũ cõitatum Italiæ, siue per commissionem episcopi, ut in prin. dixi. Sed forte quod episcopus commisisset probari non poterat, uel non nisi per inimicos. mandauit autẽ papa duo, s. ꝙ fieret restitutio possessionis castrorũ, de qua constabit, & fieret plenè & liberè, sicut habebat tempore motæ discordiæ. Sed tẽpore discordiæ motæ licet forte Lucani occupassent castra, & illa occupata tenerent; tamen cũ eis Lucana ecclesia quietius uicinabat̃, & liberius & plenius pcipiebat iura, & redditus suos, quam tempore Pisanorum. Item Lucanos resistentes licentius poterat coercere, cum essent sui diœcesani; & sic non erat tũc, qui episcopum repellere uellet, uel etiam posset de facili. Itẽ minores sumptus faciebat in illis colligendis. nam cum possidebant Lucani, ibat famulus episcopi ad colligendos reditus, forte pedes & sine armis, nunc licet ibi benignè reciperetur, tamen propter guerram oportebat eum

ire equltem armatum,& cum magna ſcorta, uel comitiua. Ex prædictis patet, quòd reſtitutio caſtrorum fieri non debuit, cum non conſtaret Lucanam eccleſiam ſpoliatam per Piſanos . & licet primò ſpoliata fuiſſet à Lucanis, contra Piſanos ſecundos deiectores nõ competeret interdictum, de hoc ſupra c.olim nobis: quia tamen tempore, motæ diſcordiæ planè & d quietè poſsidebat [d] cenſus, & teditus caſtrorũ, & hoc conſtabat.ut ſeruaretur forma mandati, debuit teduci in eam plenitudinem, quietudinem, & libertatem, quam illo tempore habebat, quod rationibus ſuprafcriptis eſſe non potuit Piſanis tenentibus caſtra. ex quibus concluditur, quòd eos opportuit prius cogi, ut caſtra dimitterent. hæc eſt uera mens literæ,& pro hac lectnra bene facit infra de decimis, in aliquibus, ubi præcipitur dominis prædiorum, quòd illa talibus colonis tradant, à quibus decimæ quietè perſoluantur. & per hoc ſoluitur, quòd obiicitur, ꝙ etiam aliis, quam Piſanis tenentibus caſtra, in poteſtate eſſet 7 illorum epiſcopum repellere. Item † obiicitur, quòd per hunc modum poſſunt epiſcopi impetrare, quòd domini ciuitatum, in quibus ipſi epiſcopi habent cenſus. cogantur ciuitates dimittere, cum in ipſorum ſit poteſtate &c. Dicebat tamen Abb. quòd non eſſet abſurdum hoc fateri, quòd hæc uia fuerit excogitata contra tyrannos, & iniuſtos occupatores locorum, quales erant iſti, & hoc conſtabat, ut ſi cogantur loca dimittere, quæ detinent in ſuarum animarum periculum, cum non multum interſit &c. ſupra c.ſæpe, contra iuſtos uerò dominos hoc non competeret. ¶ Et 8 plus † dixit Inn. quòd ſi Piſani probauiſſent, quòd alij iuſtè tenerent caſtra tempore ſuæ occupationis. non tenerentur illa dimittere: ſed ſufficeret, quòd paterentur epiſcopum percipere cenſus ſuos plenè & libere. ſecundum quod bene facit ad intellectum huius de9 cre. infra de proba. licet, ad fi. Dicit † etiam Inn. & ſicut non licet noua caſtra facere cum alterius iniuria, uel æmulatione ff. de operibus pu. l. opus. Item nec in caſtellare uetera non habitata. C. de ædifi. priua. l. 3. li. 11. C. de fundis limitrophis, palu. paſcu. uel caſtel. l. 1. 2. & 10 3. ff. de his, qui no. infa. athletas. potuiſſet ergo † epiſcopus agere ad deſtructionem innouatorum, condict. ex præ. legibus, uel iudicis officio, ad hoc infra de Iudæ. conſuluit. & idem in alio ibi reditus habente, nec eſt actio popularis, ſed agit quiſque pro uitanda dimi11 nutione ſui patrimonii. Patet per prędicta † tolli, quod dicunt quidam Gibellini, ꝙ Papa Grego. partialiter hic proceſsit, cuius tempore inceperunt partes in Italia, & incœpit diſcordia Federici. ſ. de re iudi. ad apoſtolicæ, li. 6. Et quia Lucani erãt de parte eccleſiæ, & ſic fuit illa ciuitas à tempore, cuius eſt memoria, licet tyrannicè currentibus annis domini 1314. peccatis forſan exigentibus, ſit mutata. Piſani uero pro imperio. ideo papa fauit, ut dicũt, de pœ. & re. c. 3. ſed dic, ut. ſ. 12 Et per hoc inſerebant † Gof. & Pe. & Abb. ꝙ ſi quis mãdatur reſtitui in eum ſtatum, in quo erat tẽpore motæ litis, & non reperiaƭ ille ſpoliatus, ſed tamen reperitur deſtitutus in mõ poſsidẽdi, reſtituendus eſt ad plenum [*Pẽſionum*] ſorte domorũ, & quod dicit, affictuũ, eſt uulgare loci, & reſpicit cenſus, qui ſoluebaƭ de præ13 diis [*Confeſſionem*] no. Abb. ꝙ † licet non ualuerit proceſe ſus iudicis, ualuit tamen confeſsio facta corã [e] illo. nã f ex illa confeſsione mouetur hic papa [f] [*Dimitterent*] nõ dicit, reſtituerent, quod ponderauerunt Hoſti. Pe. & Abba. quod uerbũ etiam infra repetiƭ [*Non poterat*] & ſic forma mandati aliter ſeruari non poterat [*Non poſ14 ſes*] no. † conſiderari, quod Iniurioſè fieri poſſet. ff. qđ me. cauſa, nec timore, & ſupra c. literas, Go. [*Detinebãt*] licet etiam detinerentur per Lucanos, rationẽ ſupra ſcripſi [*poteſtate*] facti, non iur. Gof. [*Irritum*] & ſic appa15 ret Piſanos abſolutos non eſſe, Inn. ¶ Tertia † glo. no. ꝙ non ſufficit impleri alterum ex duobus, quæ principaliter mandanƭ. dat ſimile, & arguit. antepe. decla16 rat, qũo fuit in modo peccatum. ¶ [*In † glo. 1. ibi, Celſus*] uide in decre. ſupra proxi. alleg. ¶ [*In glo. pe. ibi, qui ui deie17 ctus*] uide ſupra c. grauis, ſuper 3. glo. ¶ [*In † glo. 1. ibi, dentur*] Dicit Phi. ꝙ ſufficit iſto caſu iuratoria, niſi illi ualde ſuſpecti eſſent, ꝙ periurium non timerent, de uer. g ſig. ex parte, de præſump. [g] literas, intelligo hoc, ubi de ſufficienti non fuiſſet expreſſum [*& in fi.*] Sed quoties 18 † committetur ſtipulatio, dic cum Vin. aut committitur ſtipulatio in Incertum; & tunc toties committiƭ, quoties ꝯuenitur, infra de pœnis, c. 1. ff. rem ratã ha. h ſi procu. [h] ubi dicitur, ꝙ ſi procu. cauet, rem ratam dominum habiturum, toties committetur ſtipulatio, quoties contrauenitur, ff. uſu. quem. ca. l. 1. §. ecce. aut porrigitur in certum, ut cum ſuper certa re dicto alicuius ſtare promitto; & tunc non committitur, niſi ſemel, ff. de arbitris, l. Celſus. §. duo, niſi in ea dictum fue i rit, ꝙ toties committatur, &c. ff. de tranſac. qui fidẽ [i], Pe. & Abb. uide, quod ſcripſi de arbitris, dilecti, ſuper ulti. glo. ¶ [*In glo. 3. in fi.*] & infra de præben. cui de non, li. 6. ¶ [*In glo. hic expreſſe, ibi reſtituere*] dicunt Pet. & Abb. 19 quòd hæc glo. turbat † intellectum, quia non erat locus reſtitutioni, ſed dimiſsioni, quo uerbo Papa hic utitur, ut dixi in textu. ¶ [*In glo. ult. in fi.*] uel dic, impugnatus fuit proceſſus: quia poſt appel. habitus. appellauit enim epiſcopus, ne fieret abſolutio, niſi præcederet libera reſtitutio, Inno. Sed hoc eſt diuinare.

ANNOTATIONES.

a ¶ Piſanis. No. ex iſto tex. in reſponſione, quòd ſicut in interdicto retinendæ poſſeſ. poſſit pronunciari, uti poſſidetis, ita poſſideatis ut no. in c. licet cauſam, de probatio. ita in interdicto recuperandæ poteſt pronunciari, uti poſſidebatis, per uerba præteriti imperfecti, ita poſſideatis. ſimiliter ſi iudex dicat, ut reſtituat poſſe. aduerſario, qualem habebat ante lit. conteſt. quod uerum, quãdo appareret ex aliqua parte actorum de poſſeſſione: alias ſecus, ut hic glo. & Bar. in l. prætor. §. 1. de re iudi. Bal.

b ¶ Sic & in abſolutione. Adde tex. in c. ueocrabilibus, de ſen. exc. in 6.

c ¶ Gof. Vide de iure pa. clement. 1. in glo. hic addit, & per Io. And. de reſcrip. cum dilecta, & in c. promda, de ele. lib. 6. & de tranſac. cum hi. §. ſi prætor, ff. de tranſac.

d ¶ Quiete poſſidebat. Quod quando quis liberè uti non poteſt poſſeſſione, quòd detur reſtitutio, uide tex. optimum in c. ſi. ne ſede ua. quod no. uide quod ſcripſi. 2. q. 3. nullus, Archi.

e ¶ Coram. Ad hoc facit, quod dicit Bart. in l. ſi confeſſus, ff. de cuſto. & exhi. reorum, & Inno. in c. qualiter, de accuſa. & in c. inquiſitus, de ele. & in c. cum dilectus, de o1. cogni. ad eſſentiam n. & calorem eius tela iudicij nõ exigitur; & hæc eſt ratio. facit tex. in ca. ſi conſtitit, infra de accuſa. & in c. 1. & 2. de accu. li. 6. Bald.

f ¶ Mouetur hic Papa. Hic iudicium fuit nullum propter formam mandati non ſeruatam, & in illo facta na'et confeſſio. Idem, ſi ſit nullum propter ineptitudinem libelli; uide in cle. conſtitutionẽ, ad fi. & ibi glo. & Moder. de elec. & uide Io. And. in c. per inquiſitionem, ſuper glo. fi. eo. ti. ubi quid in iudicio nullo propter carentiam iuriſdictionis. Et uide in c. at ſi clerici, de iudi. & c. 1. & 2. de accuſa. li. 6. & Bar. in l. ſi confeſſus. ff. de cuſt. & exhi. reorum. & quid de confeſſione facta in iudicio inter perſonas, inter quas non poteſt eſſe iudicium, uide l. ſi filius. ff. de interrog. act. & ibi Barto.

g ¶ De præſum. Facit c. teſtimonium ſupra de teſti. ubi uide in glo. periuris, & ſuper illa.

h ¶ Si procur. Ibi uide Bar. & plenius in l. fi. ff. iudi. ſol. & hoc quo ad iſtas ſtipulationes ſucceſſiuas, in quibus hic loquitur.

i ¶ Qui fidem. Ibi uide glo. & Bar. in l. ſi duo, ff. de arbi. & plenius in l. ſi ſic, ff. de uer. ob. & in ſpec. alleg. in c. dilecti, infra allega.

SVMMARIVM.

1 *Aeconomia tituli.*
De dolo malo hic intelligitur, ibid. quandoque non uitiat, nu. 3.

Dictio,

Dictio, dolus, accipitur hic in malam partem.
1 *De dolo & contumacia ubi, praeterquam hic, aliquid constituatur, uel dicatur, indicat, & nu. 4.*

De dolo, & contumacia, Rubrica.

1 ¶Vidimus † de spoliatis, & eiectis aduersariorum potentia. Videamus de fatigatis in iudicio aduersariorũ dolo, & contumacia, & quod dicit, dolo, intelligas
a malo [a] secundum Goffr. uel secundum Hostien. quia spoliatur quandoque dolo, uel contumacia rei resti-
2 tutionem cõsequi non potest; ideo & c. habetur † ma. 3. q. 9. & 4. q. 1. & 5. q. 2. & 3. per totum 11. q. 3. certum repetitur autem in Sexto, & in Clemẽ. & haec rubrica duas habet partes ad primam faciũt multa iura, quae prohibent dolum suffragari, & dolosum condemnari iubent in expensis, & interesse, de rescriptis, caeterum, in fi. si autem, sedes, ex tenore, & ca. fi. de concess. praeben. postulastis, in fi. de testa. officii, & cap. postulastis, de testa. officii, & cap. requisiti, in fi. & c. fi. cui conuenit, de uerbo. sig. ex parte 3. in fi. de reli. do. cum dilectus, de iure pa. pastoralis, in fi. de sim. nobis, lib. 6. de rescriptis, tibi qui, de elec. auaritiae, & cap. si electio, in fi. & c. commissa. §. caeterum, de renuncia. c. 2. de officio dele. statuimus. 2. de resti. in integ. cap. 1.
3 de priuil. licet. §. fi. de uerb. sig. c. ulti. Tamen † quandoque dolus imputatur fatuitati dolum passi, & non uiciat, quod me. causa, cum dilectus, de conuer. coniug.
4 ueniens, & c. dudum. Ad secundam † partem facit, de constitu. ex literis, de officio delega. praeterea, & cap. consultationibus, & c. consuluit. de ma. & obed. cum in ecclesiis, uer. cum igitur, & in fi. & de procura. constituti, ut lite non contesta. cap. 1. de re iudic. tenor, de empt. & uendi. cap. fi. de accusa. ueniens, & c. qualiter secundo, de uerb. signif. ex parte, & li. 6. de confessis c. 2. §. 1. de senten. excom. uenerabilibus, §. idem est, & sequentibus, & clemen. de iudic. cap. 1. de foro competenti, quamuis.

ANNOTATIONES.

a ¶Malo. Vide. ff. de dolo. l. 1. §. non fuit autem, & ibi Bart. & 11. q. 3. nequis arbitretur, de conuer. coniuga. dudum, & uide plura exempla per Pau. de Liaza. in repeti. c. finem, infra eo.

SUMMARIUM.

1 *In possessionem mittendum ad mandatum iudicis si reus non admisit, quid iuris.*
2 *Praescriptio interrumpitur annalis per oblationem.*
Contumax si cautionem semel obtulit, & iterum postea sit contumax, & in fine anni iterum offert cautionem, possessionem ne recuperet, an contra eum procedetur, & quomodo, ibid. uersicu. sed pone.
3 *Copulatiua, pro disiunctiua.*
Rigor non requiritur in ecclesiasticis personis & negocijs non requiritur necessario, sed ex arbitrio iudicis, ibidem. ad dictio. requiritur.
Iustitia pro iure, ibid. ad dictio. Iustitia.
Iustitia ubi non periclitatur, de seueritate, siue rigore decedendum, ibid. & nu. 4.
4 *Cum, pro quando, & quia, sumitur.*
5 *Epilogus. & suffragium glossarum nu. 6.*
Rigor iuris secundum quae iura seruetur, & quando §. 2. & 3. & num. 8. & 9.
Interest quanti ea res est, ut exponatur, §. 3. & qualiter quid intersit, consideretur, num. 10.
7 *Additio glossarum.*
8 *Leg. si quis in tantam, C. unde ui, quando ecclesia teneatur, & aduersus eam non restituitur adultus.*
9 *In possessionem mitti actori an expediat.*

Peremptare, uel usucapta agitur in subsidium quandoque actio. nego. gest. ibid.
Mulctam bene imponat, quo casu hic iudex, & de differentijs inter eam, & poenam, remittit, ibid. uer. bene ei.

CAPUT I.

1 A D haec. Casus. Reus † qui mittendum in possess. ad mandatum iudicis non admisit, non mulctabit de canon. aequitate. si infra annum caueat stare iuri. Cõis diuisio. secunda ibi, Ad quod [*Absentiam*] cõtumaciter interueniente ante lit. conte. [*Eius rei*] contra quã directa est missio [*Amittat*] an litera erat, Reus, ut possessionem recipiat. exponebat gl. 1. retineat. Ista litera respicit decre. cõtingit. §. eo. [*Offe-*
2 *rat*] & † sic interrumpit praescriptionẽ annalẽ, de officio ordi. pastoralis, in fi. Sed pone, ꝙ postea iterum est contumax, & in fine anni iterũ uenit, & cautionẽ offert, nunqd iterũ possessionẽ recuperabit? posset dici, ꝙ non. imò secundo adiudicabit possessio actori, saluo iure proprietatis: uel saltẽ differt restitutio, donec cã incipiat legitimũ habere progressum, ar. j. c. proxi. & c. finem, supra ut lit. non contest. quoniã. §. pe. in fi. de off. ordi. significauit, de ap. ad hoc, infra de procur. c. 1. Est etiã recurrendum ad fideiussores, & pignora, si interuenerint, Host. & de hoc in spe de primo decreto. §. iam de effectu, in fi. & adde quod ibi dixi [*Cautionem*] supp. hic, an. & quasi de duobus quaeratur, an sit mulctandus, & qua poena, secundũ Hosti. [*Et negocys*]
3 & pro † aut. secundum Host. de uerbo. sig. l. saepe. nam ratione personae, uel rei dicitur negocium ecclesiasticũ. 1 1. q. 1. §. ex his, infra de uer. sig. super [*Requiritur*] de necessitate: potest tamen ecclesiasticus iudex eo uti, si uult secundũ Inno. & Hostien. [*Iustitia*] idest ius missi in possessionem. & hoc patebit in gl. uel ad literam, sicut iacet, & est sensus: quia contumax ut uere poenitẽs paratus est parere, aliter periclitaretur iustitia, quae uult puniri contumaciam, supra de postu. c. 1. uer. nos
4 igitur. & secundum † hoc exponetur. cum, pro quãdo: aliàs ponitur pro, quia, ut sit sensus, quia iustitia non periclitatur per hoc, ꝙ non fuit paritum iudici [*astrin-*
a *git*] & expensas soluit, [a] ut in glo. ¶Quarta † glo. distin-
5 guit & c. ¶Quinta glo. arguit, quòd lex, si quis in tan-
6 tam, & c. & tripliciter respon. ad c. placuit. ¶*In* † *gl. 2. ibi, tueri debet*] aliàs frustra fieret missio, ut in sequen. [*& in fi.*] uide de magi. c. fi. in glo. penul. ¶*In glo 4. ibi. § si dolo*] penul. §. est. n ide hanc, & se. de causa possess. cum olim superglo. 2. ¶In quinta glo. ibi. ui bono. rapto. §. sed nedum [*ibi, & in l. fe.*] dicitur. quòd uiolenter occupãs rem suam, perdit dominium. Si uero rem alienã possessionem reddit, & aestimationem rei [*& ibi, meminerint*] Si tutor, uel curator forte collusio inuadit rem pupilli, uel minoris, id non nocet minoribus, & tutores & curatores tenentur. ¶*In glo. ult. ibi. 1. respon.*] dicitur contra prohibentem agi in factũ, quanti ea res est. & sequentes. §. exponunt, quanti interest. unde si nil interest, ut quia factũ erat creditũ, edictũ illi non prodest [*& ibi l. 2. §. ult.*] illi mutare possunt, quibus publicũ iudicium est: aliis non, nisi specialiter sit commissum
7 eis. ¶*In* † *glo. 4. ibi contingit*] ibi etiã haec glo. [*& ibi, quod dictum est*] .s. quòd intelligor possidere. ita ponit glo. 4.
8 in decre. contingit. ¶*In* † *glo. ar. quod ibi, placuit*] cui concor. de praeben. cum qui 2. respon. li. 6. & ideò uidet dicẽdum de l. extat, ff. quod me. causa [*& ibi, restitutionis*] de hoc no. in prae. l. si quis in tantam, in 3. & 7. q. ubi te
b net glo. ꝙ adultus hoc casu non restituitur [b] & quòd lex locum habet in ecclesia, quando praelatus cõicato cõsilio uim intulit; uide remi. hic in fi. gl. [*& ibi, priuato-*

rum]niſi forte rem ſuam, quàm occupat, per iudicem conſequi non poſsit, ſecundum Io. qui hoc no. 1. diſt. ius gentiũ, in fin. glo. & dixi ſupra ti. 1. olim[c]. 1. [*& ibi, uel ipſe*]hanc ſo. & ſe. ponit Gratianus. c.* q. §. ulti. & ultima placet hic Phi. [*& in fi.*] & de hoc infra de ſucceſſ. ab inte. c. ult. in glo. pe. & facit, quod no. de ordi. cogn. c. 2. in 3. glo. & de reg. iur. delictum, lib. 6. & uide infra ut lite pen. eccleſia 1. ſuper ulti. glo. ¶ [*In glo. ibi, expedit*] imò poſito, quòd † reus infra annum debeat cauere, expedit actori in poſſeſsione non fuiſſe [*& ibi, ex hoc*] puta re perempta,[d] quæ eodem modo apud miſſum non fuerat peritura. & ſeruabitur hoc etiam ſecundũ canones, Goff. & ſic expone, cum. i. quando. Sic aliàs re perempta, uel uſucapta agitur in ſubſidium actio. negociorum geſtorum. ff. de nego. ge. l. ulti.[e] Gof. [*& ibi, intereſſe*] quod qualiter † conſiderari debeat in hoc caſu, no. per Accur. ff. ex quibus cauſis ma. l. ulti. & in l. hic ſtatim allegata [*& ibi, imponit*]ſub. huic. bene ei imponit iudex eccleſiaſticus multam; quod dic, ut no. infra de pœnis, licet 24. di. c. ulti. & de hoc, & de differentiis inter pœnam, & mulctam, uide in ſpec de ſen. prola. §. 2. uer. eſt & quarta, & uer. ſequentibus, & de mulcta ponit Hoſt. ſpecialem rubricam in ſumma, de ſen. & re iudic.

ANNOTATIONES.

a ¶Et expenſas ſoluit. Adde, quòd etiam pro contemptu iudicis extraordinariè poteſt puniri. l. obſeruandum, ff. de offi. præſi. l. una ff. ſi quis ius di. non obtempe.

b ¶Reſtituitur. Pro hoc, quia minor aduerſus uerum dolum, qualis eſt hic, & aduerſus executionem pœnæ legalis non reſtituetur. l. ſi ex cauſa. § nunc uidendum, & l. auxilium, in princ. ff. de mino. & utrobique ad hoc uide per Barto. miſſio autem ex primo decreto ui expulſo non habet locum. l. ſi quis in tantam, uide gl. & Bar. in l. 1. in §. 1. ff. ne uis fiat ei, qui in poſ.

c ¶Olim. Et uide bonum tex. in l. ſi alius. §. belliſſime, ff. quod ui aut clam, & ibi Bart.

d ¶Perempta. Sed nonne per conuentionem eſt in mora, & ſic peremptio illi imputari debet. dic, quòd non, imò nec poſt lit. conteſt. niſi quò ad acceſſionem, uide l. illud, & ibi Bart. ff. de peti. hæred. & in l. item ſi uerberatum. §. ſi. ff. de rei uend. & plenius in l. quod te, ff. ſi cert. pet.

e ¶L. ul. Notabilis eſt l. & ibi uide Bat. & plenius in l. ſi eum ſeruũ, ff. ſi cer. pe. & Cy. & moder. in l. uiator, C. de rei uen.

SVMMARIVM

1 *Ad expenſas reus condemnatur, quas propter eius contumaciam, uel doloſam exceptionem actorem feciſſe conſtabit.*
Propter contumaciam rei poteſt res, quæ petitur, ſequeſtrari, ibid.
2 *Cum monacis agitur mitius, & ab eis aufertur cupiditas poſſidendi, uide nu. 10.*
In poſſeſſionem miſſi poſſident, ibid. & cur fiat miſſio nu. 3.
Sequeſtratio ſi fiat, qui dicatur poſſidere, ibid.
Sequeſtri conditio, ut detur res uincenti, ibid. uer. nunc manebit, uide alia de reo nu. 11.
3 *Reſtitutio rei dicitur multis modis peti, & fieri, & quibus, uer. quia forte.*
Dominium ponitur pro poſſeſſione, & e contrario,
Poſſeſſio pro dominio, ibid. uer. licet alibi.
4 *Sequeſtratarum rerum ut quis poſt annum fiat poſſeſſor, non eſt iure cautum.*
Mentio generalis non ſufficit fieri priorum literarum in poſterioribus, & quando, & quorum facienda, ibid. ad dicti. mentio, & num. 5.
5 *Dolus præſumitur ex taciturnitate exprimendorum.*
7 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum num. 8.*
Contumacia multis modis committitur, & nu. 9.
9 *Additio gloſſarum.*
10 *Cum religioſis quando mitius agendum, uid. nu. 2.*
11 *Sequeſtrum minus, quam miſſio in poſſeſſionem; prius tamen regulariter denegatur, poſterius conceditur. uide alia de eis. nume. 2.*
12 *Indefinita æquipollet uniuerſali.*
Speciale prius non tollitur per generale poſterius, ibid.

CAPVT II.

EX literis. Caſus. Reus † condemnatur ad expenſas, quas propter eius contumaciam, uel doloſam exceptionem actorem feciſſe conſtabit. uel aliter, Per ſecundas literas non facientes mentionem de primis primæ literæ non reuocantur; & hoc nil ad titulum. uel propter contumaciam rei poteſt res, quæ petitur, ſequeſtrari. Sed in hoc eſt opinio, & decre. hæc non dicit. unde primum teneas. Communis diuiſio. ſecunda ibi, uerum [*Monacos*] actores [*Canonicos*]reos [*Legitime*] tribus edictis, uel uno peremptorio. de hoc infra ca. proxi. [*Mittendi*]quia agebatur de eccleſiis tanquam de proprietate[a] [*Religionis*]ipſorum canonicorum. erant enim regulares: uel ſi ſeculares erant, agitur † mitius cum monacis, ne cupidè poſsideant aliena. Si enim fuiſſent miſsi in poſſeſsionem, poſſiderent: quia agebatur reali: nunc uerò facta ſequeſtratione poſsidebunt canonici, ſi hoc eſt actum, uel ſaltem ſequeſt. ff. de acquir. poſ. intereſſe puto, uide ſupra de iudic. examinata, ſuper glo. 2. uel in hoc mitius & melius agitur cum monacis: quia ſi fuiſſent in poſſeſsionem miſsi, canonici infra annum potuiſſent poſſeſsionem recuperaſſe: nunc manebit apud ſequeſtrum uſque ad finem litis, & tunc dabitur uincenti, hæc enim eſt conditio ſequeſtri, Goffred. uide quod plenè ſcripſi poſt Ioan. mo. de reg. iur. locupletari. in penul. colum. [*Affecti*] ad hoc fieri † ſolet miſſio [*Reſtitui*]quia forte ſpoliati erant ſecundum. T. uel dic reſtitui de manu ſequeſtri, uel reſtitui per rei uendic. is enim, qui rem uendicat, petit ſibi rem reſtitui, ſed iure dominii, infra de fide inſtrum. Inter dilectos, licet alibi dicatur, qui in rem agit dominium uendicat, C. ubi in rem act. l. 1. Sed ibi dominium ponitur pro poſſeſsione, ſicut e conuerſo. ff. de uerb. ſignific. interdum. dominium enim non reſtituitur, ſed declaratur. ff. de re. uendic. ex diuerſo[b]. ff. ſi ſeruitus uen. l. ſicut. §. ſed ſi quare, Goffr. [*Poſtulantibus*]Dicit Innoc. hoc non † eſſe iure cautum, quòd poſt lapſum anni quis debeat poſſeſſor fieri rerum ſequeſtratarum, & facit quod ſupra dixi [*Vicebantur*] ut ipſi dicebant, Vincen. [*Mentio*] expreſſa, ut ſequitur non ergo ſufficit, hæc clauſula; Non obſtantibus literis impetratis per partem aduerſam, ſic infra de confirma. bonæ. Sed cõtra, quòd ſufficit talis mentio, ſupra titu. 1. audita, ubi de hoc, & ſupra de iudi. cauſam quæ, Hoſtien. ſecundum quem forte hic etiam generalis mentio non fiebat in ſecundis de primis [*Nomina*]& ideo quò † ad expreſſa in priori reſcripto, uel coram iudicibus non poterunt ſecundæ literæ derogare prioribus; ad hoc; de reſcriptis, paſtoralis, ſecundum Innocen. uel hoc dicit pro eo, ſecundum Hoſtien. quia in ſecundo reſcripto ſpecificandum eſt, ſuper quo fuit impetratum Item perſonæ iudicum, & litigantium, & diœceſes. iſta enim ſunt ſpecialia, de reſcriptis, ſuper literis, ſignificante, & cap. Rodulfus. ſic & de[c] principali clauſula fieri debet mentio ſupra ti. 1. ex conqueſtione, & de proceſſu, de re iudic. inter, de coha. cleri. ſuper eo, de reſcriptis, dilectus prim. [*Et dolum*] qui † præſumitur ex taciturnitate exprimendorum, de quibus eſt dictum, ſecundum Hoſtien. [*propter hoc*] uel propter ſecundas literas doloſè impetratas, & exceptionem ex eis malitioſè oppoſitam, infra eo. finem, Goffred. ¶ Prima † glo. ponit 6. modos contumaciæ. ¶ Tertia poteſt reperi per quæſtionem, an potuerit, &c. ¶ [*In* † *1. glo. ibi, non reſtituentis*]cui, ſi reſtituere poteſt, manu milita-

nu militari res aufertur. si dolo malo non potest, iuratur contra eum in litem. Si sine dolo, tenetur ad interesse; hoc uult. l. se. [& ibi. §. nihil] uide supra tit. primo cum ad sedem, super glo. 2. [& ibi, manifeste] uide de iureiuran. cap. fin. super 1. glo. [& ibi, non exhibentis] rationes, uel instrumenta, quæ confessus fuerat habere, 9 & contra illum iuratur in litem, ut ibi. ¶ In † glo. 1. ibi. §. nihil] & infra de confessis. capit. 2. lib. 6. [& ibi, manifeste] & supra de iuramento calumn. c. fin. [& ibi, c. 1.] & 18. dist. si quis autem [& in fi.] Vincen. quandoque respectu non defendentis. ff. de procura. mutus. §. pœna. Item respectu latitantis. Item impedientis, ne citatio peruenire posit ad ipsum. hi casus probantur supra ut lit. non conte. quoniam. §. 1. item respectu minus instructi comparentis, de elec. c. 1. & de appel. ca. 1. li. 6. secundum Hostien. qui remittit ad sum. eod. ti. sub rubrica de contumacia. §. qualiter deprehendatur, & uide in specu. de contumacia. §. 1. ¶ In glo. secun10 da, in fi.] contra, durius † agi debet cum religiosis, infra de sim. per tuas, Vincen. Illud de pœna criminis: istud de pœna contumaciæ. & facit quod no. supra de iudic. cum non ab homine. ¶ In glo. tertia, ibi, fecerunt] quod facere potuerunt, ut no. infra de sequestra. pos. 11 cap. a. in fi. ulti. glo. si enim † possunt, quod maius est; scilicet mittere aduersarium in possessionem, multo magis, quod minus est, scilicet apud communem amicum sequestrare, argum. infra de de deci. ex parte 3. Alij contra: quia licet primum sit maius, tamen à iure conceditur: secundum regulariter denegatur. infra de sequest. pos. c. 1. ad id supra de transla. præ. ca. ulti. Hostien. hoc credo, & dico, quòd de iuribus sequestrationis hic non quæritur: uel est maius per ea, quæ dixi super uersi. religionis. ¶ In glo. penulti. ibi, inde12 finitam] dicit † Goffr. indefinita æquipollet uniuersali: sed speciale prius non tollitur per generale posterius. [& in fi.] & infra de confirma. utili uel inutili, bonæ, uide de hæreticis, sicut, & in summa Hostien. de commo. in ulti. columna.

ANNOTATIONES.

a ¶ Tanquam de proprietate. Limita non procedere, quando agetur super titulo beneficij: quia non habet locum sequestrum. c. uno, de eo, qui mit. in pos. in 6.

b ¶ Ex diuerso. Ibi uide Bart. in §. 1. & in l. Pompo. § sed de his, ff. de procura.

c ¶ De principali. Adde, quòd si in primis literis esset aliqua clausula elegans, nòn sufficit facere mentionem de primis, nisi etiam de clausula, uide Bar. in l. de ætate, ff. de mino.

SVMMARIVM.

1 *Contumax si est actor, reo instante, definitiua sententia ferri potest.*

2 *De natiuitate quæstio etiam dicitur, cum agitur, an quis sit natus de legitimo matrimonio.*

3 *Contumacia modi tres hic referuntur.*

Citare extra prouinciam non cogitur iudex, ibid.

Ad domum citatio quandiu non habeat locum, ibid. uer. no. secundum, & nu. 4. & in suff. nu. 5.

4 *Epilogus glossarum.*

Cap. si. infra eod. & cap. Quoniam, supra ut non lite non conte. cum hoc conciliatio, ibid. & de his etiam nu. 6. uer. Idem Vin.

5 *Suffragium glossarum.*

Absente eo, de quo agitur, qui conueniendi seu requirendi. & supra num. 5.

6 *Additio glossarum.*

Citandus est principalis si inuenitur, aliàs eius procur.

7 *Litis contestatio an facta hic esset, & quo casu non sit in causa matrimonij.*

Recusatio fit ante litem contestatam, ibid. in fi.

8 *Contumacia maior est actoris, quam rei, & ratio.*

Ad agendum quandoque præfigitur terminus ex causa, ibid. circa fin. uer. Hinc est.

CAPVT III.

1 CAusam. Casus. Si † actor est contumax, reo instante, diffinitiua sententia ferri pōt. & pars. 1. decisè ponit petitionē rei, ꝫ quem actor impetrauerat delegatos. ſ̄a ibi, cęterum, petitionē exaudit [De na2 tiuitate] an. s. fuerit nata † de legitimo m̄rimonio, ut sic sciatur, an eius filius ex ipsius persona succedat. auo. [& infra] hic continet, quod habet de os. dele. cāni q̄, & qui fi. sint le. cām. 1. ut patet in 1. cōpil. in dicta decr. 3 causam [Absentauerit] no. tres † modos contumaciæ. de his supra c. proxi. [De Anglia] q. d. extra prouinciā non cogit iudex citare absentes, qđ dic, ut no. de cleri. nō resi. ex parte, & c. tuæ, Host. [Ad domum] no. ſ̄m Host. ꝙ quandiu quis copiā sui facit, uel defendit, non habet locum citatio ad domum, ad quam recurrit quasi ad 4 ultimum refugium, ſ̄m eum. ¶ Tertia † glo in prin. traa ctat de citatione ad domum; quod fit, cū non apparet b citandus, nec eius procura.[b] a. signat ꝯrium, de decre. fi. infra ti. 1. & de decre. quoniam; & tunc soluit, ꝙ illa in reo, hæc in actore cōtumace, & subdit diuersitatis rationem. interserit etiam opi. ꝙ hic fuerat lis conte. 5 quam reprobat ¶ In 3. † glo. ibi. § hoc autem] non datur restitutio ei. contra quē usucapiebat absens, si procura. eius præsens erat, qui poterat conueniri, uel amici, qui parati fuissent defendere, ut in l. se. [& ibi, §. prætor] fit citatio ad domum absentis [& ibi, 1. respon.] denunciet mulier. infra 30. dies post diuortium se prægnantem ad domum mariti, si illius, uel patris copiā habere non posit [& ibi, hoc autem] antequam detur contra pupillum possessio rei seruandæ causa uocantur tutores: & si non extant, cognati, affines, & liberti idonei & ibi, properandum, in prin. 2. col. ibi litera reum præ6 sentē uocat fugientē. ¶ In gl. no. quòd, ibi inuenitur] in prouincia, ut hic, & infra eo. cum olim, Host. [& ibi, procura.] hoc, si talis est causa, in qua posit procur. interuenire, secundum Ala. Vin. T. & Phi [& ibi, excommunicetur] de reo intelligas [& ibi, Absens] idem Vinc. & Host. & hoc etiam tenet Ioan. 11, q. 3. quicunque, licet alibi dixerit, scilicet 3. q. 9. in summa, istam decre. esse corre7 ctam per decre. quoniam frequenter [& ibi, quidam † dixerunt] T. qui dicebat hoc probari per prin. decre. puto, quòd inducebat uer. terminandam, Goff. Ia. de Alben. & Inno. qui dixit hoc contineri in integra, de integra possessione esse. sed in an. non apparet, pro arg. T. facit, quod no. supra de iu. c. pe. [ibi, decisio causæ &c.] dicebat Abb. quod magister suus dixerat, quòd ista erat talis causa, in qua poterat procedi, lit. non conte. s. causa matrimonialis, supra ut lit. non cont. quoniā, §. porrò. sed hic non continebatur fornicationis periculum, quod ibi est ratio, nisi diceres, quòd illa esset ratio impulsiua secundum eum [& ibi, non est uerum] ar. ad hoc, quia fuisset facta non recusatio, cum habet fieri ante lit. conte. sed argu. non est præcisum, per decre. insinuante, supra de offi. dele. [& ibi, quam rei] infra eo. 8 cap. 1. lib. 6. [& ibi, hæc ratio] ratio hæc non † placet Hostien. sed placent duæ, quæ sequuntur, & addit tertiā: quia à principio in potestate actoris fuit agere, nō rei. & ideò illi plus, quam isti est contumacia imputanda, quod probatur. ff. de calumn. l. annus. ff. de doli excep. l. pure. §. fi. & exprimitur in §. omnem, hic alle. & §. si uero inter prędictum [& ibi, reum] quem forte nūc dimittit: quia uidet eum habere defensiones suas paratas, & expectat, quòd pereant, & hoc colligitur supra ut lit. non conte. quoniam, in prin. de testi. significauit, & c. Albericus, hinc est, quòd quandoque præfigitur actori tempus ad agendum ex causa. C. de ingenu. ma. l. diffamari, infra de resti. spo. frequens, li. 6. [& in fi.] de materia huius glo. in spe. de contumacia. §. 2. Ioan. And. super 2. Decret.

NANOTATIONES.

a ¶Tertia glo. Et oo. practicam hoius glo. ut primò fiat citatio de domino tantum, quoniam fit à prio. de procuratore, ut in l. eum qui, C. de procur. ſed hæc eſt melior, de quo uide plene in l. 4. §. ait prætor, & l. hoc amplius, ff. de dam. infec. per Bar. & ibi Bart. intelligit hunc capit. quando dicitur, quòd ſi procuratorem non dimiſit, ad dominum, quando certum eſt ipſum reliquiſſe procuratorem: alias ſi dubium, tunc ſufficit ad domum, uſque quod diſcernatur de procuratore, & uide ſcripta 3. q. 8. cauſante. Archi.

b ¶Nec eius procur. Vide d. Barba. conſi. 18. in 3. uol. in fi. in 1. uolu. & per Alex. conſi. 2. in 3. uol. in prin.

SVMMARIVM.

1 *Contumax ſi reus eſt poſt litem conteſtatam, quando feratur deſinitiua ſententio, & quando in ueram poſſeſſionem actor inducitur, & nu. 3.*

2 *Litis conteſtatio per indirectam reſponſionem ſuper re deducta in iudicio, non per exceptionem peremptoriam; & quando per interrogationem, nu. 17.*

Prorumpere, quid ſignificet, remittit, ibid. ad dict. prorumpit.

3 *Appellari poteſt etiam à definitiua poſt alteram appellationem ab interlocutorio, & quo caſu.*

Duntaxat, excludit tacita, eo. nu.

Poſſeſſio quadam uera, quadam tædialis, ibid. in fi.

4 *Compendium, & ſuffragium gloſſarum. nu. 5.*

Promiſſio nuda ubi ſufficiat. §. 1. et nu. 6.

Cautione iuratorio de parendo iuri non obſtante ex iuſta quis cauſa poteſt appellare.

Interrogatio prætoris, & partis comparantur. §. 2. & nu. 6. §. 1.

Ad malitiã ſuperãdã datur dilatio, & quo caſu hic, ibi. §. in 5. gl.

Contra contumacem quibus modis procedatur & ad qua §. ultimo, & num.

6 *Additio gloſſarum.*

Iuratoria cautio exigitur ob contumaciam præcedentem, & etiam ſine contumacia ò declinanto iudicium, & an hoc ſit indifferenter, ibid. & à receſſuris in remota, ibid.

An ſcholaris pro ſcholare cauere poſſit, ibid.

An conuentus in curio Anglicus, uolens recedere ſatisdet.

8 *Sine litis conteſtatione an ſententio definitiuo dicatur in odium eludentis iudicium poſt iuramentum præſtitum.*

9 *Hæc decretalis quando locum habeat.*

Liquere de cauſo quo caſu dicatur, ibid.

CAPVT IIII.

a 1 PRout ᵃnobis. Caſus. Sit reus poſt lit. cont. eſt contumax, ſi aliàs liquet de cauſa, fertur diffinitiua ſententia: ſi non liquet, actor in ueram poſſeſsionem inducitur. & cõis diuiſio. ſcđa ibi, Ideoq; [*Iuratoriam*] hoc eſt contra iudices, qui in limine iudiciorũ ſine cauſa hoc iuramentum extorquent [*Præfixa*] poſt cautionẽ iuratoriam, de qua præmiſit [*reſpondet*] dicebat Lau. no. per † indirectam reſponſionem ſuper re deducta in iudicium fit lit. conteſt. 40. an. per excep. præſcriptionis, uel aliam peremptoriam à reo propoſitã non fit lit. conte. de lit. conte. c. 2. li. 6. de quo hic notauerant Inno. Hoſt. & Abb. [*Contentio*] hoc innuit ſcđm Ho. ꝗ libellus fuerat oblatus [*Percepiſſet*] ſup. ſcđm Inn. Hoſt. & Abb. ꝗ adiunxit, ꝗ propter id nõ erat reſtitutio facienda [*Prorumpit*] non expectando, an admitterenť excuſationes ſuæ, uel nõ, ſcđm Hoſt. qui de ſignifi. huius uerbi remittit. j. de appel. ſuper eo. in §. fi. [*Conuocetis*] ad idẽ ſupra de offi. dele. cũ olim, & ſupra ut lit. non conte. accedens. 1. ſed dic, cõuocetis, de gra-

3 tia, non iuris neceſsitate [*Diffinitiua*] à qua † diffinitiua reus poterit iterum appellare, niſi prima appellatio fuerit manifeſtè friuola, ut in conſtitu. cle. co. ti. ſi ante [*poſſeſſionem*] ſi de cauſa non liquet, uel liquere non poteſt [*Duntaxat*] excludit quæſtionem poſſeſsionis. & per hoc patet, quòd iſta eſt uera poſſeſſio, non tædia-

4 lis tantum. ¶Secunda † glo. reſpon. per quæſtionem, qualis cautio hic &c. & an iuratoria, uel pœnalis &c. ¶Quarta glo. tractat, an per reſponſionem ad interro-

b gationem, &c. & arguit ſine ᵇ libello &c. ¶Vlt. glo. diſtinguit, aut agitur reali. aut perſonali, & aut reus contumax, & actor. & ſi reus. aut litis eſt conteſt. aut quaſi conte. aut nullo modo cont. & primo caſu, aut liquet

5 de cauſa, aut non. ¶*In † glo. 1. ibi, contumacia*] uide ut lit. non conteſt. tuæ. ſuper 1. glo. [*& ibi, eo tempore*] uide de offi. dele. conſultationibus, ſuper gl. 2. ¶*In gl. 2. ibi, §. ſed & ſi dubitetur*] habens ius reuocandi domum, cauet nudè tantum: aliàs cogeretur ſuſcipere iudicium non inueniens ſatiſdantes [*& ibi, l. ulti.*] uide de app. ad hoc. 2. ſuper. 1. gl. [*& ibi, §. falſus*] non committitur cautio de raro, quam dederat procur. uictus, domino appellante [*& ibi, cum apud*] ſtipulatio de ſoluẽdo, quod. ſ. iudex condemnabit; non committitur, ſi iudex ap. condemnat, quem ille prius abſoluerat, ex quo non fuit additum, qui ue in eius locum &c. ¶*In 4. glo. ibi. §. 1. ibi, interrogatur*] non ſolum à prætore accipere debemus, ſed ab aduerſario. ¶*In 5. glo. ibi, iubemus*] hic & in §. præ. una parte renunciante allegationibus; dantur alteri 30. dies. poſt quos ad malitiam ſuperandam dabitur dilatio. ¶*In glo. ult. ibi, l. 2.*] cuius caſum habes in §. proxi. alleg. [*& ibi, §. & ſi quidem*] uult ille. §. quòd ad finẽ triennij per ſex menſes, ex quo nõ uenit actor uocatus per tres uices, abſoluatur reus ab inſtantia, & condemne-

6 tur actor in expenſis. ¶*In † glo. 2. ibi, ſed & ſi dubitetur*] per hanc l. dixerunt hic Ala. Goffr. & Hoſtien. quòd licet hic propter præcedentem cõtumaciam fuerit exacta cautio iuratoria, tamen etiam ſine contumacia, qui declinat iudicium, ut ſcholaris iudicium poteſtatis, eligens forum magiſtri, uel epiſcopi compelli poteſt per poteſtatem, uel iuſticiarium, ut promittat ſaltem nudè ſe ibi reſponſurum de hoc. & an idem in quocunq; conuento in foro non competenti, no. in præalleg. §. ſed & ſi dubitetur, & in ſpec. de ſatiſda. §. 2. uerſi. ſed nũquid præmiſſa, & uer. ſe. & in uer. præce. tunc an ſcholaris ſatiſdare poſsit pro ſcholare, & an Anglicus ſuo

c nomine conuentus in curia, uolens recedere, debeat ᶜ ſatiſdare [*& ibi. l. ulti.*] & infra de appel. ad hoc 2. ¶*In glo. perinde, ibi, intelligo*] idem Hoſtien. [*& ibi, exerceri*] quod non eſt uerum, quod dic, ut no. ſupra de libel. obla. c. 1. [*& ibi, in antiqua*] ibi dicebatur, Recuſauit, excepto ꝗ interrogatus ab actore, quot annis [*& ibi, conteſtatio*] idem Guil. in ſpe. de lit. conte. §. 2. uer. ſed nunquid, idẽ

7 Goff. ſupra de ele. dudum 2. ſic ſoluens † contrarium illius decre. ſ. quòd licet non fiat per poſitiones, & reſponſiones; fit tamen per interrogationem partis, uel iudicis reſponſione. ¶*In gl. expreſſiuum, ibi, illud*] Ioan. 1.

8 [*& inſ.*] T. licet quidam dixerunt † hoc ſpeciale, quòd fertur diffinitiua lite non conteſt. in odium illius, qui poſt præſtitum iuramentum eludit iudicium, quod non placet Hoſtien. Goffr. tamen in decre. dudum. 2. de electione. hoc tenebat inducens. ſi. C. quomodo & quando iudex, aucten. qui ſemel, in fi. ¶*In glo. ult. ibi, diſtingue*] de hoc plenius in ſpe. de contumacia. §. ſequitur. & coniungenda eſt hæc glo. cum illa, quam habes infra c. ueritatis [*& ibi, ſi autem non liquet*] uidetur,

9 quòd † ſemper liqueat: quia aut actor fundat intentionem ſuam; & condemnatur reus: aut non; & abſoluitur. C. de rei uend. l. fi. de cauſa poſ. cum eccleſia. dicit Inno. hanc decre. locum habere, quando reus

d contumax eſt lit. conteſta. ᵈ per cuius forte confeſsionem, uel aliter, ſi præſens eſſet, probaret actor intentionem ſuam, & ideo datur actori uera poſſeſsio. obiectio autem eſſet uera, actore contumace poſt lit. conteſt. & utroque caſu eſt fauor præſentis, & odium contumacis [*& ibi, & ito*] idem quò ad miſsionem, non quo ad proceſſum, uel diffinitionem cauſæ.

ANNO-

ANNOTATIONES.

a ¶ Prout. Iste tex. probat ibi, diffinitiua sentẽtia terminatur, uel & e. quòd sententia decreti non sit diffinitiua; ad idem text. in c. 1. infra tit. proxi. ubi confirmat, quòd inuiolabiliter obseruetur, quod est necesse in diffinitiua: & tamen hic etiam loquitur post lit. contest. ad hæc gl. in l. Fulcinius, ff. ex quib. cau. in poss. ea. & in l. præsenti, de his, qui ad ecc. confu. Et uide Bart. in l. si finita. §. si forte, ff. de dam. infect. & ibi pro & contra aliàs scripsi. Item facit, quòd licet ego protester me nolle intrare iudiciũ, uel fiat protestatio, quòd non facio causa lit. contest. quòd si postea aliquid propono de negotio prin. quòd fit contest. & à protestatione uidetur recessum, ad quod uide Io. Andr. in Mercuriali. in regula excep. de reg. iur. in 6. & in c. cum M. de constit. & de spon. ex literis, de offi. deleg. quæsiuisti, Archid.

b ¶ Sine libello. uide in c. 1. de libell. oblat.

c ¶ Debeat. In ista gloss. in prin. not. quia litis contest. etiam absente accusatore potest fieri: quia habetur, si iudex interrogauit, ac si pars, ut dicit Bar. in l. is, qui reus, ibi. sed quæro de pub. iud. Bal.

d ¶ Lit. contest. Vide ad materiam huius glo. in uer. ut si lis, in c. sæpe, de app. & in c. per tuas, eo. tit. qualiter procedatur in criminalibus absente accusatore, glo. 1. in c. licet in beato, de accu. Archi.

SVMMARIVM.

1 *Exceptionem qui obijcit fundata intentione actoris, & acceptis induciis deficit in probando, condemnatur in expensis, uide numero 5. & 6.*

2 *Diuisio decretalis.*

3 *Præsertim, pro maximè.*

Decretalis hæc in quibus causis intelligatur, ibid. & in qua causa parte, num. 4. uide nu. 5. 6. 7. & 12. quando locum habeat.

Calumniari consueuerunt homines magis in temporalibus, quàm spiritualibus causis, ibid.

4 *Constitutio generalis est: & de consilio fratrum uidetur emanasse per appositionem in ea decreti.*

Suppletio, dictio maximè, ibid. alia, num. 5.

Nolle, hic contemptum non inducit, ibid. ad uersic. quam nolit.

Mens attenditur constitutionis, non uerba tantũ, ibid. in fi. & nu. 6.

5 *Incontinenti, quod temporis habeat hic spacium.*

Pœna huius constitutionis quando sit locus, eod. num. uersi. & per hunc, & quando moderanda, num. 9.

6 *Frequenter, & sæpe aduerbia posita in constitutionibus non indicant ideò restitutionem earum.*

7 *Expensarum condemnatio expressa in quot casibus fiat, remittit, uide etiam in suffragio, uide alia de eis infra.*

Ex tunc, aduerbij significatio, ibid.

8 *Huius decretalis prouisio superflua non fuit, & ratio.*

9 *Moderatio pœnæ hic quando facienda.*

10 *Epilogus, & suffragium glossarum, num. 11.*

Expensarum, & damnorum refectio propter contumaciam, & in fine litis condemnatio eorum, & mentio in libello quando fieri debeat, & supra num. 7. & infra num. 13. §. 1. & nume. 14. & sequentibus ad numerum usque 23.

Soluendo qui non est, alio modo regulariter punitur. §. 1.

12 *Additio glossarum.*

13 *Post publicationem attestationum licet nouum probare capitulum per testes.*

14 *Expensæ contumaciæ an peti possint etiam directè, & quando ueniant indirectè, an fiat condemnatio statim, an postea, & quando num. 22.*

Cap. eum qui, eod. tit. lib. 6. ab hoc diuersitas, ibid. in fi.

15 *Expensas contumaciæ an restituat is, quo absente proceditur, uel procedi potest.*

16 *Expensæ quæ deducantur ex eis, in quibus fuit condemnatus uictus in definitiua, & num. 22.*

Victoriam causæ regulariter obtinet fouens iustam causam, licet sæpe non obtineat, ibid. uersi. sed sæpe uidemus.

17 *Victus non semper condemnandus in expensis, sed ratio reddenda in sententia: aliàs non ualet absolutio. uide num. 19. & 20.*

18 *De calumnia etiam in causa criminali, & appellationis iuratur.*

19 *Appellatus, an, si succumbat in appellatoria causa, sit in expensis condemnandus, distinguitur.*

20 *Appellans si pro parte succubuit, & pro parte obtinuit; an sit & quando condemnandus in expensis.*

21 *Vtiles expensæ in necessarijs continentur, non contra.*

22 *In aduocatos expensæ faciendæ an ueniant, si gratis operam præstitit.*

Remuneratio futura pro expensis habetur, ibid.

Iuramentum præstatur super expensis, etiam si conuentum sit, credi uerbo creditoris, ibid. ad dictio. iurabit.

De taxationis expensarum, si sit erratum, reuocatione ubi dicat, iudicat, ibid. in fine.

24 *Arbitrio iudicis quæ relicta sint.*

CAPVT V.

1 FInem. Casus. Qui †fundata intentione actoris peremptoriã obijcit, & acceptis inducijs deficit in probãdo, punitur in expensis: quia dolosus pręsumitur. latius diceremus, Qui fundata intentione actoris exceptionem obiicit & c. ut sic includeretur quasi peremptoria, de qua infra de except. c. 1. in 4. glo. & dilatoria eo casu, quo probatur, uel proponitur post litẽ contest. ut notatur de excep. exceptionem, & patet de

a offi. deleg. insinuante. & non recipit †congruam diuisionem: quia præmittit, intermittit, & submittit constitutionis causas, inter quas constitutionem intersęrit: posset tamen diuidi in duas partes, in prima præmittit constitutionis causas generales. in secunda ibi, præsenti, ponit constitutionem, & duas speciales causas interserit. prima causa ibi, Quia frequenter; & hoc propriè respicit prohibitum, & quò ad causam impulsiuam. secunda ibi, ut hoc saltem, & ponit causam finalem [*Vltra modum*] q. d. non posset esse, quin partes grauentur aliquantulum, sed seruandus est modus, & est

a arg. pro media uia tenenda; ad hoc de offi. custodis[a].

3 c. 1. Host. [*Præsertim*] idest †maximè sm Host. qui dicit etiam in temporalibus causis decret. locum habere, in quibus etiam plus, q̃ in spiritualibus consueuerunt homines calumniari. & ideò etiam in illis plus prouidendum est sm eum, infra de pœnis, calumniam, & idem Abb. & ad hoc etiam inducunt generalitatem causæ, de qua sequitur, ibi, Quia frequenter [*Beneficijs*]

[*Testimonio*] fortè simplici sine iuramēto, quod in hoc casu ualere potuit: quia hoc notoriū. & nullus discordabat secundùm Hosti. [*Concordaba*] cuius testimonio credi poruit, argum. 95. distin. nobilissimus, Goff. [*Celebratam canonicè*] potuerunt isti scire, licet non interfuerunt, per publicationem electionis. uel assertionē canonicorum, cui nullus resistebat, de electio. quia propter ad fin. & sic non est contra, de testib. ueniens. 2. in fine [*Confirmare*] huic facto acquieuit, uel non contradixit. G. quia nec apparet eum postea prosecutum: asi ter non uidebantur sola testimonia sufficere, ex quo de duorum electionibus agebatur. Item D. nisi appel 10 lasset huic confirmationi, quia † quia facta cum causæ cognitione, habet uim diffinitiuæ, & sic transisset in rē iudicatam, se non potuisset opponere secundùm Innocent. de hoc supra in magna gloss. [*Præsertim*] idest tantùm, secundum Hostien. istis enim plus, quàm aliis credi debuit, & quia melius nouerat, infra qui matri. accusare possunt, uidetur, & quia auctores aliorum, infra de testibus, licet ex quadam [*Non elegisse*] negati- 11 uum erat † hoc dictum. unde non probabat. sed præsumptionem inducebat, uel dic, q̄ partes bene conueniebant, quòd unus solus erat electus. unde multum proderat. F. confessio capituli: ad hoc. ff. de iureiuran. si duo patroni, Goffr. [*Accedens*] hæc est appellatio facti, de qua loquit finis [*Impetrauit*] à nobis nullam de prædicta commissione, uel prædictis electionibus faciens mentionem, vt patet in an. [*Nobis*] Innocen. qui successimus Celestino. & ibi dicebatur in an. cum fratribus nostris habito super hoc diligenti tractatu, timentes ne sicut prædecessenim per literas, quas idem D. præsentauerat, ei cunuentus dicitur, nos etiam circunueniri contingeret, per literas uestras nobis ab eo dem monaco præsentatas, uolentes &c. Dicebat Laus felix. quem reddunt &c. supra de procur. c. 1. C. ad l. Iu liam, re. leg. 1. & casiis dementis, correctio sit sapientis. 12 [*Volentes*] hoc † sufficit pro ratione, infr. de iure natura li. §. sed quod principi infra de præben. licet [*Canonicè*] considerata ueritate de plano, arg. de elect. ne pro defectu, ut lit. non contest. quoniā. §. 1. & 2. Sed nunquid est libellus offerendus? So. sic supra de libell. obla. c. 1. & lis contestanda, supra de electi. dudum. 2 nisi aliud esset ex forma mandati. supra de elect. uenerabili. Potest enim superior ex officio in his procedere, de electio. cum nobis. & cap. scriptum. & ca. nihil. Hostiensis dic hodie, ut in Clem. de iudic. disper. diosam [*Spacio*] sup. numerando ex eo tempore, ex quo &c. [*Arrepto* 13 † *itinere*] an hoc habeat uim appellationis. hodie satis dicam infra de appellatio. ut debitus [*Committatis*] ipsum confirmando secundùm Hostien. cum iudicium confirmatio fuerit nulla: uideretur aliter hæc uerba superflua, & secundùm hoc uideretur ista litera coniungenda illis uerbis, supra, Mandantes, quatenus administrationem, &c. ad hoc, ut confirmatio ista præcedat confirmationem, de qua præmisit [*Elapso*] si prę dictus D. interim non uenerit, uel ueniens nil rationabile proposuerit [*Consecrare*] archiepiscopi erant, quibus scribit, & adiungent sibi aliū episcopum, de tem- 14 po. ordin. nec episcopi. ¶ Prima † glo. Respon. per obiectionem, & soluit. ¶ Pen. tripliciter obiicit, & soluit. ¶ *In glo. fi.* 5. q. 1. *ibi, iubemus*] uide supra eo. prout, super 5. gloss. ¶ *In glo. antepen. ibi. §. ult.*] alias penult. qui f. dei commissariam libertatem debet, uocatur denuncia- 15 tionibus. edictis, & literis. ¶ *In † gloss.* 1. *ibi, dixeris*] & sæpe falsa scribuntur. 2. quæstio. 6. biduum, ad fi. Ioan. [*Ci in fi.*] Vincen. uel fuit deceptus secundum Goffr. ex multitudine sigillorum: quia non erat credendum tot sigilla falsata, de cle. pe. capitulo primo, sed Hostien. per hoc confirmat, quod ibi dixi secundum eū. & est hoc argum. quòd decretum electionis non sit de substantia

tia;de hoc 61.di.episcopus, & supra de elec. innotuit.
¶ *In gl.& ideo, in fi.*]dicit Inn. ꝙ iudices sic retulerunt:
sed hoc nõ constitit papæ:quia si cõstitisset, sicut ipse
contumax non potuisset appellare uiua uoce, sic nec
itinerando, & hoc iustificaret sententiã latam eo ab-
sente. Item non fuit necesse aliquam sententiam fer-
re contra De.cum in ecclesia de qua agitur,nec de iu
re, nec de facto aliquid possideret, & quia nec ipse
agebat contra alios,nec alij contra eum. dicit Host. ꝙ
per iudicum relationem,uel alio modo legitimo cõ-
stitit papæ de contumacia. ¶ *In glo.sic ergo,in fi.*]Io.& T.
16 dicit Host.ꝙ bene est † misericordia in hoc,ꝙ.D.audi-
k tur.sed in eo,ꝙ processus iudicũ nullus[k] innuitur,cõ-
tinet ius commune. ¶ *In glo.pe.ibi,ut sequitur*]dicit Inno.
l ꝙ in contrario agitur de elec.non confirmata,[l] & ele-
cto non consecrato:sed iste consecratus erat & aliqua
desunt ex Inno.& Hosti.appellasset, uel non pessimũ
erat,ꝙ alius intraret locum eius,si de iure erat episco-
17 pus,infra de conces. præben.c.1.& arguit † per hoc In-
nocen.sententiam latam in matrimonio spirituali nõ
transire in rem iudicatam. sicut nec in carnali, de re
m indi.latot.c.tenor. [m] Dicit demum alios melius dice-
re,ꝙ si uerum erat, quod proponebat.D. de arreptio
ne itineris ad papam, iniquus erat processus iudicũ,
infra de ap.meminimus,& c.suggestum. & ideo de iu
re est,ꝙ de hoc inquiratur,& hoc comperto reuoce-
tur processus,de offi.dele.cum causam. & si opponis,
ꝙ ad illos secundum hoc nõ debuit remitti negociũ,
infra de ap.proposuit, nisi de consensu partis, eod. tit.
interposita.§.ille, qui non interuenit hic. Respons. ꝙ
18 non remittitur, sed illis iudicibus ius † commune re-
ser uatur,quod est, ut primus iudex exequatur senten
tiam,si non prosequatur appellans appellationem in
fra annum,de offi.deleg.pastoralis.§.præterea.uel me
lius propter præsumptionem,quæ erat contra.D.etiã
contra ius fit hæc remissio ex certa scientia in odium
ipsius.D.propter præsumptionem prædictam, secun-
dum eum. ¶ *In glo. pe.ibi, ex insinuatione*]dicit Hostien. ꝙ
non uidet, ꝙ hic assignetur terminus ad ap.finiendã.
sufficiet enim hic,si iste sese præsentat,& aliquid ratio
nabile proponat, ut supra uer.proxi. [*& ibi, sed omnia*
19 *ista*] ꝙ.s.inquiritur de † eo, de quo plenè fuerat inqui-
situm,auditur quis post diffinitiuam, à qua non fue-
rat appellatum,expectatur electus ultra.6.menses,da-
tur terminus.infra quem quis expediatur in curia, &
redeat ad delegatos,secundum Goffr. ¶ *In glo.ult.in fi.*]
20 unde dicebat † Goffr. ꝙ quatuor modis appellabatur
ad principem per arreptionem itineris,ut hic, & in p̄-
dictis iuribus, uoce, & literis,siue libello.31. q.2. Lo-
tharius 2.q.6.§.diffinitiua,in fi.ff.de ap.l. 1.in fi. & l.2.
& per nuncij missionem,de of.deleg.cum causam, su
pra titu.proxi.audito, de ap. meminimus, & c.sugge-
stum,& c.de hoc sicut.

ANNOTATIONES.

a ¶ Cupientes.In alijs autem causis,quàm electionum, an & quan-
do debeant citari illi, quorum interesse potest, uide Ioan. Andr.
post Inno.de maio.& obe.cap.1.in glo.no.quòd & per Cyn.Bald.
& Sali.in l.fi.C.de edic.diui Adria.tol.& auct.si omnes,C. si ut se
ab hære.absti.

b ¶ Canonicam.Hæc ratio tollitur per no.per Cy.& Bart.Bald.& Sa-
li.in l.2.C.de iure emphy.& per Bar.in l.in illa,ff. de uerb. oblig.
& per Ioan.Andr.infra de accusa.super his,& per glo. ma.in Cle.
fin.de rescript.

c ¶ Canonicam negat. Dic quòd dictum Innocen. procedit,ubi ad
actum exigitur scriptura, & illa scriptura apparet enuncians for-
malitatem gestorum, & tunc semper præsumitur legitimè facta,
& ideo deponens contra grauatur onere proban.siue ante senten
tiam,siue post opponat.si uero ipsa non apparet,tunc non præsu-
mitur solennitas,& dicens eam debet probare. & ideo si oppone-
tur ante confirma. tunc allegans solennitatem, eam probare de-
bet.si non opponetur,tunc dicens eam non subesse, debet proba-
re,& ita procedat dictum Inno.Archi.

d ¶ Nihil est.Vide Ioan. And. de elec. quòd sicut in glo. & additio-
nem,quam facit post glo.in prima col.& 2.& in eam gen̄ciliam gl.
super uer.collatio,& utrobique uide,quid si opponitur in perso-
nam,quis probet,& infra hic sequitur.

e ¶ Quare refert se ad principium glo. ad id.s. quòd post confirma-
tionem non admittatur exceptio,sed accusatio contra confirma
tum,& ex illo hic concludit.

f ¶ Secus.Vide plenè etiam de hoc in c.cum olim, de causa pos. &
proprie.per Ioan.And.in gl.sua magna,& de exces. prælato. inter
dilectos.

g ¶ Sit litium.Hoc posset habere locum,quãdo à prin.tempore con
firmationis de hoc crimine fuit exceptum iuxta id, quod not.,su-
pra in prin.glo.

h ¶ Coi.Ibi uide Bar.& in l.eum qui.§.in popularibus,ff.de iureiur.
& uide gl.pe.in c.cum dilecti,de elec.& Io.An.ibi.

i ¶ De electi.Ibi uide gloss.quæ incip. dicebatur olim, & super illa
Ioan.Andr.

k ¶ Nullus.Ex eo, quia primo de electione d. buerunt cognoscere,
quod omiserunt,uide supra super uer.in causa,& uide infra super
glo.pen.

l ¶ Confirmata.Vide Ioan.And.in prædicto.§.1. & duobus sequen.
in gloss.præalleg.

m ¶ Tenor. Vide Io.And.in c.consanguinei, super gloss.fina.& su-
per Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Contra contumacem reum possunt recipi testes, & ferri sententia definitiua,si agatur in modum denunciationis de crimine.*
2 *Diuisio decretalis.*
2 *Cum episcopis mitius agitur,& à quo tempore.*
Per suspensionem interdicitur omnis administratio, & alienatio, ibidem.
Difficulter fieri dicitur, quod uix fit, ibidem ad dictio. difficulter.
3 *Criminaliter non agitur,ubi interuenit procurator.*
Crimina si multa obiecta sint, & unum probetur, de cæteris reus per contumaciam confiteri uidetur,ibid.
Confiteri quis uidetur crimina per contumaciam,ibid.
4 *Ordo iudiciarius multiplex,& in quo exhibeatur libellus, & fiat litis contestatio,& quando ubi horum.*
5 *Litera prælatorum contra episcopum scriptæ solent in curia multum operari.*
6 *In criminalibus quandoque super crimine non pronunciatur,sed imponitur pœna,quando contra.*
7 *Sacerdotale officium potest esse sine pontificali,sed non contra.*
Inhibetur administratio quandoque propter dilapidationis suspicionem,ibid.in fin.
8 *Excommunicatus non solum in spiritualibus est suspensus,sed etiam ab administratione.*
Excommunicati acta,uel cum eo gesta,& obligationes pro eo, & in eum,quæ ualeant,& quando ipse,uel alij cum eo durante excommunicatione possint experiri, & de quibus, & si non opponatur,an teneant,ibid.& nu.9.
Cum ordinato ab episcopo excommunicato hoc sciente quare non dispensetur,eod.nu.8.in fi.
9 *Cap.constitutis.1.de appella.cap.cum dilectus.§.quia nobis,& similium intellectus.*
Apostatis etiam dominis debemus de eorum iuribus respondere, ibid.circa fin.uer.Item si seruiens.
Vasallorum fidelitas est dominis suspensa,quandiu sunt excommunicati,eodem nume.circa fin.uer.Dicis etiam,& supra quoque, eod.nume.
10 *Epilogus,& suffragium glossarum.nu.11.*
Contra absentem quem in crimine procedatur lite non contestata, §.1.& nu.12.ad dicti. apparitorem.
12 *Additio.*
Actum quomodo sit hic.
Contra absentem proceditur, & in quibus casibus, §.in gloss.hic patet.
13 *Annotationis bonorum forma quæ,remittit.*
Contumax habetur pro confesso ex consuetudine, uel statuto, ibid.
Antiqui quidam doctores sunt nobis, qui maioribus nostris recentiores fuerunt,ibid.ad uer.ibi,doctores.
41 *Ad depositionem agitur etiam per inquisitionem.*

CAPUT VIII.

a
1 Veritatis. a Casus. Si † agatur de crimine in modum denunciationis, contra reum cõtumacem testes recipi possunt,& ferri diffinitiua sententia. & primo ponit denũciationẽ criminũ episcopi Curiẽ. & tres delegationes super ea successiue factas, delegatorum processus 2.eum deponit.& per ipsum alienata reuocat, ibi, Nos igitur [*Emissum*] Luc.3.& literã hic decisam, uide de scisma. cap. uno, lib.6. in glo.2. [*Polluti*] quantum in eo fuit, & facit quod dicam, de cohi bi.cler. nostra [*Præposito, & infra*] hic forte continebatur inhibitio, de qua finis loquitur secundùm Hostiẽ.
a [*Ab officio*] hodie † ab initio mitius agitur b cum episco
b pis infra de offic. deleg. c. 2. lib.6. [*Suspensus*] per quam suspensionem interdicta erat omnis administratio, & per consequens alienatio, ut dicit in fi. Goffr. [*uerò*] superfluit istud, uerò, Hosti. [*Difficulter*] quod uix fit & c. ff. de iudi. uix, Hosti. infra de cogna. spirituali. c.2. li.6. [*Malicia*] sic supra eo. prout [*à iudicibus*] primis. [*audiendam*] quibus etiam mandauit, quòd contumacia exigente reciperent testes contra episcopum, quos denunciatores ducerent nominandos [*Responsalem*] ergo
3 † non agebatur criminaliter, Pet. & Abb. [*protulerunt*] quam tamen contempsit, ut sequitur [*Ex parte nostra*] quibus scribitur non patet hic, nec in antiqua [*Quemlibet*] & si non fuissent omnia crimina probata, suffice ret unum: de cæteris reus per contumaciam confite-
4 ri uidetur 3.q.9. decernimus, Gof. [*Ordinem iudiciarium*] qui in hoc casu seruari debuit. hoc dico, quia nec hic fuit oblatus libellus, nec lis contestata. unde dicebat Hostien. cum procedit iudex ordinariè, datur libellus, & fit contestatio, de iura. calum. c. pe. quandoque procedit extraordinariè super famosis, de quibus nõ constat, & uocatur inquirendus, & seruatur, quod dicitur de accusa. qualiter. 2. & hic; nec offertr libellus, nec lis contestatur: immo lite non conte. contumax condemnatur, ut ibi, & supra ut lit. non contest. quoniam, uersi. sunt & alii. & de hoc iudiciario ordine loquitur hic, quandoque proceditur extra ordinem ex mero & puro officio, ut in notoriis, & tunc neuter ex his ordinibus seruatur, de offi. ordi. c.1. Sed est hic ordo iudiciarius ordinem iuris non seruare, de iureiuran. ad nostram. 3. [*Sententias*] suspensionis, & excom-
5 municationis ut supra [*Scripserunt*] qui siue † pro, siue contra scribant, multum consueuit in curia operari, ut hic patet, & supra de elec. innotuit. §. multa, Hostiẽ. [*In nomine domini*] de hoc remissi. dabo, de testi. cap.2. in prin. [*Velisci*] sic de postula. cap. primo, uersicu. nos igitur [*Apostoli*] id est ad Corinthi. 5. & 1 1.q.3. audi, lo.
6 [*Depositionis*] no. Innocen. quod non fert † sententiam
c super crimine, sed tantum c deponit ipsum. hoc scias, quandoque iudex pronunciat mortuum fecisse, uel non fecisse crimen, non dicens condemno, uel absoluo. ff. de adi. lega. filio. §. Seia, & no. insti. de hæredi. quæ ab intesta. §. per contrarium. dicebat Host. quòd propter tria potuit hoc fieri, licet in modum inquisitionis, quia homicida, & excommunicatus celebrauerat, & propter tantam contumaciam crescentem addenda fuit hæc pœna, de iudi. cum non ab homine
7 [*Sacerdotali*] hoc iunctum fuit: quia † sacerdotale officium poterat esse sine pontificali, sed non è conuerso, de excessi. præla. ex literis, secundum Hostien. [*Sine spe*] hoc superfluit secundum Goff. 50. di. ca. 1. ad hoc de of. leg. c. ult. uer. Idem de si. quoniam [*Inhibitionem*] forte propter dilapidationis suspitionem fuit prohibitus alienare, ut in iuribus all. in glo. secundum Goffr.
8 [*Excommunicationem*] excommunicatus † enim cum nõ solum à spiritualibus, sed & ab administratione sit suspensus, res ecclesiæ alienare nõ potest; quod uidetur intelligendum de nominatim & publicè excommunicato, ar. infra de re iudi. ad probandum, de illis duabus qualitatibus uide quod no. de sepul. in Clemen. eos qui. & idem est, & si non nominatim excommunicatus sit, sed tantum per canonem, uel sententiam, in qua eum certum est incidisse, infra de excess. præla. c. fi. res autem suas proprias uẽdere, & donare, & aliás alienare potest, & contractus inire, & ualent tales cõtractus. 11.q.3. quoniam multos, in fi. & expressius, in fra de sen. ex. fi uerò, ubi dicitur, quod etiam nouos con-
d tractus cum eis inire licet d secundum Inn. sed si bene attendas, & prædicta iam perlegas, inuenies, quod casus continent speciales, secundum Hostien. & ratio specialitatis potest colligi ex eisdem. necessitas, sed contrahentium, & non fauor excommunicatorum. Sed nunquid potest excommunicatus costituere procur. ad negocia, ita, quod oriatur mandati actio directa & cõtraria inter eos? scripsit hic Innocen. quod sic: quia non inuenimus iure cautum, quod contractus huius cẽseatur nulli. uerumtamen quicquid dicat Innocẽ. dicit Ho. quod hoc est expressum in iure, quod generaliter excommunicato non est participãdum. 11.q.3. sicut, & c. seque. qui ergo contrahit cũ excommunicato, cum eo participat 3.1. scripram; ergo p.l. dissolui meretur talis cõtractus. 10. di. uides, exceptis casibus, in quibus hoc probatur à iure permissum, ut patet iu e o. quod le. & no. supra de transla. epi. c. a. §. sed nec, uer. si. illud autẽ certum est ſm Inno. quod in iudiciis potest excommunicatus, qñ reus est, uel ad defensionem suam procuratorem cõstituere: quia hoc reperitur à iure permissum, supra de iudi. intelleximus: secus in agendo, uel recõueniẽdo, infra de proba. post cessionẽ, infra de excep. cum inter priorẽ. §. 1. & §. fi. C. de hæreti. l. pe. & de hoc no. supra de procur. consulti. In spiritualibus autẽ nõ
e ualet, quod fit ab excommunicato, e de ap. cõstitutis. uel etiam, quod minus uideretur rationabile, à suspenso, supra de consue. cum dilectus. §. quia nobis. nisi in bis spiritualibus, quæ facti sunt tantũ, ar. j. de præben. pro illorũ, supra de rescrip. capitulũ dicunt enim quidã, & forte non malẽ ſm Inn. sed uide, quod dixit post Ab. in dcere. pia, super gl. olim erat, quod si prælatus excommunicatus ratione officii sibi cõmissi aliquid spirituale exerceat, puta prouidẽdo alicui de prelatura, uel canonicatu uel si repræsentatũ sibi instituit, uel electum confirmat; ualet, quod agit, quandiu ab ecclesia toleratur, ar. 8.q.4. nonne. 6.q.4. c. 1. & 2. & q. t. si oĩa, & c. sequen. & infr. de coha. cler. & muli. uestra, & de accu. olim, uer. prouisõ, nisi forte esset notorium, uel aliter probari posset, quod esset publicè excõmunicatus: quia tũc nec ista spiritualia, nec etiam alia ab eo debent recipi: sed per appellationem, uel aliũ modum ad superiorem est recurrendum, ar. ff. de mino. ait prætor. §. permittitur, & in eo, quod le. & no. infra de iure patro. nullus. inde est, quod cum ordinato ab excommunicato episcopo hoc sciente nõ dispensatur, sed cũ ignorante tantum, ut le. & no. supra de ordi. ab epo. c. 1. §. fi. & c. 2. Si uerò confirmatur excommunicatus, uide de cõ. ꝑ. post electionẽ, in gl. deuoluitur, in
9 fi. Nec tob. infra de ap. constitutis pri. nec supra de con sue. cũ dilectus. §. quia nobis, cũ suis si. quia ibi nõ rõe publici officii, quod sibi cõpeteret, eligebant, sed potius psequebatur ius suũ speciale, quod rõe canonicatus, uel fraternitatis spiritualis unicuiq; cõpetebat, & in nõ excõmunicatos tñ ceciderat publicũ offm eligendi. hoc aũt generaliter dicimus, quod ꝯtũs initi cum excõmunicato non solũ ignoranter, sed & scienter &
f excõmunicatione durante tenẽt, f & ex eis agit ꝯ excõicatũ & excõmunicatione duráte ſm Inn. hoc admittit Ho. excõicatus verò, & si ex codẽ ꝯtu agere nõ posit, durante excõicatione, hoc tũ poterit facere, cũ fuerit

fuerit absolutus, secundum Innocen. hoc non admittit Ho. quia non potest alium ciuiliter obligare, & naturalis obligatio ex morbo inobedientiæ, & excommunicationis adeo inficitur, quod ex illa efficaciter agi non potest, ut patet in eo, quod no. infra de sen. excommunicatio. si uere. 1. respon. uer. t. super. e. glo. uer. sed nunquid potest, & seq. & infra e. gl. uer. & sunt hæc inefficax ar. & sequentibus. obligant enim alijs, & alios sibi obligant, dum sunt excommunicati. 11. q. 3. quoniam multos, in fi. infra de sen. ex. si uere, secundum Inno. unde etiam religioni obligantur, e. tit. cum illorum, & matrimonio, de eo, qui du. in ma. significasti. Primum dictum Inno. admittit Hosti. de iure & de facto. Secundum uerò de facto tantum, sed de iure inefficax est. Si uerò ante excommunicationem sibi aliquos obligauerunt per superuenientem excommunicationem non tolluntur priores obligationes: ex eis tamen agi non pôt excommunicatione durante, infra de excæ. cum inter priorem, infra de sen. ex. per tuas, pendente excommunicatione suspenditur effectus debiti et fidelitatis iuratæ. 15. q. 6. nos sanctorum, & c. iuratos, secundum Inno. & melius in lib. feu. hic finitur consuetudo regni c. domino guerram. hoc admittit Ho. quamuis & aliquoties ad maiorem confusionem, uel quia aliqui nihilominus de facto debitum fidelitatis seruant, absoluantur per papam, id est absoluti denuncientur; quod dic, g ut le. & no. infra de pœni. sc. c. fi. nec ob. 11. q. 3. Iulianus; quia tempore illo impotens erat ecclesia & depressa, & potius narrat factum quam ius, ut ex eo. c. colligi potest. & sunt hæc ar. efficax secundum Ho. quod ex contractibus cum excommunicato initis nulla pro excommunicatione actio efficax oriatur. Si enim antiqua & efficacia debita & iurata per superuenientem excommunicationem impendiuntur & suspenduntur, sed post absolutionem restituntur, sicut Inn. præmisit, satis debet apparere iustum & rationabile cuilibet catholico & fideli, quod excommunicatus contrahens nullum sibi possit efficaciter obligare, quod quantum ad ipsum adeo intelligantur mortificati contractus cum eo initi, quod nec post absolutionem possit agi ex eisdem. & est simile de bonis operibus ante peccatum mortale factis, & de illis, quæ fecerunt in mortali peccato existentes. prima enim per peccatum subsequens mortificantur, sed postea per pœnitentiam resuscitantur, & restituuntur. secunda uerò, quia mortua nata sunt, per pœnitentiam resuscitari non possunt. unde uersus. Illa reuiuiscunt, quæ mortificata fuerunt. Viuere non possunt, quæ mortua nata fuerunt. probantur hæc de pœ. di. 3. pium, & c. sequen usque ad. §. pœnitentia ergo, & no. in summa, de pœni. §. & an ficte pœnitenti. 1. respon. ad hoc etiam facit optimè, quod no. in summa, de testa. §. quis sit effectus, sub. §. 1. ab illo uer. iste deportatus institui non potest, usque ad illum, sub. §. quibus autem uerbis. sed contra hanc opi. uidetur expressum ar. infra de Iudæis, ad liberandam, in decisione. §. cæterum, uer. sub interminatione, So. ibi, & infra de hæreti. sicut ait. §. 1. secundum Ho. Quid si excommunicatus spolietur, nunquid absolutus poterit agere de tali spoliatione? & no. quia quærit de absoluto. nam prius obstaret exceptio, ut no. de procur. ex insinuatione, in gl. pe. & super ea, dicas quod sic: quia non licet alicui excommunicato auferre sua secundum In. quod admittit Ho. nisi forsan ex causa iusta per ecclesiam, uel per iudicem suum hanc potestatem habentem diffidatus esset, uel expositus, ut patet in eo, quod le. & no. infr. de hære. excommunicamus. 1. §. moneatur, & extra li. o. de homici. pro. humani. §. fi. uer. pe. & fi. aliter. n. non debet quis alij auctoritate seu temeritate propria uiolentiam inferre, uel sibi ius dicere. ff. de ui prima. l. pe. nec h obloquitur id, quod proximè præmisimus: quia aliud est, quod excommunicatus ex contractu uoluntario actionem acquirat,

quod non admittimus, ut patet in eo, quod. s. no. aliud, quod ex uiolentia sibi facta possit agere, quod ei concedimus. Rō diuersitatis hæc est: quia in primo casu contrahens ingerit se uoluntariè participationi hominum. unde ei est imputandum, & cum ex hoc puniri debeat, non debet ex inde commodum reportare. ut patet in eo. quod le. & no. ī. de dona. inter uir. & uxo. & si necesse in secundo uerò casu nihil agit excommunicatus, sed patitur contra iura, & ideò est ei non immeritò succurrendum. & comprobatur hæc diuersitatis rō. ī. de cle. ex c. illud. §. illud. Scda rō est: quia in primo casu contra ius facit excommunicatus, & ideo meritò est ei pro ius obuiandum, in secundo uerò, quia est spoliatus contra ius, debet ei contra spoliatorem, qui ius offendit, pro idem ius meritò subueniri, ar. to. di. uides. C. de legib. non dubium. s. de transla. epi. quoto. §. cæterum, & in suis concor. & ex hoc & patet, quod hæc duo, quæ supra præmisi, non sunt contraria, sed consonantia: quia in utroque casu contra iura offendentes, per eadem dicimus procedendum, quæ & contra tales sunt armanda. C. de adul. cum uir nubit in fœminam. Est & tertia rō: quia in ipso casu fauor excommunicati deprimitur: & & repremitur: in secundo uerò ex æquitate iudiciali sibi iustitia reseruatur, infra de excep. cum inter priorem. §. t. Quid si aliquis promittat, & etiam iuret aliquid dare, uel soluere excommunicato ad certum terminum, nunquid tenetur hoc adimplere? scripsit hic Innocen. concludendo quod sic: quia talis promissio siue iuramentum absque interitu salutis seruari potest, infra de iureiu. si uero. facit, quod dicam, infra de excep. c. ul. sed dices: non potest hoc seruari sine peccato, cum nullus ei communicare debeat. 11. q. 3. cum excommunicatis: alioquin communicans peccat mortaliter, supra quod me. causa, sacris. So. non est hoc uerum semper: quia possumus ab eis emere, & uendere, & contrahere, pro utilitate, uel necessitate nostra, infra de sen. ex. inter alia, & c. si verè & per consequens ea facere, quæ in contractibus conueniunt: aliter sequeretur, quod ecclesia machinaretur fraudes, uel mendacium: quod uitandum etiam ab omni homine 12. q. 2. cum humilitatis. c. primum & c. nec artificiose. nec uidetur fuisse intentio condentis canonem, quod aliquis puniretur, nisi excommunicatus. licet si seruiens tenetur ei seruire, vt præmisit. 11. q. 3. quoniam multos, quare eadem ratione debita non soluet: nam & dominis etiam apostatis debemus de suis iuribus respondere. 11. q. 3. Iulianus, & c. impetatores. & potest talis casus comprehendi sub patrefamil. ar. ī. de sen. ex. c. si uerè. nec sunt hæc reuocata per c. 15. q. 6. nos sanctorum, & c. iuratos: quia illa iura loquuntur spiritualiter in absolutione fidelitatis iuratæ. in quo casu illud speciale iccirco statuitur, & reuocatur prædictus canon, Iul. quia ualde magnum formentum excommunicationis, & excommunicatorum erat, quando uidebant se comitandos magna caterua, & comitiua uasallorum, quæ eos sequebatur uel dic, quod non sunt absoluti nasalli ipso iure, sed absoluendi ex causa, ut ibi factum fuit. hoc tamen fatetur Inn. quod non est communicandum, uel contrahendum cum excommunicatis, si inde fiant superbiores, vel si cum alijs æque bene, sicut cum ipsis illis aliquantulum minus bene contrahi posit. plus dicit, quod ex quo inquisitio fit contra aliquem, extunc non licet ei alienare, quod dic, ut no. infra de accusa. §. fi. secundum Inn. sed Hosti. dicit, quod non uidet, quod sine peccato possit contrahi cum excommunicato, vel aliud promitti ei, uel solui, nisi in casib. tantum expressis à iure, sicut sunt casus contenti ac scripti in iuribus per ipsum Inn. superius all. super quo uide, quod no. infra de sen. ex. cum desideres. §. 1. uer. nec episcopus, & c. quod in dubijs. §. nullus, & c. inter alia. §. illud, ubi est hoc expressum. dicit etiam, quod uasallorum fidelitas est suspensa, quamdiu dominus excommunicatus, ut patet in li. feu. hic fi. l. consue. cap. primo. nec ob. quod Innocen. dixit, ecclesiam non debere machinari fraudem, uel mendacium. dicimus enim, quod contrahentes cum

ipsis non fraudentur .ipsi uerò excommunicati non ab ecclesia, sed à seipsis decipiuntur. & hæc duo dicit tenere in fauorē fidei & cen.ecclesiæ,& in fauorē animarum etiam ipsorum excōmunicatorū, & in odiū peccatorum suorum q.s.excommunicati alijs efficaciter obligentur; sed sibi alios non obligent cum effectu, ut sic districti facilius conuertantur. etenim cum alijs contrarium sentire.s. q excommunicati indistinctè possent alios sibi efficaciter obligare, non uidet, quomodo posit esse, quin ex hoc ijdem excommunicati fierēt superbiores,& minus reuererētur sanctam ecclesiam,& censuram, quod & Inn. in præmissis uidetur reprobare.dicit ergo tenendum, quod no. supra eo.glo.uer. & sunt hæc inefficax ar. & sequentibus,& in summa,de pœni.§.fi.sub.§.quid de his, quæ excommunicati &c. li.6. de excep. pia. Illud uerò admittit,quòd excommunicato egenti causa humanitatis & eleemosinæ possumus aliquid erogare.11.q.3. quoniam multos,ad fi. Quid autem in præmissa quęstione tenere debeas,dic ut no.in summa,de sentē. ex. §.& quæ sit pęna,sub.§.quid si teneor sacramēto. Sed illud,quod ibi dicitur,intelligi debet de promisione & iuramento ei facto ante, quàm esset excommunicatus,secundum Hostien. ¶ Glo.hic † patet,esset coniungenda glo.decre.prout,supra eo.& respō.potest p modum quæstionis, qualiter in criminalibus procedatur contra contumaces,& dicit glo.quòd secundū l.aut lis non est conte.aut est conte.primo casu &c.secundum canones ponit opi.Hug.qui nō curabat cōt. sed solum an liqueret,nec ne.demum opi.modernorum, qui destinguunt, an sit lis conte.nec ne, contra quos opponit de hac decre. in qua proceditur super crimine,lite non conte.Finis glo. dat tres solutiones, sed primam reprobat,ex prin.tolle quartam. ¶ Antepen.glo. respondet per quæstionem, an pro isto fuisset procurator admissus.¶ *In † glo.cum iam, in fi.*] uide de iudi.at si clerici,super gl.pe. ¶ *In glo.hic patet, ibi, in casu*] s.cum mulier in quæstionibus confessa de crimine petit accusatorem in officio publico constitutum præsentari. ¶ *In glo. antepe.ibi.publicē*] uide de accusa.ueniēs in fi.1.gl. ¶ *In † glo.1. in fi.*] idem Hostien. Innocen. tamen dixit, quòd quia ipsis accusantibus episcopus uoluit iudiciario ordine respondere, papa inquisitionem commisit,& est si.infra de simo.licet Hel. ¶ *In gl. hic patet, ibi. § porro*] uide, quod ibi dixi super. 1.glo.[*& ibi, contra absentē*] contra absentem potest tamen dari libellus absente reo, de hoc.2.q.8. præscripta, & no. in l.absentem infra all.[*& ibi, contra apparitorem*] de hoc infra de homici.tua,circa fi. [*& ibi, ne diu*] concor.quod no.2.q.8.c.1.& per hanc.l. dixit Io.idem in dilapidatore.hæc no.3.q. 2. quia ca.ante medium magnæ glo.& sic etiam solui potest inferior obiectio [*& ibi, annotantur*] formam † annotationis uide in spe. de accusa. §. ulti. uersi.sed qualiter.In quo.§. plenè tractatur materia huius glo.& ibi uide, quando incipiat currere annus,de quo sequitur super [*& ibi, crimine*] de quorundam locorum consue.contumax habetur pro confesso,de quo uide in primo.§.in prin. & in ciuitate ista p statutum municipale bannitus pro contumacia in causa criminis punitur de crimine [*& ibi, absentem*] ubi de hoc [*& ibi, in casu*] s.cum mulier in quæstionibus confessa de crimine, petit accusatorē, in officio publico constitutum præsentari [*& ibi, uel non*] & pro ipso facit. 86. di.tanta,ubi de hoc in glo.2.[*& ibi, doctores dicunt*] de hoc.3.q.9. in summa, & loquitur de modernis sui temporis,qui nobis hodie sunt antiqui, secundum Io.Vincen. Tan.& similes [*& ibi, non contestata*] supra de iudi.c.2.[*& ibi, in causis*] & textus dicit ordinem iudiciarium fuisse seruatum [*& in fi.*] quasi non propter istud solum fuerit depositus. & facit de iureiurari.capitulo secundo, libro sexto. & sic habes tres solutiones ex fine gloss. quartam in prin.quintam addidi post princip.uel dic,quòd à tempore excōicationis lapsus erat annus.¶ *In gl.quilibet, ibi, interuenire*] Gof.contra, cum ad † depositionē ageretur, licet per inquisitionem. Idem Hostien. infra de accusa.inquisitionis, ut ibi dicam super glo.2.

ANNOTATIONES.

a ¶Veritatis. De materia, quæ tangitur hic,in glo.an contra absentem in criminibus posit procedi, uide etiam glo.2.q.8.c.1.& 3.q.6.Epiphanium,& 2.q.8.c.per scripta,Archi.

b ¶Mitius agitur. Contra Ioan. Andr. hic tenet do. Anto. & Abb. quos uide.

c ¶Tantum. Adde idem de re iudi. ad apostolicæ, lib. 6. uide Bart. in l. 2. ff.ad Turp.

d ¶Iolre licet. Hæc opin. Inno. quòd posit contrahere, & alium sibi obligare, & actus eo absoluto &c. uidetur uera. nam ea,quæ sunt & processerunt à iure gentium, non sunt interdicta sibi, ut appellare, item potest excipere, nec prioe.habilitans ad contractum est sibi prohibitum.item nil magis uidetur sibi prohibitum, quam agere in iudicio: & tamen si non opponatur, ualet processus,ut in c. pia,de excep.lib.6. item per id iudicium quasi contrahitur,ut l.3.§. idem scribit, de pecu. & uide etiam de excommunicato,an donare posit,not.infra de donat.c.inter dilectos,in gl. quæ incip & ita no.ibi uide,quando contrahit pro dignitate, uel corpore,quod repellitur,Bald.

e ¶Quod fit ab excommunicato.Vide eundem Io.And.in regula do lo,de reg.iu.per Feder.consil.31.

f Tenent. Adde, quòd idem tenet.d. Stephanus Costa, & dicit esse communem sententiam.

g ¶De pœni. Et ointe de hære.c.fi.in glo. prima, & super illa Ioan. An. & de re iudi. ad apostolicæ.

h ¶Prius. Vide Ioan. An. de restitu.spo. olim,lo primo,in gl. quomodo hoc licuit, in prin. maximè in uersi. ubicunque, & Bar. in l.si alius. §.bellissimè,ff.quod ui aut clam, & in l. ait prætor. §. si debitorem, ff. de his, quæ in frau. cred.

i Et ibi. Dic, quòd fallit in tribus casibus,in quibus ad diffinitiuam contra absentem proceditur. primus, quando citatus est, ut ueniat ad se purgandum,tunc contumax habetur pro confesso;quia regulariter deficiens in purgatione, habetur pro confesso; & hæc est casus, 3.q.9. decernimus, item quando in excommunicatione duraret per annum, & in contumacia; ut in c. rursus,& c. quicunque 10.q.3.item potest dici in crimine dilapida. ut in hoc c. secundum unam so. & Io.3.q.2. quia ca, & uide 3.q.9.in summa,& no.quòd hæc habent locum,quando agitur ad fi.pœnæ accidentalis, ut priuatio beneficii, tunc habet locum quod in hac glo. huius c. no.quòd regulariter,nisi lis sit contest. & liqueat de causa.sed si ageretur ad pœnam criminalem,uidelicet sanguinis, ut esset in terris eccle.in foro seculari, ubi debet ius cano. seruari,tunc credo, quòd contra absentem non posset procedi,& seruaretur,quod iure ciuili cauetur etiam lit. conte.& si liqueret de causa in grauioribus propter rationem l.absentem, ff. de pœnis. nam de iure ciuili nec per inquisitionem, nec per accusationem reperitur, quod in talibus contra absentem ad diffinitiuam procedatur, nec in tali pœna naturali reperitur iure cano. immutatum, ergo ius ciuile remanet incorrectum, argu. l. præcipimus, C.de ap.cum si. quod fallit in casibus no.per Bart.in l.1.ff. de requi. reis, quod not. quod etiam iure cano. per uiam inquisitionis contra absentem ad diffinitiuam ad corporalem non poterit procedi, quod not.d. An. de But. & ad id quod dixi d.c. rursus, facit quod no.Inno.in c.cum bonn,supra de æta.& qual.r. & glo.2. infra c.proxi. qualiter intelligitur. & uide, quod scripsi. 3.q.9. in summa, & c.decreuimus. Archi.

SVMMARIVM.

1 *Actor secundum decretum iudicis non admissus, uel expulsus à reo, per lapsum anni uerus possessor efficitur.*
Diuisio capituli, ibid.
Potentiæ exemplum, ibid. ad uer. potentia.

2 *Doli exempla.*
Subtilitatem canones non admittunt, ibid. ad dicti. mult orum.
Constitui, pro effici sumitur, ibid.

3 *Epilogus, & suffragium.*
An possessor quis fiat per lapsum anni & an ipso iure an per sententiam, & in quibus, & nu.4.§.3.& nu.5.§.1.

Possessor

Possessor rei seruandæ causa propriè quis,& quomodo,& nu.5.
Per eum non eijcit ut primus possessor,qui colet agrum, & fructus colliget, si nolit aliàs missus,ibid.
5 *Additio glossarum.*
In decreti secundi interpositione quid ueniat examinandum, ibid. in prin.
6 *Decretum primum, & secundum,uel in possessionem missionem ex primo,& secundo decreto quis iudex facere possit.*
7 *In possessionem missio utrum habeat locum,si ius episcopale,uel aliquod incorporale petat episcopus, & quando generaliter fiat in reali.*
Cura animarum exercitium potest ei competere,qui non habet ius in cura,& quando,ibid.uersi.non obstat.
Fides mala non nocet tertio,ibid.uer.quinimò.
8 *Contumacia nimia quæ.*
Restitutionem an missus in possessionem ex primo decreto possit petere,ibid.ad uer. petere restitutionem, & quæ erit petendi forma ibid.in fin.
9 *Rei uendicatio an intentetur contra missum in possessionem,an uerò contra passum missionem.*

C A P V T IX.

1 Contingit: Casus. Actor† secundū decretū iudicis non ad missus,uel expulsus à reo per lapsum anni uerus possessor efficitur. Et pars huius, supra de arbi.contingit.& primo ponit casum quando que contingentem,cui secundo prouidet ibi, Ne igitur[*Possessio*] super qua fit conuentio[*Potentia*] cuius tyrannidem timet, supra quod me. causa c.1.infra de
2 ap.si iustus[*Dolum*] forte facit† illum per superiorem uocari,quousque tempus annale sit lapsum, uel eum procuratore suo colludit.ff. de dolo.eleganter.§. pe. Hosti.[*Multorum*] perniciosam subtilitatem sequētū, quam canones non admittunt,supra c.1.Hostiē.[*Constituatur*] idest efficiatur ipso lapsu anni secūdum opi. Goff.secundum Vin.propriè: quia.f.sie statuet, & decernet iudex,& ipsorum opi.dixit,supra ut lit.non eō
3 te.quoniā.§.in alijs, super ulti.gl.¶glo.1.† respondet per quæstionem, an missus in possessionem tædialē possideat, & distinguit realem à personali.& in reali differt lex à can.in personali non.in fi.instruit iudicē, ne festinet,& ut summatim examinet. ¶ Secunda gl. recitat opi.Io.quā reprobat, & ad all. per eum respōdet. ¶ Vlt. glo. habet quatuor partes. prima respondet per quæstionem,an per lapsum anni ipso iure, an per sententiam quis fiat possessor, & quòd ipso iure, all.duo iura,& duo similia in contrarium, allo.decre Leui statim respondet. demum soluit distinguendo reales à personalibus. secūdò quærit quid de spiritualibus, ut si petatur ecclesia, respondet distinguendo. 3.tractat, an missus in possessionem utatur fructibus & dicit, quòd sic post secundum decretum, post primum nō: excipit tres casus. quartò quærit,an missus in possessionem &c.soluit, quòd secundum canones
4 &c.aliter secundū.l.in reali.¶*In 1.†glo.ibi,siquis autem*] loquitur in misso ex primo decreto, q petebat caueri de damno[*& ibi.t.Respon.*] loquitur in misso,cui legatorum,uel fideicommissorum nomine non cauet [*& ibi.§.ubi uerò*] sequitur,quis possidere iussus est, dominus deijcendus est de possessione[*& ibi, colet*] & si hoc facere nōllet,missus hoc faciet, ut ibi[*& ibi, imperatores*]ita etiam ibi glo.loquitur sub dubio forte,si lo quatur lex de illo,qui defendebatur,uel qui non latitabat,cui bona ueneunt. ¶ *In glo.2.ibi.§.1.*] uide co.ti. ſ.de dona.c.fi.in 1.gl.[*& ibi, Seruius*] uide de collu.c.3. super fi.ul.glo. ¶ *In glo.4.ibi.1.Respon.*] uide hanc & se de causa pos.eum olim,super gl.2.¶ *In glo.ulti.ibi,Iul.*] loquitur in misso in poss. damni infecti nomine, qui non prius capit dominium per longū tempus,quàm à prætore secundo decreto costituatur dominus[*& ibi, Herennius*] uide de præben. dilecto, super 3. gloss. [*& ibi, Fulcinius*] sequitur æstimat creditores rei seruādæ causa missos in possessionem ex his rebus alij non debere.[*& ibi,utitur fructibus*] quantum ad alimēta pertinet. & idem intelligas de impubere, de quo sequit [*& ibi l.ulti.*] ubi creditor cadens à possessione pignoris prætorij ex culpa, uel non, uel casu restitutionem
5 petit. ¶*In† glo.t.ibi, legistas*] & Guil. in spe.de primo decre.§.iam de effectu,uersi.sed utrum missus,ubi,& in uersi.se.tractatur materia huius gloss.[*& ibi.§.pe.*] ubi de hoc[*& ibi,summatim*] quærit, quid Abb.ueniat examinandum in interpositione secūdi decreti. nam an sit debitū,fuit examinatū in interpositione primi. Respon.quòd examinabitur, an absens haberet iustā causam absentiæ, per quam restituetur, ut præmittit glo. ¶ *In glo.2 ibi, & dicit Io.*] hic, sed in præ. decre.tuæ. no. quòd perdit causant, & uide quod ibi dixi. ¶ In gloss.3.in fi.infra de præben. cum qui, lib.6. ¶ *In glo. 4.in fi.*] idem no.supra e.t.& idem Hostien. ¶*In glo.ult. ibi,determinatur*] de hoc In spe.de secundo decreto.§.ui-
6 dendum,uersi.hoc quoque[*& ibi,iudicis*] ut dixit† Innocen.infra de uerbo.sig.dilecto, missionem ex primo & secundo decreto in personali,& in reali potest facere etiam delegatus nedum principis,supra cap.2. & infra titu.1.cap.2.sed etiam cuiusque alterius ordinarij, infra titu.1. cap.3. & adde quod ibi dicam. & est iste casus, ubi ante litem contesta.delegatus impēdit officium suum.licet quidam legistę dicant contra, in auct. de exi. & intro.re. §. si uero, colla.5. quis iudex det primum decretum, no.In specu.de primo decre. §.nunc uideamus.& qnis det secundum, de secundo decreto.§.restat[*& ibi,exc ommunicamus*] & c.eum contumacia,lib.sexto[*& ibi,Ad cautelam*] dicunt quidam, & malè hāc in cautelam esse damnosam,de quo uide in spe. in primo uersi. hoc quoque[*& ibi dixemus*] ibi
a in ulti.gloss. & adde, quod ibi dixi post Innocen.ᵃ in glo.penul.[*& ibi.c.1.et 2.*] & supra eo.cap.2.ut lite non contesta.cap.2.& infra de seque.ca.2.[*& ibi, Ex frequentibus*] & infra de reg. iur.c.1.lib.sexto[*& ibi, Dignitate*] & seculari.& in casu decre.ulti. supra de iudicijs, secūdum G.in spe.de secundo decreto .§. uidendum,uer. quid si quis electus[*& ibi, Viciosus*] sed quid si episco-
7 pus† petat ius in ecclesia episcopale,uel aliquid incorporale, puta quòd possit pœnitentias dare, infirmos inungere, nunquid reo contumace mittetur episcopus in pos. prædictorum causa custodiæ, uidet ꝙ non eadem ration.dicit hic Innocē. quòd fiet missio:quia generaliter, quando agitur ba.ct.in rem, fit missio in pos.rei petitæ etiam si agatur de ecclesia, ut supra co. gloss.non ob. si dicis per hoc accidere posse,quòd is, qui non habet ius in cura animarum, habebit ipsius exercitium. fatetur enim hoc posse cōtingere:sed excusatur propter ignorantiam possessoris, quod fatet Hosti.si bonam fidem habeat, & probabilis sit ignorātia, infra de cleri. excom.apostolicæ.quinimmò & si malam fidem habeat:quia licet illa sibi semper noceat, de cohi.cle.& mulie.c.si. tamen alijs non oberit tum propter ignorantiam tū propter iuris & iudicis auctoritatem, ar.ff.quod cum falso tu.l.1. ff.de mi.ait prætor.§. t.uer.quid tantū, & facit supra de elec.nihil, & quod no.dixit etiam Inno.aliàs cōtingere,ꝙ habet exercitium,qui ius non habet,ut qn̄ res petita ad iudi
c catur illi, qui nullum iusᶜ habet in illa. ff.de condit in debi.Iul.de reiudi.cum inter uos.& dicit addendum, quod no.infra ti.prox.c.1.Host. remittit ad summam de sententia.§. quot sunt eius species, sub.§.sed nunquid est hoc specialiter[*& ibi,Et illud scias*] de hac parte in specu.de primo decre.§. restat, uer.hoc autem, & Hosti.

Hoſtien. remittit ad ſummam de contuma. §. qua pœna, ſub. §. fi. [*& ibi, Nimiam contumaciam*] ut quia † dixit ſe non uenturum, ut ibi no. ad quod facit de ſentẽtia excommunicationis uenerabilib. §. ſecus, lib. 6. [*et ibi, petere reſtitutionem*] de hoc in ſpe. de primo decre. §. iam de effectu, uerſi. ſed quid ſi nullus, & in uerſ. ibi ſeque. quid ſi iudex, tractatur de miſſo contra non legitimè citatum. de miſſo autem contra reum, cui competebat exceptio, uide poſt. Inn. ſup. de dila. c. 2. in magna glo. uer. uel dic melius [*& ibi, Olim*] t. & 3. [*& ibi. l. ulti.*] ſubuenitur huic ꝑ hanc decre. ſecundũ Hoſt. dum dicit textus, Acquiſitam amittit. ſed id locum habet, cũ id contingit dolo, del potentia rei. unde Inno. hic quęrens de ipſo reo expellente, an contra eum competat interdictum, tenet ꝙ ſic, allegat ſolum illam. l. ulti. de præt. pig. ſed latè loquitur Ho. cum glo. & allegat hoc caſu dari [d] interdictum, Vnde ui. plus enim debet habere detentatio habita iuris auctoritate, quàm uiolẽta poſ. ar. ff. de acquir. poſ. l. iuſte. & tamen uiolẽta parat prædoni interdictum, ſupra ti. t. in literis. tamen tenent, ꝙ hæc poſſent allegari in pœna cõſtitutionis, ſi quis in tantam: ſed in interdicto, in quo neceſſaria eſt poſſeſſio, non uidetur ꝙ competat: ad hoc de ſeque. poſ. c. 1. ubi miſſo, qui eiectus fuit, non reſtituitur poſſeſſio, licet dici poſſet, ꝙ ibi non fuit ad hoc actũ. tu dic, ꝙ de ſimplicitate iuris canonici ſatis erit iſti narrare factũ dicendo, qũo fuit miſſus in poſ. talis rei, & qũo talis expulit eum &c. Quærit etiã Hoſt. an tertius uolens rem uendicare, agat contra miſſum, an cõtra miſſionem paſſum? dicit, ꝙ contra miſſum, cum habeat detentationem. ff. de rei uen. officium, in fi. non tamen ille reſtituet, ſi actor euicerit, infra annum, niſi ille præſtet cautionem, de qua. ff. de rei uen. is, à quo fundus: uel ſm eũ uocabitur contumax miſſionẽ paſſus. ut ſi uoluerit rem defendat. j. de re iudi. c. pe.

ANNOTATIONES.

a ¶Innocen. Et uide Cyn. & moder. in auc. ei, qui iurat, C. de bo. auct. iudi. poſ. & Bar. in l. ſi finita. §. Iuli. ff. de dam. infe. & ad intellectum eius, quod hic dixit gloſ. de cauſa damni infecti, quomodo interponant ſecundum, uide glo. & Bar. in l. ſi finita. §. Iul. præalleg. & in l. iubere, ff. de iuriſ. omn. iud. & in l. is cui, ff. ut in poſſeſ. leg.

b ¶Quando agitur. Cum hoc ſit ius incorporale, quod in illo fiat miſſio ex primo, uel ſecundo decreto, & quid in illo miſſio operetur, uide Bar. in l. is cuius, ff. ſi ſerui uendi. & plenius in repet. l. ſi prius, ff. de no. ope. nunc.

c ¶Nullum ius. Adde Inn. in c. cum qui, de eo, qui mit. in poſ. in 6.

d ¶Caſu dari. Hoc idem uidetur tenere gl. in l. clam poſſidere, §. qui ad nundinas, ff. de acq. poſſ. licet ibi loquatur in interdicto, uti poſſidetis, in quo ſimiliter requiritur uera poſſeſſio; Bar. ibi tenet cõtra glo. & ſic contra iſtam determinationem. pro Bar. facit, c. ſolicitè, eum ſeq. ſuprà de reſti. ſpo. ubi renunciatione facta ante ſpoliationem non datur interdictum: quia detinet, non poſſidet. ad idem c. cum olim, lo 3. eod. tit. & ad materiam uide Bart. in l. 3. §. fin. ff. de acquiren. poſſeſ. & in l. ſi duo §. creditores, per glo. & Bar. ff. uti poſſidetis.

SVMMARIVM.

1 *Citationem publicè ſufficit ad eccleſiã rei proponi, ſi non inuenitur.*
2 *Cauſæ uel litis mors eſt eius finis, & immortalis eſt quæ nõ finitur.*
3 *In prouincia cauſa an citentur prouinciales, & eis præiudicet.*
4 *Procurator an & quando in cauſa ſtatus interueniat, & ex qua parte.*
5 *Quibus debeat inſtructus eſſe, & ſuper quibus ei dilatio cõcedatur.*
Et quando quod requirit ſpeciale mandatum, facere non poſſit, ibi.
6 *Contumax an ſemel citatus reputetur, & in quo.*
7 *Citandus ubi quæri debeat.*
8 *Citatio ſi cui mandata fuit, an poſſit per alium citare, & quibus fiat modis.*
Subdelegare ne poſſit is, cui certum miniſterium, uelut citatio, committitur, ibid.
9 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum. nu. 10.*
Lites ne fiant immortales cauetur, & quo temporis ſpacio reſtringantur & quo iure.
De proximo, primone intelligitur, ſi non adijciatur. §. 1.
Contumax an ſit ſi iudex fuit impeditus, & an teneatur ad expenſas. §. 2. & nu. 11. §. 1.
Facto, uel caſu qui quid fecerit, non uidetur obtemperaſſe uoluntati §. 2.
11 *Additio gloſſarum.*

CAPVT. X.

1 Venerabilis. Caſus. Si † reus non inuenit, ſufficit publicè citationem ad eccleſiam ſuã proponi. & de eodem facto, ſupra de maio. & obe. c. ulti. de dil. c. ult. & ponit duplicem citãdi formã. Prima, quam fecit iudex per literas, Secunda, quam
2 committit alteri faciendã [*Immortales*] ſicut mors † eſt finis uitę hominis, ita finis eſt mors cauſæ uel litis. Eſt igitur immortalis, uel quæ nõ finitur [*Ventura*] de hoc termino, qui tunc erat præteritus, fit mentio ſuprà de dila. c. fi. [*Primatia*] de hoc. s. de offic. ordi. duo ſimul
3 [*Prouincia*] quamuis † cauſa prouinciales tangat, nõ tñ citãtur, nec eis præiudicat ſecundum quoſdam, ar. ff. de liberali cauſa, ſi pariter. C. res inter alios acta, ꝑ totum, hoc non placet Innocen. qui dicit, ꝙ bene præiudicat. & remittit de hoc, ſupra de arbitris, cum tempore, ſupra de maio. & obe. inter quatuor, & c. ſi. de dila. expoſuit, de re iudi. cum ſuper, & c. penul. [*Procu-*
4 *ratorem*] licet † hic eſſet cauſa ſtatus, tamen ſecundum Goffre. bene interuenit procur. non ſolum pro parte agentis, ut. 54. di. frequens, ſed etiam pro parte defendentis, ſicut eſt in poſ. libertatis, q uendicat in ſeruũ. C. de aſſer. tol. l. 1. in prin. ſed ſi eſſet in poſſeſſione ſeruitutis, & proclamatus in libertatem non dat procuratorem, ut ibi, & 2. q. 6. ſi quando. nec obſtat huic diſtinctioni. ff. de procurato. non ſolum. §. ſi ſtatus. ubi dicitur, ꝙ interuenire poteſt procur. ſiue de ſeruitute proclametur in libertatem, uel è conuerſo: quia illud de procur. domini. Item, ut dicit ipſe Goffr. ſeruus ad peculiaria negocia procuratorem conſtituere poteſt ut. ff. de procur. l. ſeruum quoque, in prin. [*Inſtructum*]
5 ſuper † his, quæ præuideri poterunt: ſuper emergentibus inopinatis dabitur dilatio ſm Goff. all. ff. ex quibus cauſis ma. l. ſed & ſi. §. ſi feriæ. de homicidio. c. ſi. & facit quod no. de elec. cupientes. 1. reſpõ in pen. gl. [*Videbuntur*] procur. ſic conſtitutus non poteſt aliquid facere, quod requirat ſpeciale mandatũ, niſi aliquot de ſpecialibus fuiſſet expreſſum, infra de procur. qui
a ad agendum, [a] li. 6. [*Repræſentes*] quia poſſet eſſe, quod iſtæ literæ citatoriæ ad archiepiſcopum directæ non peruenirent ad ipſum ſm Inno. uel malicioſè occultarentur ſm Hoſti. ideò committit in ſequentibus, ut citent, & ut per ipſorum relationẽ cõſtet de citatione
6 [*Citare*] quærit hic † Hoſt. an ſemel citatus non ueniẽs reputetur contumax. dicit ꝙ ſic quo ad expenſas; de hoc de procur. querelam. quò ad excommunicationem, uel miſſionem diſtinguitur, an reſpõdeat ſe nõ uenturum, uel non obediturum; & tunc proceditur contra ipſum, cum notoria ſit contumacia; ad hoc, de ſen. excõmunicationis, uenerabilibus, li. 6. ff. de re iudi. contumacia. §. fi. an uerò nil reſpõdeat, uel dicat ꝙ deliberabit, uel non reperit; & tunc nõ proceditur ꝯ ipſum, nec cenſetur contumax quò ad id, non præmiſſis tribus edictis. qñ uerò ſic citatus non uenit, reputatur contumax præſumptiuè, & proceditur cõtra ipſum. 24. q. 3. de illicita, & in præall. l. contumacia, & ff. de iudicijs, ad perẽptoriũ. & idẽ, ſi quæratur de alia pœna infligenda, ut ibi, & infra de uita & hone. cleri. c. ſi. de conſti. ex literis [*Procurent*] ſi poteris inueniri [*In*
7 *ueniri*] ſ. ubi † hẽs archiepiſcopalem ſedem. C. de ſenat. l. 2. ſi habet in pluribus locis, requiratur utrobique. ff.

ad

cum non solum litis cōtestatio, sed etiam omnia alia
acta iudicij perierint, eodē modo debet fieri citatio, ac
si lit. conte. nunquam facta fuisset: secus diceremus, si
tantummodo circunductum esset edictum, quod nō
est tantæ efficaciæ, cū per hoc litis contestatio, uel alia
quæ præcesserūt, non intelligantur perempta; sed edi-
ctum tantum. ff. de iudi. & post edictum, de hoc uide
plenius, de offi. dele. consuluit, super glo. 2. ad hoc au-
tem, ut fiat missio, & uenditio in bonis defuncti, non
sufficit citare ad domum, nisi lateat is, qui citādus est,
ff. ex qui. causis, Fulcinius. §. illud. & est istud uehemēs
ar. ex quo nō sufficit citatio facta ad domum ad hoc,
ut fiat uenditio, nisi lateat, multo minus sufficit quan
tum ad hoc, ut posit ferri diffinitiua sententia in casi-
a bus, in quibus non nisi lit. cōte. procedi[a] potest. fit † au-
8 tem hæc citatio ad domum suam, s. in qua habitat, uel
ad prædium. & si nō habet domum, uel prædium, pu-
blicatur procuratori, vel consanguineis, quod dic, ut
supra e. in gl. in prin. & in sequenti gl. & si nullus inue-
niatur in domo sua, appendi potest litera, siue charta
in ædibus. ff. de dāno infec. l. 4. §. prætor ait, & sequenti
usq; ad §. meum. ff. quod ui aut clam, aut qui aliter. §.
9 1. & se. & adde quod no. in sequenti gl. in prin. hoc † et
scias, ꝙ licet aliquis missus sit in pos. tanquā uerus pos-
sessor, si tamē is, contra quem facta est missio, postea
ueniens probet, ꝙ ex iusta causa aberat, restituitur ei
b possessio[b]. ff. de dam. infec. si finita. §. si forte dominus,
& legi. & nota. infra de re iudi. cum Bertoldus. §. post
modum. & idem uidetur in pupillo, nec uidetur, ꝙ ta-
lis absens teneatur restituere expensas, quas missus fe-
cit super obtinenda missione, vel eundo ad iudicium,
uel in aduocatione; uel in alijs. nā cum non soluantur
nisi ratione contumaciæ. C. de iudi. sancimus, & talis
missionem passus, qui iusto impedimento detinetur,
non debeat censeri cōtumax, ut patet in eo, quod leg.
& nota. infra de cleri. non resi. inter quatuor, in fi. per
consequens patet, ꝙ nec ad expensas tenetur, cum ta-
men missio in pos. nō solū causa contumaciæ absentis
fiat, sed etiā ratione iuris illius, qui præsens est, unde &
super hoc fit summaria inquisitio, ut legi. & nota. supra
ut lit. nō conte. quoniā. §. pc. credimus talē absentem
cogendum, ut præstet cautionē, iudicio sisti ante, quā
possessionem recuperet, uide quod dixi, supra c. pro-
xi. in gl. quare. sed & tenetur ad restituēdas expensas, si
quas forte possessor fecerit circa fructus. ff. de peti. he-
re. si à domino. §. si. s. m Inn. cuius est mēs totius huius
glo. & de hoc etiā in spe. de cita. § sequitur, uer. sed nū-
quid sufficit, & de accu. §. 1. ver. sed nūquid sufficit [*Do-*
10 *mi*] idest ante † domum. nam eo inuito non debes do-
mum ingredi, ut cum in ius uoces, iniuriam enim fa-
ceres. ff. de in ius uocando, plerique, & l. sequen. secū-
dum Vin. Pe. & Ab. & Gui. in spe. de citationibus. §. se-
quitur, uer. sed an reo. Hyeronimus ad Pammachiū.
4. B. quid apud homines tutum erit, si nec parietibus,
nec scrineis possumus nostra secreta celare? nec de-
bet quis inuitus de domo trahi. ff. de regu. iur. nemo
c de[c] domo. quod uerum est in ciuilibus: secus in crimi-
nalibus. in auctē. ut nulli iudi. §. si quis uero compre-
hensorum, & §. se. Goffre. & idem Accur. in l. prætor.
& intelli-

& intelliguntur hæc de domo, quam etiam ut iniquilinus inhabitat, ut. ff. de damno infec. l. 4. § sed domũ, 11 secundum Innc. Hosti. & Ab. si autem † est uagabun- d dus,[d] tunc requirendus est. ubi habet beneficium, uel domiciliũ, maximè illud, de quo agitur, supra de cleri. non resi. ex tuæ. & si nusquam domicilium habuerit, uel domum, in qua habitet, tunc etiam moneri debēt cognati, & amici, ut illum defendant. ff. ex quibus cau sis in pos. ea. l. hoc autem. & idem faciendũ est, ubi domum habet, in qua consueuit morari, sed ibi reperiri non potest. ff. de libe. agno. l. 1. §. t. infra qui ma. ac. pos. 12 c. 1. secundum Inno. dicit Host. quòd † cautum est cõsilium, quòd quandocunque aliquis personaliter citari non potest, omnes istæ cautelę & aliç, si quæ con- e currant; adhibeantur, s. ut citetur ad domum[e] habitationis, & in ecclesijs, quibus beneficiatus est, uel quarum parochianus est, & corã populo præsente populo, & quòd publicè in platea, & quòd parẽtes, affines, & amici publicè admoneantur, ut ipsum defendant, ut colligi potest ex concor. inductis hic, & in glo. præcedenti, & ff. de instito. sed & si. §. de quo palã, & se. infra de clandesti. despon. cum inhibitio, qui ma. ac. pos. c. fi. fatetur tamen, quòd aliqua ex prædictis per se suf- 13 ficiunt. an † uerò in receptione[f] testiũ sufficiat ad do- f mum citasse eum, contra quem producũtur, uide super regula, præsumitur, de regu. iur. li. 6. [*Custodia*] sic su- 14 pra c. proxi. ¶ *In † glo. 1. ibi, & l. se.*] quæ incipit, ergo. uide in præalle. decre. causam, super. 3. gl ¶ *In ulti. glo. ibi §. publice*] uide de accu. ueniens, in fi. 1. gl. [*& ibi, absens*] sequitur, reus causas absentiæ per procu. reddere potest [*& ibi, Exigendi*] vide de procur. non iniustè, in fi. 1. glo. [*& ibi. §. qui in ius*] uocatus in ius dimittitur, si quis eius personam defendet, uel si de causa sit transactum [*& ibi, Idonee*] sequitur ibi, nec est durior conditio procuratoris, quàm domini, præterquam in satisdando [*& ibi. §. ulti.*] qui loquitur in gestore [*& ibi. & l. seq.*] uide, 15 supra in glo. proxi. ¶ *In † glo. 1. ibi, ante citationem*] Phi. cõtrà [*& in fi.*] idem Host. concor. quod no. 5. q. 3. si ægrotans, in fi. 1. glo. ¶ *In glo. ulti. in fi.*] uide quod dixi in spe. eo. titu. super rubrica.

ANNOTATIONES.

a ¶ Procedi. De uenditione bonorum contra contumacem uide Io. And. de offi. deleg. consultationibus, super glo. a. & quot ad hoc, ut fiat, requirantur. uide Bart. in l. Fulcinius. §. cum hic. ff. ex quib. cau. in pos. ea. & quis dicatur isto casu latitare, uide in §. quid autem, & ibi Bar. in eadem. l. & per totam illam. l. per Bar. de materia illorum latitantium, & per ipsum. in §. Iul. de l. si finita, ff. de dam. infectis.

b ¶ Restituitur ei possessio. Adde d. Feli. in c. dilectis, el 2. de rescri.

c ¶ Nemo de. Quid de eccle. an in illa possit citari, & an de illa captus extrahi, uide Bar. in l. plerique præalle. & per ipsum & Mod. in l. placet, C. de his, qui ad eccle. confu. & Io. And. in spec. in Ru. de immuni. eccle. & de materia huius citationis ad domum, uide Bal. qui ponit multa notabilia, C. de anna. excep. l. ut perfectius.

d ¶ Vagabundus. Quis dicatur uagabundus, uide gl. & ibi Bar. in l. 4. §. prætor, ff. de dam. infec. & in l. eius. §. senatus, ff. ad municip. ubi per ipsum, quomodo quis possit esse sine domicilio, de quo infra sequitur, & ubi uagabundus conueniatur, uide gl. & Io. And. in c. fi. de fo. compe. & Bar. in l. hæres absens. §. proinde, ff. de iudi.

e ¶ Ad domum. Vide in c. causam, quæ, supra de do. & contu.

f ¶ Receptione. Et an receptio testium ad æternam rei memoriam possit fieri præmissa citatione ad domũ, uide Bar. in l. 4. §. prætor, ff. de dam. infect. & uide Ioan. And. in cap. significante, de restit. super gloss. fina.

SVMMARIVM.

1 *Continuatio tituli.*

2 *Ad titulum hunc quæ faciant alibi quàm hic tractata.*

Lis pendere, quod pertinet ad hunc titulum, quando dicatur, ibid. uer. dicitur autem.

3 *Innouari nil quo modo intelligatur, et quando quid innouari possit.*

Possessione uti non est aliquid innouari.

Vt lite pendente nihil innouetur, Rubrica.

1 ¶ Ne crederet † aliquis, ꝙ circa statum causæ pendentis posset aliquid immutari circa statum rerum eo- a rum,[a] qui per contumaciam sunt absentes: quia mittitur actor in pos. eorum, ut supra titu. proxi. ideò &c. 2 Gos. ad † materiam facit. 10. q. 1. c. ulti. & 16. q. 4. uolumus. repetitur autem in 6. & Cle. cui conuenit de consti. cum eo, in fi. de accu. olim. Dicitur autem lis pendere quò ad hunc tit. cum iudex cõpetens citat exprimendo talia. per quæ citatus instrui potest, super quo in iudicio conuenitur; & hoc si citatio peruenit ad illum, uel per eũ stetit, quominus perueniret, vt in con- 3 stitut. Cle. eo. ti. cum lite. [*Nil † innouetur*] idest possessor sua possessione non priuetur, infra c. 1. & 2. nec res litigiosa alienetur. infra c. 3. & 4. nec nouum priuilegium hoc tacito impetretur, infra c. fi. possessione vero uti, non est aliquid innouare, sed uetus conseruare, & eo uti. si. infra de Iudæ. consuluit. imò etiam, ut dixit Inn. infra c. 1. aliquid noui ante, & post facere potest, non tamen in præiudicium iuris aduersarij, infra de ap. significante, ubi de hoc.

ANNOTATIONES.

a ¶ Eorum Vel potest aliter continuari, quòd quia dictum est, supra de remedijs possess. s. is, per quæ quis reintegretur ad possessionẽ suam, uerum quia aliud rescriptum, ut per modum attentati quid comperit, quando aliquid lite pendẽte fuit innouatum, ideo hic titu. subiicitur. Bald.

SVMMARIVM.

1 *Lite pendente reus commodo possessionis suæ priuari non debet, & num. 3. & quando dicatur pendere, nu. 4.*

2 *Insignijs suis qui utantur in aliena etiam prouincia, & post depositas administrationes, et quãdo nõ liceat uti in aliena prouincia.*

3 *Innouandum quibus casibus quid non est.*

Attentata sunt reuocanda ex mero & puro officio iudicis in statum pristinũ sine libello, ibid. uer. per quæ dicit, & quæ, ibid.

Titulus hic à titulo, de resti. spoli. ordine procedendi distat, ibid. uer. sed cum titul.

5 *Rescriptum apostolicum præiudicare non debet priuilegio, uel consuetudini approbatæ.*

Rescriptorum interpretatio concordare debet iuri communi, ibid.

6 *Resolutio uerborum.*

Possessione exui non debet quis lite pendente, ibi. nisi in casib. n. 9. §. in glo. 3.

7 *Epilogus, & suffragium glossarum. nu. 8.*

Incorporalia iura possidentur, uel quasi possidentur. §. 1. ex l. primò citata.

Lite pendente quis non debet sua possessione priuari. §. 1. & nu. 9. §. 1. ubi excipitur.

Concessio, siue priuilegium principis intelligitur sine alterius detrimento, siue incommodo, nisi aliud exprimatur. §. 2.

Additio glossarum.

10 *Consuetudo specialis quæ obtineat, & non est comparanda priuilegio speciali.*

CAPVT I.

1 A Memoria. Casus. Lite † pen. reus commodo possessionis suæ priuari non debet. prima pars decisè ponit querelam, cui secundo prouidet ibi, statuimus [*Canturien.*] s. beati Thomæ, ut patet in an. & uidetur, quòd iniqua fuisset petitio ista:

2 ista:quia † proconsul insigniis utitur etiã in aliena prouincia.ff.de offi. proconsul.l. 1. & præfectus prætorio, & præfectus urbis, & præpositus sacri cubiculi etiam post depositas administrationes. C.de ppoſi. sacri cubi.l.1.li.12.Dicit Hosti. post Goffr.quod prædicta sunt specialia.hoc autem.vbi priuilegium,uel possesiõ nõ obstaret, iustè petebatur per Cantuarien. quia ex tali delatione lędebat honor ipsius,cũ talia insignia deno tẽt maioritatẽ, & psidẽtiam loci.quo quis utitur illis, quod dic. ut supra de usu pal.ex tuarum [*Direximus*] lite pendente, & te in diutina possessione existente: sed

3 lite † pendente nil fuit innouandum, ut in rubrica, sicut nec pendente appellatione.ff.ap.pẽ. nil innouetur Luna, & infra de appel.dilectis.§.1.in fi. uel causa restiturionis. C.de resti.in inte.l.pendẽtem, & C.de in inte. resti.postu.ne quid noui, fi.l.una: uel relatione, supra de offi.le.licet: uel superioris reuocatione, infra e.ecclesia.2.uel recusatio,supra de offi.dele.suspicionis.di-

4 citur † autem lis pendere nedum ipsa contestata, de uer.signi. ex parte.2.sed etiam libello principi oblato. C.quando libel. prin.ob.l.1.& 2.& si adhuc impetratũ non sit.C.e.ti.l.1.multo fortius, ex quo impetratũ est, infra de ap. suggestum, & fortius ex quo negociũ est commissum,sicut legitur,infra de resti.causam quę.2. Sed fortius facta citatione,supra de officio dele.gratũ. per quæ dicit Hosti.securè dicendum,quod nedum illa,quæ post litem conte. præsumuntur, sed quæ ante,

a saltem post cita.attẽtantur, [a] sunt sine libello aliquo [b]

b ex puro & mero officio iudicis in statum pristinũ reuocanda,& in melius reformanda,vt patet de constit. cum. M.Ferrarien. in fi.& clarius, infra de despon.impu.ad dissoluẽdum, infra de accu.olim. in quibus nec dici potest,quòd fuerit lis cõtestata. ad idem,infra c.1. & ulti. quod etiam facere debet iudex, à quo appellatum est,infra de ap.cum teneamur.sed in titulo,de resti.spo. offertur libellus, & seruatur ordo iudiciarius, ut patet de resti spo.olim,& tribus seque.& c.fi.hic autem de plano negociũ expeditur, & in hoc differt iste

c titulus ab illo,secundum Host.[c][*Præiudicium*] rescriptũ

5 † enim apostolicum non debuit præiudicare priuilegio Eboraceñ. ecclesiæ, uel consuetudini approbatæ supra de rescriptis,cum ordinẽ.de cõsuet.c.fi.C.si contra ius,uel vtili.publicam.præscriptione,& interpretatio rescriptorum concordare debet iuri cõmuni, supra de rescri. causam,de translat.c.fi.Inno.[*Vobis*] (sti-

6 bi,& successoribus [*est*] idest esse † dicitur [*Consuenistis*] & si consuetudo præscripta nunc esset, lite pen. exui possessione non debuit, Inno.[*Sententia*] innuit secundum Hostiẽ. quòd lis penderet. & sic facit ad titulum.

7 ¶ Prima † glo.ponit casum. ¶ Tertia glo.no.incorporalia quasi possideri, possessorẽ non priuari nisi in casu,alle. horum concor. ¶ Vlti. gl. respõ.per obiectionem, quod speciale priuilegium est, quatuor &c. ¶ *In*

8 † *glo.2.ibi,quod iussit*] uide in c.infra alle.cum cessante,super,1.glo.[*& ibi,circa prin.*] vide in pręalle.dec.qualiter, in 3.glo. ¶ *In glo.ibi.seruus.§.1.*] ibi dicitur, quòd res incorporales traditionem,& usucapionẽ non recipiunt [*& ibi,l.2.*] reus possidens probare nõ cogitur, sed absoluitur actore non probante [¶ *ibi.§.illud quoque*] lite pendente non ualet iudicialis iussio [*& ibi,Diuus pius*] uide,infra eo.ecclesia.1.in gloss.pen.[*& ibi,§.ult.*] uide in c.2.statim alle.in glo.2.¶ *In glo.ult.ibi,Si quis à principe*] loquit in eo, qui impetrauit à principe, ut in loco publico ædificare posset, quod intelligit sine alterius detrimẽto,siue incommodo,nisi aliud exprimatur. ¶ *In*

9 † *glo. 1.ibi, apostolicæ sedis*] ut dicebat in glo.2.in fi secundum Tan.& infra de rescriptis,statutum,in prin.li.6.& de cõ.præ.c.2.c.li.¶ *In glo.3.ibi, de dilapidatione*] uel de fuga.ff.de his, quæ in fraudem credi.Lait prætor. §.si de-

d bitorem.[d] [*& ibi,c.2.*] fallit etiam in casibus ibi notatis,

10 in quibus fit sequestratio. ¶ *In gl.ult.ibi,speciali*] secus † in consuet.quæ nil operaret in hoc,ad hoc, supra de vsu pa,ex tuarum, nisi per eam tale ius acquiratur nõ personis psonaliter, sed in ecclesijs realiter, & sit adeò adinueterata,quòd ipsius contrarij non sit memoria,in-

e fra de uerb.sig.super quibusdam, secundum Hostien.[e]

ANNOTATIONES.

a Atteutantur. Contra hoc facit, quia iudicis officium impendi non potest ante lit.contesta.l.ædiles.§.item sciendum,ff.de ædi.edict. uide Ioan.Andr.de appel.significante, super uersi.non audiebant; & ibi quid de damnis, fructibus & interesse ante litem contesta. occasionatis.de reuocatione autem attentatorum ante lit.conte. uidetur in dubio iudicis officium habere locum, ut in Clemen.2. ibi,hoc casu.& uide Ioan.And.de maio.& obe. dilecti,in glo.sed quid prodest,& de appel.bonæ,& per Hostien.eod.tit.cum teneamur,& per Io.Mona.in c.cupientes,de electi. super uer. à gratia, & in deci.Rotæ,conclu.19.& 20.

b ¶ Aliquo.Vide Io.And.in c.cum oportet,ad fi.de consti. post Inn. qui uidetur aliter loqui.

c ¶ Hostien.Idem not.gloss. prima in Clemen.2. eod.titul. & quia per istud remedium, licet extraordinarium pinguius actori subuenitur,quàm per interdictum, unde ui,& alia remedia ordinaria, ideo admittitur illud extraordinarium,uide Bartol.in l.in prouinciali, ff.de no.oper.nunc. & vide per ipsum in l.1.§.dixerit aliquis,de publ.in singularibus iudicijs uidetur necessaria lit.conte. ad contrahendum uitium litigiosi: In uniuersalibus sola citatio, uide Bal.in l.1 C. communi diui. & ibi uide quid de communib. iudicijs,quæ lex est no.

d ¶ Debitorem. Vide ibi not. Barto. & in l.si alius. §. bellissimè.ff. quod ui aut clam, & Bald. & Salyc. in l.nullus,C. de Iudæis. quæ lex ad materiam est ualde no.& præcedens,& Ioan.And.de restit. spoliato.olim,lo primo,in glo.quomodo hic, uer.ubicunq; etiã, & de materia gl.uide Bar.in l.diuus,alle.in gl.& in l.si fideiussore. §.si.etiam in glo.

e ¶ Hostien. Priuatæ ergo personæ horum insigniorum iura, siue quasi possessio est iure prohibita: & sic illa non præscribuntur per ipsam, uide Ioan.Andr.infra de exces.prælato. accedentibus, & in capit.apostolicæ,de priuileg.lib. sexto, & gloss. ma. de præscri.lib.sexto.

SVMMARIVM.

1 *Lite pendente super coniugio non interdicitur coniugibus carnale commercium,& quando,nu. 2,uer.& in cuius.*

Coniugium, siue matrimonium accusatur ex duplici fine, & quo, ibid.uersi.siue ad.

2 *Notorium oritur ex sententia quoque.*

3 *Aedificatum post citationem an sit demoliendum, & quando post litem contestatam.*

Litis contestationis tempus quando inspicitur, hic est casus unus, ibid.uer.hac enim.

4 *Epilogus,& suffragium glossarum.nu.5.*

Possessor in possessione tuebitur,si quæ prouocat in libertatem, non probat.

6 *Additio glossarum.*

CAPVT II.

1 Laudabilem. Casus. Lite † pendẽ. super coniugio nõ interdicitur coniugibus carnale commercium.cõmunis diuisio.secũda ibi, ad quod

a [*accusari*] [a] siue ad separationẽ uinculi pp perpetuum impedimẽtũ,siue tori pp adulteriũ,siue placet Lau

b ren.[*Ante probatam*] & secutam ex ea sententiam [b] secũdum Ala.ad hoc de officio del.iudex, lib.6.tunc enim

2 † est notorium,de coha.clerici.uestra,& res iudi.&c.ff. de reg. iur.res iudi.[*quod habet*] & in cuius quasi possessione est tempore accusationis, ne lit contra, infra de spon.cum locum, & de hoc, supra de resti. spo.ex trãs-

c missa, [c] secundum Hosti. & hoc satis probat uerbum, Suspen-

3 Suſpendendum. quærit † Hoſt. quid ſi quis agat ad demoliendum nouum opus, petẽs prohiberi reo, ne deinceps attentet ſimilia, nunquid ædificatum poſt citationem ſit demoliendum quaſi attentatum lite pendente? Reſpondet, quòd nõ, ſi erat in quaſi poſſeſsione iuris ædificandi: aliter contrà, infra de appel. ſignificante, niſi aliud fieret ex ui edicti, de no. oper. nunc, infra de no. ope. nun. cap. primo, & per totum: ſecus, ſi detur ſententia, quòd opus factum à tempore motæ lit. debeat demoliri. hæc enim uerba non ad lapilli iactum, uel ad citationem factã, ſed ad tẽpus litis cont. ſunt tantum referenda, infra de uerb. ſig. ex parte, ſecũdo [*Priuari*] à iudice: deneget tamẽ pars, ne ſibi fiat pręiudicium: ſuper quo uide, quod no. infra de cõiug. ſer. propoſuit, uel ne damnet conſciẽtiam ſuam. infra de ſen. excommunicationis, inquiſitioni. ¶ *In* 1. † *gl. ibi, res alienas*] ulti. eſt, uide, de reſcrip. olim, ſuper ul. gl. [*& ibi, l. 2.*] uide, ſupra c. proxi. ſuper. 3. glo. [*& ibi, non ideo*] quę prouocat in libertatem, ſi nõ probat, poſſeſſor in poſſeſsione tuebitur. ¶ *In* † *glo. 1 ibi, ſo. ut ibi*] in ulti. glo. & ſic etiam ſoluitur ſc. contrarium.

ANNOTATIONES.

a ¶ Accuſari. Iſtud uerbum ponitur impropriè. uide quod legitur & notatur in c. tuæ, de procur. & infra qui ma. accu. poſ. in rubro, & nigro.

b ¶ Sententia. Niſi ſit appellatum ab illa. l. furti. §. 1. ff. de his, qui no. infam. & uide gloſſ. quæ incip. & tuoc, in cap. auaritiæ, de electio. lib. 6.

c ¶ Ex tranſmiſſa. An autem poſſit contrahi matrimonium lite pen. uide per Bald. in l. Deo nobis, in ſecunda colum. C. de epiſco. & cler. per Bartol. conſi. 10. in 3. colum. in 2. uolum. & declarat intellectum huius c. 3. 6. col.

SVMMARIVM.

1 *Facti ordo quis.*

2 *Litigioſam rem qui alienauit ita, ut rehaberi non poſſit, debet æquiualentem ſubſtituere in locum illius, quam alienare non potuit. uide nu. 11. 12. & 13.*

Rem uendicare, ſi dicat ſuam eſſe rem, uidetur, ibi. ad dictio. ipſius.

Alienatio rei non ualet poſt prohibitionem, ibid. in fi.

3 *Pendente lite de proprietate, poſſum offerre libellum de rei commiſſione, primo libello ſuſpenſo.*

Authen. qui ſemel. C. quomodo & quando iudex, intellectus, ibid. uerſi. nec obſtat.

4 *Litigioſi uitio poſſum agere contra recipientem rem, & quando, etiam ſi dolo deſierit poſſidere, et tenetur etiam rei uendicatione, & nu. 9. 10. & in quibus habeat locum hoc uitium, nu. 11. uide alia nu. 12. & 13.*

5 *Alienari res, quæ ſucceſſere, quare tantum prohibentur.*

Surrogata res, in locum alterius, eodem iure cenſetur, ibid. uerſicu. Alij dicunt.

6 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum. nu. 7.*

In locum alterius, quæ res ſuccedit eodem, quo illa iura cenſetur.

8 *Additio gloſſarum.*

Intellectum ſufficit habere, licet plene neſciamus, qualiter factum fuerit, ibid. nu. 8. in prin.

In facto proprio non eſt error tolerabilis, ibid.

9 *Ex litigioſæ rei commercio quando & in quo emens, & uenditor obligetur, ſeu quid incommodi, & lucri ſentiat, & nu. 10.*

Scientia, an ignorantia ſit in re, de qua agitur, multum refert, ibid. & nu. 10. & cuius ſpectetur ſcientia, ſi ſeruus rem litigioſam alienet. nu. 10.

12 *Litigioſam rem ſimplex interdictio non facit, nec tranſactio, niſi in caſu, & quo, & quibus alijs caſibus non fiat, nu. 13.*

14 *Laboris uanitas conſideranda, & arcenda à iudice.*

Euenire quod poteſt, attendendum, ibid.

Rei uendicatione non tenetur qui non poſſidet, ibid.

15 *Leges pœnales per ius canonicum approbatæ, ut hic de litigioſo, in eccleſiaſticis habent locum.*

CAPVT III.

1 ECcleſia. Caſus. Iſte † eſt ordo facti ſecundum Hoſti. ut primò legatur decre. uſque ad uerſi. prohibemus. ſecundò uſque ad fi. tertiò illa, ſupra de conſti. quarto iſte uer. prohibemus. & propter hãc miſturam non diuiditur [*Integras*] uide in 3. compil. de foro compet. c. ulti. & de reſti. ſpo. c. 1. & potes ſic ſummare.

2 Qui † rem litigioſam alienauit ita, quòd rehaberi non poteſt, debet ęquiualẽtem ſubſtituere in locum illius, quam alienare non potuit [*Ipſius*] & ſic uidebatur uẽdicare, ff. de rei uen. in rem actio. Hoſtien. [*Alienare*] & ſi poſt tale mandatum receptum alienauerint, non ualet alienatio, ſupra de dolo, & contu.[a] ueritatis, in fi. Hoſt. [*Proprietate*] proſequendo rei uen. quam propo-

3 ſuerat, ut in prin. dixi, & ſic eſt hic † expræſſum. ar. quòd ſi pendente lite de proprietate, uelim libellũ offerre de rei commiſ. poſſum hoc facere, primo libello ſuſpenſo, ar. ſupra de cauſa poſ. paſtoralis. nec ob. C. quomodo & quando iud. auct. qui ſemel. quia illud uerũ eſt, niſi reus propter delictum ſuum priuilegium illud amittat, ut in caſu iſto, de hoc in præd. c. paſtoralis, Hoſtiẽ. [*Volueris*] quaſi d in optione ipſius eſt hoc, quod probat etiam disiuncta, ſupra de reſcriptis, inter cæteras.

4 ſed non † uidetur, quòd de uitio litigioſi agere poſsit contra mon. cum contra illum non fuerit actum. Sol. ſi monaſterium ſcienter illas res recep. à Ioan. de Ateia, & ipſas poſsidet, agi poteſt contra ipſum mon. C. de litig.[b] l. fi. eodem modo tenetur, ſi eaſdem poſſeſsiones dolo deſierit poſsidere, ar. ff. de pe. hęre. nec ullam, §. ſi quis dolo, C. de ali. mu. iud. cauſa fac. l. una, monaſterium autem dicebatur in fraudem alienaſſe, quod ſi uerum erat, & de uitio litigioſi, & de rei uen. tenebatur, ut in l. prædicta. Sed † dices, quare prohibẽtur alie-

5 nari res tantum, quæ ſucceſſerunt in ius litigioſi, cum etiam de alijs ſatisfaciẽdum ſit, infra e. cap. primo, nec ſint plus illæ, quam aliæ obligatæ, ſo. non. ſpiritualiter ſuberat papæ, & ideo debuit ei caueri, inquantum potuit, ne ſua immobilia perdere poſſet. alij dicũt, quòd ſicut datæ ſunt pro rebus litigioſis, ſic iure illorum cẽſentur, ut in iuribus allegatis in glo. 2. dicit tamen Inn. quòd in talibus negocijs quaſi ſemper ex prouiſione procedit papa, de qua prouiſione remittit Hoſtien. de

6 accu. ad petitionem. Glo. 1. † ponit caſum. ¶ Glo. 2. arguit, quod res,[c] & c. & ſignat contrarium. ¶ Glo. 3. tractat, quæ ſit pęna litigioſi contractus, quod ſit uitium litigioſi, caſus, quibus ceſſat in ſingulari, & in uniuerſali iudicio. ¶ Vlti. glo. obijcit, & ſoluit. ¶ *In* † *glo. 2. ibi, ſi rem ſuam*] uide de uſur. cum tu, ſuper ulti. gloſſ. hanc & duas ll. ſeq. & ultimam [*& ibi, Vxor marito*] loquitur de re empta per maritum ex pecunia ſibi donata per cõiugem, ad quam coniunx habet utilem in rem. ¶ In glo. pen. ibi, autem quę incipit, litigioſa. ¶ *In glo. ad. ibi, dicti*] ignorante actore, quòd non poſsideat: alias deceptus non eſt, ut in l. ſc. [*& ibi, parem*] ſequitur, eſſe conditionem oportet eius, qui quid uel poſsidet uel habet, ad quæ eius, cuius dolo ma. factum ſit, quo minus

8 poſsideat, uel habeat. ¶ *In* † *glo. 1. in fi.*] dixit Inno. ſufficit habere intellectum, licet plenè neſciamus, qualiter factum fuerit, Pe. & Ab. adhuc latius ponebant factũ. ¶ *In glo. 1. in fi.*] Ioan. & C. de rei uen. ſi ex ca, dic, ut infra de peculio cle. inquirendum, in gl. 2. ¶ *In glo. 3. ibi. fiſco*] niſi ignorantia ipſum excuſet ſecundum quoſdã. Azo contra: quia in facto proprio nõ eſt error tolerabilis, ad hoc ſupra de reſcriptis, ab excommunicato, quid ſi

9 ſuccedens alteri, & ignorans rem litigioſam alienat e ſ.

etiam

etiam ignoranti? Dicit Hostié. quod restituenda est res, & precium recuperabit emptor; & sic excusabitur iusta ignorantia, infra de cleric. excommun. mi. Apostolicæ, quam successor potest meritò allegare. ff. de regu. iur. qui in alterius. si tradens ignorat, & recipiens scit, res restituitur, & fiscus duas partes precij lucratur, & tradenti tertia pars remanebit: si uerò recipiens ignorat, & tradens scit. emptor restituet rem, & recuperat precium, si soluit, quod si obligatus erat, liberatur, alienans tertiam partem precij emptori ignoranti de suo dare cogitur, & fisco præstat alias duas partes; ubi sine simulatione donatur, æstimatur precium; & sic uoluntas, & propositum &c. de sent. excomm. cum uoluntate.

10 ubi † uerò seruus emit sine mandato, spectatur serui scientia, uel ignorantia, nõ domini. si de mandato, spectatur domini scientia, uel ignorantia, non serui. quod si quis esse litigiosam in sacram dedicauerit, punitur in duplum applicandum petenti. ff. de litig. l. pe. & fi. fm Hostiens. [*& ibi, Deductam*] nec requiritur hic contest. de hoc infra eod. cap. 1. lib. 6. [*& ibi, De cuius dominio*] uel quasi, arg. instit. de actio. §. aliæ, Hostien. & de re iudic. Abb. in princ. lib. 6. [*& ibi, Siue actiones*] de hoc. C. de litig. l. 2. & auct. litig. & dicam infra c. proxi. super glo. 1.

11 Hostiens. dicit, † quod hoc habet locum hic in rebus corporalibus tantum, mobilibus, & immobilibus, sed nõ d incorporalibus, nec hypothecaria[d] actione, in auct.

12 de litigiosis. §. ad hoc. Sed nec † simplex interdictio rei facit rem litigiosam. C. & ff. de litig. l. 1. [*& ibi, Transactionis*] sed cum ex causa transactionis Ioan. in mona. res transtulerit, ut patet in an. ergo contra Ioan. competebat actio. dixerunt Lauten. Ioan. & Tan. quod in fraudem facta fuerat transactio. Idem Pet. & Abb. Item licet posit transigi, non permutari secundùm Innocẽ. [*& ibi, Fideicommissi*] causam poni hic Abbas post Vin

13 cen. ubi non † uitiosa datur res; si dos constituatur, uel si legatum, uel si diuisio fratrum, uel si transactum, uel ne pereat, tum tatur. ¶ *In glo. ult. ibi, parem*] respondeo, hoc, si sciret actor eum non possidere, uel dic &c. Lauren. [*& ibi, Delictum personæ*] in damnum ecclesiæ non daretur, si Abbas, qui soluendo non est, se liti ingerat improuidè, & damnosè, Lauren. [*Et infr.*] idem Innocen.

14 uel secũdùm † cum laboraret posset in uanum ad rem litigiosam recuperandam litigando de iure, & non fit sine laboribus, ff. de minor. l. minor. uigintiquinque, siue de facto propter potentiam detentoris, de rebus ecclesi. non alienã. capitulo penult. uel secundùm Hostien. qui remittit etiam ad not. de solutio. capitul. fin. monasterium fieri posset non soluendo, supra de restitut. spolia. olim. 2. Sed nec in rei uendi. condemnatur, qui non possidet. ff. de rei uendi. sin autem, supra de iu

15 dic. examinata. dicit † enim, quod leges pœnales per ius canonicum approbatæ, sicut de litigioso patet hic, & 11. quæst. 1. quia res, in ecclesiasticis locum habet, saltem cum tota ecclesia deliquit, facit. quod not. de ord. cogni. c. 2. de dolo, & contum. c. 1. secundùm Hostien.

ANNOTATIONES.

a ¶ Contum. Vide de prohibitione alienationis à lege, à iudice, à contrahentibus, à testatore, ab arbitro, & circa hoc plurimas. q. in l. ea lege, C. de condict. ob causam, per Cyn. Bald. & Sali. & Bar. in l. filius. §. diui, ff. de leg. 1. & Ioan. And. de test. Raynaldus.

b ¶ Litig. Ibi uide plenè, & per totum titulum de materia ista. & an sententia lata contra reum faciat executionem contra illum, in quem rem alienauit, uide Bart. in l. creditores, C. de pigno. & uide l. 1. §. necessario, & ibi Bart. ff. si mulier uen. no. & Cyn. in l. extat, C. ut leg. nom. cau. & eum is, qui alienauit lite pendente, dolo desierit possidere, & sic tenetur saltem utili uendicatione, ut le. qui petitorio, ff. de rei uend. & no. Bar. in l. quamquam, ff. de aqua plu. arc. uidetur iste titu. superfluus. solue, ut in l. fi. præalleg. not. in fin. per Bart. post glo. in l. 1. de alie. iud. mu. causa, & an uitium litigio si afficiat rem, uel personam, uide in l. 1. ff. de liti. & uide in glos. 3. & super illa Io. An. & uide quid in materia attentatorum, Io. An. infra de cacep. dilectæ, in glo. not. hic Innoc.

c ¶ Arguit, quod res, uide textum in l. qui uas, ff de furtis, contra hanc glo. sed uide Ioan. Andr. in cap. inquirendum, de pecul. cler.

d ¶ Hypothecaria. Si agatur de iure in re, ut de seruitute, non efficitur res litigiosa, sed ipsa actio bene. si in rem, tunc res litigiosa: si in personam pro re, fit res etiam litigiosa; uide plenius Bar. in l. 1. ff. de litig. & in l. quamquam, ff. de aqua plu. arcen. & ibi quid de actio. mixta, & uide de his in c. fi. infra eod. super glo. per Ioan. An. & an perempta instantia pereat uitium litigiosi, glo. sunt contrariæ; uide Bald. in l. 1. C. de præscript. long. tempo. & ibi an uitium litigiosi afficiat rem, & quid de uitio clandestinatis, & de dolo dãte causam contractui, nec incidente in contractu, per glo. & Bald. in l. uicia, C. de acq. poss.

SVMMARIVM.

1 *Reuocare negocium ad se aliquod per Roma. Ponti. plus est, quàm quemquam ad eum super aliquo negocio prouocare. & est speciale id in Papa, uide num. 5.*

2 *In litigiosi uitium propriè quando quis dicatur incidisse: & per dationem rei æquiualentis quis conueniri non potest de uitio litigiosi, num. 4. in princ.*

3 *Epilogus, & suffragium glossarum, num. 4.*

Pro possessore quem haberi facit dolus, ex duabus legibus posterioribus.

Obligata ne sit alij res, quam tibi trado, cauere debeo. §. 1.

Instrumenti restitutio probat rem liberam, ac debiti remissionem. §. 2.

Ac semper hoc sit uerum, latius examinatur num. 6.

5 *Additio glossarum.*

Papa est cunctorum ordinarius etiam immediatus, ibidem, numero 5. in princip.

Ordinarij processus regulariter non debet impediri, ubi esset appellatum per reuocationem Papæ, ibid. in fi.

Reuocatio Papæ quare hic facta, ibid.

6 *De instrumento cancellato, uel inciso reperto penes debitorem, quid iuris, remiss*

CAPVT IIII.

Ecclesia. 2. summatum est supra cap. proxi. [*Spoliato*] per consiliarium capitolij [*restitui*] forte condictione ex decret. sæpe, de resti. spoliat. forte per uitium litigiosi; Innocen. [*Alijs*] senatoribus, qui nunc pro ecclesia, nunc pro mon. diuersas sententias protulerunt, secundùm Hostien. dicit Innocẽ. quòd quia causa uertebatur inter laicos, & clericos, fortè multi processus habiti fuerunt, & per laicos & per clericos, de quibus hic non dicitur. Sed opponebatur de illis cõtra ecclesiam sanctæ Mariæ, quæ restitutionem pe-

1 tebat quarundam possessionum [*Reuocauit*] plus † enim est Romanum Pontificem ad se aliquod &c. de appellatio. ut nostrum, Philipp. [*Post restitutionem*] quia dicebat Ioann. se tenere illas possessiones sub annuo censu à mon. Sed Hostié. intelligit de restitutione, de qua dicitur supra de constitutio. ecclesia sanctæ Mar. supplet post cõuentionem ecclesiæ factam de uobis pos-

2 sessoribus; & tunc † propriè dicitur istos ex alienatione incidisse in uitium litigiosi, & dolo posidere desijsse [*Liberari*] per solutionem crediti. secundum Hostié.

3 ¶ Prima † gloss. signat contrarium, & soluit. ¶ Vltima gloss. allegat concordant. signat contraria, & soluit.

4 ¶ *In † glo. secunda, ibi, simile*] in hoc simile, quia ex edicto,

a de alien. mutan. iudic. causa fact. non tenetur[a], qui suscipit iudicium, ac si posideret [*& ibi, qui petitorio*] uendicans, ne frustra agat, debet inquirere, an reus posideat, uel dolo desierit posidere [*& ibi, Iul. 1. respon.*] te-

b netur ad exhibẽdum, qui dolo facit[b], quo minus possideret. ¶ *In gloss. penultima, ibi, creditor*] pignus creditor Ioan. Andr. super 2. Decret. O red-

reddens repromittit debitori de culpa.&dolo[*& ibi, Si post acceptum*] qui post iudicium acceptũ hominem usucœpit, illum reddere tenetur,& de dolo cauere,ne illum pignorauerit,uel manumiserit.¶ *In gl.ult.ibi, Qui chirographum*] uide hanc, & oẽs seq.excepta.l.pecuniæ, in decre.sane,hic alleg.in 3.glo.[*& ibi, Pecuniæ*] restitutio instrumẽti probat remiss.debiti.Sed fortius id pro5 bat instrumentũ solutionis.¶ *In 1.† gl.ibi, Multum studeo*] hæc uera indistinctè, si senatores fuissent delegati Papæ;ad hoc.ff.de iud.iudiciũ: Sed in ordinario secus,supra de offi.ordi.pastoralis,quare nõ uf ualuisse reuocatio Papæ,dicit Host.speciale in Papa,qui est cunctorum ordinarius etiam immedia.9.q.3.cuncta,& c.per principalem,&maximè in hoc casu,cum agatur inter ecclesias,de fo.compe.cum sit,de iud.c.fi.uel hoc,q talis est consuetudo urbis,arg.de fo.comp.si clericus, in fi.& c.licet,uel quia est de patrimonio.25.dist.Constantinus,ad hoc infra qui filij sint leg.per uenerabilẽ, de elec.fundamenta,lib.6.aliàs autem.ubi esset appellatum,nõ deberet regulariter processus ordinarij im6 pediri,de appell.ut debitus.ſm Host.¶ *In † eadẽ glo.ibi. Sanè*] Vin.hic adde.quod ibi no.in glo.3.& supra de offi. deleg.coram in si.primæ gl.[*& ibi.3.*] ubi de hoc[*Et in fi.*] adde.quod not.76.dist.hunc numerum.Et nota q glo.loquitur de instrumento restituto, non simpliciter de cancellato,uel inciso reperto penes debitorẽ, de quo uide in Spec.de instru.edi.§.postquam.uersic. porro,& uersic.præced.& adde. quod ibi dicam.dicit Accur.q præsumptionem facit pro debitore.sed non sufficientem.nisi probet sibi restitutum,hoc no.C.de lati.lib.toll.l.una.§.ille autem, & idem hic Goffre. sed Iaco.de Areti.distinguit: quia si debitor dicit se pacto liberatum,& ostendit instrumentum esse penes se,uera est glo.quia probare debet sibi illud restitutum per c creditorem[c] sed si dicit se liberatum solutione,adhuc idem,si est persona domestica creditori: quia præsumitur subtraxisse. quare habet necesse probare.q fuerit redditum,ut in d.§.ille,& C.in quib.cau.co.&c.l.t. Si uerò non est persona domestica. præsumetur solutione liberatus.ff.de prob.si chirographũ. diuersitatis ratio,quia primus allegans pactũ,allegat donũ,& donare est perdere,& nullus præsumitur iactare suum.ff. de prob.cum de indebito.secundus allegat solutionẽ, & solet tunc restitui instrũm.C.de con.sine causa,dissod lutæ,huic ergo stabitur,si contrarium nõ probetur[d]. Dicebat ergo hic Goff.q licet præsumatur, non tñ est præsumptio iuris & de iur. posset enim ad debitorem peruenisse sine uoluntate creditoris. 12.q.2.si quis de clericis,& infra de si. querelam.pp prædicta dant doctores cõsilium,q fiat instrũm solutionis,uel liberationis per præalleg.l.pecuniæ, quam uide in suffragio.

ANNOTATIONES.

a ¶ Non tenetur. Contra istam gl.est tex.in l.qui uas. §.ult.ff.de fur. & per Io. An.in c.inquirendum, de pecu.cleri.

b ¶ Dolo fecit. Adde ea, quæ habentur in regula, pro possessore,de regulis iuris, in 6.

c ¶ Per creditorem, uide per d.Felin.in c.accedens, el 1.ut lit.non contest.per Barb.consi.30.1.uol.

d ¶ Probetur. Vide de ista materia plenè Cyn.Bald. & Sali.in l.si de possessione. C.de probatio.& Barto.in l.Labeo.§.1.ff.de pact.qui dicit etiam idem,si reperiatur redditum unum instrumentum debiti,de quo debito constat plura instrumenta,ac si unum solum esset instrumentum,& illud esset redditum,quod no.bene.& ad rationem differentiæ redditionis pignoris, & instrumẽti, quam hic facit gloss.uide ibi Bart.quomodo hoc limitat. & uide per ipsum in l.fullo.§.sarcinator,aliàs est.§.qui tabulas,de fur.& Bal.in l.nostram , C.de testam.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium impetratum, lite pendente, non obstat, de litis contestatione non habita mentione,& n.8.9.& 11.ubi excipitur.*

2 *Casus huius decretalis quis.*

Decimas noualium præscribere quis potest, ibid. uersi. fortè dicebat.

3 *Decimæ pertinent ad parochialem ecclesiam, salua canonica episcopi, & quæ.*

Lis pendere quando dicatur, ibid. ad dictio. emersisset.

Causa dicitur ante litis contestatio. ibid.

4 *Priuilegium à communi domino, uel prælato impetrare non licet, lite pendente.*

Lite pendente potest quis acquirere ius alterius per usucapionem, & alijs modis,ibid.uersi.tamen tunc.

Ius nouum dat etiam communis dominus pro iure suo tuendo, lite pendente, ibid.alius dare non præsumitur,ibid.

5 *Innouatio nulla impedit, quin feratur sententia secundum iura, quæ obtinebat tempore motæ litis, nisi in casibus, & quibus, uide, & num.8.*

De priuilegio idem iudicium, ibid.quod impeditur à sola litis pendentia, num.6.

7 *Epilogus, & suffragium glossarum, num.8.*

Lite pendente non ualet priuilegium impetratum, nec pragmatica sanctio, & num. 11.nec etiam ius commune, num.9.nec ius nouum obtentum semper,& num. 11.& quid si reus emat rem, de qua lis erat, à uero domino, num.10.

Quid si actor, ibid.

9 *Additio glossarum.*

11 *Et quando non ualeat ius nouum, uel priuilegium.*

12 *Litigiosi uitio in quibus sit locus, & an hic uitiari debuisset.*

Litigiosa etiam actio efficitur, & quando, ibid. & aliud est hoc uitium a uitio rei litigiosæ, ibid.

CAPVT V.

1 Dilectus. Casus. Non † obstat priuilegium impetratum, lite pendente, de lit.contes.non habita mentione. & primo ponit partis querelam,cui secundo prouidet.2.ibi.idemque[*Persona*] aliàs rector [*No*2 *ualium*] si colebant † ista proprijs manibus,uel sumptibus, forte dicebat presbyter se præscripsisse contra illos,infra de priuilegijs,accedentibus,uel propter uersic.infra,perceptionem. & uersic.uendicare.dic melius: cum monaci præscripsissent decimas parochiæ, uendicabant etiam noualia, cõtra id, infra de decim. cum contingat.uel ponecas per decret.eod.titu.dilecti,& capitu.licet,de pactis, capitu.penulti.secundùm Hostien.hoc dico,ne obst.eod.titu.ex parte 1.[*infra fi*3 *nes*] & ideo pertineret † ad parochialem ecclesiam, salua canonica episcopi. & si dubitaretur de finibus, dic ut infra de decimis,quoniam,secundùm Host.[*Emersisset.*] forsan sola citatione facta, uel causa in iudicio proposita,licet nondum cõtestata.nam dum proponitur,causa est,de uerborum significationibus,forus, & sic non solum lite contest.sed causa & actione proposita,dicitur lis pendere,secundùm Hosti.qui remittit supra capit.primo[*Supradicti*] actores, uel rei secundum diuersos casus[*Vendicare*] idest defendere;sic ecõtra.octaua distinctio. quo iure, in princip. Goffre.uel 4 propriè,ut supra dixi[*Mentio*] dixit hic † Innocen.in addit.quòd licet à communi domino, uel prælato non possit quis impetrare priuilegium, lite pende. tamen tunc bene potest quis acquirere ius alterius per usucapio.& alijs modis,ff.de rei uendicat.si post acceptum, & l.si autem.§.fina.ff.de pignorati.actio.lege si rem.§. final.ff.depositi.lege prima.§.idem Trebatius.ff.mandati,si mãdauero.Item & etiam communis dominus pro suo iure tuendo de nouo dat alicui aliquid iuris, de confir.utili,uel inutili, cum dilecta.§.ultim.de alio autem,quàm de communi domino,uel prælato non est præsumendum,q propter litem pend.omittat alicui dare priuilegium, uel ius suum,& ideo bene ualet priui-

priuilegium datum à tali etiam lite pendente, ſubdit
5 † etiam, quòd nulla innouatio impedit, quin feratur
ſententia ſecundum iura, quæ obtinebat tempore li-
tis motæ. unde ſi priuilegium impetretur lit. penden.
poſtea pereat inſtantia iudicij, uel feratur ſentẽtia pro
impetrante priuilegium, bene ualebit priuilegium. Si
autem ſola citatio interuenit, oportet ad hoc, ut ua-
leat priuilegium poſtea impetratũ, quòd diffinitiua
feratur, uel quòd abſoluatur ab inſtãtia iudicij, etiam
ſi nondum ſit lis conteſt. vel ꝙ renunciet liti expreſsè,
uel ſaltem tacitè; puta quia alios iudices impetrat ſu-
per eadem lite, nõ quòd ſuccedant in cauſæ prioris co
gnitione, ſed ꝙ de nouo procedant [*Non obſtante*] not.
6 quòd † ſola litis pendentia, etiam ſi doloſè non tacea-
7 tur impedit uires priuilegij. ¶ Gloſſ. 1. † not. ꝙ priuile-
gium, &c. allegat quatuor concord. & dat tria ſimilia.
8 ¶ [*In* † *1. gloſſ. ibi. §. ſi uerò*] ſi dum dicitur cauſa, impetre-
tur pragmatica ſanctio, uel id ſimile, iudex illud reſpi-
cere non debet: ſed debet eo non obſtante cauſam dif
finire [*& ibi. leg. 1.*] uide de reſtitut. ſpoliato. audita, ſu-
9 per antepen. gloſſ. ¶ [*In* † *glo. 1. ibi, priuilegium*] dicit Inno
cent. idem in iure communi, quod dicitur in priuile-
gio, ut ſicut priuilegium lite pend. non præiudicat, ita
nec ius de nouo lite pend. obtentum, per §. ſi uerò, in-
fra alleg. & in auctẽn. ut cum de appellatio. cognoſca.
primo reſponſ. collatio. 8. ſecundùm Innocẽ. quod eſt
intelligendum, ubi ius nouum à iudice impetratur;
a uide quod dixi. de conſtitu. capit. 2. ſuper[a] 2. glo. Quid
10 † ſi duobus, quorum neuter erat dominus, agentibus,
& cõtendentibus de aliqua re, alter eorum emat à ue-
ro domino proprietatẽ ipſius rei. Et quidem reo pro-
derit dominium acquiſiſſe lite pen. quantum ad hoc,
ut abſoluatur, argum. C. manda. per diuerſas. nam & ſi
ipſum non acquiſiuiſſet, tamen abſoluetur, quamuis
nil probaret, actore non probante. C. de rei uendi. l. fi.
ſupra de cauſa poſſeſſ. cum eccleſia, ad finem. de acto-
re uero, in quo ſatis inſtat hic Hoſtien. ipſe fatetur te-
nendum, quod dicitur, infra de re iudic. Abb. libr. 6. ut
diſtinguatur, an poſt lit. conteſ. uel prius cœpit eſſe do
minus, & primo caſu aut egit expreſſa certa cauſa, aut
11 non, ut ibi, dixit autem Innoc. tunc demum non † ua-
lere nouum ius, uel priuilegium impetratum lite pen
dente, quando obtentum eſt non ex certa ſciẽtia prin
cipis. & eſt ratio, quia non eſt præſumendum, ꝙ Papa,
uel alius ſuperior, uel æqualis, uel inferior hoc ius cõ-
cederet, ſi ſciret litem pendere, argum. C. de emancip.
nec auus, ſupra de officio deleg. ſuper eo. §. fina. ad fi-
nem. ubi uerò conſtaret hoc conceſſum, & ex certa
ſcientia principis, tunc ualeret; quod ſatis probat lite-
ra ſequens, innuens, ꝙ ſi de lite facta fuiſſet mentio, in
dulgentia ualuiſſet ſecundùm Innocẽn. uide quod di
xi de electio. dudum, ideſt ſuper gloſſ. talis [*& ibi, ſuper*
12 *re litigioſa*] Goffr. non † placet, quod non ualuerit hic in
dulgentia, ꝙ res litigioſa: quia cum hic ageretur de iu
re decimarum, & ſic de incorporalibus, non habet lo
cum uitium litigioſi per iura auctẽn. licet locum ha-
beret per l. ueteres. C. de litig. l. 2. nam dicit auctent. de
litig. §. 1. coll. 8. ſancimus intelligi rem litigioſam rem
mobilem, uel immobilem, ſeque mouẽtem, de cuius
dominio &c. vnde ſequitur dominum ſuum Azo. qui
not. in ſumm. ipſius tit. id locum non habere in incor
poralibus, & idem Hoſtien. ſupra eod. eccleſia. 1. vt ibi
ſcripſi. Sit ergo ratio ſecũdùm eum, quia monaci præ
uenti ſunt per conuentionem, & ſic indulgentia illos
non liberat, de foro competen. propoſuiſti, cum ſuis
concor. & quia lite pend. non potuit impetrari in præ
iudicium aduerſarij, ſupra ca. 1. Dicunt quidam, ꝙ du-
pliciter cõtrahitur uitium litigioſi. primò per iura an-
tiqua per lit. conteſt. ſecundo per noua per ſolam con
uentionem in actione reali. & iſto modo non contra-
hitur, ſi agatur pro incorporalibus, uel hypothecaria.
Sed bene contrahitur per modum iuris antiqui, ut de
b mum lit. conteſta. fiat actio litigioſa[b]. aut ergo quæri-
tur de actione reali, per quã mouetur quæſtio de do-
minio rei, & tunc per conuentionem fit res litigioſa,
& forte non efficitur litigioſa rei uendi. unde licet res
non poſſit uendi, ipſa realis actio ante litem conteſta.
poterit cedi. aliud enim eſt uitium, quod afficit actio-
c nem; aliud, quod afficit rem. Si[c] autem quæritur de a-
ctione perſonali, tunc res, ad quam agitur, non affici-
tur uitio litigioſi, ſed afficitur actio poſt litem conte-
ſtat. C. de litig. leg. fina. & ſic intelligitur, quod not. ſu-
pra eod. eccleſia. primo. in tertia gloſſ.

ANNOTATIONES.

a ¶ Super. Et uide gloſſ. in capito. licet canon, ſuper oerſicu. de cæ-
tero, etiam Barto. in l. omnes populi, in princ. uerſic. quinten quæ-
ro, ff. de iuſti. & iure, & ibi ponit ad materiam plures q. & uide ip-
ſum & Bald. in l. ſancimus, C. de epiſc. & cler.

b ¶ Litigioſa. Vide de hac materia plenius Cyn. Bald. & Salic. in au
ctẽn. litiginſa, C. de liti. & ff. eod. tit. per Bart. in l. 1. & in l. quam-
quam, ff. de aqua plu. arcen. & uide Bald. in l. prima, C. communi
dinidondo.

c ¶ Si autem. De hac materia oide Bartol. in auctẽn. litiginſa, C. de
litigin. & in l. prima. ff. eod. an in incorporalibus habeat locum ui
tium litiginſi. Innocen. in cap. 2. de in integr. reſtit. & cap. ex par-
te, de arbit. Bald.

SVMMARIVM.

1 *Aeconomia tituli.*
Decretales quæ faciant ad primam rubricæ partem, & quæ ad ſecundam, ibid. in fine.
2 *De ſequeſtratione ubi alibi tractetur.*

De ſequeſtratione poſſeſſionis.[a] Rub.

1 ¶ Viſo ſupra de † dolo, & contum. & in tit. ſe. quomo-
do contumax ſua poſſeſſione priuatur propter con-
tumaciam, per ſequeſtrationẽ interdum hoc accidit,
ideo &c. uel quia ſupra capitu. proxim. dictum eſt lite
pen. nihil innouandũ eſſe, quia lite ſuo Marte curren-
te interdum aliquid innouatur per ſequeſtrationem,
ideo &c. Goffr. & prima decret. facit ad primam partẽ
2 Rubricæ; reliquæ ad ſecũdam. ſcias, † quòd Ioan. Mo.
multum plenè tractauit materiam ſequeſtrationis ſu
per regula, locupletari, de regulis iuris, lib. 6. quam ibi
poſt eum ponam ad literam. ad materiam facit. ſecun.
quæſtio. ſexta. quo. 2. 77. diſtinctio. epiſcopus, & repe-
titur in Clement. & huic conuenit, de reſcriptis, olim,
de iudic. examinata; de dolo, & contumacia, capitu. 2.
ſecundùm tertiam lecturam.

ANNOTATIONES.

a ¶ Sequeſtratio. Quando permittitur, uide per Barba. conſil. 10. in
13. colum. in 2. uolum.

SVMMARIVM.

1 *Sequeſtrari non debet res rei propter contumaciam eius.*
Capituli diuiſio, ibid.
2 *Succeſſor temporalis, & ſpiritualis in iudicio ſuccedit ſuo prædeceſſori, & pro debitis ipſius etiam tenetur ſatisfacere.*
3 *Petitorium intentari non poteſt ante expeditionem poſſeſſorij, de quo pars utraque contendit.*
Partim, quid ſignificet, ibid. ad dictio. partim.
4 *Procuratorem etiam uniuerſitas, & conuentus conſtituit.*
Iuriſdictio delegati non finitur per pronunciationem in poſſeſſorio,

si simpliciter, & absolutè causa fuerit demandata, ibid. immediato contextu,

5 *Proprietatem nunquid amittat is, qui quem de possessione eius eiecit,*

6 *Cum non statur per eum, cui quid incumbit, non imputatur.*

Et, pro idest, ibid.

Verborum resolutio, ibid.ad dictio.resignarent.

7 *Sequestratio in causa appellationis hic reuocatur, deinde reintegratur.*

8 *Regulariter est probibita, nisi in casibus, & quibus, remiss.*

Possessio restituitur domino, si caueat, & de quibus, alioquin misso, ibidem.

9 *Super expensis sententia ferri potest generaliter, & incerta, & condemnatio fit, taxatione reseruata, explosa sententia quorundam, & num. 10.*

Leg. terminato. C. de fructi. & lit. expen.intellectus, ibid.uersic. dicens, quòd necesse.

10 *Expensarum condemnationis, quæ ueniunt ex officio iudicis, an reseruatio fieri possit à delegato, & in qua sententia.*

Declaratio hæredis potest fieri post testamentum, & expensarum post sententiam definitiuam, ibid. uersic. sed si testator.

Taxatione expensarum reseruata, ad quid agetur taxatione non facta, ibid. in fine.

11 *Possessio recuperatur, aut retinetur contumacia purgata, & quomodo.*

12 *Epilogus, & suffragium glossarum, num. 13.*

Possessionis, & proprietatis causa per quæ uerba intelligatur commissa. §.1.& num.14. §.1.uel contra, ibid.

Eidem iudici committi debet, ibid.

Continentia causæ in quibusdam casibus non diuiditur.

14 *Additio glossarum, & num. 15.*

Petitorio commisso tantùm quando intelligatur etiam possessorium commissum, & commisso altero an possit de altero iudex cognoscere, & quomodo id intelligatur, ibid.uide supra n.4.et in suffr. & infra n.15.& finito cõmisso an possit alterũ inchoari.nu.15.

15 *Petitorio finito, non est amplius locus de possessione quærendi, secus contra.*

CAPVT I.

1 AD hoc unxit. Casus. Propter †contumaciam rei res ab eodem petita sequestrari non debet. Et sunt duæ principales partes. in prima processus narratio per Abbatem facta, quæ continet delegationem causæ, diffinitionem possessorij, inchoationem petitorij, executionem, missionẽ, & delectionem, interpretationem Celestini, sequestrationem, & delegationem per eum factam. in secũda ibi, In cum, Papæ pronunciatio, quæ duo facit. primò reuocat sequestrationem, & rem in statum pristinum. secundò iubet expensas restitui, & caueri, & de facto huius decret. loquitur infra de fide instrum. inter dilectos [*Prædecessor tuus*] loquitur Mediol. archiepiscopo.
2 & not. quod† sicut successor temporalis succedit præ-
a decessori suo in iudicio [a] .ff. de scr. oratione. §. illud, sic & spiritualis, ut hic, & supra titu. 1. capi. fina. qui etiam
b tenetur satisfacere pro creditis ipsius, de solu. [b] .cap. 1. [*Agitata*] coram alijs iudicibus, Petr. & Abb. [*Possesso-*
3 *rio*] ab utraque† parte intentato, cum uterque contenderet se possidere, nec poterat petitorium ante possessorium expediri. ff. uti poss. si duo. primo respon. & §. 1, & l. 1. §. inter litigatores, Hostien. [*Partim*] idest super quibusdam rebus supra de elect. querelam, de præscr. auditis, & de maio. & obed. his, quæ, secundùm Goff.
4 [*Procuratore*] & sic † uniuersitas, & conuentus procuratorem constituit, supra de procurat. quia in causis, & ea. petitio [*Volente*] super his, de quibus archiepiscopus obtinuit in possessorio, Goffr. [*Expirasse*] & male, quod patet ex eo, quod missio in possessionem rata manet. unde condemnatur episcopo & in expensis, & in cautione præstanda, ut in fin. capi. Item patet ex eo, quod reducitur negocium in eo statu, in quo erat temporo quo facta fuit commissio Mutinẽsi, & Regien. ex quo ipse, ut sequitur, & Veronensis episcopus bene processit [*Officio suo*] quo ad pronunciationem, & executionem, de officio deleg. significasti [*& infra*] hic deciditur secundùm Hostiẽ. quod multo ties citatus uoluit postea comparere [*Actorem*] idest Abbatem, & monacos, Ioan. [*per ipsum*] episcopum Veronensem [*mitti*]
5 causa rei seruandæ, Vincen. [*Eiecit*] nunquid †ergo cecidit à proprietate? uide, quod not. supra titul. 1. ecclesia. infra & de dolo, & contum. capit. prim. [*Interpretatus*] & hoc eius erat, de senten. excommun. inter [*Non deberet*] super hoc uide, quod not. 14. quæst. 2. cap. ulti. [*Reginum, & Mutin.*] coram quibus archiepiscopis cau-
6 tionem obtulit, ut infra sequitur. & not. quia† non stetit per eum, sibi non imputatur, supra de eo, qui mitt. in poss. c. 2. & 3. [*& proprietatis*] pro idest: uel loquitur de possessione subtracta mona. per archiepiscopum, ut de illa cognosceret, an deberet restitui. uel dictum uit ex superabundanti, uel quod sequit, & possessionem &c. uenit expositiuè. hoc dico, ne obst. quod supra dicitur, possessorium iam per Veronẽsem episcopum terminatum [*Resignarent*] idest resignari facerent per illos, apud quos erat sequestrata [*& infra*] in an. nos autem Abbati supradicto mandauimus, ut literis illis, quas ad Veronẽsem, & Ferrariensem episcopos super restituenda sibi possessione cũ fructibus per mendacium impetrauerat, omnino careret, & in eum &c.
7 [*In eum statum*] not. hic Vincen. quod† post sequestrationẽ fertur sententia, quæ postea retractatur in causa appellationis, & pronunciatur, quòd partes redeant in primum statum, & non facta mentione de sequestratio-
c ne reintegrabitur sequestratio, [c] cuius gloss. uide ad literam in Specu. eod. titul. uersicul. sed pone [*Reuocato*] hoc ideo facit, quia Celestinus malè reuocauerat possessionem datam per episcopum Veronẽsem. ¶ Item
8 †cum regulariter sequestratio sit prohibita, nisi in casibus notatis, infra cap. proxim. & cum missio in possess. fuisset rite facta, non debuit auferri missio illa possessio. quare possessio illa restituta fuisset huic misso & non domino, nisi & dominus paratus esset cauere de stando iuri, & satisfacere de expensis, secundùm In-
9 nocen. [*Moderatas*] propter hoc† intelligo, quod præcesit taxatio, Innocent. tu legas planè secundùm Hostiens. qui dixit per hanc literam in expensis posse dari sentẽtiam generalem & incertam non solùm de præterito, sed etiam de futuro; ad hoc, supra de dolo, cum dilecti, & de procura. auditis, ubi de hoc, in fi. & de hoc in Specu. de excep. §. uiso, uersicul. quòd si reus. & ibi uideas, quomodo hodie communiter non procedit taxatio, ne propaletur pronunciatio: sed fit condemnatio taxatione reseruata, & de expensis. §. postremò, in princip. & uersicu. Item scias. & ipse idem Innocen. tenet dictum Hostien. supra de dolo, & contum. finem, dicens, quod necesse est sic intelligi. l. terminato. C. de fructib. & lit. exp. nec potest stare, quod dicunt quidam, quod ibi iudex non condemnauit, sed reseruauit parti potestatem agendi de expensis; quod sic probant; Petuntur expensæ, uel iudicio; & istud cessar finito negocio, institution. de officio iudicis. §. præterea: uel iure actionis, sed actio non competit ad illas, nisi facta sit cõdemnatio, & tunc datur actio in factũ ex re iudica. & sic ipsa ui sequitur, quòd lex illa intelligitur, quando iudex condemnauit, sed ad incertas. reseruando enim petitionem illarum nil ageret: dicit tamẽ quosdam tenere, quod ualet reseruatio, & petuntur tunc condictione, ex ipsa lege terminato, quod si-
10 bi non placet. Sed nunquid † reseruare potest sibi iudex

dex eõdem nationem expensarum, quæ ueniunt eius officio.sicut reseruat taxationem?Guil.uidetur uelle, quod sic. de exceptio.ut supra alleg quod uidetur eadem ratione,qua reseruat taxationem:ad id.ff.de solutio.Modestinus.qui enim protestatur aliquid se factu rum.tunc fecisse uidetur, cum protestatur, de appell. cap.fin.ff.de hæred.instit.l.asse.C. de ma.te.l.1.& uidetur expressum.ff.fam ercis en.Item Labeo.§.2.uersicu.Sed si pure,tenendo,quod ibi gl.tu dic contra, per l.Paulus.ff.de re iudica.& infra de appellatio.cum appellationibus,libr.6.& per prælleg.l.terminato.& dictum Guil.intelligas in interlocutorijs,in quibus usq; ad diffinitiuam posset fieri condemnationis reseruatio.de hoc plenè dicam de appella.sæpe contingit, super uersicu.expensarum.nec obstat,quòd de protestatione dicitur, cum iste non sit actus,qui pẽdeat ex uoluntate iudicis.cum finito principali non duret circa hoc iudicis officium, & l.asse.facit pro. sic inducta, sicut condemnatio expensarum debet fieri cum principali,sic hæredis institutio in testamento.C.de iu.codic.l.2.& de his,qui ut indignis.hæreditas. Sed si testator dicit hęredem instituo,quem in codicillis declarabo, declaratus postea in codicillis, uidetur Institutus in testamento,ut ibi, de conditio.instit.l.illa. Sic condemnatus reseruata declaratione, uidetur in sentẽtia condemnatus: sed secus. si reseruaretur eõdemnatio

d ultra diem per iura prædicta,sed eo casu[d],quo reseruatur taxatio, ad quid agetur taxatione non facta? dic quod coram executore peti posset declaratio. secundùm Accur.qui hoc not.in l.terminato,quod tamen non uidetur placere Guil.in Specul.prælleg.uersicu.

11 quod si reus[*Præberi*] & sic † possessionem recuperabis,seu possessionem auctoritate iudiciaria retinebis, purgata contumacia. supra de dolo,contingit, ut lite non contesta.quoniam §.in alijs,Hostien.¶ Secunda

12 † gloss. format duas quæstiones, de quibus remittit. ¶ Tertia gloss.distinguit. an simpliciter commissa sit

13 causa possessionis tantum.¶ *In † glo 1.ibi, iudex*] uide in decret.statim alleg super gloss.2.¶[*In glo.3.ibi, Ordinarij*] orta quæstione municiporum , idem iudex prius de possessione iudicat,& postea de proprietate [*& ibi, Si pariter*] ponit casum, quando cõtra illum, qui de liber tate litigat,concurrat usufructuarius,& proprietarius [*& ibi.l.1.& 2.*] Si inter aliquos agitur famil.erciscun. & inter eos communi diuidundo, uel finium regundorum,idem iudex aditur.& l.2.quod plures tutores, ut examinentur,an sint locupletes,& pro ratione red denda ad eundem iudicem mittuntur.¶[*In gl.hoc ideo*] uide hanc & sequen.de iudic.examinata,super glos.2.

14 ¶[*In † glo.2.in fi.*] adde in fin.ultim gloss. dicit Abb.hic colligi, quòd non restituitur,si reus prius caueat. ¶[*In glo.3.ibi, Simpliciter*] dicit hic Ioan.& concord.Vincen.

e & Goffr.in sua quint quæst.quòd etiam iudex datus[e],

f de proprietate tãtum[f],de possessione cognoscere potest tunc maximè, quando prius oportet sciri, quis sit possessor.alleg.l.ordinarij,statim inducam, & C.si à non compet.iudice.l.si de proprietate,& facit quod not.de causa possess.cum dilectus,& cap.pastoralis,In gloss.2.dicit Innocent. quòd licet quidam simpliciter dicant,quòd commissa altera causa iudex de utraque cognoscat,ipse tamen fatetur hoc uerum,quando is, contra quem commissum est negocium, uult impetranteni reconuenire super nõ commisso:alias ad instantiam impetrantis nõ potest iudex cognoscere,nisi de commisso, ad quod inducit Hostien.quia rescripta restringenda,nec extenduntur ad non expressa,supra de rescrip.nonnulli, & cap.fina. Item si impetrans expressisset tãtùm possessorium uiolentum,super petitorio conueniri non posset inuitus,de ordin.cogni. cap.fina.inuitus,pro tanto dicit,quia quò ad tempus, & res delegati iurisdictio bene prorogatur[g] de consensu partium;de hoc, de officio delega.Philip.& Goffre.

15 [*& ibi, Commissa*] intelligitur † & finita lite super possessione,poterit de proprietate cognoscere:sed non ecõtra,quia si petitorium primò finitur, non est amplius locus querendi de possessione, supra de causa possess. cum dilectus, secundùm Innocent. & adde, quod ibi post eum dixi,& in cap.pastoralis,sup. § gloss.antepenul.dixit etiam.quòd in hoc omnes concor. quòd finito negocio super commisso, nõ potest aliqua pars inchoare super non commisso, nisi reconueniendo præmissa protestatione.C.de sent.& inter.omn.iudic. auct.& consequenter,hæc exceptio non placet; & est ratio, quia de non commisso non agitur nisi ratione connexitatis,uel accessorij: sed principale iam effugit cognitionem eius per sententiam, ergo & connexum, uel accessorium, & facit,quod not. infra de rescriptis, capi.prim.libr.6.in gloss.2. Est autem ratio secundùm Hostiẽ.quia ex quo iudex diffiniuit commissum,functus est officio suo,ut in prima gloss. [*& in fi.*] bene facit secundùm Host.infra de rescriptis,dispendia,lib.6. ¶[*In gloss. in hoc,ibi, infra cap. proxi.*] & ibi addam casum, quem ponit Hostien. ¶[*In glo. hoc ideo, ibi, interesse puto*] de hoc supra,de iudicijs,examinata. ubi nota.contrarium,& uide,quod ibi dixi super gloss.2.

ANNOTATIONES.

a ¶ Iudicio. Instantia enim transit in successorem uniuersalem, uide de iudic.quia.V.

b ¶ De solutio. Vide plenè per Abb.in capitu.ex literis, de pignor. & in disputatione sua, quæ incipit, Titius clericus, in quarto dubio.

c ¶ Sequestratio, Quod patet hic,quia expressè reuocat sequestrationem,nec sufficit uersic. in eum statim.

d ¶ Casu. Quod si iudex est talis , qui non habet successorem ; ut est delegatus,qui sibi taxationem reseruauit,nõ delegantis;tenet Bar. quòd delegans taxabit; hoc not.in l.ab execut.ff.de appell. & ibi quid si iurisdictio iudicis reseruantis taxationem expirauit, quis taxabit.

e ¶ Iudex datus. Vide de hac quæstione per domi.Felin.in rubrica, supra de rescriptis.

f ¶ Tantum. Vide de hoc,quando taxatiuè causa proprietatis commissa est , an de possessione cognoscat iudex , in decisione Rotæ, conclusio. 415.

g ¶ Super glo. Et uide Bart.in l.naturaliter.§.nihil, ff.de acq.poss.& in l.si de ui,ff.de indi.

SVMMARIVM.

1 *Fructus si dissipat missus in possessionem causa custodiæ, dissipati reuocantur, & alij sequestrantur.*

2 *In possessionem missus quando faciat fructus suos.*

3 *Epilogus, & suffragium glossarum, num. 4.*

Sequestratio prohibetur lite pendente, exceptis casibus, & quibus, & num.5. 8.& 9.

De sequestratione edictum an sit prohibitorium, num.5.

5 *Additio glossarum.*

Fieri quid debeat , non quod fit, est spectandum.

6 *Ab executore non appellatur, & ratio. & diuersa ratio, cum appellatur à sententia.*

7 *Suspectam personam quæ faciant.*

8 *De sæuitia domini si timeatur, quæ remedia.*

CAPVT II.

1 Dilectus. Casus.Si † missus in possessionem causa custodiæ fructus dissipat, dissipati reuocantur,& alij sequestrãtur. Et primò ponit querelam rei passi missionem. secũdò dat ei iudices ibi, Quocirca [*Ipsius*

2 *ecclesiæ*] licet quidam † dixerint, q agebatur de ecclesia

tanquam de beneficio,& ideo missus nõ faciebat fructus suos.uerum est s̃m Inno.ꝙ de proprietate agebatur ecclesiæ, sed missus non lucrabitur fructus suos [a], quia non erat annus elapsus[*Qui*]abbas,& cõuentus.[*Si est ita*] s.ꝙ sint missi solum cã custodię. & quod fructus dissipent, reuocetis sequestrandũ unà cum aliis. 3 ¶Gl.2.† ponit regulam,& 11.casus exceptos.¶*In* † *glo.* 4 *2.ibi,l.2.*] uide supra c.1.super 3.gl.[*& ibi.l.una*] cũ petitur pecunia ex quocunque cõtractu,cessat sequestratio,sed cõuincatur debitor, & cogetur soluere[*& ibi, Suspecta*] sup.nec satisdat[*& ibi, Res eius*] nec dñs illas dilapidet[*& ibi.l.ult.*] uide de accu.ex parte,super glo.fi. [*& ibi,deserere*] deberet dicere,si colonus negat pensionem,in cuius solutione diu cessauit,& allegare debet.l.litibus:quia ultima non facit[*& ibi.§.finautem*] uel ex alia iusta causa,puta ipso furioso,ut ibi, & §.se.[*& ibi, iudicis*] quia sequestratur res usq; ad tempus successoris. 5 ¶*In* † *glo.2.ibi.l.una*] ubi de hoc, sed hoc plenius[*& ibi,In casibus*] 11.enumerat.dicebat Vin.quod edictum de sequestr.non est prohibitorium, scilicet certorum casuum.dicit Hostien. quod de facto apud iudices capitaneos regularis est sequestratio, potissimè ut rem ad manus suas teneat,& si non fiet sequestratio. apud ipsos est casuale:dicit tamen,non quid fit,sed quid fieri debeat, est spectandum. ff.de offic.præsid. sed licet, 6 de electio.cum causam [*& ibi,Appellatur ab executore* [b].] b quod fieri potest secundùm ea, quæ not.de re iudica. quod ad consultationem.in ulti.gloss.[*& ibi,Possessionis*] & est ratio secundùm Goffr.in sum.huius tit.in fi. & ipse Hostien.infra c.proxi. quia quando appellatur ab executore,præsumitur hoc fieri causa impediendæ utilitatis sententiæ, quæ iam transierat in rem iudi.sed quando appellatur à sententia, app.suspendit pronunciatum.unde non fit sequestratio,nisi fructus dissipet 7 [*& ibi.§.ult.*] & quæ faciunt† personam suspectam, ibi c not.in glo.scilicet quia non possidet immobilia [c], uel pauca,mali mores, uel quia prius malè administrauit [*& ibi,res eius*] nec dominus illas dilapidet,Phi.[*& ibi, Deserere*] deberet dicere, si colonus negat pensionem, In cuius solutione diu cessauit, & alleg. debebat. l.litibus:quia lex ult.non facit [*& ibi.§.finautem*] uel ex alia iusta causa, puta eo facto furioso,ut ibi,& §.se. [*& ibi, & §.Illud quoque*] & infra de dona.post distin.re.per ue-8 stras [*& ibi, De seuitia*] dicebat† Hostien.supra cap.proxim.quod si serui,uel adscriptij, maximè liberi homines conquerantur de tyrannide domini , & probabiliter timeatur,ne dominus hac occasione sæuiat,in illos , facit bonum iudex illos sufficienter assecurari , si potest:aliàs pendente lite illos faciet sequestrari.argu. ff.de offic.præsi.in l.1.§.quod autem, instit.de his, qui sui, uel alieni iuris sunt.§.dominorum, & § sequ.ff.de adult. si postulauerit.§.ratio.ff.de quæsti. l.1.§.pe.infra 9 de prob.c.pe.[*& ibi,iudicis*] quia sequestratur† res usq; in tẽpore successionis [*& ibi,ex literis*] nõ probat hoc, quia ibi de iuribus sequestrationis nõ quæritur, ut ibi dixi.& contrarium probatur supra c.prox.[*& in fi.*] ad de casum constitutionis Clem.eod.tit. ad compescen d das [d].Item quandoque uoluntate partium sequestra e tur [e],ut lite finita uictoria detur.ff.de acq.pos.interesse puto. Item propter impotentiam, uel contumaciam non cauentis de collatione bonorum facienda. ff. de colla.bono l.1.§.si frater. Item ne perdatur uendendi commoditas.ff.de do.l.si olenm.Gof.Item dicit Tan. de dolo.& contum 1.ex literis, & hic Hostien.propter scandalum, alleg.Tan.supra cap.1.exemplificat Host. cum timetur,ne partes ueniant ad arma, argum.infra de iure patro.c.1.& 2.ff.de usufruct.ęquissimum,ut iacentem hæreditatem uterque uult occupare,uel uterque dicens se possidere uult colligere fructus;de hoc in Specu.eod.titu.in princ.& uersicu.sed nunquid...

ANNOTATIONES.

a ¶ Fructus suos . Limita , nisi iudex ob nimiam contumaciam hoc decreuit.l.Fulcinius, in fi.ex quib.cau.in poss.ea.

b ¶ Ab executore.Et hoc dicunt,quòd illius l.est ratio,quia euidentius ius est pro actore , cũ pro ipso lata sentẽtia transiuerit in rem iudicatam,licet gl.ibi aliam ponat materiam non bonam, quia diminat,& primam etiam hic ponit proximè Ioan.And.

c ¶ Immobilia.& fortius,quando aliàs fugit,& probant ista,scilicet non possessio.immobilium,& de suspitione per iuramentum aduersarij: ut ibi not.in l.1. C.de prohi.se.per Cy.& per doct.

d ¶ Compescendas. Et ex illo textu collige potentiam, & effectum sequestri,& uide materiam istã plenius per Cy.Bal.& Sal.in l.una. C.eo.tit.& Bar.in l.si fideiussor.§.fi.ff.qui satisd.cogan.& uide Io. And.in regula iuris,quam alleg.super rubrica supra.

e ¶ Sequestratur. quando sequestratio permittatur,uide per Barba. consi.10.in col.13.in 2.uol. & per do.Franc.Curtium in tractatu suo de sequestratione.

SVMMARIVM.

1 *Dissipare dicitur , si eos in suos usus conuertat , uel distrahat, nisi in casu, & quo.*
Appellatione pendente nihil regulariter innouandum , ibid.
Contra soluentem sine cautione legata præsumitur , uersic. præsumitur enim ,
2 *Sequestratio, de qua hic loquitur, per quem fiat, & cur , nume.3. uersi. dic, quòd sola.*
3 *Suffragium, & additio , num.4.*

CAPVT . III.

1 AB eo qui. Breue est,dic [*ab eo*] s.reo. [*Dissipetur*] dissipare † dr̃, si eos in suos usus conuertat , uel distrahat supra c.prox.nisi essent fructus,qui nõ possent seruari,quos licet distrahere,arg.ff.de peri.hęr.diuus,Innoc.[*Lite*] idest appellatione,qua pendente nihil regulariter innouatur, infra de appell. dilectis[*Sequestrari*] præsumitur enim contra eum, sicut & cõtra illũ, qui mota sibi quæstione hæreditatis sine cautione soluit legata.ff.ad l.Fal.l.dolo,Goff.dixit aũt Hosti. 2 ꝙ hæc sequestratio †. fiet per iudicem à quo appellatũ est,prius.q̃ appellatio sit superiori præsentata,& ab ipso recepta. nam postea recurretur ad eum, ut colligitur.C.quorum app.non re.ab executore.C.de iureiuran generaliter. §.sinautem. 2.q.6.quot.ad hoc, supra de offi.dele pastoralis.§.præterea,infra de app.Romana.§.cum autem,& §.sinautem,lib.6.¶ *In*† *1.gl.*]primã 3 4 & secundam.l.uide supra c.proxi.in gl.2. ¶ *In*† *gl.1.ibi, unde hæc sumpta est*] unde reprehendit Hos. Vin. qui hic a dixerat hoc non caueri.l.[a] nisi cum appellatur ab executore [*Et in fi.*] dic,ꝙ sola obligatio restitutionis fructuum non est huius ratio,puta secundùm hoc sequestrarentur etiam principalis post litem contestat. Sed est ratio una cum prædicta obligatione præsumptio pro actore, quæ insurgit ex sententia iam lata pro episcopo,& contra reum ex eo, quod dissipat.

ANNOTATIONES.

a ¶ Caueri.l.Materiam huius capituli uide ibi per glo.& Bart.& uide Archi.plenè de materia ista.12.q.3.quia res,& uide Bar.in prædicta.l.imperator,& doc.in l.1.eod.tit.qui dicunt, quòd licet regulariter sit prohibita sequestratio,nisi in casibus,tamen omni casu potest iudex facere bona , & fructus describi , ne occultentur, & uide per ipsum in l.1.§.eligi,ff.de uen.in poss.mitt.

SVMMARIVM.

1 *Dispositio tituli qua .*
2 *De confessis quibus in locis alibi tradatur .*

De confessis. Rubrica.

1 ¶Quia in iudiciis fiunt positiones,& interrogationes quandoque à parte,quandoque à iudice, supra de electio.dudũ.2.de lit.contest.c.uno, infra de fide instr.c.i Ioã.super quibus pars r̃ndens confitetur,uel negat,& si negat,

si negat, pars ponens habet probare: ideo prius de cō-
2 fessis, & demum de probat. uideamus. habetur † materia. 15. q. 3. q. 6. q. 8. per totum. 2. q. 1. capi. 1. 2. 5. & 6. Repetitur rub. in sexto. coaptatur rubricæ de electio. scriptum, quamuis, & c. dudum 2. uersi. sed cum, de renū. in præsentia, de æta. & qualita. c. fi. de offi. dele. prudentiam. §. sexta; de iudic. at si clerici, de iuram. calum. c. fi. de re iudi. consanguinei. de eo, qui duxit in mat. super eo, de accu. cum dilecti & in sexto de rest. in integ. c. 2. de accu. c. 1. & Clemen. de elect. constitutionem, in fi.

S V M M A R I V M.

1 *Confitenti crimen proprium non creditur contra eos, quos dicit fuisse criminis suggestores, nisi in casibus, quorum in suffragio meminit, & eodem num. 1. ad dicti. maiesta.*
Diuisio capitali, ibid.
Homicidium committitur consilio, & suggestione, ibid. uersi. hoc dicit.
2 *Purgationem infamia quæ inducat.*
3 *Epilogus, & suffragium, num. 4.*
Confessus quandoque de se super crimine aliorum creditur. §. 1. & nume. 5.
5 *Additio glossarum.*
Interrogari de alys antequàm de se confiteantur, non posse reos, uersi. Reprobat, & quid prosit eorum in alios confessio, ibid.

C A P V T I.

Cum monasterium. Casus.
1 Et † qui crimen proprium confitetur, nō creditur 𝔷 eos, quos dicit fuisse criminis suggestores. Et erat hæc decret. olim sub ti. de homic. & duo facit. primo instruit iudicem in absoluēdo nō infamatos, & reddit cām ibi, Quia ꝭm. secūdò instruit in purgatione infamię ibi, si tū [*Suggestione*] hic dicit, q a cō silio, & suggestione cōmittitur homic. l. dist. si quis
a uiduā, de homic. sicut ! dignū, de cleri. pugna. in duello, Henricus. & ēt ratihabitione. 1. q. 4. quia præsulatus Goff. & Hos. [*Censemus*] & hic incipe constructum [*Vtriusque iuris*] canonici, & ciuilis, cōcor. allegat gl. [*Maiestatis*] & simoniæ; quod dic, ut infra de testib. c. 1. & hæresis; quod dic, ut infra de hær. in fauorē m, lib. 6. alios
b casus uide in Spe. de accu. §. 1. uers. Item repellit. qui [b] fuit [*confitentis*] sine interrogatione, ut differat à præcedenti ꝭm Hosti. [*quemlibet*] de hoc 79. dist. c. 2. [*eos*] de
2 quibus confessus est presbyter [*infamia*] aliunde † orta, q̄ ex dicto istius, uel etiam ex eo orta, cum etiam calumniosum dictū inducat purgationem, infra de acc.
3 ueniens, uel dic, ut ibi not. Goff. ¶ Secunda † glo. ponit regulam; alleg. tria iura, & alium casum excipit, & hoc
4 in fine determinat. ¶ *In* † *glo. 1. ibi l. ult.*] quam habes. 2. q. 8. sciant. ¶ *In glo. 2. ibi, prouinciarum*] etiam diebus festis iudex requirit cōsilia latronum per ipsorum tormenta [*& ibi, l. 1.*] ibi, falsarij monetæ produnt cōscios per tormenta [*& ibi, diuus. 2.*] ibi, latrones interrogantur de socijs, & receptatoribus [*& ibi. §. Siquis*] confessus de se, & de socijs torquetur, & in tormentis quandoque apparet illum falsarium confessum de se, & illis.
5 ¶ *In* † *gloss. 2. ibi, nemini*] ubi de hoc [*& ibi. §. Siquis*] & §. cum quis, Host. [*& ibi, ad præsumptionem*] infra de testibus. c. 3. & de adulte. significasti, & per l. prius. ff. ad Sil. reprobat Hosti. hic distin. illam, qua dicitur, q̄ prius, 𝔷 de se confiteātur, possunt de alijs interrogari, & eis creditur. postea non, ut hic. dicit enim, q̄ interrogari possunt ad iudicis instructionem, nō q̄ eis credatur, ut dicit gl. uel interrogantur contra infamatum, de occultis non interrogantur, de accusatio. qualiter, & capit. inquisitionis, & sic loquitur hic.

ANNOTATIONES.

a ¶ Sicut. Varijs modis quis accedit delicto, quoniam consilio, quoniam suasione, aliquando ope, aliquando fauore, aliquando defensione, aliquando mandato, de quibus & alijs uide Io. And. ibidem, & Bar. in l. is, qui opem, & l. in furti. ff. de fur. & in l. non solum. §. si mandato, ff. de iniurijs.
b ¶ Qui. Tollit ergo Papa aliquando inhabilitatem testis prouenientem à iure positiuo, non autem à naturali, ut inimicitiæ, & ad hoc uide not. tex. de simo. c. per tuas.

S V M M A R I V M.

1 *Confessus in iure qui est se simoniacum, officio & beneficio deponitur.*
2 *Interrogari quis potest de crimine suo, & tenetur respondere, & quando, & an cogendus ad respondendum præcisè, nu. 4. & 5.*
Positioni criminosæ an & quando quis teneatur respondere, & si non respondeat, quid iuris, ibid. & num. 5. & 6.
3 *Purgare se quis teneatur, & qualiter, & non cogitur nisi causatiuè, num. 4.*
Purgationis indictio maius est, quàm quem interrogare super crimine, ibid.
5 *Occulta publicanda non sunt; sed soli Deo relinquēda, et nulla æquitas monere potest iudicem, ut de eis interroget reum.*
Interrogationi iudiciali non est locus, æquitate deficiente, ibid.
6 *Testis an de crimine suo compellendus sit respondere, & quando, et si super principali iurat deponere, etiam super contingentibus principale iuratus intelligitur.*
Rigori innititur interdum uoluntas Papæ, ibid. in fi.
Deponendi uerbum ut exponatur, ibid. in fi.
7 *Epilogus, & suffragium glossarum, num. 8.*
Puniri quis non debet sine accusatore, & num. 9.
9 *Additio.*
Ex confessione numquid quis, ut hic canonicus, condemnari possit ordinaria pœna, uel extraordinaria, nisi sit actum principaliter contra eum, ibid. num. 8. & 10. & à quo, num. 10.
10 *Lenocinium ut uxor opponere uiro possit accusata adulterij, & in modum accusationis, est speciale.*
Innocentius arguitur contradictionis sibi ipsi, ibid.
De crimine clericus etiam sine accusatore puniri potest, & de quo, ibid. uersi. Dicit etiam.
11 *Venetorū appellatione intelligitur etiam quoddam monetæ genus.*

C A P V T II.

1 Cum super. Casus. Qui † in iure confessus est se simoniacū, officio, & beneficio deponitur. & p̄mittit depositionis cām, secūdò deponit ibi, Nos qui [*& infra*] continet hic, quod est supra de cau. poss. cū super [*Confessus*] per depositionē dicti sui ꝭm Ioā. de Deo. nam & aliàs litera uī innuere ipsum nō fuisse te-
2 stem ꝭm Gui. Na. fuit † ergo īterrogatus, an cō misisset simoniā, de qua erat infamatus. Sed 𝔷. 2. q. 1. si peccaue
a rit, & de pę. dist. 1. nō tibi dico[a], &c. So. dicit Inn. q̄ ubicunq; fit positio, q̄ reus fuerit publicè deprehēsus, cō uictus, uel confessus, rūdere debet, arg infra de cohabi. cleri. & muli. uestra. Idem est ēt, & si talis nō fiat positio, sed tū certum est illum, de quo agitur de illo, de quo quæritur, publicè infamatū. talis enim potest interrogari, & idem tenetur respondere, siue agatur cō tra ipsum in modū accusationis, uel inquisitionis, uel etiam in modum exceptionis, ut à consecratione, uel ordine repellatur, infra de accusa. super his, uide quod scripsi, de electi. dudum. 2. §. tandem, in glo. super processum, uel etiam qualitercunque alio modo agatur
3 criminaliter, uel ciuiliter contra ipsum; & sic † potest probari certum esse, quod talis tenetur purgare se per iuramētum proprium, & compurgatorum, ut supra cap. proxi. in fi. 2. q. 5. presbyter. & cap. omnibus. quod plus est, quàm si ab ipso solo ueritas inquirat, si igitur

purgatio, quæ maior & grauior est, potest ei indici, multo fortius anteq̃ sit indicta purgatio, pôt ab eo so lo, quod minus & sibi facilius est. ueritas extorqueri, argũ eo, quod leg. & not. j. de declmis ex parte 3. j qui
4 fil. sint leg. per uenerabilem, respõ. 1. licet aũt sic interrogatus respondere teneatur, non tamen dicimus ipsum cogendum præcisè ad respondendum. sicut nec præcisè cogitur ad se purgandum, sed causatiuè tñ, ut uidelicet si rñdere renuit, sicut & si se purgare noluerit, punietur tanq̃ conuictus, uel suspendetur, uel aliàs ꝯ ipsum, ſm quod requiret negocij qualitas, de quo agitur, procedetur, arg. ff. de interro. ac. de ætate. §. qui tacuit, & in eo, quod legitur, & not. s. de iur. cal. c. fi. §. pœna. satis enim uꝛ delicatus, siue malitiosus ille, qui se purgare debet etiã cum in multis iuratis, si solo uerbo proprio renuit se purgare. si uerò nõ esset diffama
b tus, siue conuictus, uel confessus[b], uel deprehensus, sed occultus, non deberet eum iudex interrogare, ut patet in eo, quod leg. & not. j. de acc. qualiter. 1. in fi. &
5 sic intelligi debet, de pœ. dist. 1. §. his auctoritatibus, & c. nõ tibi dico, & 2. q. 1. si peccauerit. occulta enim pu
c blicanda non sunt, sed soli Deo relinquenda. 6. q. 1. si omnia, & c. oues, & c. ex merito. j. de fi. si nobis, in fin. nulla ergo æquitas potest mouere iudicem, ut reum interrogetde occul tis: æquitate autem deficiente nõ est locus interrogationi iudiciali, ut colligitur & no. j. lib. 6. eod. tit. statuimus[c]. potest & illud dici prima facie, ꝙ ubicũq; cogitur testis reddere testimonium, &
6 causam sui testimonij ſm canones, de quo nota infra de testibus. c. 1. & c. cũ causam, quæ inter archiepiscopum, rñ. 1. uer. ac eos, ibi, iudex interrogabit eũ, si nãũt non agitur ꝯ reum indirectò, sed excipitur ꝯ ipsum, ꝙ non pôt accusare, uel testificari, quia criminosus est, tunc nõ est interrogandus ẽt de illo crimine, de quo excipitur ꝯ ipsum, q̃uis ẽt dicatur de eo cõdemnatus, uel conuictus. uel cõfessus, uel publicè infamatus: q̃a nec in hoc casu sunt testes cõpellẽdi. & est ratio, vt plenè no. infra de testi. e. de testibus nec tenetur se prodere. 2 q. 1. In primis, & s. not. nec ob. superius arg. quia ꝯ hunc agit, ut repellat ab accusatione, uel testimonio, & nõ ut denunciet boni testimonij uir, ꝑquo est purgatio indicenda. infra de purga. cano. ex tuatũ. nec ob stat, ꝙ hic fuit interrogatus & respõdit: q̃a nõ fuit coactus, sed ei placuit rñdere; & eodem mõ rñdetur ad id, quod legitur, infra de acc. inquisitionis. uel dic, ꝙ ubi agitur de proprio facto interrogãdi, ut hic erat, ubi q̃rebatur de simonia cũ eo cõmissa, talis & interrogari pôt, & rñdere tenetur, dum tñ super hoc sit infamatus nõ tñ ualet dictum eius ut testis, sed præsumptionem tm̃ inducit, ut not. s. e. 1. 1. rñ. super uerbo, Confessi, infra de accu. eũ dilecti, sed primum dictũ magis placet Inno. cui nec placet opinio quorundã aliorum, q̃ dixerunt, ꝙ bene põt testes interrogari, an sint de crimine condemnati: quia condemnatio non est crimẽ, & est notorium iuris. ijdem ẽt dñt, ꝙ testis pôt interroga
d ri, utrum sit irregularis, uel corpore uitiatus[d]. Sed de irregularitate ipsos est certum male sentire, cũ possit esse occulta. & sine peccato tolerari, ut in eo, quod legitur, & not. s. de renũ. nisi cum pridem. §. personæ. alij dñt, ꝙ super talibus non est testis interrogandus, & si interrogatus rñdeat. nõ ualet suũ testimonium, cũ deponat super his non iuratus, infra de testi. c. testib. Sed hæc rõ non est multum efficax: quia ex quo su p principali iurat dicere ueritatem, intelligitur & super omnibus contingentibus principale, arg. ff. de iurisd. om. iud. l. 2. & in eo, quod legitur, & no. s. de offi. deleg. præterea, ſm Inno. ſm Host. circa denuncianti interrogationem, uel inquisitionem remittit, de accu. si cõstiterit, & c. qualiter. 2. §. dẽt, in Spe. de positio. §. 7. uers. 19. de interrogatione testis, de testib. cũ causam, ubi uide in glo. causam enim. circa intellectũ dec. dicit tenẽdo, qđ dicit gl. [*Volumus*] innititur interdũ rigori uoluntas papę. ut hic. interdũ misericordiæ, de do. & cõtu. cum olim, uer. uolentes. Hos. [*Deponendum*] propriè ſm Gof. alternatiuè tñ exponit. i. suspẽdẽdũ, infra de excess. pla.
7 ꝗ sit graue, ut cessent ꝯria. ¶ Gl. 1. post prin. dupliciter
8 obijcit & tripliciter rñdet. ¶ [*In 1. gl. ibi. si quis*] sequitur,
9 accusatorẽ non habet. honoribus prohiberi non dẽt.
9 ¶ [*In 1. glo. ibi. actum fuisset*] hoc uerũ ſm Inno. ubi de crimine cõstat per ipsius confessionẽ. dicit enim. ꝙ non putat uerũ, qđ quidam dñt, ꝙ ẽt si per testes alios con uincatur electus de simonia, ꝙ condemnandus sit canonicus propter cõnexitatem, quia impossibile esset unum probari simoniacum, quin alius conuincatur. Si enim electus non dedisset pecuniam, canonicus illam non recipisset: & si canonicus eam nõ recipisset, electus non dedisset. ratione igitur cõnexitatis criminis ambo conuineuntur; sic loquantur, de except. c. 1. 81. dist. tãtis. 84. dist. Archidiaconum. 2. q. 5. interrogatũ, & ca. statuit, cũ similib. Est enim indignum, ex quo de utroq; constat, alterum solũ puniri, maximè ex quo alter scit de hoc crimine agi, quod ignorare non pôt, ex quo super illo interrogatur, uel in testem producitur, sicut hic fuit. ipse tamen Innoc. dicit, ꝙ quantumcunque probaretur simonia per testes. uel instrumenta, nunquam propter hoc puniretur iste canonicus, cum de hoc nõ fuerit accusatus. ut probatur etiam in connexis. ff. de adult. denunciasse, nisi forsan extra ordinem ex officio iudicis. 23. q. 3. ecce, sed ex quo canonicus hanc simoniã confessus fuit, bene potuit ei imponi pœna perpetua. ideo, quia crimen tangebat causam, de qua agebatur: aliter non, nisi contra ipsum de nouo ageretur, ut not. supra de electione, per inquisitionem. non ob. decre. prima. de excep. ut ibi not. nec obst. §. si publieo: quia & ibi fuit maritus principaliter
10 accusatus, & est speciale, ꝙ uxor accusata de adulterio possit marito lenociniũ opponere & in modũ accusationis, dicit ẽt, ꝙ in casu huius decr. talem cõfitẽtem
e punire posset nõ solum ordinarius, sed ẽt delegatus[e]. Dicit Hosti. ꝙ Inno. per hoc in aliquo contradicit his, quæ dixi post eum super uers. confessus: dicit ẽt Host. dici posse speciale in clerico, ut ex tali confessione puniatur sine accusatore, sicut & clericus, qui de peccato publicè gloriatur, infra de excess. prælat. q̃ sit, & uide quod dicã de fideiuss. peruenit, super ult. glo. [*& in fi.*] ſm Io. quæ sit ratio, not. supra de ordi. eog. c. 1. in fi. pe.
11 glo. ¶ [*In glo. ult. in fi.*] sicut dicimus, Venetorum. & est simile de priuilegijs, cum olim. 2. & si ad literam intelligas de Sarracenis captiuis, qui uendi poterant, & in pecuniam redigi, idem esset, Hostien.

ANNOTATIONES.

a ¶ Non tibi dico. qualiter intelligatur illa iura, uide per doct. & maximè Feli. in c. cum causam, infra de testib.

b ¶ Confessus. Et tali positioni criminosæ eo casu, quo respondere cogitur & debet, respondẽbit non per uerbum, credit, uel nõ credit, sed de ueritate, ut not. Bart. in l. inter omnes, ff. de furtis, in §. rectè, & in l. Marcellus, ff. re. amo. & probat c. dudum, de elect. el 2. ibi, iuramento de dicenda ueritate.

c ¶ Statuimus. Illud ergo, quod ita effusè dixit canon. 15. q. 5. iudicantem, restringitur, si id suadeat æquitas iudicantis; aliàs non.

d ¶ Vitiat. Reus autem, uel testis, uel promouendus ad positioni non criminosæ, sed turpitudinem continenti, uel alia plura in materia istius glo. uide plenius Bart. in l. Marcellus, ff. re. amo. & in l. si gener. ff. de his, quib. ut indi. & in l. qui iurans. §. si pater, ff. de iureiur. & in l. si à te, ff. de excep. rei iudic.

e ¶ Delegatus. Imò si opponat uxor uiro crimen lenocinij etiam in modũ exceptionis, punitur uir, & uidetur Bart. sentire idem, quatenus crimen per modum exceptionis propositum tangit principaliter negocium, de quo quæritur, ut est uidere in lenocinio ad adulterium; hoc no. in §. si cæterum, de. l. 1. ff. de adulte. & alleg. c. 1. de exceptio. & uide per ipsum in l. is qui reus, ff. de pu. iudic. & idem hic sentit glo. & Inno.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Confessio per errorem facta non nocet, si ante finitum negocium de errore doceatur, uide num. 2. 3.4.& 9. ut praeiudicet, quae requirantur, nu.7.& 8. quae non noceat in fi. utriusque nume.& an contraueniat ipso iure, an per restitutionem, nu.4.*

Absolutè, vel indistinctè dictum continet modum & directum & indirectum, ibid. ad dictio. generari. & nu. 5.

2 *Error an & quando possit corrigi etiam post sententiam, & nu. 3. 4. 5. 9. quando non obsit, In suffragio, & addi.*

Paenitentia censessionis quando non liceat, ibid.

6 *Epilogus, & suffragium glossarum. nu. 7.*

In confitentem nullae partes sunt iudicis in cognoscendo cir. fin. ad l. proinde.

CAPVT III.

1 2 EX parte Casus. Confessio † per errorem [a] facta non nocet, si ante finitum negocium de errore docetur. Et prima pars narrat factum. secunda prouidet iudicem instruendo ibi, cum igitur [*Vxoris*] sic supra de procurato. constitutis, ubi de hoc [*generari*] directè, uel indirectè. infra de testibus, ex tenore [*Finito*]

2 contra. quòd † etiam post sententiam possit error corrigi. C. de iur. & facti ign. l. 1. ff. ad l. Cor. ma. Tan. & fi. ff. de re iudi. Nensenius. §. fi. ff. de fideiuf. fideiussor. sed illa specialia sunt. item contra. ff. de iureiu. admonendi. ff. de re iudi. diuus. ff. quando actio. de pec. est an. l. t. §. ulti. ff. de institoria actio. l. habebat, in quibus etiam post sententiam non nocet error. So. in omnibus illis casibus interuenerat dolus aduersarii; & ideò, quod sententiatum est, non praeiudicat. ff. de iudi. si praetor, ff. quod cum eo, qui in ali. po. l. sed si extra. §. ulti. & C. de procura. licet, ut ibi, & tolerabilissimus fuit error,

3 Phi. [*Error facti*] an hoc locum † habeat in confessionibus, quae fiunt ante litem contest. uidetur hoc infra ti. 1. quoniam contra, in glos. & taciturnitas, differentiã in his facere, & uide quod no. ff. de do. l. quidam, & uidetur differentia, quia, ut dicam post Di. de regu. iur. ignorantia, li. 6. in prin. distinctionis, si confitens in iudicio errat in iure ciuili, ante litem conte. ex iusta causa reuocat confessionem, post lit. contest. non, ad primum, ff. de inter. ac. de aetate. §. pe. & ulti. ad sm. ff. de confes. non fatetur. Iaco. de Are. dicebat, quod qui cõfitetur ante litem conte. aut scienter, aut ignoranter, quando est scienter, ante lit. contesta. reuocat. ff. de rei uen. is qui. §. caeterum, de noxa. electio. §. 2. fallit, quando cum captione iuris aduersarii uult reuocare. ff. de interrogat. ac. de aetate, & cum actor à certa persona uult rem, alius se obtulit, dicens se possidere. ff. de rei uend. sin autem, aliàs licet captio sit poeniter, sed tenetur de dolo. ff. de dol. l. pe. & de pet. haeredi. qui se liti, sed si lis sit contestata, non poenitet, nisi actori obiiciatur sua scietia, ut dicta. l. is qui, & l. se. nam hoc ipso captio est, si causae instantia pereat, & sic non licet, ut dicta. l. de aetate. §. Celsus. & sibi non placet. quod aliqui dicunt per eundem. §. locum esse poenitentiae, nisi res sit usucapta. Si ignoranter, ante litem conte. reuocat multo fortius, quam cum scienter, de quo supra per prae al. l. is qui, cum concor. post lit. contest. reuocat, si iustam habeat ignorantiam: aliàs non, ut praedicta. l. de aetate, ad fi. & ff. ad Vell. si mulier in iure. haec in confessione ante litem contesta. facta. Si uero post litem contesta. fiat confessio, aut per scientem, aut per ignorantem. primo casu non reuocat. ff. de donat. l. quidã, de confess. l. 1. & l. is qui, de inter. act. l. uoluit. secundò casu si fuit error, uel ignorantia iuris, non reuocat, ff. de confes. non fatetur, nisi esset miles. C. de iur. & fac. igno. l. 1. & foemina, & rusticus forte reuocarent, si iurisperiti copiam habere non potuerunt. ff. de iur. & facti ignor. l. regula. §. sed si in iure, C. de bono. po. l. in

b bonorum [b]. si fuit error, uel ignorantia facti probabi

c lis [c], reuocat ante sententiam, facta fide de errore, postea non, ut hic, & C. de iur. & facti ignoran. l. error. Si non erat error probabilis, non reuocar, ut in prae. l. de aetate, ad fi. ff. de iur. & fac. igno. nec suppina, & l. regula. §. 2. Aliqui tamen indistinctè dicunt, errorem reuocari posse, ar. ff. de condic. inde. sed & si me putem. quaerebat demum Ia. nunquid reuocetur error hoc ipso, quòd confessus dicit se errasse, & rem aliter se habere; uidetur quòd sic: quia praesumitur ignorans, qui non probatur sciens, infra de reg. iu. praesumitur, cum concor. lib. 6. respondent secundum Io. & Azo, quòd praesumitur rem sic esse, ut confessus est, nisi probet contrarium, ar. C. de erro. aduo. l. 2. sed probato contrario elisa est confessio, sicut & praesumptio eliditur per probationem contrarii, infra ti. 1. proposuisti. c. licet ff. de iure dotium. l. nuptara, de fideicom. lib generaliter. §. si petitam, si aduersarius de scientia replicabit, audietur, ar. C. de euic. l. pe. ff. de admi. tu. quidam, uel dici posset, quòd reuocãs debet iurare se per errorem confessum, quod fateri non debuit, ar. C. de his, qui ad eccle. confu. l. fi. infra de sen. excomm. si uerò:

4 plus sibi placet primum dictum. Quaerit † demum an contraueniat ipso iure, an per restitutionem: & sibi placet. quòd per resti. in integ. allegatur. ff. de confess. cum fideicommissum, & l. certum. §. minorem. non obstat. C. de iuris & facti igno. l. error. ubi negocio nõ finito non nocet, si non nocet. ergo non est necessaria restitutio. C. in quibus ca. resti. l. 3. quia uerum est, quòd nõ nocet inspecto exitu, qui per restitutionem in inte. habebitur; quid dixerit. P. de Bel. uide per Cy. in l. prae. error, in fi. contra Ia. facit decr. secunda, de re-

5 sti. in integ. li. 6. [*Poterunt*] directè † uel indirectè, ut supra secundum Inno. & Host. [*docere*] de resti. in integ. c. ulti. li. 6. & dicunt quidam, tunc necesse probari errorem, quando triduum est elapsum; aliter infra triduũ fieret reuocatio nudo uerbo. C. de erro. aduoca. l. 3. de hoc dicam infra de censibus. olim. Hosti. remittit

6 ad summam, eo. ti. §. 1. ¶ Prima † glo. primo ponit differentiam huius rubricae ad rubricam de interro. ac. secũdò ponit 9. quae requiruntur, ut confessio noceat 3. quae sint partes iudicis in confessum. in fi. addit deci

7 mum casum, in quo non persistit. ¶ *In* † *glo. 1. ibi, non no*

d *mina*] restituitur minor [d] sui facilitate deceptus [*& ibi. l. 1. 1. respon.*] à quaestionibus non est incipiendum. & §. Diuus, dicit, confessiones reorum non semper haberi pro probationibus, nisi iudex aliter instruatur [*& ibi, Error facti*] cuius. l. uerba ponit hic tex. [*& ibi, Non fatetur*] sequitur, qui errauit, nisi ius ignorauerit [*& ibi, de aetate 2. respon.*] statur contra se confessioni haeredis, qui pro parte se respondit haeredem [*& ibi, Generaliter*] ibi ponuntur uerba, quae habentur infra ti. 1. per tuas [*& ibi, Aduersus*] satis est, quòd praecesserit causa debiti licet tunc cum cauebatur, non numeraretur [*& ibi, §. ulti.*] ponit casum decr. statim alle. [*& ibi. l. ult.*] si procura. Caesaris interrogante pro debito fiscali non haeres respondit se haeredem, quò ad alios creditores haereditarios sibi non oberit [*& ibi, §. si quis confessus*] absente aduersario non habetur pro iudicato [*& ibi, Non potest*] ut si confiteor illum seruum meum, cuius nomine agis contra me noxali, & est liber, ut in l. se. [*& ibi, Et si stipulatio*] sequit, sit interposita de his, pro quibus pacisci non licet, seruanda non est, sed omnino referenda, & §. praealle. dicit etiam iuramentũ de hoc exactum non seruandum [*& ibi, Proinde a.*] §. fina. in actione. l. Aquil. quae datur in confitentem, iudex potius aestimandi, quàm iudicandi habet officiũ [*& ibi, Interrogatam*] sequitur, & professam apud acta se esse ancillam, huiusmodi factum defensionem libertatis nõ

excludit

excludit[*& ibi, Iubemus*]de foro competen. postulasti, super 1. glo. ¶[*In glo. ult. ibi l. 2.*] loquitur in eo, qui ius ignorans renunciat hereditati maternæ. & sequens in illo, qui per iuris ignorantiam soluit indebitum. ¶[*In glo. 1. ibi, post litem*]& ante, ut no. infra ti. 1. §. 1. in 1. glo. li. 6. [*& ibi, Praeiudicet*]de tacita confessione per productionem priuilegii, uel instrumenti, an præiudicet, ut de infra de excep. cum uenerabilis, in glo. uerificari, & gl. & quasi dicat. & de censi. cum olim, super gl. pe. in fi [*& ibi, Plura*]& hoc no. 2. q. 1. c. 1. & C. eo. ti. l. una, & utrobique no. uer. maior sponte sciēs, &c. & in spe. de confes. §. 2. [*& ibi. Maior*]& compos mentis, confessio enim furiosi non nocet, cum nullum negocium contrahere posit, infra de suc. ab intest. c. fi. ff. de reg. iur. in negociis. Item quòd sit principalis dominus, non procur. de hoc, ut lite non conte. c. 1. Ho. [*& ibi, Confessiones*]& ecclesia etiam, infra de resti. in integ. c. 2. lib. 6. [*& ibi. §. si debitum*] & §. præcedenti, ubi satis de hoc etiam in præd. l. una. C. eo. ti. & per Dinum in re. quod semel, in prin. & plenius in specu. ti. præalle. §. 3. uer. si autem [*& ibi, contra ius*] ut si Christianus confiteatur se seruum Iudæi, infra de Iudæis c. ult. uel maritum Iudeæ 28. q. 1. caue [*& ibi, Confessione*]de hoc plenius in spe. ti. præal. §. 1. [*& ibi, non nocet*] quasi fauor[e] s. libertatis repugnet: sed propter id, quod sequitur, melius exemplificatur de fauore matrimonii, per decre. super eo, de eo, qui cogn. con. de utroque uide in spe. co. ti §. 2. uer. decimo. ¶[*In † glo. ult. ibi, finito negocio*] finito uerò negocio, à quo appellatum non est, finitur reuocatio erroris. C. de transac. sub pretextu, infra de re iudi. inter, Host. si uerò appellatum est, adhuc locus est correctioni, secundum Egi. sic dicit. G. obtinuisse in spe. ti. 1 §. fi. uer. pe. [*& in fi.*]ubi de hoc, & infra de appel. cum causam.

ANNOTATIONES.

a ¶Confessio per errorem. uide text. in l. errore, C. de iuris & fac. ign. per glo. iuncta theorica Panor. in c. ex parte. de uerb. si. el. 1 in uer. allegatum, per Bar. in l. non fatetur, ff. de confes.

b ¶Bonorum. Et monacus, & aliæ simplices personæ, uide doc. in prædicta l. regula, & Bar. in prædicta l. in bona tamen, quæ no. est, & ibi per ipsum, qui probabit, quòd potuerit, uel non potuerit cōsulere peritiores. & quando probatur iuris ignorantia, uide bonum tex. & ibi Bar. in l. si adulterium cum incestu. §. fratris, ff. de adul. & per ipsum in l. non fatetur, ff. de confes. & ibi per ipsum, qui de ignorantia statutorum, consuetudinum, uel extrauagantium iurium, & per ipsum in l. quod Nerua, ff. depo si. & in l. cum prolatis, C. de re iudi. & uide Inno. de ap. cum speciali.

c ¶Probabilis. Et communiter dici solet, non esse probabilem errorem in facto suo, in alieno sic glo. tamen in l. non fatetur, sentit posse esse etiam in proprio facto probabilem errorem, quam ultramontani damnant. & uide ibi Bar. illam sustinet, quando in illa confessione facti proprii cessat lata culpa, ut quia inductum suasione aduersarii. l. 1. §. 3. ff. quando ac. de pec. & in l. 1. §. eorum, ff. de iniur. in spe. & ibi glo. in uer. illius in c. 2. quando negocium est ualde implicatum. l. Paulus, ff. de confes. hic, quando factum est antiquum, ff. de acquiren. poss. l. peregre. secundum Bar. in prædicta, l. non fatetur, istud tamen ultimum limita, nisi factum antiquum foret ita notabile, quod de facili non exeat à memoria, ut est bonus tex. & ibi glo. infra de prob. pro illorum, & scias, quòd si causa sit talis, quæ ex inficiatione crescat, in illa etiam errans non reuocat confessionem. l. Scia, ff. de confes.

d ¶Restituitur minor. adde Host. in summa huius tit. §. 1. per Io. An. in addi. specu. eo. ti. §. sequitur, per Bart. in l. certum §. in pupillo, ff. de confes.

e ¶Fauor. Vide Bar. in l. 1. ff. eo. ti. & Cy. in l. 1. C. eo. ti. & supra de elec. c. dudum, in glo. sed pone, & super illa Io. And. uide glo. & Bal. in l. iubemus, C. de li. causa.

SVMMARIVM.

1 *Dispositio quæ tituli.*
2 *De probationum materia ubinam alibi scribatur, ostendit.*
3 *Probationis definitio quæ, & quæ etymologia, ibidem. uersicu. Ad secundum.*
Argumentum qualiter sumatur, ibid.
4 *Rubrica hæc non superfluit, & ratio, & bene collocata. nu. 5.*
Genus rectè præmittitur suis speciebus, ut hic probatio, ibid. uer 4. uer. soluti.
Testium probatio præfertur instrumento quandoque, quandoque iuramento, unius, uer. Ideo sub hac.
Iurare non cogitur, qui per instrumenta, uel testes probauit, ibid.
Iudici super processu non creditur, & de eius in regendo animi sui motu super probationibus, ibid. uer. de tertio.
5 *Confessio propriè non est probatio.*

De probationibus, Rub.

1 ¶Vidimus † In Rubrica proxima de confessionibus, per quas pars ponens, uel asserens releuatur ab onere probandi, quia uerò in iudiciis promptiores sunt negationes, per quas oportet ponentem onus probandi subire, ideo submittit de probat. præmittens genus ut congruentius descendat, ad species, sicut & 2 fecit compilator digestorum, & C. ad † materiam 2. q. 1. 3. q. 9. 6. q. ult. & 24. q. 3. de illicita, repetitur autem in Clemen. & conuenit rubricæ, de elec. bonæ. 1. uersic. quamuis, de renunc. super hoc, de officio deleg. cum contingat; de sen. excom. sicut nobis. facit li. 6. de elec. c. 1. & c. cupientes §. si uerò, in fi. de excep. pia. §. prouiso, de hæreticis, filii, & clemen. de uerb. sig. sæpe. uersi. 3 non sic. De duobus † quæritur, s. quid sit probatio. & unde dicatur. Ad primum, probatio est rei dubiæ per argumenta ostensio, secundum Azo. Accur. C. eo. super rub. & Dama. hic hanc diffinitionem impugnant. Gof. per decre. forus. §. causa, infra de uerb. sig. ibi dicitur, ar. nunquam testibus, uel fide tabularum dat probationem, sed sola inuestigatione inuenit ueritatem: probatio autem testibus, & fide tabularum constat, per quod patet secundum eum, quòd diffinitio competit his, quæ probantur per instantiam disputandi, non his, quæ probantur in iudicio. quare diffinit, quod probatio est rei dubiæ per testes, uel instrumenta, & plerunque indicia, & præsumptiones ostensio. plerūque, dicit, quia licet in ciuilibus probent præsumptiones, & indicia certa & uiolenta 32. quæ. 1. dixi de præsump. c. 2. ff. de his, qui sui uel alieni iuris sunt. l. filium; non tamen in criminalibus 2. q. 1. primo. de præsump. literas. ff. de pœnis, absentem, nisi essent luce clariora. C. eo. l. sciant. dicit Host. quòd nec sufficiens est secundum hoc diffinitio Goff. cum etiam multis aliis modis fiat probatio, qui no. in sum. eo. §. fi. & in spe. eo. ti. §. fi. unde sibi placet. 1. & respondet ad decre. forus. quod ibi sumitur argumentum strictè & propriè, ut in dialectica. & disputationibus iuris: sed in diffinitione sumitur largè pro omni specie probationis, sicut instrumentum quandoque strictè, quandoque largè, quandoque largius sumitur, remittit ad summam, de fide instru §. 1. dicit tamen, ut Go. satisfiat, dici posse, quòd probatio est rei dubiæ legitimè facta declaratio. Ad secundum dic, quòd secundum Pla. dicitur, à probè, aduerbium. facit enim probè, qui probat, manifestat enim dubium, uincit aduersarium, & euitat pœnas non probantium. & dicitur probatio quasi propalatio, uel manifestatio eius, quod dubium est. ¶Oppo. 4 etiam de † duobus. primò, quòd rubrica superflua. nā ex quo tractaturus erat auctor statim de speciebus probationum, superfluum fuit hic genus præmittere, & sic fecit cōtra promissa proœmii. so. licet infra statim tractet de quatuor speciebus probationum; congruè tamen hanc rubricam præmisit, sub qua id prosequitur, quod uel non adaptatur alteri illarum specierum, uel adaptatur pluribus ex illis, uel includit omnē speciem probandi. de primo patet, quia tractat in nigro de pro-

& hoc est uerum: quia probata corruptione, apparet illum periurum per capitula, quæ iurauit, quæ not. in[a] fra titu. prox. fraternitatis, in ult. glos. ad hoc. ff. de testibus. l. 3. §. lege, & 4. quæ. 3. §. Item, uer. in criminali, l. Iulia [& ibi, Econtra uidetur] hoc magis placuit Innoc. quòd credo uerum post sententiam, ut dixi in proxima quæstione secundum eum, & hoc placet Vin. [& 37 ibi, Bene † tenet] in casu. s. fauore[bb] pupillorum[cc] dicitur bb nulla. C. si ex falsis, alleg. l. 1. & 2. Gof. [& ibi, Sed retractan cc da est] nec mirum: quia † retractatur transactio, quæ 38 tamen fit de partium uoluntate. C. de transac. si ex falsis [& ibi, Quadriennium] C. de tempo. in inte. resti. l. fi. [& ibi 30. annos] C. de constit. pe. l. 2. Pe. & Abb. [& ibi ad 20.] Hosti. de dec. cum uenerabilis, statim all. ponebat de hoc. uer. Accusas, agis in factum per. i & o. uerecundis falsum uiginti. 30. quatuor annis. & exponebat Pe. I. & O. i. per iudicis officium, & addebat, quòd aliquando excipiēdo proponit, ut ff. de iudic. si prætor. §. Marcellus, & tunc est perpetua, ut infra dicam, dixit hic Vinc. quòd secundum canones actio criminis nō clauditur tempore. 24. quæstio. 3. ecce qua ratione. dixit Ber. Cū. antiquus doctor iudicem post 100. annos posse reuocare errorem: quia cum secundum canones usque ad 100. annos & ultra posit accusari, ergo & sententiam erroneam retractare. Recitat hic Innocen. quosdam dicere, quod per directam accusationem de falso nūdd quam retractabitur sententia[dd], sed punietur falsarius. le. Cor. de falsis. Dicebat hic Pe. ad impediendum executionem sententiæ perpetuò dari exceptionem: quia quæ temporalia sunt ad agendum, perpetua sunt ad excipiendum. ff. de doli exce. le. purè [& ibi, Querela] ubi de hoc [& in fi.] adde, ubi de hoc in gloss. pe. uide quod ibi dicam de hoc plene, & in spe. de sen. prola. §. fina. uersi. Item oppone, quòd lata est, & uer. se. ¶ In glo. no. quòd. ibi, Tres reprobationes] melius diceret, tres probationes. ¶ In glo. sic supra ibi, pone] & cap. cum dilecti. ¶ In 39 glo. sic uidetur, ibi, falsum † dixisse] cum publicatis attestationibus nō possunt testes super principali induci, propter quod dixit Vincen. hoc fieri posse per dicta aliorum testium iam productorum ante publicationem, uel per sua propria dicta, si sibi contradicunt, uel per instrumenta [& ibi, Recipiendo] Quidam dicunt speciale, quòd producantur testes de nouo contra dicta testium, ubi allegatur corruptio, & hæc propter corruptionem connexam: quod tamen non credo, Vincē. 40 [& ibi, Obligando] hoc † potest esse uerum secundū Ho. ubi expresè obligauit se, dicens quòd non prodesset ea probatio, nisi utrunque probaret, & sic posset hoc intelligi, & quod dicitur in fin. & C. de fide instru. l. fin. Sed ubi non sic hoc expresit, sufficit, quòd alterum probet, falsitatem, uel corruptionem, cum talis sit intestabilis, idest non admittendus in testem. 4. quæstio. 3. §. inter, uer. l. Iul. [& in fi.] de elec. ut circa, lib. 6. in glo. 41 si autem. ¶ In † glo. bene dicit ibi. §. à contrario] ubi satis[ee] ee de hoc [& ibi, Et uxor similiter] ex. §. si fundus, colligitur, 42 quod † uterque posidet. Item sunt quandoque duo domini, alter spe, alter re, sicut pater & filius. ff. de lib. & posthu. l. in suis, secundùm Hostien. [& in fi.] secun-43 dum Ioan. & Tanc. ¶ In † glo. sed quare, in fi.] Hostien. di-44 cit, ꝙ ideo requiritur † hic titulus: quia ex eo, ꝙ archiepiscopus probat, quod primo possedit, & priuilegia instascripta ostendit, est præsumptio contra Fauentinos, quod uiolenter eandē possessionem intrauerint, sed per probationem iusti tituli potuissent releuari. In hoc enim casu, s. quando præsumptio est contra reū, cogitur probare titulum, idest iustam causam retinendi, aut fiet condemnatio, ad hoc de præsc. cap. primo, lib. 6. requiritur etiam titulus propter seruitia, quæ sibi deberi dicebat, ad quæ nō sufficit tempus probare, de hoc infra de cēs. peruenit ¶ In glo. no. quod, ibi, uideas] hoc dixit: quia Ioan. hic notauerat. ¶ In glo. quandoque tamen, 45 in prin.] Hostiē. hic † dicebat, no. tres casus circa hoc interdictum. primus, quando duo contendunt se posidere eandem rem & eodem modo, & eodem iure. secundus, quando duo contendunt se posidere eandē rē diuerso modo, & diuerso iure. tertius, quando vnus solus posidet, & agit contra alium molestantem, uel inquietantem, & de his omnibus potes instrui ex glo. [& ibi, non posidet] hoc teneas, licet contrarium no. supra de causa pos. cum dilectus: tamen, ut dicam infra de præscrip. ueniens, in glo. licet episcopus, in fi. datur ei, qui est in pos. rei contra uerū possessorem non eiectum [& ibi, Vt possideas] & addet circa hanc possessionē, vim tibi fieri prohibeo, hoc enim semper addit in sententia iudex, qui de hoc Interdicto pronunciat. C. uti poss. l. una, secundum Innocen. [& ibi, Supersedeat] vt sic partes affectę tædio componant uel inter se, uel per communes arbitros. dicit Vin. forte poterit pronunciare utrūque posidere medietatem pro indiuiso, donec de proprietate constabit. dicit Innocen. non uidetur sic pronunciandum, cum hoc petitum non fuerit infra de st. licet. dicit etiā, ꝙ omni casu iudex fieri uim prohibebit, & occupata per vnum prohibebit per aliū occupari, uide, quod dixi de elec. Cum una, In glo. sunt qui dicunt, ad fin. uer. nec sunt hi [& ibi, Omnino sunt pares] cautelam aduocati in hoc casu circa possessionē apprehēdendam, & aduersarium ea priuandū, quam recitant hic Pe. & Abb. uide in spec. de peti. & pos. §. 1. uer. no. tamen [& ibi, Sorte dirimatur] hoc iustius est, & de consuetudine approbatur secundum Host. Ac. cōtra. C. uti pos. l. 1. in gl. sed qualiter, In fi. cum iudicium sortis locum nō habeat in facto incerto, & uide quod dicam, de sortil. cap. fi. super ult. glo. dictum glo. intelligas, nisi uterque resistet: quia tunc se impediunt, ut ibi dicam, quid in beneficialibus, vbi non est locus diuisioni, nec sorti, uide quod dicam de eo, qui mit. in pos. cum qui, lib. 6. super ult. glo. [& ibi, Datur possidenti] unde non datur creditori, uel ei, qui est in possessione causa rei seruandæ, no. de hoc supra de do. & contu. contingit, ad fi. ult. glo. Dicebat hic Inno. quòd si is, qui egit, uti poss. inuenitur non posidere, uel reus melius probet se posidere, absoluitur reus. supra de elec. cum ecclesia, & etiam forte adiudicabitur sibi res, de qua agitur, si de iure suo probauerit, ar. supra de ele. querelā, ad fi. hoc intelligit Hosti. ubi de iure suo actum est ita, ꝙ petitione super eo porrecta lis fuerit cōtestata: aliàs si de sola possessione sit actum, fatuū uidetur dicere, quod daretur sententia super proprietate, de ordi. cogni. c. 2. & hic in fi. ius tamen possessionis posset sibi adiudicari, & actori præcipi, quòd ab ipsius rei molestatione decætero abstineret [& ibi, incorporalibus] & propriè dicitur quasi uti pos. Gos. ¶ In glo. imò debemus, in fin.] sicut alias, infra de priuilegijs, ut priuilegia, ad fi. Hosti. ¶ In glo. ult. ibi, & non procuratoria] & tamen procura. fuerat contestatus litem, ut patet, supra de iura. calum. cū causam [& in fi.] alij dicunt, quod commune iniuriosè exegerat ista seruitia, & cōtra inniuriantem debuit ferri sententia, ut. C. de iniuri. l. ult.

ANNOTATIONES.

a ¶ Qui iustiorem. Vide ad materiam istius c. quod no. Bar. in l. naturaliter. §. nihil commune, & l. si ff. de re iudi. & Innoc. in c. cum uenissent, de insti. & glo. & Bar. in l. fi. de eo. §. fin. de acqui. poss. uidelicet an in agente interdicto, uti pos. obstet exceptio dominij, & Bar. in d. §. fi. ponit cautelā, quādo opponitur de dominio.

b ¶ Publicatis. Adde, quòd publicatio testium non est de substantia: quia si omittitur, non redditur sententia nulla secundum gl. singula. in c. fina. in uer. & iudicijs, de hære. in 6. & Imo. in l. duus, ff. de re iud. Pe. de Anch. cōs. 47. incip. omisso publicationis.

Etiam

c ¶Etiam. Hoc est generale, ubicunque tale quid opponitur, quod reddat sententiam nullam, uide Bart. in l. diuus, ff. de re iudi. & in l. fi. §. Marcellus, ff. de iudi.

d ¶Iuramentum. Potest etiam adhiberi alia cautela contra excipientem suspectum, quam ponit Ioan. An. in c. quod sicut, in addi. post glo. in fi. addi. post Compo.

e ¶L. 1. Ibi uide glo. & Bar. super rubrica, & Bald. & Salic. in l. superuacuam, C. de temp. in inte. restitu. & per Ioan. And. super glo. in c. super eo. infra præalleg.

f ¶Iudex secutus. Adde Bal. in l. si quis testibus, in 2. col. C. de testi. & in l. falsam, C. si ex fal. instru.

g ¶Præ. Ibi uide Io. An. & in spec. de sen. §. fi. uer. in summa, & uersi. & no. & per Bar. & Sali. C. si ex fal. instr. per totum, maximè in l. fi.

h ¶Clandestina. Facit, quod no. Io. An. infra in glo. no. quòd ex quo, & in c. sæpe, supra de resti. spol. & ibi concor. & uide Bart. in l. clà possidere, ff. de acqui. poss. & in l. 1. §. interdictum autem, & §. hoc interdictum, ff. de uti poss.

i ¶L. 1. Conditio autem, ut hic dicitur, indicat potius uiolentiam, quam clandestinitatem, ut in §. fi. hic alleg. per Bar. & in l. fi. eo. ti.

k ¶Præ. Differentiam inter uim turbatiuam, quæ parit interdictum uti possideris, & inquietatiuam, quæ parit interdictũ, quod ui aut clam; uide per Barto. in l. extat. ff. quod met. causa, in l. semper, ff. ff. quod ui, aut clam.

l ¶Interdictum. Scilicet quo hic agitur. s. uti possideris. quoniam tamen est istud etiam restitutorium, uide Bart. in l. 1. §. interdictum autem, ff. uti poss. & ibi uide libelli formam, sententiæ uide in l. si duo, eo. tit. per Barto. & per ipsum in l. item apud, §. si quis bona, ff. de iniurijs.

m ¶Vti poss. At hic sic non egit conuentus, sed uolebat excludere ecclesiam ab omni onere &c. & sibi adiudicari probando se aliqua percepisse seruitia, ut supradictum est.

n ¶Interdictum. Et plenius de uerb. signi. Abbate, & per Barto. in l. si prius, ff. de no. ope. nunc.

o ¶In princ. Et in l. iniuriarum, §. si quis, & l. apud §. si quis bona, eo. tit. ubi uide Bar. & Io. And. in c. contingit, el 1. de sent. excommo. & Bar. in l. licitatio, §. quod illicitè. ff. de publica. sed an detur pro hoc aliqua actio publica criminalis, uide Barto. in l. extat, ff. quod met. causa.

p ¶Dilectus. Vide Io. And. in c. ex conquestione, de resti. spo. in glo. impetratis, uersi. si quis etiam, ubi Inno. no. contra. sed Host. contra ipsum tenet, quod hic no. ut etiam infra sequitur.

q Inquietationis. Sed an exprimi debet locus, & tempus, & qualitas uexationis, uide Bar. ff. uti poss. l. 1. §. interdictum autem.

r ¶Copula. De qua in tex. ibi, & citra. & uide de hoc plenius Bar. qui allegat istud dictum in l. Celsus, ff. de usu. & uide Bal. in l. iudicia, C. de rei uen. & in l. falsus, C. de fu.

s ¶Gof. Vide Io. An. de of. dele. c. fi. lib. 6. & in nouella in §. nec aliquis, & glo. in Cle. ne Romani. §. sane, de elect.

t ¶Quoque. Et ibi uide Bar. & in l. 1. ff. solu. ma. & plenius in l. Celsus, ff. de usur. & Cyn. in l. 1. C. de præscrip. lon. tempo. & ibi Sal.

u ¶Verum. Vide ibi Io. An. in gl. fin. non ad episcopum, facit quod notatur in specu. de feu. §. quoniam. uersi. 10.

x ¶Iuste. Vide Io. An. de resti. spo. sæpe. in glo. dixit Inno. uer. plus, & uide Bar. in l. & ideo. §. Neratius, ff. de condic. fur. & in l. item, quæ nobis, ff. de acquir. poss. & uide Ioan. And. de restitu. spo. olim, el primo, in glo. supple.

y ¶Pertinentijs. Si sit taliter, quæ de sui natura habeat pertinentias, illis etiam specificè non petitis; uide no. Ioan. An. post Inno. in c. cum ad sedem, in glo. no. libellum, de resti. spolia.

z ¶Vin. Ista glo. arguit, quòd ex officio iudex possit statuere terminum ad probandum. quod quomodo colligatur, considera ex tex. sed contra glo. facit, quia dilationes dantur cum causæ cognitione, & sic partibus præsentibus, l. in causæ, ff. de mino. & l. a procedente. 3. q. 3. & ad hoc uide in spe. de dila. §. nunc uideamus, in princ. & uer. sequen.

aa ¶Tenore. Illud limita, ut ibi no. Ioan. An. & in c. cum clamor, e. ti. post Inno. & sentit glo. in c. iurauit, supra, & idem quòd hic dicit Ioan. And. no. gl. in uer. dicere. in Clemen. testium, de testi. & uide Bar. Bal. & Salic. in auct. at qui semel, C. de proba. & uide etiam no. Io. An. infra c. sicut, in glo. no. quia.

bb ¶Fauore. Vel etiam quando fertur contra absentem ex falsis probationibus, uide Bar. in l. diuus, præalle. & in l. si prætor. §. Marcellus, ff. de iudicijs, & de transact. uide Cyn. Barto. Bal. & Sali. in l. si ex falsis, infra alle. & de decreto uide Bar. in l. iuste, ff. de acquir. poss. in l. Setæ egressæ, ff. de rur. & eu. da. ab his.

cc ¶Fauore pupillorum. Adde Bar. & Imo. in l. diuus, post glos. ff. de re iudi. & Imo. in c. fi. in ult. col. infra deposi.

dd ¶Sententia. Facit. §. fi. in l. denunciasse, ff. de adul. & uide Bal. in l. 1. C. de aduo. diuer. iu. & Bar. in prædicto. §. fin. & in l. 3. ff. de præuari. & in l. qui filius, ff. de uerbo. oblig. & Cyn. in l. si de causis, C. de fide instrumen.

ee ¶Satis. Et ibi uide Bart. & in l. si duo, ff. uti poss. & §. si duobus uehiculum, alleg. in glos. & uide Ioan. And. in tex. in glos. quid ad rem, uer. nec ob.

SVMMARIVM.

1 *Filium si qui aliquem nominent, & ita communiter reputatur, non creditur postea alteri eorum iuranti contrarium.*

2 *Diuertisse non uidetur, qua non post multum rediuit, & hoc facit pro filiatione.*

3 *Recognitio filij etiam fit.*

Decretalis hæc loquatur ne de contracto, an contrahendo, ibidem.

4 *Epilogus, & suffragium glossarum.*

Filiationē, uel fraternitatem nominatio, uel professio sola non probat, & nu. 6.

De filiatione cum agitur, coniugum assertioni creditur. §. 1. de quo etiam, num. 7.

6 *Additio glossarum.*

Filium habitio non facit, sed præsumptionem, ibid. nu. 6. cui statur, & donec contrarium probetur, ibid.

7 *Filius an sit quis, mulieri potius creditur, & ratio, nisi in casu, & quo.*

Filiatio directè probari non potest, ibid.

In dubio uia tutior eligenda, ibid. uer. uel secundum.

8 *Matrimonium præsumptio licet impediat contrahendum, non dirimit contractum.*

CAPVT X.

1 a PEr tuas. Casus. Si † qui nominēt aliquē filium, & ita communiter reputatur, non creditur postea alteri eorum iuranti contrarium: Communis diuisio. secunda ibi, Quia verò [*Interim*] s. infra septenniũ, & ex hoc vult. sumere præsumptionē, infrascriptum filium suum non esse, Hostiē. [*Diuertens*] & forsan alteri 2 adhærens [*Non post multum*] quasi non † uideatur diuertisse. ff. de diuor. l. 3. in fi. & hoc facit pro filiatione [*Mulieris*] quæ postea iurauit contrarium propter minas, quas pater Sophiæ inferebat illi. R. pro eo, ꝙ ipsam cognouerat, s. nisi eam duceret in vxorem, vt patet in an. [*Precipuè*] quia & amicorũ suorum, ut in an. [*Recogno-* 3 *uit*] Similis † recognitio, de elec. per inquisitionem, b Gof. [*Infirmare*] supra de elec. per inquisitionem, Gof. Inno. [*Non potest habere*] s. d. 1. accipe, loquitur in contrahendo, uel dic, idest retinere, cum iam duxisset illā, & tunc loquitur in contracto, quod plus concor. an- 4 tiquæ. Secunda † gl. dupliciter obijcit, scilicet pro pri- 5 mo dicto patris, & pro secundo matris, & sol. ¶ *In* † *glo. 1. non epistolis*] denominatio per epistolā, vt hic, uel per uocem, vt in. l. non nudis, non probat filiationem, uel fraternitatem [*& ibi, neque*] sequitur, professio, nec assertio nuncupantiũ filios, qui non sunt, ueritati præiudicant [*& ibi, si pater*] si quis illum hæredem instituit, quem falsò putabat filium, nō instituturus, eo postea probato aufertur ei hæreditas. ¶ *In glo. 2. ibi, etiam*] cum quæritur de ætate, uel filiatione matris, & auiæ mater- 6 næ professio recipit. ¶ *In* † *glo. 1. ibi, nominatio*] dicit Host. certè nec habitio facit filium: faciunt tamen hæc præsumptionem siue pro, siue contra. ff. e. l. etiam matris, infra qui fili. sint le. per tuas, & c. transmissæ, cui statur, donec probetur contrarium: sed non præiudicat veri- 7 tati, ut in concor. glo. & ff. c. l. fi. ¶ In † glo. 2. ibi, transmissæ, nisi in contrarium probetur, ut ibi [*& ibi, Qui primò negauit*] indeliberatè hoc facit iratus ex eo, ꝙ mulier ab eo diuerterat, ad hoc. C. de iniur. & si non conuicij, & mulier hoc melius noscit, & sic ei potius creditur, infra qui ma. ac. pos. uidetur, Hosti. Sed hoc facit contra respectu secundi testimonij [*& ibi, Filiationis*] quæ di-

rectè

rectè probari non poteſt, quod dic, ut not. ſupra de c fil. preſ. Michael, & infra de purga. capitu. accedens[c] [*& in fi.*] Ioan. Sed dicebat Hoſtien. quomodo huic illegitimæ proli debetur fauor: unde dicebat, quòd ratio poterat eſſe, quia præſumebatur matrem hoc dicere, ut uitaret mortem filii, ut ſupra dixi. ff. quod me. cauſa, l. iſti quidem. uel ſecundum eum hoc accidit: quia primum dictum contrarium ſecundo dubi- d tationem[d] inducit, & in dubio uia tutior fuit eligenda, quæ erat in non contrahendo. Sed hæc litera ſi intelligatur de contracto, illa ratio contradicit. dic ut ſupra proxi. dixi, & ſimpliciter tene, quod dixi ſummando. ¶ [*In glo. ult. ibi, præſumptiuè*] dicit Hoſtien. hoc 8 † uerum in hoc caſu tum propter periculum animarum, tum propter ſcandalum: aliàs licet præſumptio impediat contrahendum, non dirimit contractum, de eo, qui cogno. conſan. ux. ſuper eo.

ANNOTATIONES.

a ¶Filium. Adde procedere, quando tempore conceptionis maritus fuit præſens, & ad copulam habilis. l. filium, ff. de his, qui ſunt ſui uel ali. iu. & ita procedat. l. ſi uicinis ſcientibus, C. de nupt. & idem, ſi eſſet natus de concubina ſecundum glo. in c. Michael, de fil. presby. Ancha. in conſi. 201.

b ¶Infirmare. Iſte tex. ſumitur ex l. generaliter, C. de non nu. pe. ut etiam hic dicit glo. 2. ex quo poteſt probari ad q. de teſte, qui extra iudicium, ſiue intra unum dixit, & aliud in iudicio iuratus dixit, quòd ſtetur primo dicto. & uide de hoc Bartol. qui hanc l. alle. in l. eas, ff. de fal.

c ¶Accedens. Et per Cy. Bar. Bald. & Sali. in l. non nudis, & l. non epiſtolis, C. de proba. & per Bar. in l. filium, ff. de his, qui ſui ſunt uel alie. iur. & l. 1. §. in aliis. ff. de lib. agno. & C. de teſtam. l. neque profeſſio.

d ¶Dubitationem. Dictum patris, uel matris contra primam aſſeuerationem ipſorum non nocet filio, prodeſt autem, uide Bar. in l. filium, ff. de his, qui ſunt ſui, uel alie. iu. ubi ponit quæſtionem de filio reginæ, quæ in morte dixit illum non filium regis.

SUMMARIUM.

1 *Iudex debet habere notarium, uel duos uiros, qui ſcribant acta iudicij, & ſi non habuerit, quid iuris.*
Iudici non creditur, & quando, ibid. ſecus, ſi ſunt multi, nu. 3. & ſecus, ſi ſit cum eo ſcriptor, ibid.
Capituli diuiſio, ibid.
2 *Caſus, uel facti ſpecies.*
4 *Innocens omni uerbo, credit, & potius, quam condemnetur innocens, abſoluendus eſt nocens, ibid.*
5 *Negatiua quæ probari nequeat.*
Ne ueritati falſitas præiudicet, admittitur etiam in teſtem, qui aliàs repelleretur, & oportet iudicem cuncta rimari, ibid.
6 *Falſitas propriè dicitur, ibid.*
Iniquitas in iudice, ibid.
Scribere quæ quis dicit in iudicio, utile eſt, ne quando denegare poſſit, ibid. uer. Refert.
7 *Adhibere, quid hic ſignificet.*
Aut, hic ſuperfluit, ibid.
Notarius quibus alijs appellationibus nuncupetur, ibid. ad dictio. publicam.
8 *Publicam dicitur habere manum.*
Non refert in prima, an in tertia perſona loquatur, ibid.
Circa quod uerſetur eius officium remiſſ. ibidem. & nume. 12. 25. 26. & 28.
9 *Scriptura eius, uel duorum uirorum loco eius deputatorum ut credatur, quæ ſint opus, & nu. 10.*
Actis, uel geſtis coram ea, uel eis quando credatur, ſi non adſit iudex ibid. & num. 10.
De commiſſione ei facta an credatur, ibid.
11 *Idonei appellatio quid hic uelit.*
Scribendis actis duo uiri qui creantur, an iurare debeant, ibidem.
12 *Scriptorum rerum iudicialium officium quod, & num. 13. uerſi. ambo igitur, an ſufficiat alterum ſcribere, & alterum ſubſcribere, ibid. & nu. 13.*
13 *Acta quæ, & quando deſtrui poſſint.*
Subſcriptio an ſufficiat alterius ſcriptura, cum ſunt ad ſcribendum duo, ut hic, adhibiti, ibid.
14 *Scribere nunquid poſſint duo ad id adhibiti, per alterum ex ſe ipſis, uel per extraneum: & an idem, ſi ſit unus tantum.*
Plures ſi ſint ad quid peragendum an & quando unum pro cæteris facere ſufficiat, ibid.
15 *Scribendis quæ contingant in foro iudiciario.*
Citationis hic nomen qualiter accipiatur, ibidem ad dictio. citationes.
An citandi poteſtas nuncio facta ſit, & quando in actis adſcribenda, ibid.
Citationis literæ ſufficit, ſi ſint ſigillo iudicis ſigillatæ, ibid. & talibus literis creditur ſuper commiſſione, ibid.
Citatio quæ ſit de actis iudicij, ibid.
16 *De citatione facta creditur literis à citatore remiſſis eius ſigillo ſigillatis, & de quarundam regionum in hoc conſuetudo quæ.*
17 *Citationis commiſſio, & relatio nuncij qualiter à tabellione ſcribentur.*
Nuncio ſoli & tabellioni, ſiue notario ſoli quatenus credatur, ibi. uer. & per hoc.
18 *Suppletio ad decretalem.*
Iuramentum calumniæ tacitè poteſt omitti, ibid.
Interrogationes quo tempore fiant in iudicia, & eſt nomen generale & quæ eo includantur, ibid. uer. ecce ſeptimum.
Interlocutio non uidetur facienda ante litis conteſtationem, ibidem.
Et cætera, eſt uerbum generis, ibid. in fi. & nu. 27.
Teſtes diligenter examinandi, & quomodo, remittit, ibid.
19 *Iuramenta præcedere depoſitionem debent teſtium.*
Inſtrumenta ex quo producta ſunt coram iudice, uel coram alio de ipſius mandato, & in actis deſcripta, ex eo tempore quibus caſibus non agatur ad editionem inſtrumentorum originalium, ſed ad deſumptorum, uel exemplatorum, nec ad probationem, quòd ſint per publicam confecta manum, ibidem. in prin.
Eis opponere ab initio cum producuntur, is, contra quem producuntur, debet; aliàs imputet ſibi, cum ſic ea approbauerit. ſed hoc non eſt perpetuum & quando, ibidem. & nume. 20. 21. & 22.
Quid eis apud acta ſcribere ſufficiat, & qualiter fieri productio debeat, eod. nu. 19.
20 *Inſtrumenta redacta in actis, ut hic & nume. 19. dicitur, fidem faciunt.*
Reſcripti commiſſionis cauſæ, & procuratorij mandati editio originalium, uel eis docere quando quis amplius non teneatur, ibid. & nu. 21. 22.
21 *Abbreuiaturis ne utatur tabellio, conſulit, & ratio, quia exinde magna dubia inſurgunt atque litigia, uerſiculo, & dicit.*
22 *Delegationes, ſubdelegationes, & procurationes, & in ſcriptum redigendæ, & quomodo probentur, & quando, & non dicuntur eſſe de actis iudicij.*
Cautio, rem ratam, quando locum non habeat in procuratore, ibid. uer. nec obſtat.
Procuratorio quis nomine quando non admittatur, ibid.
23 *Teſtes qui recipit, & eorum dicta in acta redigit, debet ſcribere ſecundum ſanam æſtimationem ſuam, quanta fides adhibenda ſit eis, & niſi fiat quid periculi ſequatur, & tenetur proximo. & licet eis contradicere ſcribens uacillationem ſuam nume. 25.*
Vacillationem teſtium an ex ſe, uel iudicis imperio, & dictamine ſcribere notarius debeat & quomodo, & numero 26. & an præſente & audiente teſte, ibidem. & numero 25. & nu. 26.
24 *Negligentia, quæ in proprio facto culpanda eſt, in alieno uituperanda.*

25 *Cap. cum dilectus, de ordi. cogni. cum hac decretali conciliatio, uer. nec obstat.*

26 *Instrumentorum appellatione, quicquid causam instruit, continetur.*

28 *Tabellio, siue notarius intelligitur loqui, & scribere debet de his tantum quæ in sua præsentia & in eodem loco, & die sunt acta.*

Clausula notarij in sententiæ prolatione subscripta, quæ dicit, Actum in tali loco &c. est tantum ad prolationem sententiæ illa die habitam restringenda, & per id cætera narrata non probantur, & quid circa reliqua operetur.

Notarius in hac recitatione actorum qualiter debeat esse cautus, & ratio, ibid. uer. caueat tamen.

29 *Ordo scribendi acta quis.*

Falsitas redargui potest ex loco, & tempore, ibid. in fin.

30 *Personarum nomine qui hic comprehendantur.*

31 *Quòd exemplis scriptorum sumuntur hic conscripta.*

Originalia remanere debent penes scriptores, non iudicem, excipiuntur casus, & qui, ibid. & nu. 32.

Ad originale recurritur, si dubitatio oriatur in sumptis, eique, magis creditur, præterquam si per testes, qui præsentes fuissent, contrarium probaretur. uide etiam nu. 36.

33 *Improuidi qui dicantur iudices.*

Iniqui qui, ibid.

Iudices hanc non obseruare constitutionem qui dicantur, ibid. uersi. ut quia negligit, & quando eis credatur, nu. 35. 36.

34 *Pœnæ huius constitutionis quando sit locus, & est arbitraria.*

35 *Pro processu & sententia quando præsumatur, ad dictio. præsumatur.*

Sententia est de processu.

Cap. ad sedem, uersi. nos priores, cum hoc non discrepat, uersi. & contraria.

37 *Acta ualēt, licet non scripta sint, ut hic constituitur, si probari possint, & qualiter probantur.*

Documentorum & instrumentorum appellatione continentur etiã testes, ibid.

38 *Sententiam an ferre debeat iudex, cui constat litem cōtestatam esse, tabellione hoc idem afferente, remiss.*

39 *Epilogus, & suffragium glossarum. nu. 40.*

Tabellionis scripturæ cui sine testium subscriptione credatur, & nume. 44.

Interrogare qui possint in iudicio. §. 3. & num. 48.

Instrumenta communia utrique parti debent edi, & propria quandoque & quo casu. § antepe. & nu. 50. §. 3.

Iudex tenetur parti læsæ, & quibus casibus hic §. penult. & supra num. 34.

Prò iudice præsumi quando uerum, & nu. 51.

41 *Additio glossarum.*

42 *Compromissum dici potest extraordinarium, & ad similitudinem iudiciorum.*

Arbitri uerbo non creditur, ibid.

43 *Tabellio æquiualet duobus, & quandoque connumeratur numero testium.*

44 *Quando eius scripturæ credendum sine testibus.*

Cum iudice qui esse præsumantur, ibid. uersi. ad leg. in donationibus, nec consueuit iudex etiam delegatus esse solus, ibid.

Ad leg. in donationibus. C. de donatio. intellectus, ibid.

Solitudo non potest notari, circa ea, quæ publice fiunt, ibid.

Sententia est finis & terminus actorum, & in ea maius periculum uertitur, ibid. in fi.

45 *Nuncio creditur & quò ad quid.*

Iudici uero cur non credatur, est diuersa ratio eius à notario, ibid.

Inter iudicem & partem frequentius oritur altercatio, quam. Inter nuncium, & partem, ibid.

46 *Contumacia probanda.*

Argumento non egemus, ubi quid expressum est, ibid.

47 *Exceptio necessariò non est porrigenda in scriptis, sed redigenda tantum.*

Petitio ne detur, interest iudicis, actoris, & rei, & quomodo.

48 *Iterrogare etiam altera pars alteram, & quando.*

Ponere quis calumniosè non potest, & ratio, ibid.

Positiones quid releuent, ibid. remiss. quæ si negatur, tunc locus est probationibus, nu. 49.

49 *Responsiones ad positiones, quas feci, possum reuocare etiam post quadriennium nondum finito negocio, ad dictio. reuocari.*

Inter confessionem ante litem contestatam, & post eam ius diuersum, ibid.

50 *Priuilegium lite pendente obtentum non ualet.*

51 *Sententiam sufficit exhiberi solam, cum non est ab ea appellatum, nec audiendus qui petat exhiberi acta, attestationes, & alia, nec etiam obstat si de facto exhibeantur, & appareat ex eis iniusta, cum pro ea præsumatur, & an hoc sit indistinctè uerum, & in omnis generis sententijs.*

52 *Sententia nulla an per taciturnitatem partium fiat aliqua.*

Taciturnitas non contradicentis sententiæ nullæ operatur in tacentem oneris probandi translationem, ibid.

Negatiua probatur etiam per acta causæ, ibid. nisi probetur contrarium, ibid. circa fin.

CAPVT XI.

1 QVoniam contra. Casus. Iudex † debet habere notarium, vel duos viros idoneos, qui scribant acta iudicij: alias si quid difficultatis emerserit, per superiorem punietur, nec credetur ei super processu, nisi in quantum per acta, aliàs per legitima documenta constabit. & diuiditur decr. in tres partes. In prima constitutionis causa. In secunda constitutio. In tertia pœna 2. ibi, Statuimus, 3. ibi, Iudex. & secundum Hostien. si, ad hoc princ. supra de elec. quia propter, de appella. ut debitus. Exem-
2 plificabat † autem Abb. hanc causam sic, Pone quod oblatus erat libellus iudici, cui reus receptis induciis cum ad iudicem rediisset, iudex assignauit terminum ad audiendam sententiam. reus negauit lite contestat: ei liquere de causa. iudex contrarium asserebat; quia negatiuam pars probare non poterat, ideò emana-
3 uit hæc constitutio [*Iudicis*] [a] secus, si essent † plures:
a quia tunc eis creditur, infra de accusar. cum dilecti, de
b excef. [b] prælatorum, inter dilectos, §. præterea; & sic seruat Romana ecclesia, licet aliqui contradicant secundum Innocen. & adde quod de hoc no. infra ti. 1. cum à nobis, & de purga. canoni. cum dilectus. & no. secundum Innocen. quòd ex quo creditur duobus iudicibus, uel duobus scriptoribus, ergo uni iudici, & uni scriptori est credendum; quod uerum est secundum Hostien. quia in ore duorum &c. infra tit. 1. in omni, de testam. cum esses, & cap. relatum, infra & ff. de testi. ubi numerus, can. 4. q. 3. [*Innocens*] qui cre-
4 dit † omni uerbo. 22. q. 4. innocens. & potius est absoluendus nocens, quàm condemnandus innocens. ff. de pœnis, absentem. & melius est de misericordia, quàm de rigore reddere rationem. 26. quæstio. 7.
5 allegant, Hostien. [*Veram*] idest puram † simplicem, & indeterminatam, Hostien. Item etiam interdum determinata. nam si dicatur, citatus tali die, licet hoc sit falsum; tamen forte deficit probatio. forsan ideò dixit, quandoque ne falsitas, propter has causas interdum in testem admittitur, qui aliàs repelleretur, infra de testibus, capitul. final. propter hoc etiam oportet iudicantem cuncta rimari, trigesima quæstione, quinta, iudicantem, ff. de testibus, carent, secundum
6 Hostien. Falsitas † autem propriè in teste, qui debet uti ueritate. iniquitas in iudice, qui debet uti æquitate, quarta quæstione, quarta capi. primo [*Veritati*] Refert Valerius lib. 7. cap. 3. exemp. 6. quòd Antonius aduocatus, quç dicebat in iudicio, scribi non sinebat, ut si expediret, negare posset, & sic utebatur eloquentia,

tia, sed abutebatur uerecundia [*Statuimus*] hic exprimit constitutionis formam [*Ordinario*] quale est. 2. q. 1. in primis, Vinc. & hoc dicitur, ubi locum habet con-
7 stitutio Hostien. [*Adhibeat*] idest secum † habeat, uel sibi iungat, aliàs adiungat [*Aut*] hic dicit, quid contineat statutum, uel super quo promulgatur, secundũ Host. & istud. aut, superfluit [*Publicam*] idest tabellionẽ. publicum enim gerit officium. & ex eo seruus publicus dicitur. ff. rem pu. sal. fo. l. 2. in fi. dicitur etiam scrinearius, infra de præscrip. ad audientiam, de hæreti. si aduersus, & tabellio, infra de fide instru. c. pe. & notarius, infra de fi. c. 1. & tabularius. C. qui te. fac. pos. hac consultißima. §. sed quia tabulatiorum, & C. lib. 10. de tabul. l. 1. etiam dicitur scriba, ut ibi. & de diuersis nominibus, & officiis istorum ibi not. in rubrica. hic
8 publicam † manum habere dicitur, & infra de fide instru. c. 2. nec refert non mutata ueritate, an loquatur in prima persona, uel 3. infra de conuer. coniug. dudum. à quo uerò constituatur, & qualiter, & circa quod uersetur eius officium, dicam infra ne cleri. uel mona. c. antepe. secundum Hosti. [*aut duos*] fi. infra de hæreticis, ut officium. §. uerum, in fi. lib. 6. & dicit In-
9 nocen. non † esse intelligendum, quod soli notario, uel duobus clericis credatur de scriptura processus, puta cum scribunt, talis sic fuit confessus. uel talis reßtis sic dixit, & sic de ceteris, nisi hæc fiant coram iudi-
c ce c uel coram alio ad hæc per ipsum deputato. Satis tamẽ uidetur, quòd iudex ipsum notarium, uel duos uiros deputare poßit ad utrumque officium. s receptoris testium, & scriptoris, & hoc habet generalis consuetudo, quæ optima est legum interpres. ff. de legi. minimè, & l. diuturna, & l. si de interpretatione. Re
10 ceptio etiam † testium, positiones, & confeßiones ubique recipiuntur, & scribuntur siue in præsentia, siue in absentia iudicis, & dummodo fiant de iudicis mandato, inter acta iudicii computantur, & ualet quia factum iudicis auctoritate est, ac si præsens esset iudex, secundum Innocen. qui tamen remittit ad ea, quæ nota. infra titul. 1. cum à nobis. nam omnia nostra facimus & c. C. de uet. iu. en. l. 1. §. omnibus. uersi. omnia enim, secundùm Hostien. secundum quem sanum est consilium, quod de auctoritate iudicis, siue
d de commisione per eum facta fides fieri poßit non d per illum solum, cui committitur, cui non creditur, argum. C. de man. princi. l. una. C. de testibus, l. omnibus, C. de iure fisci, prohibitum, lib. 10. sed per instrumentum alterius tabellionis, uel sigillo autentico sigillatum, infra de fide instrumen. cap. 2. & facit, quod
11 dicam infra super. uer. [*idoneos*] quasi † honestos, & bonæ famæ; de quibus non sit uerimile, quòd aliquam falsitatem committant. ideò autem requiritur, duo quia iurati non sunt, nec eis est hoc publicum officium cum solita solemnitate iniunctum, secundum Hostien. & sic uidetur uelle Hostien. quod isti iurare non debeant. unde dicebat Abba. non esse iure can-
e tum, quòd isti iurent: tamen dicit cautius e esse, quòd
12 iurent [*qui Fideliter*] hic † dicit, quid scriptores facere debeant. debent enim omnia, quæ occurrunt secundum iudicis præceptum sigillatim, & ordinariè scribere, scripta debent iudices determinare: determinatorum, & propositorum qualitercunque, ex quo sunt in actis redacta, partibus exempla tradere: traditorum exempla retinere; & reddit causam, quare retinentur, & quare sic scribantur, Hostien. [*Actis*]
13 scias, quod † acta certa facta de uoluntate iudicis, & partium destrui possunt. ff. de re iudica. l. acta, nisi negocium, uel lis terminata sit, ut ibi [*Conscribant*] ambo igitur debent scribere, sicut dicitur de pluribus arbitris, quòd aut omnes pronunciabunt, aut nullus, ff. de arbi. non cogendum. §. item si plures, Gofre. dixit

tamen Hostien. sufficere, si unus scribat, & alter subscribat, & testificetur coram eo sic actum fuisse. & pro hac parte facit noua decre. quæ tollit argu. Goff. infra de re iudi. cum ab uno, lib. 6. plus dixit hic Inno-
14 cen. quod isti duo † non solum per alterum ex se subscribere poßunt, sed etiam per quemlibet extraneum Ille enim, qui propria manu non scribit, debet per sigillum autenticum, uel suam subscriptionem, uel alio legitimo modo notum facere, quòd hoc sua auctoritate factum est, argum. ff. de admi. tu. ita autem. §. gesisse, de officio deleg. significasti. & c. pastoralis, & c. cum in iure. sic est & in electionibus; quia unus solus pro se, & aliis electionem pronunciet, ut in prædicta decre. cum ab uno. & sic in iudibus, ut ibi. & sic quilibet tabellio chartis per alium factis auctoritatẽ præstare potest, in auten. de tabellio. cola. 4. secundum Innocen. sed secundum Hostien. hoc ultimum reprobati uidetur in eo, quod legitur & no. infra de fide instr. c. penul. & ultimo. Item secundum eum, ex quo iudex industriam, & fidelitatem tabellionis, uel duarum personarum elegit, non uidetur, quòd extra neo id committere poßit nisi de iudicis auctoritate, ad hoc de officio dele. ca. ulti. §. is autem [*Videlicet*] de
15 this, quæ scribenda occurrunt, specificat 14. ponendo postea clausulam generalem, Hostie. [*Citationes*] idest relationes nunciorum citantium, secundum Innoc. & Host. uel idest præcepta imposita nunciis de citando, & hoc communiter non seruatur. dixit Inn. quòd litera, per quam datur potestas citandi, scribi debet in
f actis, nisi esset nuncius publicus f ad omnes citationes faciendas constitutus. literam uero citationis sufficit esse sigillatam sigillo iudicis: quia nec est propriè de actis iudicii, sed potius de anteiudicialibus, dicit Host. ꝙ prima citatio anteiudicialis dici potest, per quam
g firmatur iudicium, & perpetuatur iurisdictio. g Sed & post litem contesta. sæpe oportet partes citari; de quibus citationibus non dubitatur, quin sint iudiciales: & tamen sufficit, quòd litera citatori sigillo iudicis sigilletur, & tali literæ creditur super commißio-
16 ne. & literæ † quam remittit citator suo sigillo signatam, creditur de facta citatione, & hoc habet generalis consuetudo. imò etiam de Gallicana & quarundam aliarum regionum consuetudine probatur citatio facta hoc ipso, quod ille, cui commißa est citatio, remittit literam comißionis ibi apponẽdo suum sigillum. facit quod no. in spec. de cita. §. iam de citat. uer. uiso, ad fi. hæc autem omnia quantum ad iudicia lia per tabellionem, aut duos uiros idoneos sunt in
17 actis redigenda. sed qualiter † scribet tabellio. respon. quòd scribere potest, quòd iudex iniunxerit nuncio, ut citaret talem, & quòd nuncius reuersus retulit, quòd tali die, & coram talibus citauerat. nam & testes sunt adhibendi, infra de senten. excommu. sacro. & per hoc dicit solutam quæstionem, an credatur nuncio. credetur nempè, cum iuratus est tanquam tabellioni, scilicet prima facie. nam si negetur, per solum nuncium, uel tabellionem non conuincetur negans, ut præallega. decreta. sacro, argumen. de restitution. in integrum ex literis, C. de curiosis. l. fina. libr. 12. C. de accusat. singull. & secundum hoc dicit
h intelligendum, quod no. de appellat. cum h parati, & supra de dolo & contum. cum dilecti, uer. scribebat, & in fum. de do. sub rubrica de contumacia. §. 1: uersi. quid si absens dicat, & sequentibus [*Responsiones*] sup. &
18 † iuramenta. & no. tacitè omitti posse iuramentum calumniæ, quod est uerum, infra de iuramento calum. c. 1. respon. 2. libro sexto: de hoc infra titu. proxi. tuis. [*Interrogationes*] ecce septimum, quod uidebatur prætermittendum ante uerti. respon. quia interrogationes fiunt propriè ante litem conte. sed assumpsit sibi hoc Ioan. And. super 2. Decr. Q 2 nomen

nomen generale, ut & positiones, & interrogationes includeret, de quibus tractat glo. Eodem modo posset opponi de uersicu. interlocutiones: quia considerato ordine non uideretur ante lit. contesta. esse interloquendum. submittit ergo in fine uerbum generale, & coetera, secundum Hostien. [*Testium*] qui diligenter sunt examinandi; de hoc infra titulo primo, cum causam, Hostien. [*Depositiones*] & etiam † iuramenta, quae depositionem praecedunt, infra titu. 1. fraternitatis, in fin. [*Instrumentorum*] not. quòd ex quo producta sunt instrumenta coram iudice, uel eoram alio de ipsius mandato, & exemplata & in actis redacta, extunc non agitur ad editionem instrumentorum originalium, ad quam etiam non nisi raro potest agi: sed agitur ad editionem exemplatorum, idest in actis redactorum, hoc est ipsorum actorum, ad quae semper agitur, ut no. supra capit. primo. ¶ Prima enim instrumenta translata sunt in acta. & idem est, si non sint exemplata in totum, sed in talem & in tantam partem, quod de ipsis non potest dubitari; ut si in actis scriptum, P. produxit instrumentum, cuius principium tale est, & finis tale: quia extunc illud inter acta computatur, secundum Innocen. aliàs periculum est producenti, si solum dicatur, Produxit tot instrumenta, ut no. in specula. de instrumentorum edi. §. uidendum, post prin. dixit Hostien. ponendum de princ. & fine, quod cesset aequiuocatio, & liquido pateat de quo loquitur in instrumento. dixit etiam, quòd ex quo talis editio facta, & scripta est, is qui produxit instrumentum, non habet necesse ipsum iterum edere, idest probare, quòd fuerit per publicam manum confectum: quia eo ipso, quòd pro publico fuit productum, & aduersarius nil oponens tacuit, ipsum uidetur approbasse. ff. de procura. Pompo. §. rati. supra de offi. deleg. gratum; melius. C. arbitri. tu. l. si. ibi, Nec enim sic homo simplex, imò magis stultus inuenitur, ut in publico inuentario contra se scribi aliquid patiatur, debuit ergo à principio saltem protestari, infra titu. 1. praesentium, & illa facere in actis redigi, ut hic, uel iudice hoc renuente faciat inde fieri instrumentum de protestatione, uel literas testimoniales autentico sigillo sigillatas, argum. de senten. excommunicationis, cap. 1. libr. 6. licet autem sic intelligatur approbatum instrumentum, ex quo in actis sic est reductum, oportet tamen iterum illud produci, ut de tenore appareat, ex quo sic decisè scriptum [k] est. Secus, si tantum scriptum esset, quòd de ipsius tenore constaret, ut si dicatur. Pe. produxit contra. M. publicum instrumētum scriptum per T. notarium tali die, & loco, in quo continetur, quòd dictus. M. uendidit talem domum tanto precio, & in praesentia talium, cuius instrumenti tale erat principium, & talis finis, argum. ff. de le. 1. si seruus plurium. §. fi. & in eo, quod legitur & no. infra ti. 1. licet ex quadam, uersic. personas. C. de sentē. quae sine certa quant. l. 3. & idem uidetur, si non redigantur in actis tempus, locus, & nomina testium, argum. infra de fide instr. cum Io. §. 1. uer. fina. & imputet sibi is, contra quem producebantur, q tacuit, nec petijt illa in actis redigi, ut supra no. hoc uerum, nisi instrumentum arguatur de falso: quia tunc cum die & consule est edendum, ut patet in eo, quod legitur & no. infra de fide instru. inter dilectos, §. sed contra, secundum Hostien. Instrumenta † igitur sic in actis redacta fidem faciunt, quod etiam dicendum est secundum Innocen. de rescriptis commissionis, & instumentis procuratorum. hoc enim tutum est in actis facere redigi ad cautelam. sed & si redacta non fuerunt, quamuis ante litem contesta. procura. necesse habeat probare mandatum, ut ff. de procura. Pompo. §. rati, & iudex commissionem: tamen post lit. contesta. nec procura. necesse habet probare mandatum, ut ff. de procura. Pomponius. §. rati, nec iudex commissionem. & facit quod no. de elect. capitu. 1. lib. 6. uel melius secundum Innocen. bene debet probare rescriptum commissionis, & procurationem exhibitam in iudicio, & scriptum in actis, sed non tenetur monstrare ipsa originalia, nec tenorem ipsorum probare, & sufficit, quòd in actis sic contineatur. P. exhibuit in iudicio rescriptum talis papae: per quod causa, quae uertitur inter eum, & M. super tali re, committebatur tali iudici. idem in instrumento procuratorio, nec erit necesse inserere totos tenores illorum. Si uerò non † fuerint in actis redacta, tunc necesse est probare commissionem, & procurationē per exhibitionem originalium, ut hic satis probatur secundum Innocen. & de officio dele. cum in iure [m], in prima glo. & super illa, & in fi. secundum Hostien. & dicit, quòd licet praedicta possint de iure defendi: quia debet ei imputari, qui tacuit, & nil ultra opposuit, uel periit fieri debere: consuluit tamen tabellioni, ne talibus abbreuiaturis utatur, cum in tenore, & uerbis instrumentorum, & rescriptorum sit magna uis. & ex his abbreuiaturis quandoque insurgunt magna dubia, & litigia per quae processus causarum impediuntur, & partes uexantur, & his est occurrendū; C. de fide instrum. l. fin. C. de fruct. & litis expensis, in fin. supra de dolo finem: & accidit, quod de his [n] abbreuiaturis no. infra de fide instrum. cum P. tabellio. sunt † igitur secundum Innocen. delegationes, & subdelegationes, & procurationes redigendae in scriptis, sicut instrumentorum tenores, ut hic dicitur. Nam & instrumentorum nomine continetur, quicquid causam instruere potest, ut patet. ff. de fide instrumentis. l. 1. & infra de testibus c. peruenit. & sufficit dicere, haec subdelegatio fuit scripta per tales. Alii d. & sic iudicauit Papa secundum Innocen. & Host. quòd delegationes, & subdelegationes probātur per sola sigilla delegantium. non enim dicuntur esse acta iudicii, nec de processu, cum fiunt partibus absentibus; & sine aliqua causae cognitione. & eodem modo probatur procuratio per instrumentum exinde confectum, quare tam commissio, quam procuratio ante lit. contest. & post ipsa originalia sunt probanda. nec obstat. §. rati: quia cautio de rato locum non habet, nisi ubi de mandato dubitatur, quod est semper, cum procura. uerisimiliter dicit se habere mandatum; & non probat. tam & tunc non habet necesse praecisè probare mandatum, sed admittitur cum cautione de rato, argum. C. de procura. l. 1. ff. de iure do. plerunque §. fi. & ex hoc procedit, quòd post lit. conte. reus non potest dicere, satisda: quia dubito, an habeas mandatum; nec praecisè petere, ut probet mādatum: quia nec ante litem contesta. praecisè incumbebat onus. Si uerò reus uult probare, quod non habet mandatum, admittendus est. & si hoc probat, non exigitur ab eo cautio rati: sed reus ab obseruatione iudicii absoluetur: sed si non offerat hoc se probaturum, sed tantum dicat, eum non esse ulterius admittēdum, non admittetur tanquam procur. nisi de procuratione sua fidē faciat, quod facere potest per originale instrumentū, uel per acta iudicii, quibus continetur, quòd eius procuratio fuit exhibita, uel quod post dubitationem super hoc ortam, an esset procura. admissus fuit tanquam procur. argu. supra de elect. cum dilecti, uel nisi satisder. nam licet non cogatur satisdare, ut in §. rati: potest tamen hoc facere, si uult, sicut & nouus, procurato. post litem contesta. satisdat. C. de consor. eius, li. l. 2. secundum Inn. sed quod supra per eum notatum est, magis placet Host. ille † etiam, qui testes recipit, & dicta in acta redigit, secundum Innoc. scribere debet

debet secundum suum sanam æstimationem quan-
ta fides sit eis adhibenda, argu.infra eo. cum causam,
quæ,& c.constitutis. t.& 2.quod dic,ut le.& no. de fi-
o de instr.constituris,°,in fi.& nisi hoc apponat, tale pi-
culũ poterit accidere. ꝙ q̃uis index, qui præsens fuit
in testiũ receptione,&nouit ipsos uacillare. bonã sen
tentiã ferat contra dicta ipsorũ,tamen iudex superior
q de appellatione,uel alio mõ cognoscet,ferret sentẽ
tiã iniustã ſm dicta testiũ reuocãdo iustam sententiã.
hoc ideo,quia uacillationẽ ignorabit; & sic sibi non
poterit imputari,de fide instru. cum Ioannes,ad fi. &
p ille, per cuius negligentiã hoc accidit,etiam in foro p
animę potest sibi timere,cum læsus sit proximus suus
pro eo, quod nõ adibuit diligentiã quã debuit in offi
24 cio suo;& facit.j.eo.c.ad fi.&† negligentiã quæ in pro
prio facto culpanda est, in alieno est uituperanda, ff.
solu. ma.ẽt filios.§. t.& l.si constante.§.si maritus, de
25 officio archidia.ea quæ,ut etiam† ꝙ qui testes recipit,
debet facere scribi in actis audiente ipso teste, ꝙ eum
reputat uacillasse. In quo casu datur potestas contra-
dicendi ipsi testi.partem aũt non oportet esse præsen-
tem, nec de hoc scire,donec fuit publicatum aliàs ni-
mis impediretur processus causarum. nec mireris, si
super hoc testes requiruntur, & contradicens audi-
tur,cum propter hoc sit puniendus, ut patet infra de
q pœnis,superq his. nec obstat,de ordi. cogni.cum dile-
ctus. ad fi. ibi enim non infligitur pœna testi.quia te-
stis ibi ex proprio dicto non conuincitur sed absens,
per alios,testes reprobatur,hic uerò ex proprio dicto
constat ipsius malitia, quare ipsum punit. C. de testi.
26 nullum r,& supra ti. 1.c.2.tabellio † uerò non dẽt hoc
r in actis redigere,nisi bene uideat, & cognoscat, ꝙ ua-
s cillauerat. Alii dicunt s, ꝙ si solus iudex dicat in rece-
ptione testis,ꝙ testis uacillauit,ꝙ credendum sit ei. &
tabellio, cui hoc iudex præcipit, debet hoc scribere,
etiã si ipse tabellio nil de titubatione,uel uacillatione
perpendat.& est prima ratio; quia tabellio non habet
auctoritatem in recipiendo testem, sed in inscriben-
do tantum. Iudex uerò auctoritatem habet,& diligẽ-
ter examinare debet:& si sibi uidetur,potest testes uin
culare,uel aliter punire,ut in iuribus proxi.alleg.& in
quæstione ponere,de deposi.c.1.ff.de quæstio.per to-
tum,& eum capere.ff.de iniuriis, iniuriarum.2.respõ.
Alia ratio,quia iudex superior est. unde magis tabel-
lio iudici, contrario credere debet. Est & tertia ratio
melior: quia tabellio circa scripturam intentus non
potest ita intendere uariationem: uel titubationem,
facici ruborem, pallorem, uel mutationem, sicut iu-
dex, qui & si dictet, semper potest oculos ad testem
habere. ergo ei magis credendum est, qui ueritatem
nonit,infra qui ma.ac.pos.uidetur.& facit secundum
Hostien. quod no.in summa, de testi.§.quis posit es-
se testis,sub.§.& cum causa, uer.habet autem, & §.su-
per quibus,per totum.& ideò secundum Innocen.si-
cut tabellio fideliter tenetur scribere, quæ testis dicit,
ita & ea, quæ pertinent ad iudicis officium. tamen si
quantum ad hoc cum bona conscientia poterit sic
scribere tabellio, Et iudex mihi tabellioni dixit,ut scri
berem,quòd testis uacillabat. Sed efficacior esset scri
ptura,si adderet, Et sic mihi uidebatur, quòd uacilla-
ret,si tamen sic se habebat rei ueritas. & debent,quan
tum magis possunt, cum ueritate tamen,modum ua
cillationis exprimere. & uidetur aliquibus forte non
male,quòd hoc scribi posit etiam teste absente, & pe
nitus ignorante, secundum Innocen. & hoc placet
Hostien.tum ne per ipsum testem ante ipsius, & alio-
rum publicationem secreta iudicis reuelentur, quod
uitandum est, C.de falsis,ubi, & quod dicitur infra ti.
1.fraternitatis: tum ne ex eo rancores, odia, litigia,
uel bella oriantur, quæ etiam sunt uitanda.ff.de usufr.
æquissimum de rescriptis, non nulli. §. cum autem:
tum ne ex hoc,quod occultum est, testis infametur,
argu.6.q.1.ex merito,& c.deteriores: tum quia solus
iudex, & non alius ex his habet informare suum mo-
tum. ff. de testi. ob carmen,& infra ti. t. præterea hæc
uera, dummodò iudex testi nullam pœnam infligat,
uel infligere intendat, aliàs seruetur, quod dictum est
supra,dicit autem Innocen.quòd nisi prædicta scribat
uel scribi faciat, dum testimonium suum profert te-
stis, postea scribi non faciet, nec credetur ei, & hoc
tunc placet Hostiẽ. quando ex illo intenderet testem
punire, uel quando id scriberetur post nimium inter
uallum: aliàs si hoc forte uult abscondere ipsi testi,
cum eo præsente nil diceret, sed ex quo ille exiuerit
incontinenti, & antequam àlius intromittatur,uel ad
alia diuertatur; poterit hoc scribi. argu.infra ti.2.præ-
terea.Sed oppones secundum prędicta,tanta potestas
datur iudici, quòd quasi semper iustificare, uel con-
demnare poterit. dicit Hostien. esto: tamen hoc face-
re non poterit sine graui pœna,de re iudic. ca.1. libro
27 sexto. [*Productiones*] hoc† est decimum: sub quo com-
prehendi potest omne id,quod causam instruit. ff. de
fide instru.l. 1. & infra ti. 2. peruenit. & de his de resti.
spolia.cum ad sedem.[*&c.*]ecce 15. in quo ponit clau
sulam generalem, quæ comprehendit omnia præ-
missis specialibus clausulis, de procura. qui ad agen-
28 dum,lib.6. [*Quæ occurrerint*] in præsentia † tabellionis,
& per hoc & alia, quæ sequuntur, satis patet, quòd li-
cet multa contineantur in instrumento; tabellio ta-
men,qui dicit se his interfuisse,non intelligitur loqui
nisi de his, quæ in eodem loco, & die, & coram ipso
fuerunt acta. unde, si iudex ferat sententiam, & nar-
ret,quomodo libellus fuerit oblatus, lis contesta. po-
situm, & iuratum,confessum,uel negatum, & proba-
tum, & de processu coram ipso habito, & postea se-
quatur sententia, & de his fiat publicum instrumen-
tum, & postea concludens tabellio dicat, Actum tali
loco, & die in præsentia mea, & talium, hæc clausula
est tãtum ad prolationem sententiæ illa die habitam
restringenda,& per id narrata non probantur. & facit
infra, de priuilegiis,si papa, in principio, libro sexto,
& quod no. de consib. cum olim, in glossa secunda.
imo & si tabellio diceret, Tali die,& loco fuit oblatus
libellus, & lis contesta. tamen adhuc non probaren-
tur prędicta per illud instrumentum,quod quantum
ad id uidetur tantum testimoniale, secundum Inno-
cen. & de hoc in speculato. de instrumentorum edi-
tione.§.restat,ad finem, uersiculo,in summ.primum
dictum placet. Hostien. dicit,quòd sibi placeret ulti-
mum, si ubi Innocen. posuit testimoniale, posuisset
recitatorium. nam si in modum recitationis id dicat
tabellio, uerum est, quod dicit. sed si singula, ubi &
quãdo, & coram quibus,& quòd in sui præsentia fue-
rint acta, exprimat, postea scribẽs se singulis interfuis-
se, putat Hostien. illud testimoniale sufficere quò ad
omnia & singula præmissa, nec uidet rationem ad cõ
trarium,all.de consti.translato,de consan. & affi. ma.
Caueat tamen tabellio, ne in aliquo ipsorum ferat
falsum testimonium: quia probato,ꝙ in aliquo præ-
dictorum fuisset absens,non solum reprobaretur ip-
sius testimoniũ, infra ti.1.ex tenore,sed etiam instru-
mentum falsum redderetur, & ipse formidare posset
pœnam falsi,infra de his,quæ fiunt à prælatis,quanto
29 ſm Hostien.[*Competenti† ordine*] quasi dicat,ordo supra
dictus non per omnia est sequendus. nam quandoq;
ante litẽ cont.fit interrogatio,confessio,probatio,in-
terlocutio, & appellatio, Hosti.[*Tempora*] & sic redar-
gui posset falsitas ex loco,& tempore,infra ti.prox.ex
30 tenore,secundum Hostien.[*Et † personas*] iudicum, liti-
gatorum,& illorum, de quibus acta loquuntur, non

teſtium,quaſi actis interſunt, ſecundum Inno.ar.à cõtrario in auctẽ. de hæredibus, & Falci.§. ſi uerò abſunt,col.1.ſecundum Hoſti.potius inde ſumitur contrarium. & iſtud uerbũ innuit contrariũ. generaliter dicendo,perſonas, quod intelligitur de his etiã, corã quibus fiunt acta;ut ſi expediat,poſsit ad eos recurſus
31 haberi,de ſen.exc.ſacro[*Conſcripta*].i.ſcriptorum † exẽpla. nam originalia debent penes ſcriptores remanere,ut ſequitur Hoſt. [*Originalia*]dixit Goff.quòd in cauſis,ubi ſunt duæ partes, conficientur tria ſcripta, unũ originale remanens penes notariũ,& duo ex illo ſumpta, quorum unum dabitur uni parti, & aliud alteri, & ſi in ſumptis oriatur dubitatio,recurretur ad originale,cui magis credetur 9. di.ut ueterũ.76. di.ieiuniũ, Infra de fide inſt. ſi inſtrumenta.C.de eden.auctẽ. ſi quis in aliquo. Quod autem dixi, ſtandum originali, hoc uerum ſecundum Hoſt.niſi per teſtes,qui præſen
u tes fuiſſent,contrarium[u] probaretur,arg.infra,de ſen. exc. ſacro, & ſic poteſt intelligi.j.de pœnis, dilectus. Quid.n.ſi corruptus ſcriptor,cum reus reſpondet cõfitetur,ſcribat,negat,uel è contrario,certe in nouo facto magis credetur teſtibus. de hoc ſupra co. 3.[*Penes*
32 † *ſcriptores*]ergo, ſi iudex dicat, quòd uelit, ꝙ acta maneant penes eum,& ſcriptor uelit,ꝙ penes ſe maneãt, præferendus uidetur ſcriptor per hanc literã,& quia ſi de ſua ſcriptura dubitaretur,poſſet ſibi periculum imminere.pro iudice facit infra c.ſi.ſic nudè tractat hoc ſpe.de teſti.§.publicatis,in primo uerſi. dixit Gof.infra,c.ſi. ꝙ ibi de facto originalia remanſerãt penes iudices,cum remanſiſſe debuiſſent penes ſcriptores per hanc literam; & hoc credo. & facit iuramentũ tabellionis.de quo,dicam infra ne cleri.uel mona.ſicut,de facto uidemus,ꝙ ſi notarij ſunt officiales epiſcoporũ, comitum,uel rectorum,qui ciuitatibus præſunt, coguntur finito eorum officio dimittere acta in camera officii,quod geſſerunt. æquum tamen eſſet tales libros,uel acta duplicari,& penes utroſque remanere. pro illo tamẽ more facit,de præſcriptione audientiã, & quod no.infra eo.cum cauſam,in 1.glo.cũ iuribus ibi allegatis[*Remaneant*] dicit quare[*Conſentio*]inter iudicem, & partem,uel etiam inter partes ad inuicẽ[*Moderamine*]de omnibus ſic fideliter ſcribendis per notarium,uel duos uiros,& de tradendis ſumptis,retentis
33 originalibus[*Improuidos*]qui † nõ aduertunt,quid dicatur,ut ſcribatur[*Iniquos*]qui corrumpi poſſunt de facili [*Obſeruare*] ut quia negligit habere tabellionem, uel duos uiros idoneos,uel negligit aduertere, quid ſcribatur,& ꝓpter id aliquod falſum committitur, quod forte poſtea reprobatur, & ſic oportet de nouo ꝓcedi,& grauatur pars laboribus,& retardatur proceſſus
34 ſecundum Hoſt.[*Emerſerit*]ſi ergo † nil emergat difficile, non eſt locus pœnæ[*Debita*]ad arbitrium ipſius ſuperioris,ſupra de offi. dele.de cauſis, uel ſatisfaciet de ſuo, infra de ſen.ex.ſacro.& ſecundum Hoſt.ſi non eſſet ſoluendo,alia pœna mulctabitur, infra de male.c. 2.ſupra de do.& contu. finem [*Caſtigetur*] prouidetur et iudici contra partem aſſertionem ipſius temerè ne
35 gantẽ,infra de pœnis,dilectus[*Et ipſius*]non dicit † ipſorum: tamen licet in alio iudicio eis crederetᷣ,ſi plures cẽnt,ut dixi in prin.tñ in ſuo non,niſi aliter probaretᷣ[*Præſumatur*].ſ.ꝙ fuerit ſic actũ.an verò ſi ꝯſtat actũ, præſumatᷣ bene actũ,uide,qd dixi,de off.dele.cũ in iure,ſup gl.1.poſt prin.uer. parũ tñ,& facit quod ſtatim dicã poſt Ho.[*Proceſſu*]uiua uoce ſola,& nuda confir-
36 matio.ut patet in eo,qd ſequitᷣ,quod extendas † ad ſen
x tentiã,quę eſt de ꝓceſſu[x], quod dic ut plenè dixi de renun.in præſentia.& ꝯria ſignata in prin.ult.glo.intelliguntur,quãdo apparent acta originalia,& auctẽtica,
y pro quibus prima facie præſumentᷣ, et ſi de[y] proceſſu agatur,niſi in ipſius reperiatur ꝯria præſumptio, ut patet.ſ.de reſti.ſpoli.cum ad ſedẽ,uer. nos priores.hic uerò loquitᷣ, quando ſolus iudex aſſerit ſic proceſſũ, uel ſententiatũ,cui non eſt credẽdum, quantæcumq; ſit dignitatis, infra ti.1.cum à nobis,ſaluo papa,ut ibi, ar.C. de teſta.omnium,ſm Hoſt.qui dicit, ꝙ quamuis circa horũ ꝯtiorum ſolutionẽ multa ſparſerit, hæc eſt uera & plana ſolutio, dicens hoc iungendũ in ſum.de ſen.& re iudi.ſuper rubrica de ſnĩa.§. qualiter proferri
37 debeat,ſub.§.is eſt ordo[*Confiteris*]nam licet ipſa acta non ſcribantur per tabellionem,aut duos uiros;ualẽt tamen,ſi probari poſſunt per confeſsionem partium uel per teſtes,uel alio modo ſm Inno.ad hoc inducebat Hoſt.ꝙ appellatione documentorum, uel inſtrumentorũ continentᷣ etiam teſtes.ff. de fide inſtr.l.1.in-
z fra ti.2.peruenit; & ad hoc facit 2.q.7. plerique[z] Goffr. tamen dixerat, ꝙ hic uocantur legitima documenta cõfecta per tabellionem,uel duos uiros idoneos. An
38 † uerò iudex,cui conſtat,lit.conte.eſſe,tabellione hoc idem aſſerente,debeat ſententiã ferre,cũ illa conteſtatio nõ ſit ſcripta in actis,uide in ſpe.de ſen.prola.§.iux
39 ta,uer.ſed pone,ꝙ publicatis. ¶ Propter † qualitatem textus omnes gloſſas ſoleo textualiter recitare, excepta ultima.quæ quærit,& ponit ſolutionem. ſecundo etiam quærit,& ſoluit 3.contra primã ſolutionem po
40 nit dictum Inno. quod reprobat. ¶ *In* † *glo.3.ibi,ad hoc*] hæc & ſequens dicunt, quòd ex literis, quibus utitur aduerſarius: & ex productis de archiuo publico habẽtibus teſtimonium publicũ fit comparatio. ¶ *In 3.glo. ibi,Si quis poſtea*]uide in decre.propoſuiſti, ſuper 1.glo. [*& ibi,§.illud*]uide in præalleg. ca. cum parati,ſuper 3. glo. ¶ *In 4.glo.ibi,nonnunquam*] uide in decre. dilecti, ſuper glo.2. [*& ibi,contu.*] uide ut lite non conteſta.tuæ, ſuper 1.glo. ¶ *In glo.1.poſitiones,ibi.§.1.*] uide in c.prout, ſuper 4.gl.[*& in fi.*]quæſtioni interſunt reus,accuſans, & aduocati,& facultas interrogãdi datᷣ etiam aduocatis. ¶ *In glo.& taciturnitas,ibi.§.nihil*] uide de reſti. ſpo.cũ ad ſedem, ſuper glo.2. ¶ *In glo.poſtquam,ibi.l.ul.*]uide de mu.pe.c.1.ſuper 1.glo. ¶ *In glo.in quo, ibi.l.1.*] per editionem apparet reſcriptum impetratum lite pend. & l. ſ. præcipit acta publica edi[*& ibi,optimam*]uide ſupra eo.
aa 3.ſup.1. gl. ¶ *In glo.pe.ibi,ſi qui,in fi.*]iudex[aa], per quẽ ſtetit,quonimus infra 25. dies teſtis deponeret, tenetur parti læſę oẽ damnum reſarcire[*& ibi,ſancimus*]uide de oſ.dele.conſuluit,in glo.ecce[*& in fi.*]ponit caſum ca. prox.all. ¶ *In glo.ul.ibi,§.ult.*]uide in præal.c.ſicut,ſuper 3.gl. [*& ibi, publicati*] publicato teſtamẽto adhibetᷣ fides,licet prima ſcriptura perdatᷣ caſu,& hoc probetur [*& ibi,cum precibus*]uide ſupra eo. tertio, ſuper ult.glo.
41 ¶ *In.* † *1.gl.ibi,ex tenore*]& directè per confeſsionẽ aduerſarii,ſupra de tempo.ordi.dilectus,& de ætate & qualitate.cap. ulti.& infra de confeſ.c.1. li. 6.[*& in fi.*]hoc dixit,quia antiqui hoc dixerant. ¶ *In.gl.2.in fi.*]item po
42 teſt † dici ſecundum Vinc. extraordinarium compromiſſum,quod ad ſimilitudinem iudiciorum redactũ eſt. ff.de arbitris, l.1. & in eo in ſcriptis proceditur, C. de arbitris. l.penul. nec uerbo arbitri creditur.C. eod.
43 ne in arbitris,Hoſtien. ¶ *In* † *glo.3 ibi duobus*]& hoc colligitur ex duabus legibus.prima.ff.de teſta.l.Domitius, ubi tabellio connumeratur in numero.7. teſtium, qui debent eſſe in teſtamento. ſecunda. C. qui teſtamenta facere poſſunt,hac conſultiſsima.§.ſed quia tabulariorum, ubi deficiente tabellione adhibentur. 8.teſtes.ergo.7. & 8. ponuntur loco tabellionis, Hoſtien. Si tamen dicas illud ſpeciale in teſtamento cœci non probat hoc, & de hoc no. ibi.ſi.quod de clerico ad laicum not. 77. di.monacus, ad finem[*& ibi.Inuatus*] & quia de auctoritate iudicis ſcribit ſecundum Pet. [*& ibi, ſancimus*]glo.Io. & adde §. ſi uerò abſunt, coll.1.& uide quod ibi no.aliqui dicunt,illud ſpeciale in inuẽtario, & vide qd dixi ſuper uer.perſonas[*& ibi, Illud*]

Illud fiat] ad hoc C. de dona. l. in donationibus, Goffr. & Inno. Præterea nonnecessitur creditur scripturæ tabellionis, qui testem sine præsentia testium examinat in secreto: sed illud speciale secundum Hostien. quia examinatio sic debet fieri in secreto, infra ti. 1. uenerabili. Item per tabellionem fit quandoq; plena probatio, in auth. de fide instru. §. si uerò moriantur, coll. 6. & C. de falsis. §. si quis decurio. Sed Hostien. uidetur, quando uertitur in dubium, scripturæ tabellionis nō creditur sine subscriptione, supra de elect. scriptum, §. 1. & quòd præsentia testium requiratur, habetur in auth. de fide instrum. §. si quis igitur, & §. sed & si quis mutui, & §. si uero. Ad l. in donationibus respondet, ut ibi no. in prin. non esse necesse uocari uicinos, sufficere enim debent, qui sunt cum iudice, uel esse præsumuntur, familiares, s. & consiliarii. nec enim circa ea, quæ publicè fiunt, potest solitudo notari, nec consueuit iudex etiam delegatus solus esse; ad hoc C. de senten. & interloc. cum sententiam. C. de appellat. quoniā iudices. C. de sen. ex breu. reci. l. 1. 2. 3. C. de iudiciis, auth. en. ad hæc, si administrator, in fi. & præceden. [*& ibi, Sed tutius*] idem Hostien. qui etiam remittit ad ea, quæ no. de fide instrum. c. 2. communiter in lit. contest. & interlocutionibus subscribuntur testes: in aliis non. apud aliquos seruatur, quòd solum in diffinitiua scribuntur, cum illa sit finis, & terminus actorum. ff. de re iudi. l. 1. & ibi maius periculum uertitur; ergo & c. de electio. ubi periculum, in prin. lib. 6. & ibi concor.[bb] [*In glo. ut per hoc. ibi cum parati*] de do. & contu. cum dilecti. Phi. [*& ibi, sed hodie*] hoc † dicebat Ioannes sub dubio fortè: uel secundum eum saltem quò ad hoc creditur nuncio, ut negans cogatur iurare se non citatum, supra de restit. in integr. ex literis [*& ibi, Iure isto*] istud ius hic non uetat secundum Innoc. & Hostien. Alia enim est ratio in iudice, cuius officium non est citare, & qui debet secum habere notarium, qui sua gesta conscribat. Sed officium est nuncij citare, qui etiam si secum notarium duceret, partes nimium grauarentur, & in hoc adde, quod dixi infra de appel. cum parati. dicebat Goffr. frequentius oritur altercatio inter iudicem, & partem, quàm inter nuncium & partem, & ideò minus creditur iudici, quàm nuncio. [*In glo. qua continere. ibi ut contumax*] probanda † est enim contumacia[cc] de hoc 2. q. 7. quisquis [*& in fi.*] 74. distin. Honoratus, & 4. q. 5. in summa. [*In glo. & sic patet, ibi, argumentum*] non egemus argumento, quia est expressum. C. de iudic. Lapertissimi; Hostien. [*In glo. exceptio, ibi in scriptis*] dicit Hostien. quòd exceptio de necessitate non est porrigenda[dd] in scriptis, sed redigenda tantum [*& ibi, primò proponenda*] de hoc infra de re iudi. inter mon. [*In glo. ideo, ibi sententia*] & in hoc interest iudicis, quod ipsa petitio detur in quo intersit actoris, & rei. not. in Clemen. de uerb. signi. sæpe, uer. uerum quia, in glo. 1. [*& in fi.*] & plenius in præalle. constitut. sæpe, post princi. in glo. datur per hoc. [*In glo. 1. positiones, ibi, ponere*] interrogare † non: quia calumniose posset interrogare, sed non calumniosè ponere, cum id habeat necesse probare: fateor tamen, quòd pars apertè post, quàm posuit, interrogare posset, Ioan. & Vincen. [*& ibi, Confessionem*] quid hoc releuet, ex quo reus contestando negauit, no. in præalleg. constitu. sæpe, uer. & quia, in glo. 2. [*& in fi.*] de hoc in specu. depositi. §. 3. uersi. sed patronus [*In glo. & taciturnitas, ibi, scribi*] & † negatio; & tunc locus est probationibus, de quibus statim submittit, secundum Hostien. [*& ibi, Si seruus*] 2. & infra de confess. ca. 2. lib. 6. [*& ibi, Reuocari*] etiam post quadriennium, nondum finito negocio, infra de resti. in inte. ca. 2. lib. 6. [*& ibi, Post litem cont.*] no. quod glo. innuit diuersum ius esse inter confessionem factam ante litem conte. & post. Cui conuenit quod not. ff. de donatio. l. quidam. ui de quod dixi de confess. cap. ulti. in glo. an hæc loca. [*In glo. ut sciatur, ibi, competenti*] ut sciatur † an lite penden. sit obtentum. nam si esset priuilegium non ualeret, infra, titu. 1. causam. secundum Ioan. & Vinc. [*In glo. licet, ibi sic in primis*] & infra de re iudi. cap. ultimo. lib. 6. ubi de hoc in 1. glo. [*In glo. postquam ibi, admittitur*] ante sententiam, post in causa appel. secus, infra de fide instrum. cum Ioannes [*& in fi.*] adde quod ibi dixi super uersi. renunciatum. [*In glo. in quo, ibi, in omnibus*] & infra de re iudi. abba. ad finem, li. 6. ubi de hoc [*& ibi, debet edi*] quod dic, ut infra de priuileg. cum personæ, in fin. 1. respon. lib. 6. [*In glo. ult. ibi. §. illud*] de hoc supra de renunc.[ee] in præsentia, in glo. hic est argum. & hic adde, quod ibi dixi in fin. & infra de appellati. cum speciali, in glo. antepenul. [*& ibi, Ratione processus*] dicebat enim, quòd si condemnauit aliquem in centum, & condemnatus, qui non appellauit, dicat sententiam iniustam, & super hoc petat exhiberi acta, attestationes, & alia, ut ex ipsis appareat iniusta sententia, non est audiendus. & si de facto iam producerit acta, licet ex eis non probetur sententia iusta; non tamen propter hoc reuocabitur sententia: imo plus uidetur secundum eum, quòd si dixisset, quòd per A. & B. fuisset probatum, & sibi nil probetur per illos testes, præsumitur tamen pro sententia, argum. de renunc. in præsentia. ff. de re iud. causam. ff. de re iudic. cum prolatis. argumen. contra de re iudic. cum Bertoldus[ff] uersi. no. de hoc. & ibi dicam in glo. forte. Sed ad prædicta obiicit Hostien. si in sententia expressum esset per A. & B. probatum, & per acta appareret contrarium, uidetur error expressus in sententia. unde facta de hoc fide uideretur sententia retractanda. argum. in eo, quod legitur & no. de re iudic. cap. 1. & super hoc etiam essent acta prioris iudicij recensenda, de restitu. spolia. cum ad sedem, uersi. nos prioris. C. de edend. l. 2. Sed respondet, illud uerum, quando fuit appellatum. Nec obstat de re iudica. cap. 1. illud enim loquitur, cum sententia lata est contra ordinem iudiciorum: sed Innocen. locutus est, quando contra ius litigatoris profertur sententia, quæ 10. diebus elapsis transit in rem iudicatam, & sibi imputet, qui non appellauit, infra de re iudica. cum inter uos. nec ob. de pur. nul.[gg] capitu. 2. quia ibi notorium erat non tenere sententiam: tum quia reus per probationem à iure improbatam fuerat condemnatus: tum quia publicè contrarium est repertum eius, quod uidebatur fuisse probatum. unde bene potuit sententia retractari infra. de appella. solicitudinem. §. Si uerò notorium. dixit etiam Inno. quod cum in sententiis spiritualibus, excommunicationis, scilicet suspensionis, & interdicti certus ordo iudiciarius sit seruandus, idem in eis, quod in aliis est censendum, ut si ab eis non sit appellatum, præsumatur pro iudice: aliàs non. & in hoc secundum Hostien. adde quod no. de offi. ordi. ad reprimendam. §. 1. uideas de his, quæ dixi in decre. in præsentia [*& ibi, Nulla*] bene dicit g. tamen † hoc puto, & forsan fuit de mente Inno.[hh] ut etiā[ii] ipse exprimit, de officio delega. cum in iure. quòd præsentia, & taciturnitas hoc operetur, quod transfert onus probandi in tacentem. & si dicas, quomodo probabit negatiuam: respon. per acta causæ, quibus productis, ex quo non apparet lit. contesta. habebitur pro non contestata, nisi uictor probet contrarium; ad hoc optimè, supra de restitu. spolia. cum ad sedem, ad finem, & facit de priuilegiis, cum olim, el. 1. C. de rebus creditis. l. fina. Et si hoc de facto esset, locus esset decreta. infra de confessis, lib. 6. & uide quod dixi in materia negatiuæ, supra de electione, bonæ. 1.

ANNOTATIONES.

a ¶Iudicis. Adde illud non procedere in causis modicis, tex. & Bar. in auten. nisi breuiores, C. de sen. ex bren. reci. & in c. si quis cum clero. 11. q. 1.

b ¶De excess. Non dum causa pendet coram ipsis per hoc cap. sed post, forte in causa appellationis, ut no. in c. cum a nobis, infra ti. pro. de arbitro autem, an ipsius dicto credatur, uide Ioan. And. de arbi. c. 1. li. 6. & per Bal. in l. ne in arbitris, C. de arbi. & uide infra in glo. non dicit.

c Coram iudice. Adde glo. primam in l. acta, ff. de re iudi. & Pau. de Castro in l. actorum, ff. eo. ti.

d ¶Possit non. Hoc placet Bal. in auten apud eloquentissimum, C. de fide instru. Bar. autem in l. ex testa. ff. de testa. tut. & Sali. in prædicta auten. tenent, quòd credatur tali commissario, si sit notarius actorum illius causæ, ibi uide per ipsos, uide Bald. in l. fin. §. cum igitur, ff. de iur. deli.

e ¶Cautius. Vide, quæ no. Bar. in l. Theopompus, ff. de do. præle. quæ faciunt ad materiam, & quod iurare debeant, facit l. comparationes, & quod ibi no. C. de fide instru. & C. de secun. nup. l. hac edictali §. illud, cum ibi no. uidetur tamen ualere, quod gerunt et ipsis non iuratis, cum non sit iure cautum, pro quo facit auten. decernimus, & quod ibi no. C. de arbi. & uide glo. in l. iurciur. C. de testi. & ibi Bar.

f ¶Publicus. Quia tali omnino credendum est per citantem & per iudicem, cum dixit se citasse, maxime quando infra territorium sui iudicis citat. & scias, quod etiam uilis potest esse nuncius etiã infamis. & uide Bar. in extrauaganti. ad reprimendum, in glo. nun cium, & se. Io. tamen And. uidetur tenere contrarium in seruo in spe. de test. §. 1. uer. item quòd est seruus.

g ¶Iurisdictio. Vide Ioan. And. de ferius. c. fi. in glo. non solum, uer. sed conuertamus, & in decisione Rotæ conclusione. 94.

h ¶De ap. cum. Ibi uide Ioan. And. & Guil. in spec. de cita. §. sequitur, uer. sed nunquid creditur, & super illo plenissimè per Io. An. & uide Cy. in l. fi. C. de exhi. reis, & Bar. in l. 1. §. cura. ff. de offi. præfec. ur. & Bar. in extrauaganti ad reprimendum, in uersi. per nuncium, & ut uidebis in locis prædictis, plerique tenent contra illud dictum Io. And. & Host. & uide glo. ut per hoc, & super illa Ioan. And. infra.

i ¶Editionem. Nisi in casu, de quo loquitur infra uer. hoc uerum, ubi uide, & omnis falsitas extunc instrumenti apparens non imputatur producenti, sed notario, uide Bal. in l. nostrum. C. de test.

k ¶Scriptum. Vide Cy. Bal. & Sali. in auten. si quis in aliquo, C. de edendo, & in l. fi. C. de fide instr. & Bar. in l. tutor, qui repertoriũ, & l. chirographis, ff. de admi. tut. & Bal. in l. instru. C. de fideicom.

l ¶Electi. c. 1. ibi uide glo. no. quæ incip. ubi etiam, & uide Bartol. in §. ratione, præalle. & ipsum Cy. & Bal. & Sali. in l. fi. C. de procu.

m ¶Cum in iure. Vide Bal. & Sali. in auten. si quis in aliquo, C. de edendo, & uide glo. in c. 1. de se. pol. & fruc. in glo. fi.

n ¶No. Infra de. & de dictione, &c. & infra quæ sunt abbreuiaturæ, uide per Bar. in l. Gallus, §. uidendum, ff. de lib. & post.

o ¶Constituris. Et uide Bar. in l. 3. in prin. ff. de testi. & plenius in l. de minore. §. plurimum, ff. de quæstio. & in spe. de teste. §. non tractatum, & uer. considerare.

p ¶In foro. Et in foro iudiciali uidetur tenere parti ad interesse, ar. eius, quod dicitur de iudice negligente, & c. ex suscepto, de fo. compe. & c. ibi se. per glo.

q ¶Super. & C. de testi. nullum. & ibi uide Bald. Sali. & an clericus uacillans coram iudice seculari, possit ab illo puniri, ibi uide, & per Io. And. de foro compe. uerum, in glo. sua magna, ad fi. & Federicum de Senis in consil. 99.

r ¶Nullum. Vide glo. & Io. And. in c. 2. de or. cogni. & c. uerum, de fo. compe. in glo. sua magna ad fi.

s ¶Alij dicunt. Non uidetur opi. ista diuersa à supra proxima: quia & ibi generaliter loquitur, de quolibet examinatore, sit iudex, uel notarius, cui sit commissa examinatio.

t In glo. Vide Cy. Barto. Bal. & Sali. in auten. si quis in aliquo, C. de edendo, & Bar. in l. secundum, ff. de uerb. ob. & facit quod ipse no. in l. si stipulatus. §. Chrysogonus, ff. de uer. ob. & in l. prædia, ff. de ac. poss. & in l. post dotem, & ibi per Bal. ff. so. matri. & per ipsum in l. ex his uerbis, ubi ponit dictum Inno. C. de testa. mili.

u ¶Contrarium. Nec mirum, quia instrumentum, etiam cum testibus scriptum potest per testes reprobari, ut infra de fi. instr. cum Ioannes, & ibi no. & uide Ioan. And. in glo. dixit hic Inno.

x ¶Processu. Vide Bar. in l. non intelligitur. §. neq;, ff. de iur. fis. & in spe. de sen. §. 1. in princi. & ibi plene Io. And.

y ¶Etiam si de. Vide Io. An. in c. in præsentia, præall. & in c. bene, el. 2. super gl. sic infra, supra de ele. & uide Bar. in l. fi. C. de sen. ex breui. reci. ubi dicit, quòd in in illis causis, in quibus potest sine scripto ferri sententia, in illis soli iudici creditur de actis, quod est necessario.

z ¶Ple. que. Vide Barto. in l. pe. C. de arbi. ubi uidetur dicere scripturam necessariam, & testes debere deponere talem actum factũ per notarium, & ipsius manu scriptum, & sic sentit scripturam necessariam; uide in deci. Rotæ, conclusione 341.

aa ¶Iudex. Dum dicunt, quòd si iudex omisit aliqua facere scribi, tenetur parti resarcire expensas; adde c. tua nos. infra de homi. & Bar. in l. fi. ff. de uari. & extraordi. cogni.

bb ¶Concor. In testamento autem, quod fit apud acta, requirũtur testes, quicquid sit de actis iudiciariis, uide in l. causam, & in l. sancimus, C. de testa. & ibi docto. & Bal. & Sali.

cc ¶Probanda est. uide Bar. in l. multum interest, ff. de condit. & demon. & in l. si finita. §. Iulianus, ff. de damno infec.

dd ¶Porrigenda. Fallit in exceptione non numeratæ pecuniæ, & dotis, ut auten. hanc autem. C. de non nume. pecu. & ibi uide communem per doc. & Sali.

ee ¶De renunciatione. in præsentia. Adde Imo. Hostien. do. Anto. & Innoc. in d. c. in præsentia, & tex. in l. Herennius. §. Caia. ff. de euictio. & glo. in l. 1. in glo. magna ad fi. C. si aduer. credi. & spec. in ti. de instru. edi. §. restat.

ff ¶Bertoldus. Vide Bar. Bald & Sali. in l. 1. C. de erro. cal. & Bal. in l. qui te, ff. de excu. tu. & Io. And. in c. Romana. de sen. exc. li. 6.

gg ¶Vul. c. ibi uide in glo. & super illa Io. And. & per ipsum in c. fraternitatis, super glo. propter quem, & uide quò ad secundum proximam rationem bonam l. ff. de condi. sine causa l. 2. & ibi Bar. & glo. & doc. in l. si fideiussor. §. in omnibus, ff. man. & Bal. & Sali. in l. 1. C. de condi. indeb. & in spec. de sen. exe. §. fi. uer. illud autem.

hh ¶Inno. Imò non uidetur de mente ipsius, ut patet in princi. additionis proximæ, maximè in uersi. imò plus.

ii ¶Vt etiam. Dum hæc glo. dixit, quòd si daretur sententia, &c. non bene reprobat Inno. quia Inno. loquitur, quando dubium est, an processus intercesserit, & litis conte. & si. op. glo. habet locum, quando certum est, quòd non intercesserunt, Bal.

SVMMARIVM.

1 *Purgatio, quòd quis non deliquerit, recipienda non est, si probari potest reum deliquisse.*
Lex pro consuetudine sumitur hic, ibid.

2 *Consuetudo non inducta ex scientia principis, uel contra bonos mores & contra rationalem naturalem non ualet, nec à principe posterior roborari potest.*
Insontes, idest inculpabiles, ibid. in fin.

3 *Pro fure iurante & quomodo lex est iniqua Saxoniæ.*
Leges duæ iniquæ Saxoniæ, & quæ à Carolo latæ, ibid.
Laicus etiam refrenari potest à mala consuetudine per ecclesiam, & ratio, ibid.

4 *Negatiua probatio non admittenda, nisi simul, cum probatur affirmatiua.*
Non tamen sufficit iuramentum, præterquam in duobus casibus, & quibus, ibid. &

5 *Epilogus, & additio glossarum. nu. 6.*
Purgatio uicissitudinaria an liceat, & ad eam quis cogatur, ibid.
Compurgator an & quando habeat obligatum eum, quem purgauit, ad se purgandum, ibid.
Obligatio ex pacto fortior est naturali, ibid. uersicu. uel secundum eum.
Donatio non est, quod datur ex obligatione, ibid. in fin.

7 *Purgationi locus ubi est, non sufficit iuramentum purgandi.*

CAPVT XI.

1 AD nostram. Casus. Sit probari potest reum deliquisse, eius purgatio, quòd non deliquerit, recipienda non est [a]. & ponit prauam consuetudinem, quam secundò seruari prohibet ibi, Nolentes [*Legi*] idest consuetudini: sic de spon. c. 1. [*Regni*] forte ideo non ualebat: quia non erat inducta de scientia principis, qui poterat ibi legem dare. ff. de legibus, de quibus [b]. uel dic secundum Inn. & Host. quia erat contra naturalem rationem, de qua in gloss. & contra bonos mores etiam per principem non poterat roborari 12. di. illa, de consuetu. cap. fin. [*Probatur*] per sacramentum olim. C. de testi. l. omnibus [*Insontes*] idest

3 ideſt inculpabiles.& dicit Hoſt.ꝙ hæc lex† eſt in Saxonia,ubi ſi fur tenẽs in una manu rem furtiuam ſub ſupertunicali,& cũ alia uelit iurare,ꝙ rem illam nec habet, nec ſcit,abſoluitur. nec auditur agens, ſi petat inſpici.quid habet in reliqua manu, & dicunt ſibi hanc, l.datam à Carolo, ſicut & aliam iniquam, de qua, infra de ſpon.c.1.[*A clero*] ſaltem.nam nec per laicos eſt ſeruanda. & in talibus poteſt laicus refrenari, de conſuet.c.3.& pen.ſaltem propter peccatum,de iudic.nouit,ſm Hoſt.[*Probari*] not.ſm Hoſti.pro eo,quod ha-
4 bes de confeſſi.c.1.libr.6.[*Audiatis*] non †admiſſo reliquo, qui uult probare affirmatiuam. Si enim ſimul cum illo probare uellet, mos ei gerendus eſſet, ſupra de reſtit.ſpoliat.c.1.ſupra eod.licet:non tamen ſufficit iuramentum niſi ab aduerſario,uel ex cauſa per iudicem deferetur;quod dic,ut Infra de iureiuran.c.fi.ſm
c Inno.[c] ¶Secunda †glo.reſpondet per quæſtionem, in
5 quo erat hęc conſuetudo contraria iuri,& reſpondet
6 dupliciter.¶[*In† gl.1.ibi,Sui ſimiles*] ut patet in an.in qua etiam dicitur,ꝙ tales uiciſſim ſe purgabãt.propter qđ dicebat Vinc. compurgatorem non habere naturaliter obligatum eum,quem purgauit,ut etiam eũ purget. cõtra de teſtamentis, cum in officijs. dicit tamen, ꝙ teneor te purgare in cauſa iuſta,ſicut tu me.uel ſm eũ illa naturalis obligatio non eſt talis,qualis illa,quæ
d oritur ex pacto.illa enim[d].fortior eſt,& uenit in compenſationem.ff.de compen.etiam;& ſi ſoluitur,nõ dicitur donatio.ff.de compen.hoc iure.§.pen.[*Et in fi.*]
7 Hoſtiẽ.intelligit†quoquo modo,ideſt per ſe tantùm, cum tamen etiam in caſu, quo locus eſt purgationi, non ſufficiat iuramentum purgandi,de confeſſi.ca.1. cum ſi.¶[*In glo.ult.in fi.*] ſicut nec in crimine notorio, infra de pur.ca.cap. penul.

ANNOTATIONES.

a ¶Recipienda non eſt.dicit do.Bald.in l.fi.in ult.col.C.de proba. per iſtum tex.quòd ſi conſtat de crimine per teſtes à iure approbatos,dicitur probatio pleniſſima, nec recipitur negatiua probatio in contrarium.

b ¶Quibus. Ibi uide Bart.& plenius d.Bart.de Salic.in reper.illius; l.& doct de conſuet.c.fi.& in ſumma ibi per Ioan. Andr.

c Innocent. Actore ergo plenè probante,non debet grauari ſuppletione iuramenti,ſupra eodem capitu.ſecundo,nec reus releuatur contra probationem plenam actoris per iuramentum, ut hic.

d ¶Enim. De illa naturali obſtat,de qua loquitur,capit.cum in officijs,uide Barto.in l.ex hoc iure,ff.de inſti.& iure,& in illa per d. Barto.de Salic.in repetitione,& per Bart.in l.ſed & ſi lege.§.conſuluit,ff.de pet.hær.& in l.qui teſtamento,ff.de fideiuſſ.& ibi no. in §.conſuluit idem, quod hic not.Vinc.

SVMMARIVM.

1 *Fines diœceſium probantur per libros antiquos, adminicula, teſtes, & famam, & qualiter hæc intelligantur,uide num.10.*
2 *Limites per quæ diſtingui ſoleant, & de limitibus quæritur etiam præbendarum,& quibus probentur rationibus, num.3 uerſi.ut per, & num. 4.*
3 *Librorum nomine quæ contineantur.*
Chartis legatis libri non continentur, ibid.
4 *Finium, ſeu limitum diuiſio poteſt denuò fieri ſecundum antiquam famam,et quo caſu poteſt fieri ſemper ex quo incæpta eſt,nu.5. & quando poſiti,num.6.*
Decretalis hæc quando locum habeat,ibid.et de qua actione loquatur, num.5. uide etiam num. 6.
Titulus in eccleſiaſticis rebus deſideratur,& quando quis cogatur titulum ſuæ poſſeſſionis dicere,ibid.uerſi.dicit etiam.
Officium iudicis imploratur in defectu tituli, ibid.
Poſſeſſio quando non proſit, ibid.& num.5.in fi.
5 *Contra poſſeſſorem, uel detentorem non poſſidens ſuas debet actiones dirigere.*
6 *Prouinciarum, & epiſcopatuum, & parochiarum diuiſio quando facta.*
Mutationes ſucceſſu temporis fiunt etiam in epiſcopatibus, multis modis, ibid. uerſic.ſed & ſecundum.
Cathedræ, uel epiſcopatus erectio non uno fit modo, & deſtructio pari modo.
Cap.plures.16.q.1.intellect.ibid.uerſic.nec obſtat.
7 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum, num.8.*
Limitum diuiſio per quæ probetur.
Senibus ruſticis creditur in antiquis.§.1.
Singula quæ non proſunt, multa iuuant.§.2.& num.10.§.1.
9 *Additio gloſſarum.*
10 *Libri qui probent antiqui.*
Sculptura,uita ſancti alicuius, priuilegia quid probent in cauſa finium,ibid.uerſi.ubi uerò.

CAPVT XII.

1 CVm cauſam. Caſus.Fines†diœceſum probãtur per libros antiquos, adminicula, teſtes, & famam.& poteſt eſſe communis diuiſio.ſecũda ibi. Minus, & de eodem facto loquitur, ſupra de procura.c.auditis[*Limitatione*] dicit hic Goff.ꝙ limites
2 †ſolent diſtingui per flumina,& riuos aquarũ, per caſtella,& per uillas;puta caſtrum,uel uilla ſit unius diœceſis, citra uerò ſit alterius. quandoque etiam diſtinguuntur per mõtes,ut totus mons ſit unius diœceſis, reliquum alterius. quandoque per cacumina montium, ut ſcilicet illa ſint limina, uel limitationes[*Diœceſis*] quandoq; quæritur de limitatione agrorum,uel præbendarum,de præſcrip. quia iudicante,ſupra eod.
3 ex literis[*Libros*] nomine †librorum continentur omnia uolumina ſiue in chartis, ſiue in membranis, uel qualibet alia materia.ff.de leg.3.librorum.chartis uerò legatis libri iam facti non continentur, eod.titul.l. chartis, Vinc.[*Alio modo*] ut per recognitionem, infra de cenſibus,cum olim,per confeſſio.ſupra de confeſ. c.ult.per iuramenti delationem.16.q.3.ꝙ dilectio,per uiolẽtam præſumptionem.32.q.1.dixit, Goff.& Abb.
4 [*Famam*] dicebat † hic Inno.ꝙ ubi factum conſtare nõ poteſt, poſſet fieri diuiſio de nouo ſm antiquam famam;ad idem 16.q.3. inter memoratos. dicit etiã hãc decre.poſſe intelligi,ubi nullus eſt in poſſeſſione, uel eſt in poſſeſſione,nõ tamen conſtat de diuiſione, uel quòd ſibi per Papam fuit aſſignata,uel per Metropolitanum,uel primatem adiudicata, ſupra de for.compet.ſanè,uel de aliquo alio iuſto titulo,qui in eccleſiaſticis rebus deſideratur, infra de præſcript.ſi diligenti; & ideo in hoc caſu iuſtè imploratur officium iudicis ad diuiſionem faciendam, ad quam adminicula operantur, ut præmiſſum eſt, & infra ſequitur, & patet in eo,quod legitur, & not.infra de reli.domi.c.1.ſed contra,quia ſufficit, ꝙ poſſideat,ut patet in eo,quod legitur,& nota.ſupra eod.ex literis.nec cogitur aliquis titulum ſuæ poſſeſſionis dicere.C.de peti.hære.cogi.nã & præſumendum eſt,ꝙ bene poſſideat,niſi probetur contrarium,arg.de præſump.dudum,& melius. C.de rei uen.l.fi.Sol.hæc uera ſunt,ubi neſcitur ueritas,nec ſciri poteſt.& ubi non eſt præſumptio contra poſſidẽtẽ,ut patet,C.eo.ſiue poſſidetis,& 100.diſt.cõtra morem.at hic ſecus,cum hæc terra de nouo temporibus iſtius papæ, Sancti Honorij tertij ad cultum Chriſti rediiſſet.unde ſatis conſtare, quod non erant epiſcopatus diuiſi, uel erat præſumptio uehemens in contrarium,ſm Inn.uel conſtabat, ꝙ uterque epiſcoporum occupauerat de terra,& extenderat limites ſuos quantũ potuerat,& adhuc extendere conabatur.unde conſtabat, ꝙ talis poſſeſſio non debebat prodeſſe, quinimò non †agebat hic de locis poſſeſſis.tunc enim non
5 poſſidens contra poſſeſſorem,ſeu etiam detentorem ſuas deberet dirigere actiones.ff.de rei uen.officium,

ſupra

supra eod. ex literis, supra de foro compe. sanè, nec deberet sibi ius dicere. C. unde ui. si quis in tãtam, & 16. q. 6. placuit: sed agebatur hic de diuisione, & limitatione, ad quam ex quo incœpta est, non obstante possessione alterutrius, semper agi potest, ut hic: & 16. q. 3. licet in regulis. & c. seq. & supra eod. c. ex literis, ſm Hostien. Sed † adhuc ſm Inno. non uidetur hæc incertitudo locum habere posse, cum etiam ante aduentum Christi prouinciæ diuersæ fuerũt, & ſm illam diuisionem Apostoli postea statuerũt primates, archiepiscopos, & episcopos. 80. dist. c. 1. & 98. dist. c. 1. Sed dic, ꝙ licet Apostoli ordinauerint, in quibus locis essent episcopi, non tamen distinxerunt episcopatuum fines, secundùm Inn. unde ſm Host. in primitiua ecclesia omnia erant confusa, & etiam parochiani omnes communes erant, quare & quem unus episcopus excommunicabat, alius absoluebat. Sed & ſm Inn. & si Apostoli aliqua diuiserint, nõ tamen omnia. potest etiam esse, ꝙ postea fuit immutatum. nam & multoties conditiones locorum successu temporum uariantur. unde & ꝙ primo unus tenebat, modo tenet alius secundùm Innoc. mutantur etiam ſm Host. & diuiduntur, ac uniũtur episcopatus ex causa ſm domini Papæ beneplacitum, & priuantur etiam ciuitates honore episcopali, & alijs ecclesiis subijciũtur, ut patet 7. q. 1. mutationes, & 17. q. 2. §. sicut. 25. q. 2. ita nos. & legitur & not. infra de excessi. prælatorum, sicut unire. & etiam de nouo erigitur cathedra; ita, ꝙ nec alij subijcitur, uel unitur, supra de maio. & obed. cum inferior. quandoque uerò erigitur, & alij subijcitur, uel unitur, & hæc etiam eadem unio reuocatur, ut patet in eo. quod legitur, & not. infra ne sede uacan. c. 1. nec ob. ſm Inno. 16. q. 1. plures: quia loquitur, quando erant plures parochiæ limitatæ, sed de aliquo loco dubitabatur. infra cuius fines essent, quam & vterque litigantium se possidere dicebat, in quo casu est secundum formam ibi traditam procedẽdum, uel potest intelligi, quando in re ad dictum uti poss. hinc & inde intentabatur. potest & illud capitulum intelligi in eodẽ casu, in quo, & istud c. loquitur. Sed tunc intelligendum est, ꝙ illud c. corrigitur, uel ſm illud intelligitur, ut uidelicet istę pręsumptiones, de quibus hic loquitur, ibi addantur, & subaudiantur, quod melius est, ut patet. ff. de legi. non est nouum, & l. seq. C. de inoffi. doti. l. unica. fallit autem hoc primo illa regula, ꝙ in nullius bonis est &c. instit. de rerum diui. § ferę igitur. secũdo illa quæsita ex hostibus nostra fiunt. institution. de rerum diui. §. interea: quia non sunt spiritualia ab alio occupanda, nisi Christi, uel eiusdem Vicarij auctoritate, ut in eo, quod legitur, & not. supra de clericis pereg. c. fi. de offi. Arch. cum satis, uel saltem auctoritate canonis, à quo istud quãdoque, & ex causa conceditur; ut 16. q. 3. placuit, & infra de præscript. c. 1. secundum Inn. quod potest, cum etiã posuit hic Abb. ꝙ nec sine Vicarij Christi auctoritate fit, ut patet supra de transla. episcopi. c. 2. §. sed nec, uersi. præsertim. Sed quicquid supra dicatur, illud certum est secundum Host. ꝙ non fuit certa diuisio ecclesiarũ facta usque ad tempus Dionisij ut probatur 13. q. 1. ecclesia, & legitur, & not. infra de his, quæ fiunt à prælatis. pastoralis. 1. respõ. quæ & postea potuit mutari, uel obfuscari, ut patet. ff. finium reg. in finalibus, & in eo, quod not. supra eod. glo. mutantur. Ideoque, quandocunque de limitatione occurrit dubium, & ad ipsam limitationem agi potest, putat esse recurrẽdum ad ea,
7 quæ hic leguntur. ¶ Prima † glo. not. ꝙ antiquorum li-
a brorum ᵃ &c. inducit tria similia. ¶ *In 2. † glo. ibi. § illud*]
8 hanc, & se. uide supra eod. quoniam, super 3. gl. [*& ibi, Census*] hanc & seq. uide supra eod. 3. super ult. glos. [*& ibi, scripturas*] uide de fide instru. c. 2. in 1. glos. ¶ *In glo. 2. ibi, Si contra*] ibi iurisconsultus inducit uerbum, rusticorum dicentium, pecuniam sine peculio fragilem esse, peculium uocantes, quod præsidij causa reponitur [*& ibi, Non habetur*] ut de opere facto [*& ibi. §. Quæ argumenta*] can. in præ. §. sæpe. ¶ *In glo. ult. ibi, Sancimus*] contraria uoluntas, de qua constabat, & cursus decennij tollunt primum testamentum, non alterum tantùm [*& ibi, si quis sapius*] uide ut lite non contesta. accedens. 2.
9 super glo. pen. ¶ *In † glo. 1. Ad audientiam*] uide de hoc in 5. glo. 12. dist. habeo, Vin. [*& ibi, Cum ex literis*] ibi creditur registro [*& ibi. Sanè*] 2. & 3. q. 7 postulatus, Vincẽ. & Goff. [*& ibi, Albo*] de quo in Clemen. de iudi. dudum, in princ. & uide, quod ibi not. [*& ibi, Prætoris*] uel quę ponebatur ante ostium. ff. de institu. sed & si. §. proscri-
10 bere, Vin. & Goff. [*& in fi.*] dicit hic † Host. ꝙ licet prædicta sic cõfusè, & generaliter sint notata, non tamen omnia faciunt plenam fidem, sed illa solum, quę reseruata sunt sub custodia publica, & fideli. Alia uerò adminiculantur. quid enim si reperitur scriptum in aliquo libro ecclesiæ, ꝙ domus talis, uel uinea debet certum cẽsum, an hoc probet, arbitrabitur bonus iudex
b consideratis iuribus prædictis ᵇ. nam iam sunt cẽtum anni, sacerdos potuisset scribere, ꝙ tota prouincia sua erat, nec de facili ei credetur sine alijs adminiculis. C. eo. instrumenta. Vbi uerò uita alicuius sancti, sculptura lapidũ. priuilegia mona. cui subest ecclesia, concordant, erit plena probatio, ut dicit Hostiẽ. se de facto uidisse. probatur & limitatio per ueram probationem. C. de fundo limi. l. prima, & 2. lib. 11. & in talibus quandoq; recurretur ad agri mensores, puta cum unus habet duo milliaria, alter tria. C. finium regun. l. 2. de præscrip. quia indicante. ¶ *In glo. ult. in fi.*] & supra de hæreticis, excommunicamus, in fi. uide in Spe. de instru. edi. §. nunc dicendum, super uersi. licet autem, & superior uersus fuit Ouidij, lib. 2. de remedio amoris, in prin.

ANNOTATIONES.

a ¶ Antiquorum librorum. Idem in Spe. tit. de probat. §. uidendum, per Bart. in l. 1. ff. si cer. pe. per glo. & Domi. in c. placuit. 16. dist. & per glo. in c. in nomine domini. 23. dist.

b ¶ Prædictis, Vide in Spec. de loca. §. nunc aliqua, uersi. 57. & 58. & & Ioan. And. de præscrip. auditis, super glo. Celestinus, & uide ad materiam huius, c. bonum tex. in l. cum super, & ibi doct. maximè Bald. & Salic. C. de rei uend.

SVMMARIVM.

1 *Matronæ, per quas uirginitas puellæ probatur, possunt reprobari.*
Mulier, cum est in possessione monacatus lite pendente per syndicum monasterij defendetur, & habebit expensas à monasterio, ibid. uersi. cum mulier.
Si educetur de monasterio, educetur cum rebus eam sequentibus, non quas separatim obtulit, ibid.
2 *Impertinentes probationes reijciendæ.*
Contingentes contra, ibid.
De obstetricis in inspicienda puella officio, et inspectione puellæ quæ adhibeantur, remiss. ibid.
3 *Epilogus, & suffragium glossarum, num. 4.*
Locus tutus parti debet à iudice prouideri.
Mulieres ad inspiciendam puellam quales debeant esse. §. 1. & nume. 5. §. 1.
5 *Additio glossarum.*
Possessio coniugis non habetur sine copula, ibid.
Matronis honestioribus, & pluribus standum est, ibid.
6 *Inspectio mulieris est extraordinaria probatio.*
Percunctatio attestationum non habet locum in inspectione matronarum, ibid.
Probatio quibus casibus reiteretur, ibid.
7 *Laureola, siue corona qui honorentur,*
Laureola unde dicta, ibid.
Lauro olim uictores coronabantur, & quare, ibid.

CAPVT

C A P V T XIII.

Causam matrimonii. Casus. 1 Possunt† reprobari matronæ, per quas uirginitas puellæ probatur. & est communis diuisio 2. ibi. Minus [*Monacam*] cum mulier sit in possessione monacatus, lite pend. defendetur per syndicum a mona.[a] & habebit expensas à mona. cum non uideatur habere proprium, de accusat. ex parte. & c. olim, & si apparet cognita, educetur de mona. cum rebus eam sequentib. non cum his, quas separatim obtulit, secundum Goffr. & Host. facit. quod not. de clericis coniug. quod à te, & uide quod dicam infra de reg. licet super, uersi. requirendum [*Secure*] hoc semper prouidere debet iudex, infra de appel. ex parte, ubi de hoc, Hostien. [*Postmodum*] ergo si prius reciperentur, nõ ualerent, supra de rescriptis, cum dilecta [*Contingentes*] impertinentes† ergo reijciant, de offi. deleg. cum contingat [*Obstetricum*] de cura istarum, & de balneo fiẽdo propter unguenta, uel medicamenta tractar hic Hosti. de quibus plenius post eũ, infra de frigidis, fraternitatis [*Adhuc*] quia non erat lata sententia, imò etiam si lata esset, iterum audirentur, de frigi. fraternitatis, de re iudi. lator, cum si. [*Curetis*] ex officio propter periculum. propter quod semel probatum, & de facto unius sæpius quæri 3 tur, contra id, de officio lega. licet. ¶ Prima† glo. obijcit, & soluit. ¶ Tertia gl. notat, ꝙ in causa matrimoniali &c. signat contrarium. Vlt. glo. ponit 6. ad commen4 dationẽ uirginitatis. ¶ *In* 1.† *glo. ibi, ubi*] si Chartagini dare cõuenit, si duæ sunt Chartagines, de illa intelligitur, quæ tutissimè solet adiri. ¶ *In glo. 2. ibi, cum quæritur*] an mulier sit prægnans, tres obstetrices probatæ artis, & 5 fidei ad hoc assumptæ illam inspiciunt. ¶ *In*† *glo. 1. ibi, Extransmissa*] ut ibi patet, non habetur hoc casu possessio sine copula. & adde, quod dixi, de conuer. coniug. dudum, in princ. ¶ *In glo. 2. ibi, Criminosæ*] uel corruptæ Inno. uel uolebat contra illas producere alias matronas honestiores, & plures afferentes contrarium, quibus standum est, infra tit. 1. in nostra Host.[b] ¶ *In glo. 3.* 6 *ibi, inducendi*] hic loquitur† de quadam speciali, & extra ordi. probatione, in qua ratio legis de percunctatione attestationum[c], & ne aliquid addatur, minuatur, uel corrigatur, locum non habet secundùm Goff. unde dicebat Vin. ꝙ hic reiteratur probatio, ut euigilet bonũ considerationis. Idem in inspectione instrumentorũ. C. de fide instru. l. ul. & in inspectione finium ff fini. re. si interruptione. §. ad officium [*Et in fine*] ibi. soluitur. ¶ *In glo. ult. ibi, Paradisum*[d]] sic nuptiæ replent terram, ut 7 ibi [*& ibi, Virgines*] imo etiam† martyres, & prædicatores secundùm Hosti. qui exponens hic hymnũ de sancto Io. Bap. serta ter denis &c. dicit eum triplicem habuisse coronam, uel laureolam. scilicet quia uirgo, quia martyr, & hoc uult, uersic. ibi. Trinacenteno cumulata [*& ibi, Laureolam*] dictam[e] ab arbore lauro, quæ nunquam uiriditatem deponit, & olim uictores coronabantur ea cum laude, & est corona laudis, & quidam splendor, quo ab alijs discernuntur.

A N N O T A T I O N E S.

a ¶ Mon. Si monasterium peteret istam, & uir illius, quomodo diuersimodè ipsis agentibus, quia unus petitorio, alius possessorio, procedant hæc iudicia, uide & Io. An. in Spec. de stat. mo. super rubrica in uersic. item alia ad tit.

b ¶ Hosti. Cum tales personæ ad cognoscendum electæ potius sunt iudices, quàm testes. & idem in æstimatoribus eorum, & in medico, & alijs similibus, ut not. per Bald. & Salic. in l. a. C. de rescind. uendi. & probatur in l. hac edictali. §. illud, ff. de uen. insp. uidetur, quòd etiam iudex à seipso possit corrigere, si improbe iudicant, & æstimant, ad hoc uide tex. no. in l. arbitrio, & l. seq. & ibi Bar. ff. qui satisd. cogan. & facit quod not. Ioan. And. super glo. infra proxi.

c ¶ Attestationum. Quasi dicat, quòd non obstat publicatio, quia cessat ratio. l. de subornatione. sed hæc so. non uidetur bona: quia hic non dixit de ista probatione per matronas, sed etiam dixit de alijs, & ideo sola glo. melior. Bald.

d ¶ Paradisum. uide gloss circa fi. in c. cum ad monasterium, de sta. regu. & glo. fi. in c. 1. de uoto, & beatum Tho. 2. 2. q. 23. ar. 1. adde, quòd status religiosorum excedit uirginitatem secundùm Tho. 2. 2. q. 186. art. 8. facit c. ex parte, el 2. de conuer. coniug.

e ¶ Dictam. Et ad id, quod dicit hic glo. quòd corrupta non consecratur, uide glo. quæ incip. puta, in Clem. 2. de sta. regu.

S V M M A R I V M.

1 *Acta coram primis iudicibus habita, fidem faciunt coram secundis, & de eodem facto.*

2 *Rescriptum quibus de causis possit elidi, multa referuntur.*

3 *Reuocare potest ad se Papa negocium, & cum ad se remitti acta causa præcipit, reuocare dicitur.*

Originalibus statur, si quid reuocetur in dubium, ibid.

Litis contestatio facta non creditur, si negetur, nisi probetur, ibidem.

4 *Instantia litis non perit cursu triennij.*

Probationes utriusque partis recipiendæ sunt, ne claudicet iudicium, nisi forsan præsumeretur aduersus alteram, ibid. ad dictio. partium.

A partibus si quid recipi mandet constitutio, uel rescriptum non satisfit ei, si ab altera recipiatur tantùm, ibid.

5 *Probationes si recipi mandentur, intelliguntur omnis generis, & de diuersis earum speciebus, remiss.*

Causa non potest definiri, nisi sit instructa sufficienter, ibid.

6 *Suffragium, & additio glossarum, num. 7.*

Attestationes in uno iudicio receptæ ualent in alio.

Acta fidem non faciunt, nisi auctentica, & qualiter, ibid. in fi.

C A P V T XIIII.

1 Cum bonæ. Casus. Acta† corã primis iudicibus habita fidem faciũt coram secundis, & de eodem facto, supra de arbitris, cũ tempore. ponit hic cuiusdam commissionis formam bimembrem. 2. ibi, Alioquin [*Requirentes*] dicunt hic Inno. & Host ꝙ si alicui mandatur, quod faciat sibi exhiberi processus a alicuius causæ, hoc† rescriptum potest per exceptionẽ elidi, puta ꝙ hoc fuerat alteri commissum, de quo nõ a fit mẽtio in secundo, de rescript. cæterum, nisi forsan per appell. uel alio modo fuisset eadem causa ad se. appell. deuoluta; tunc ualeret hoc secundum, de officio lega. licet, de offi. dele. pastoralis. §. præterea: uel quando per primum iudicem, qui non habet amplius cognoscere, fuerunt partes absolutæ ab obseruatione iudicij. C. de iudi. properandum: uel si expresso nomine fuerat illi scriptum, & mortuus est, de offic. deleg. quoniam, uel quomodocunque aliàs sua iurisd. expirauerit [*Remittatis*] reuocat ergo† ad se negocium, quod potest, supra ut lit. pen. ecclesia. 2. [*Cum non reuocetur*] patet per hoc, si reuocaretur in dubium, & apparerent origi b nalia[b], illis staretur: ex quo non apparent, non creditur lis contest. si negetur, nisi probetur. sed hic vtraque pars confitebatur contestationem, & super certa petitione in scriptis data, ne fiat contra de libelli oblat. c. 1. secundum Host. secundum quem probat decre. quòd 4 instantia† litis non perit cursu triennij, cum hæc lis fuerit inchoata tempore Celestini, & per Inn. commissa, cui postea successit Hono. qui plus ultra triennium uixit, & modo erat coram Gregori. inducit decret. cum tempore, de arbit. [*Partium*] non alterius tantùm, ne iudicium claudicet, de excep. cum inter, nisi forsan præsumeretur contra alteram, apud quã depositę fuissent attestationes; quod dic, ut infra de testi. constitutis, Ho 5 stien. [*Probationes*] cuiuscunque† generis, Hostiens. qui

de di-

de dinersis speciebus probādi tractat hic, de quibus remissiones dedi, supra de restit. spolia. cum ad sedem, super 6. glo. [*si partes*] sim. supra de elect. scriptum. uersi. & si parte [*Sufficienter*] aliter non posset causa diffiniri, supra de electi. dudum. ¶ *In* † *glo. 1. ibi, quoniam multæ*] de una prouincia committitur receptio testiū in alia [*& ibi l. pen.*] hanc & seq. uide infra titu. 1, præsentata, super glo. pen. ¶ *In* † *glo. 2. in fi.*]] potest etiam hoc intelligi de recipiēdis probationibus super his, quæ partes proponerent contra acta, secundùm Innoc. ¶ *In glo. 3, ibi, inueniri*] uel inueniuntur; sed non auctentica per sigillum, uel manum publicam, unde fidem non faciunt supra eod. quoniam, secundùm Hostien.

ANNOTATIONES.

a ¶ Forsan. debet tamen fieri mentio de appellario. de rescriptis. ex parte, el primo.

b ¶ Originalia. uide per Ioan. And. in cap. quoniam, supra eod. Imo. & Abb. hic.

SVMMARIVM.

1 *Continuatio tituli.*

Probationis species quæ, ibid. uersi. probatur autem, & quæ sit ualidior.

2 *De materia huius tituli ubi in alijs tractetur locis.*

Ordinatio probatur per testes, ibid.

Testi, contra quem excipitur & probatur crimen pœna non imponitur ordinaria.

Testis interrogatus de causa scientiæ, quid non teneatur exprimere.

3 *Rubrica hæc cur numero multitudinis inscribatur.*

Titulorum inscriptio de arbitrarijs est, ibid.

4 *Titulus hic quare duplex, & non fuit contentus auctor inscribere, De testibus, ibid.*

Attestationum tractatus est per se, ad quem specialiter faciunt certa iura, & quæ, ibid.

5 *Rubricæ utrique communia iura quæ, & quæ faciant ad priorem, nu. 6.*

Testium edictum est prohibitorium quarundam personarum, ibid.

Testes qui repellantur, uersi. & instruimus, ibid.

Reprobationes eorum duæ fieri possunt.

Produci debent coram iudice, & quando, & intra quod tempus, ibidem.

Iurare debent, nisi in casu, ibid.

Deponere sigillatim debent, & quæ debeant deponere in consanguinitate, affinitate, copula.

Quid si quæ omissa, & inexaminata, ibid. in fi.

5 bat. ¶ *In* † *glo. ibi, iuſta cauſa*] aliàs no. ff. de ferijs. le. ult. & de hoc ſupra de dila. capi. 2. Dabitur ergo ſecundum Innocen. 2. & 3. quando petens illam oſtendit iudici ſe impeditũ in prima. ff. de eden. ſi quis ex. §. pen. & ult. & l. fi. [*& ibi, quartam non dabit*] refert Inno. quoſdam intelligere capitulum, ut iacet, quòd quarta non detur ſine ſolennitate, quod ſi fiat, nõ ualeant atteſtationes ſupra c. 2. in fi. Alij contra, quod ualeant niſi fuerit appelatum, infra e. ſignificauerunt. Alij, quod licet contra dicatur, & appelletur, iudex cum ſolẽnitate iſta & ſine poteſt concedere quartam, quintam, niſi ſit concluſum, uel renunciatum teſtibus, & dicta ipſorum alteri parti ſint edita. nec aliter ſeruari debet hęc ſolennitas, ut patet in. §. quia uero, unde fuit ſumpta. Dicit tamen Inno. & illud, quod ibi dicam, quòd licet hoc uideatur uerum, tamen iudici ſecurius, eſt nunquam dare quartam ſine ſolennitate. & iſti ultimi dicunt, ꝙ concurrentibus prædictis. ſ. concluſione, uel renunciatione, & editione atteſtationum, non dabitur ſecunda ſine hac ſolenitate, nam eadem ratio, ergo &c. de conſtitutio. tranſlato. dicit tamen Innocen. quòd prædicti. §. non uidetur facere uim in cõcluſione, uel renunciatione, ſed ſolum in editione facta alteri parti, ut tunc ſit ſeruanda ſolennitas. Dicit etiam Innoc. quòd poſt peremptorium non dabitur quarta cum ſola iſta ſolẽnitate, niſi aliàs probet ſe impeditum per id, quod ſupra dixi in alia additione. dicit etiã dilationes has ſic per iudicem reſtringendas, quod non exce

dant tempora à lege, uel homine ſtatuta, quæ ſine magna & euidenti cauſa non debent excedi. 3. quæſtio. 3. ſpacium, de officio dele. de cauſis[*& ibi. §. quia uerò*] ubi de hoc[*& ibi, quòd tertia † productio*] ut id ſignificet, quod uerbum ſonat. ff. de uer. ſig. ter enixa. ff. iud. ſol. le. iudicatum. Cum enim quis colligit teſtes, quos poteſt, & eos præſentat iudici, illa eſt prima productio. cum colligit alios, & illos præſentat, eſt ſecunda, & ſic de tertia, ſic recitat Gof. Sed Hoſtien. dicit, quod ſufficit nominatio, licet non præſententur: quia forſan non eſt ſibi poſſibile ſic ſimul præſentare, dicens quòd ſic ſeruatur. unde etiam in prin. tenetur producens illos nominare, ſi petatur, ut in. §. quia uerò, infra ti. 1. cap. primo, & c. cum contra. & in reſcriptis quotidie ponitur, Teſtes autem, qui fuerit nominati &c. infra c. cum cauſam, de hoc uide in ſpeculo e. ti. §. qualiter, in 1. colū. Hoſtien. autem placet hoc dictum, quòd tres productiones faciant unam dilationem, ar. ff. de uer. ſig. l. ter enixa. dicens, quòd litera iſta ſibi bene cauit, quod nō dixit dilationem, ſed productionem, quæ ſunt diuerſa. nam una ſola dilatio datur actori in ciuilibus, duæ reo. In criminalibus duæ accuſatori, tres accuſato, & plures non niſi cauſa cognita, de hoc de dilatio. cap. 2. tres uerò productiones poſſunt fieri, infra unam dilationem. quarta non ſine ſolēnitate, & tunc debet producere non nouos, ſed primo nominatos, ſi facta fuit nominatio. quinta uero nullo modo. & hoc, ſi is, cui fuit aſſignata dilatio in 1. 2. & 3. produxit aliquem teſtem: aliàs probato impedimento daretur [b] etiam ſine ſacramento ſecunda dilatio, & ulterior etiam centeſima, & milleſima, & ſic intelligit, infra c. ultra. Dicit ergo, quòd interdū ſub prima dilatione diſtinguit tempus productionum, puta data eſt talis dies ad faciēdam primam productionem, data eſt talis dies ſub prima dilatione ad faciendam ſecundam, & ſic de tertia. quarta uerò cum ſolennitate. quinta nullo modo, ſed probato impedimento daretur ſecunda dilatio, in qua totidem productiones facere poſſet, & probato impedimento in ſecunda daretur tertia, & ſic de milleſima ſecundum eum. iſtud dictum uidetur hic placere Ab. qui dicit ſic opi. glo concordari, quòd prima locum habeat, quando iudex non dedit in prima dilatione totum tempus conceſſum à iure, ſecunda uerò, quando dedit totum, licet ſubtilia ſint hæc, uideo ſeruari, quod dicit glo. & illud teneas [*& in fi.*] de hoc. 3. q. 3. ſpacium, in ſpe. e. ti. §. qualiter, & uer. uolens ergo.

ANNOTATIONES.

a ¶Spirituales. Adde glo. ordi. 11. q. 1. in ſumma, & Ioan. And. in c. literis, ſupra de iura. calum. & plene Lapum allegatione 70. quæ incipit, plenè uidi.

b ¶Daretur. Et etiam ex aliis cauſis, quæ no. per Barto. in l. fi. ff. de ferijs, & in l. mancipiorum, ff. de op. le. & illam, quam ibi ponit, & in prædicta l. fi. uerſi. puto etiam ſingulariter not. & per ipſum in authen. at qui ſemel, C. de proba. in repetitione.

SVMMARIVM.

1 *Teſtium dicta, ſi fieri, poteſt, concordanda ſunt.*

2 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum. nu. 3.*

In dubiis benigniora ſemper præferenda ſunt, & nu. 5.

4 *Additio gloſſarum.*

Ad concordiam ſunt priuilegia, & inſtrumenta reducenda, quæ ſunt à partibus producta diuerſis, ſecus autem ſi ab eadem.

Appellationes à partibus iterari ſolent communius, quàm ſententia, ibid. uer. uel dic. circa fin.

5 *Sententia benignior eligenda in foro iudiciali, licet in foro animæ ſecus.*

CAPVT XVI.

CVm tu. Caſus. Si fieri † poteſt, concordanda ſunt dicta teſtiū [a], quæ uidentur eſſe contraria. In prima decisa factum narrat. In ſecunda diſſerūt ibi, Cum conſtet[*Canonicis*] nō dicit capitulo per id, quod habetur de ſen. ex. Romana, in fi. li. 6. [*& infra*] decidit factum. quod tamen diuerſimodè narratur, vt dicam ſuper gloſſ. [*Iuraſſe*] ideſt iuratos de poſuiſſe [*poſt app.*] A uobis interpoſitam [*taleris*] archiepiſcopus in uos. [*Poſt primam*] uidetur ponere, quod conſtabat bis appellatum[*Appellationem*] & de hac loquuntur teſtes veſtri [*ſecundam*] & de hac loquuntur teſtes archiepiſcopi[*Non temere*] propter præcedētem rationabilem appellationem, ſupra de officio dele. cum contingat, & c. cum olim Ab. in fin. ¶Prima † glo. primò no. teſtes concor. & c. ſecūdò arguit duo, 3. obijcit & ſoluit. ¶[*In † prima glo. ibi, ſemper in dubijs*] ſequitur, benigniora præferenda ſunt [*& ibi. l. 2.*] vide de furtis. c. ulti. ſuper. 3. gl. ¶[*In † glo. 1. ibi, quod teſtes*] idem in priuilegijs, uel inſtrumentis à diuerſis partibus productis, de conſuet. cum dilectus: ſecus, ſi ab eadem. C. de fide inſtrumētorum, ſcripturæ, Gof. [*& ibi. pro reo*] quaſi intendat, quòd archiepiſcopus prouocauit ad iudicium petens forte ſententiam confirmari, uel aliud, & hoc placet Goffr. ſed Hoſtien. contradicit, dicens ſe habere facti notitiā, ſ. quòd can. prouocauerunt ſuper iniuſta excommunicatione [*& ibi, ne de periurio*] ſed hoc nil eſt: quia eodem modo euaſiſſent periurium. ſi pronunciatū fuiſſet bis ſententiatum, & ſemel appellatum. unde dicebat Hoſtien. quòd ſic placuit principi, uel ſecundum eum. & T. fuit hoc in odium irregularitatis: quia poſtea celebrauerant, & licet forte excommunicatio ſit fauorabilis, irregularitas odioſa. uel dic, quòd conſtiterit bis appellatum. uel dic, quia cōmunius ſolent partes iterare appellationes, quàm iudices ſentētias, ideo potius interpretatur bis appellatum, quàm bis ſententiatum, ad hoc, infra de reg. iur. inſpicimus, cū ſuis cōcor. [b] [*& ibi, cautelam*] & forte hoc mandauit papa, licet hoc non dicatur ſecundum. T. Vincē. & Phi. [*& in fi.*] & ſic † eligenda in foro iudiciali. contrarium loquatur in foro animæ ſecundum Innocen. & Abbatem.

ANNOTATIONES.

a ¶Dicta teſtium. Adde, quòd dicta teſtium ſunt ad concordiam reducenda, ut euitetur falſum, ultra doct. hic adde Iac. Butr. in l. optimam, C. de commit. & contrah. ſtipu. & Bar. in l. Labeo. ff. de ſup. leg. & in l. 1. in prin. ff. de no. ope. nunc.

b ¶Suis concor. Ad materiam huius tex. uide Bar. in l. 2. §. fi. ff. ſi cer. peta. & in l. in inſulam, §. 1. ff. ſol. mat. & in l. inter ſtipulantem. §. ſi Stichum, ff. de uerb. oblig. & iſta concordia teſtium hic fit, ut euitent falſitatem, non autem fit, ut probent, ita no. Iac. Butr. in l. ſed & ſi poſſeſſori, ff. de iureiu. quia talis repugnantia reddit probationem dubiam, & ſic non ſufficit, de proba. in præſentia. & iſta concordia tunc fit, quando utrinque ſunt teſtes pares, aliàs nō, ita no. glo. in c. cum contingat, de off. delega. & talis concordia tunc non fit, quando diſcordat dictum teſtis a domino per ius l. exceptionē C. de proba. & no. Bar. in l. 2. §. appellata, ff. ſi cer. pe. & ibi uide doctrinam Bar. aliàs. §. creditum, & Bal. in l. apud antiquos, C. de fur.

SVMMARIVM.

1 *Teſtes noui & ueteres in cauſa appellationis ſuper nouis tantum capitulis producuntur.*

Capituli diuiſio, ibid.

2 *Ioan. An. Paduæ ius canonicum profeſſus eſt.*

Hac decretalis fuit ibi prima ab eo commentario ſuo expoſita.

3 *Commenti modo quare non ſit uſus in explanatione iuris.*

Iuris exponendi modus utilior quis & uſitatior, ibid.

4 *Papa cum ſcribit uni & epiſcopo utitur ſingulari numero, & fraternita-*

fraternitatis uocabulo, si uerò scribit numero multitudinis.
5 *Noui testes, id est noniter producti.*
6 *Renunciare testibus aliud, & aliud probationibus.*
Concludere aliud.
7 *Emergendi uocabulum includit hic etiam incidens.*
Iuramentum testibus potest remitti, ibid. ad dicti. iuramentis.
8 *Testis semel cõtra me productus; iterum potest contra me produci.*
Testis prius debet iurare, quàm deponere, ibid.
Testis antiquus super nouis capitulis tenetur iurare, ibid.
9 *Iuramenti forma solita recipi debet à teste, & ab inquisito.*
10 *Epilogus, & suffragium. nu. 11.*
Testes nouos in causa appellationis quando liceat recipere, & nume. 12. §. 1. & nu. 13. & nu. 14.
12 *Additio glossarum.*
Decretalis hæc ut intelligatur, ibid. nume. 12. §. In glo. 3. & numero 17.
13 *Testes an liceat inducere post publicatas attestationes in causa principali, & appellationis, & quando.*
14 *Non oppositum opponam, & non probatum probabo, &c. quando locum habeat, remittit.*
Testes producere quare liceat uiso instrumento, non autem uisis attestationibus, ibid.
15 *Testis iurare debet tactis euangelijs; & attetigisse præsumatur; & quæ requiruntur in eo.*
16 *Pollicetur auctor, quibus sit de rebus uerba facturus.*
17 *Hæc decretalis tribus exponitur modis, & quæ sit expositio recipienda.*
18 *Noua capitula quæ dicantur, & super quibus noui possint induci testes, cum exemplis, & num. 19. 20. 21. 22.*
19 *Mutare nomen uenditoris, an in causa appellationis quis ualeat.*
20 *Ad titulum probandum, si agatur de præscriptione, quando possim nouos testes inducere.*
Titulus inest præscriptioni, & quando, ibid.
21 *Testes numquid alij possunt induci post publicationem super articulo ex primis pendente, non tamen incluso, super quo publicati deposuerunt.*
22 *Qualitas exceptionis si sit omissa in prima instantia, an possit in causa appellationis ea probari per testes, ueluti in excipienda excommunicatione iudicis fuit prætermissum eam esse publicã.*
23 *Iura sua non producere, an magis expediat in instantia prima ei, qui timet ex persona iudicis succumbere.*
24 *Subornationis timor quare timeatur post publicationem attestationum, non ante.*
25 *Testes in quibus casibus liceat etiam post attestationum publicationem producere. & num. 26.*
26 *Testes producere publicatis attestationibus licet super capitulis eisdem de uoluntate partium.*
Testes ut nequeant alia facta publicatione examinatorum produci, est inductum in fauorem eius, contra quem producuntur. ibid. in fin.
Fauori suo potest quis renunciare, ibidem.

C A P V T. XVII.

1 FRaternitatis. Casus. In † causa appellationis sup̃ nouis capitulis tantum testes noui, & ueteres producuntur. Et sunt duæ partes. in prima consultatio. In secunda responsio ibi, Tibi duximus. consultatio est bimembris. secundũ, ibi & an. ad utrũque tamen simul respondet, & demum determinationem submittit ibi, Recepti. Et † quia hæc dec. fuit 2 prima, quam legi Paduæ præsentibus utriusque iuris doctoribus, & scholaribus, ideo honorando studium illud in ipsa prosequar eam per modum commẽti, per hoc à stylo solito diuertendo extra id, quod ad gl. ad-3 detur. Et si † quæras, quare hunc stylum non seruo cõmuniter? Respon. quia licet iste delectabilior, ille breuior, & potissima causa ĩchoationis huius operis fuit prolixitatis odiũ, & breuitatis amplexus. Insurgit autem ex hoc primo, secundũ, quod licet iste sit audienti suauior, ille tamen reportanti facilior, ex his tertiũ. quòd istud formosius, sed illud utilius propter quæ p̃ tempora istud fuit glossantibus rarius, illud usitatius sit, & efficacissima huius ratio: quia prouectius facile 4 sibi stylum istum ex illo formabit [*Tua*] quia † uni & episcopo loquitur, ideo utitur singulari & fraternitatis uocabulo, de crimi. fal. quàm graui [*Nos*] & meritò nos, ut supra de iuramento calum. cap. 1. in prin. cum suis concor. [*Consulere*] est ergo hæc decre. epistola, de hoc. 3. di. in summa [*Recipiendi*] in causa appellationis, secundum Tan. Phi. & Vinc. [*Noui testes*] idest nouiter 5 † producti [*Iudicata*] proprie, & differt à sequenti articulo: quia ibi quæritur de antiquis testibus, hic de no-a uis, ut infra dicam.[a] Et dic secundum Hostien. iudicata, à qua tamen est appellatũ [*Testibus renunciatum*] ma-6 ximè secundum gl. quia &c. & no. quòd † aliud est renunciare testibus, aliud probationibus omnibus, & aliud concludere, quæ parent. infra ti. 2. cum dilectus, & de hoc dixi de causa pos. pastoralis [*Constet*] forte peracta, supra titu. 1. quoniam [*Receptis*] quęrit ergo nunc de antiquis [*Causam appellationis*] in qua iterum producuntur [*Noui*] forte quærebat de articulo, super quo iam deposuerant forte de nouo. sed responsio utrunque determinat [*Proponere*] testificando [*Noua*] de his 7 infra ponam exempla [*Emergere*] non intendit † distinguere capitulum emergentem ab incidẽti, de quibus no. de ord. cog. c. 1. sed largè sumit. ut iuxta significatũ uerbi includat utrunque [*Aliqua partium*] appellans uel appellata [*Credimus*] idem uer. quadruplicatũ, infra de decimis. pastoralis. cõcor. ff. de arbitris, quid tamẽ, §. 1. [*Receptis*] determinat proximum responsum [*Ab ipsis*] nouis & ueteribus [*Iuramentis*] nisi fuerint remissa, ut dicit glos. & quia supra dixerat de testibus in plurali, ideo submittit hoc plurare, ad hoc infra de priuil. ut priuilegia. uel secũdum Host. dixi hoc propter plura capitula, quæ continent iuramenta testis, de quibus 8 in glo. no. id quod dixi summando. Item quòd † testis semel contra me productus, iterum potest contra me produci, de hoc in gloss. Item quòd testis prius debet b iurare, quàm deponat.[b] de hoc dicam, infra c. de testibus. Item quod antiquus testis super nouis capitulis iurare tenetur, ad quod facit secundum Vincen. ff. de dã. inf. qui bona. §. qui, aliàs si quis stipulaturus, & maximè iudice mutato, cum sit tũc aliud iudicium. ff. iudi. sol. cum apud, secundum Hosti. Item quòd forma 9 † solita iuramenti recipi debet à teste, sicut & ab inqui-10 sito, infra de accusa. qualiter. 1. ¶ Gl. 2. † signat contrarium, & soluit. ¶ Glo. 3. signat contrarium de duabus, ll. in concor. alle. autem & ponit respõsionem legistarum ad illam, quam responsionem reprobat, & legibus prædictis respondet. ¶ Vlt. glo. respondet per quęstionem. s. quæ sit forma iuramenti testis, de qua finis 11 hic loquitur, & quæ capitula contineat. ¶ *In † glo. 2. ibi, produci*] can. in §. proxi. alle. ¶ *In glo. 3. ibi, per hanc*] in causa appellationis appellãs, & appellatus utuntur nouis assertionibus, uel exceptionibus, quæ tamen ex ueteribus oriantur [*& ibi, si libertam*] sicut colligitur lex Papia quo ad hoc, ut propter superuenientem senatoriã dignitatẽ mariti non dirimatur matrimoniũ prius cũ liberta contractũ, & ita colligitur, ne dirimatur cõtractum inter libertũ & filiã priuati propter superueniẽtem senatoriam ipsius priuati, ut ex quo ex una radi-12 ce &c. ¶ *Et in † glo. 2. ibi produci*] ut utrobiq; no. hic Vin. Phi. & Innocen. exponi potest, quòd ibi dicit reum idest falsum, de hoc in spe. e. §. 1. uer. Item quod in alia [*& in fi.*] quòd dic. ut ibi, dicam super glo. fin. datur & alia solutio, quòd contraria loquantur super. e. c. ista super diuersis, secundum Host. ¶ *In gl. 3. ibi, §. quia*] ubi de hoc [*& ibi, in causa appellationis*] ad hanc dec. non pos-

sunt

sunt respondere. quæ in causa appellationis loquitur, & dicit, Nouis dumtaxat &c. sed dominus. H. dicebat hanc dec. loqui, cum appellatur ante sententiam, leges, cum appellatur post sententiam. unde hic cum quasi eadem principalis causa duret, non possunt super ueteribus testes produci: ibi sic, cum principalis causa sit finita. nec hoc placet, cum litera dicat, Super quæstione iudicata. Glo. [*& ibi, subornationis*] ut in Cle. c. ti. testibus [*& ibi, ex prioribus*] uel de ueteribus articulis nullo modo probatis, uel pbatis aliter, quàm per testes,

13 Gof. quidam, ut Aldri. dicunt, quòd † post publicatas attestationes non licet nec in causa principali, nec in causa ap. producere testes nec super nouis, nec super ueteribus, in auct. de testibus. §. quia verò. Instrumenta vero vtrobiq; producere licet. Si verò in causa prin. non fuissent producti testes, tûc in causa ap. super nouis & ueteribus licite producuntur, & sic intelligit. C. de ap. l. eos. & C. de tempo. ap. per hanc, Ioã & Azo dicunt, quòd publicatis attestationibus in prin. nec sup nouis, nec super ueteribus licet testes pducere, in causa uerò ap. & super nouis & sup ueteribus id licet. Accur. autem no. in. l. per hanc, in glo. vlt. in fi. φ in causa principali post aperturam non possunt testes induci. in causa autem app. super nouis, & ueteribus induci possunt, I. aut. Vinc. T. Phi. Gof. Innocen. hic, quibus uidetur cõsentire Guil. in spe. ti. de teste. §. satis vtiliter, uer. & breuiter. dixerunt, quòd & in causa principali, & in causa app. licet testes inducere super nouis capitulis pendentibus ex ueteribus, de fide instru. cum Ioannet. & sup diuersis, dummõ causam tangat, infra e. tam literis, super ueteribus autem non. Hosti. autem dixit, quòd in causa appellationis nouum articulum dependentẽ possum per nouos & per antiquos testes: ueterem autem articulum per ueteres probare non possum, sed nouos bene. & est ratio, ne antiqui testes, qui iurauerunt plenam dicere ueritatem, de periurio notentur, cõtra eum in hoc est, quod no. infra e. cum causam. i. in ulti. gl. & 2. in glo. 2. dixit autem sic intelligendas omnes opi. prædictas. & omnia iura: fateť tamen, φ canonistæ cõmuniter tenent opi. proxi. fed dicit, φ secundũ illam nil erit speciale in causa ap. quod

14 lex uidetur uelle, prosequebatur etiam hic † Hosti. & Bonaguida illud dictum Guar. nõ oppositũ &c. quod decido, & uide illud in summa, c. ti. ad fin. [*& in fi.*] de hoc 4. q. 3. cap. 2. §. Item in criminali, uersi. si quis testibus, vbi etiam no. quare uiso instrumẽto licet producere testes, & non uisis attestationibus. ¶ [*In glo. ulti. ibi, hortamur*] ubi patet, φ iurare † debet tactis euangelijs,

15 an uerò præsumatur retigisse, uide, quod satis scripsi in. § sequitur, infra allegato, super uer. & no. [*& ibi, nullam*] & ibi hæc glo. [*& in fi.*] additur de facto. 6. φ secretum teneant dictum suum usque ad publicationem. 4. q. 3. Itẽ in criminali, uer. q falso, & de hoc satis in fine. §.

16 sequitur. ¶ Expeditis glosis † ueniamus ad vtilia extra glossas, & primò quæram duo circa textum. secũdo. 5. circa id, quod dicit de nouis capitulis. tertio tria circa publicationem, & eius effectum. Et primò quæro circa textum, in quo differat prima quæstio à secu-

17 da. So. inuenio † triplicem lecturam, prima, quæ mihi placet est, quod in prima quærebatur de testibus non productis in principali, an pduci possent in causa appellationis, nec distinguebat quærens, an capitula essent noua, uel antiqua. In secunda quærebat de iã productis in principali, an iterum produci possint in causa ap. ut aliquid noui proponerent, etiam quid intenderet, quærens per illud uerbum, Noui, dubitari poterat, ut dixi in tex. Sed quicquid intellexit, responsio est sufficiens. unde & ponunt quidam ut ad unicum thema istarum quæstionum. Si condemnatus in principali appellat, uult probare nouum capitulum in causa appellationis, quæritur primò, an hoc possit per nouos testes. Secundo quæritur, an possit hoc per antiquos. tamen per prædicta non placet hoc thema. Secunda lectura est, φ primò quærebatur de nouis testibus producendis in principali. Secundo de productis in causa appellationis, contra istam lecturã est uerbum, Iudicata. Sed ista exponunt cum Ia. de Al. i. in iudicium deducta, possent proprius exponere Iudicata, idest iudicanda, de hoc. ff. de iureiur. admonendi, infra qui clerici, uel uo. ueniens, in fi. pro hac lectura facit uer. renunciatum. ad quid enim ponderaret uerbalem renunciationem, si iam lata esset sententia, & sic per consequens attestationes publicatæ? Sed huic respon. glos. Item facit pro hac, quòd in secundo articulo dicitur de causa ap. quasi fuerit dubium, dato φ non liceat in prima instantia, nunquid liceat in causa ap. quæ uidetur alia à prima. & hæc lectura nõ placet, φ responsio non cõuenit huic, ad hæc J. ti. 2. inter dilectos, uer. cæterum. Tertia lectura, quod primò quærebatur, quando in prin. nõn erant producti testes: secundò quando erant producti. sed huic contradicit uer. primæ partis, Noui testes. unde prima placet, ut dixi. licet quancunque teneas, non insurgit contrarietas per hoc iuris diffinitio. Secundo quæritur † etiam circa textum, quæ dicantur noua capitula. & quia Guil. satis hoc tractat in spec. e. ti. §. satis utiliter, ver. illud autem, & Hostien. in summa, e. titu. in fine, exempla hic no. quæ & ibi sunt posita, breuiter transeamus, ponit glo. exemplum per decre. cum Ioã. de fide instru. quæ ponit exemplum in reo conuento ex vendito, vt rem tradat, qui in causa approbat conditionem, uel conuentionem de re non tradenda. Ponit Gof. in tutore dato, qui se excusat dicens se gerere tres tutelas: condemnatus in causa ap. dicit se gerere unam tam diffusam, & negociosam, quod haberi debet loco trium, ff. de excusa tut. si is, qui tres. §. eum qui. Item agebas contra me dicens, quod minor sine decreto vendiderat, ego dicens uenditionem tanquam à maiori factã ualere: succubui, in causa appellationis dicam illam à maiori ratam habitam. C. si ma. fac. ra. hab. l. fin. hoq secundum Goffre. Sed Pe. & Abb. ponunt exempla ex parte actoris sic, habebam rem tuam obligatam, quã postea obligasti alteri: tertiò mihi obligationem innouasti: egi contra secũdum ex obligatione innouata, in qua, cum sua præcessisset, succubui; in causa appellationis probans primam obligationẽ, debeo obtinere, ff. qui po. in pi. ha. creditor, in prin. Item per. le. ult. quando prouocare non est necesse. ubi opponit actor de condemnatione expensarum, quæ fieri debuerat in causa principali. Item ponunt per dec. accedentibus, de priuilegiis, ubi actor petens decimas, in quibus succubuit per priuilegium rei, in causa appellationis poterit probare præscriptionem contra priuilegium, hæc sufficiant tum propter no. in præ. uer. vbi no. 4. modi, quibus dicitur nouum capitulũ, quos hic dixerat Pe. tum propter infra dicenda. & hæc duo præmissa congruè posset repetens recitare etiam ante summationem glossarum. Tertio † quæro post Inno. & Hostien. an uendicans rem, uolens probare, quòd emit illam à Petro, si succumbat, & appellat, possit probare in causa appellationis, quòd emit illã à Martino, quasi hoc sit nouum capitulum? Respon. quòd

f φa non uariat [f]: & sic φa sibi contrarius, repellendus, de app. solicitudinem. Dicit Hostien. quod forte aliud ex parte rei, qui non prohibetur regulariter uti contrarijs, infra de reg. iur. nullus pluribus, li. 6. alle. in contrarium, de censibus, cum olim. Quartò quæro † post

92 eosdem, an qui produxit testes, admittatur ad probãdum titulum? uidetur quòd non, & ex uerbis Innoc. & Hosti. colligo hoc eis placere; quia super eodẽ articulo

aculo vult producere, & est illud nouum super primo comprehensum, cum ad probationem prescriptionis necesse sit titulum probare, & admissus ad probandã prescriptionem planum est, quòd super titulo producere potest testes, quia titulus exigitur in illa præscriptione, si diligenti, infra de decimis, dudum, ergo non admittatur post terminum datum ad illam probandam, uolens probare titulum. ¶ Et si concederetur, quòd post publicationem liceret super nouis, quę comprehenduntur sub primis, producere testes, iam pararetur uia subornationi, contra §. quia uerò, in au ctẽn. de testi. & hoc uerum uidetur quibusdam, ut di- g cunt prædicti, non obstat, quòd restitutio g super hoc detur interdum, propter quod uideretur, quòd si hoc fieri potest in causa restitutionis secundum no. de resti. in integ. auditis, & dicam, infra in quæstione, ergo & in causa ap. ff. de de mino. l. e. præses, ubi æquiparãtur restitutio, & appellatio. Sed respon. quod nõ in omnibus, & istud sit unum: quia non & semper ecclesia enormiter læsa restituitur, de resti. in integ. cap. primo, licet fateantur, quòd super titulo testes antiqui repeti possent, ut no. infra c. per tuas, Sed contrà, infra c. ex tenore. respondent, quòd illud c. sub petitione non comprehenditur: quia nil coniũctionis habẽt locus, contractus. Et eodem modo respon. primi ad dec. cum Ioannes, de fide instru. quia conditio extranea opposita contractui nil habet commune naturaliter cum contractu: bene tamen fatentur illi, quòd ista capitula sunt pendentia & annexa, quare super eis in causa ap. recipientur testes. Dicit Innocen. & Hostien. post eum secundos contradicere, s. quod super nouis etiam sub primis comprehensis recipiendi sunt testes, inducunt. l. per hanc, C. de tempo. ap. ubi dicitur, testes posse produci super nouis, quæ oriuntur ex primis, uel eis sunt annexa, nam quæ oriuntur ex primis, uidentur sub eis comprehendi. Sed primi respõ. & uidetur Innocen. quòd bene, licet ex eis oriantur, h non sub eis comprehenduntur h, ut est uidere in conditione apposita uenditioni. nam licet conditio oriatur ex uenditione, quæ fuit causa conditionis appositæ, non tamen de natura contractus conditio comprehenditur sub uenditione, cum multæ fiant uenditiones sine conditione. ¶ Sed obstat: quia per hanc rationem uideretur, quòd titulus non comprehendatur sub præscriptione: quia sunt præscriptiones; in quibus nõ oportet titulum probari, infra de pręscrip. cap. primo, lib. sexto, ad hoc respon. primi, quod iudex examinans testes, ex petitione cognoscet, an titulus sit necessarius, & tunc: quia comprehenditur sub præscript. interrogabit testes de titulo, è conuerso, si uidet, quòd præscriptio procederet sine titulo, super illo non examinabit testes. ¶ Item dicunt isti, quòd si testes iurant super tota causa, & postea deposuerunt, decætero recipi non debeãt super aliquo capitulo in petitione comprehenso: quia à principio super toto, & per consequens super nouis capitulis totam ueritatem dicere debuerunt. ¶ In quæstione ergo uidetur, quòd præscriptio, quæ requirit titulum, post publicationem attestationum non possit titulus probari per testes. nec obstat, si dicas, secundum id post publicatas attestationes super professione, uel matrimonio, non posse probari ætatem, uel pubertatem. contra id supra titu. pri. in præsentia: quia sicut titulus inest præscriptioni, sic ætas professioni, & pubertas matrimonio, de reg. cap. primo, de despon. impube. cap. uno, lib. sexto, dico enim, plus inest titulus, quod patet, quia probans professionem, uel matrimonium, non habet necesse probare ætatem, uel pubertatem, nisi negentur. Sed dato, quod titulus non negetur, necesse est illũ probari: alias succubuit præscrip. allegãs, nec obstat, si dicis, ex quo super titulo non sunt examinati testes, ergo cessat timor subornationis. ad quod responde per id, quod dicam in 8. quæstio. Dici potest hanc opi. ueram, quando articulus super præscriptione formatus est. nam tunc non uideo, quare plus admitteretur post publicationem ad probandum titulum, quàm ad probandum possessionem. Si verò præscriptionem allegãs formabat articulum super possessione tantùm, puta intendit probare, quod talem rem possidet tanto tempore, ut fit communiter, non uideo, quare publicatis attestationibus non possint testes produci super titulo, sicut è conuerso, qui super titulo produxit testes, posset super possessione producere. sunt enim ista diuersa, licet ambo sint ad præ- i scribendum necessaria, k sicut scrutinium, publicatio, collatio sunt actus diuersi, licet electioni necessarij, de elect. quia propter. Poterunt ergo in secundo casu produci testes super titulo, non ob. publicatione super possessione. nec obstat connexitas ad hoc, infra e. cum causam. 2. caueat tamen sibi, ne obstet lapsus termini, & sic intelligatur, quod supra dixi. ¶ Quinto 21 quæro, pone, quod testes aliqui deposuerunt super articulo ex primis pendente, non tamen incluso, puta super conditione, quæ pendet ex uenditione, non tamen inducebantur super illo, nunquid post publicationem poterunt produci alij super illo? uidetur quod non propter periculum subornationis per. §. quia uerò. Innocen. & Hostien. contra, quia licet aliqui testes de conditione pendente aliquid dixerint, non k tamen ad hoc fuerunt l inducti, nec inde sciuerunt, partes aliquid, nec scire debuerunt, & sic non imputatur eis, nec eis præiudicat, quin super articulo conditionis alios testes possint inducere, Infra de accusa, inquisitionis. §. 1. secus, si super eo datus esset articulus. imputet enim sibi tunc, si plenè non probauit. & ideò super illo non producet alios, & hic bene 22 est locus timori subornationis. ¶ Sexto † quærebat hic Boat. de Mantua quæstionem facti. Contra sententiã, uel collationem opponebatur excommunicatio iudicis, uel executoris, qui præbendam contulerat, uel sententiam tulerat: succubuit excipiens: appellauit: in causa appellationis vult dicere. quòd ille erat publicè excommunicatus: quærebatur, an hoc esset nouũ capitulum? dicit fuisse obtentum, quòd non, sed esset idem cum priori primò insufficienter & indiscretè proposito. & licet in causa ap. possit non oppositum opponi, non sequitur, quòd indiscretè propositum possit discretè proponi: probare primum capitulum in causa appellationis non iuuaret, infra de re iudi. ad l probandum. Istud dictum falsum est l potest uerificari. si dicas testes productos in principali ad probandam excommunicationem, & non probasse. tunc enim probare illam excommunicationem, licet publicam, bene esset producere testes super eo. cap. Sed si ponis testes super hoc non productos, uel productos, & probasse, non uideo, quare in causa appel. qualitas illius excommunicationis probari non posset, sicut qui probauit se electum, probat se canonice electum infra eo. ueniens. & qui probauit rem ualere ultra. 20. probat quantum ultra, infra eo. cum causam. 2. & qui probauit iniuriam, probat eam notoriam. facit quod no. de officio dele. capi. primo, lib. 6, & faciant exempla posita, supra in quæstio. 3. fateor tamen, quòd male fecit iudex recipiendo probationem exceptionis, quæ non releuabat, per dec. ad probandum. ¶ Septi- 23 mo † quæro secundum ipsum, quod magis expediat reo, qui ex persona iudicis uidet se, licet iusticiam foueat, debere succũbere, an producere iura sua in causa prin. an debeat differre ad causam appellationis, & dicit quod magis expedit differre, ¶ Ad instructionẽ

aduo-

aduocatorum, quibus iste casus occurreret, examinemus hoc dictum, & tunc procedit dubium, quando iudicem nolo, uel non possum recusare. Et quòd expediat differre, uidetur propter euitandos sumptus in productione faciẽdos. ¶ Item ne instruatur aduersarius. ¶ Item ne aliqua calumnia fiat in examinatione testium. ¶ Item ut exeat manus illius iniqui iudicis. ¶ In contrarium uidetur propter difficultatem forte probandi coram iudice ap. ¶ Item propter condemnationem expensarum, quę iustè fiet in principali, reo nil probante. ¶ Item quia euidentius conuincetur calumnia iudic. contra quem alias agi non posset. So. ex circunstantiis prædictis arbitretur aduocatus, quod magis expediat. & puto, quod si non timet in examinatione calumniam, plus expediat producere. ¶ 24 Octauo † quæro, quid ualeat hoc dicere, quod post publicatas attestationes super eodem arti. non possit testes procedi propter timorẽ subornationis; nõne super nouo capitulo, & etiam super principali possunt testes subornari, supra ti. 1. licet, supra e. sicut infra c. ex tenore, infra de pſum. quia ueri simile. ergo, eadẽ ratione nec super illis debent testes produci. So. Io. tangit hoc dubium, & non soluit in gl. quam allegaui super fin. pe. gloss. ¶ Mihi uidetur, quod timor subornationis hoc casu procedat propter publicationem examinationis, & propter interrogatoria examinata, quasi ex quo testis nõ probauit, & uideo, in quo examinatus deficit, facilius potero alium subornare semper ergo in prima examinatione speramus falsitatem per examinationem deprehendi in tempore, loco, uel alijs circunstantiis, de quibus, infra c. cum causam, [m] quæ ratio cessat in secunda. ¶ Sed quid si non fuerunt examinata interrogatoria, [n] ut quia testes dixerunt se nil scire? tunc cessat hæc ratio. quare iungas alias duas rationes. prima, quia prouocatus uidetur is qui post publicatas attestationes uidet se nõ probasse, quod probare posse sperabat, propter quod meritò plus in eo timetur subornatio, ad hoc. ff. de bonis lib. qui cum maior. §. si libertus: secunda, quia iustum fuit poni metam. nam si liceret post primos producere secundos, ergo & post secundos tertios, & sic non esset finis, ad hoc, infra eo. licet. 3. ¶ 25 Nono † quæro an hoc, quod post publicationem nõ licet super eisdem pducere testes, sit infallibile, an habeat exceptiones? dic, quòd habet exceptiones. Primo in causa matrimoniali: Sed de hoc est opi. & de hoc satis no. infra e. series. Secundo secundum quosdam, ubicunque non obstat exceptio rei iudicatæ. ff. de excep. rei iudi. cum quæritur. de fide instru. inter. §. instrumentum. Item secundum legistas in causa appellationis, de hoc dixi super. 3. gloss. Item ubi perit instantia: quia quis absoluitur propter petitionem ineptam, uel secundum leges per lapsum triennij, supra de iudiciis, examinata. C. de iudi. properandum. §. 1. & §. cum autem, quando perdita sunt dicta testium, supra titu. 1. capi. fina. c. cum causam, in fin. & cap. constitutus. 2. in fin. de isto casu uide plene in spe. eo. §. satis utiliter, ad fin. Item cum in alias personas agitur, infra c. constitutus. Item cum inter easdem, sed uariatur modus agendi, infra e. ueniens. Item cum restituitur minor, uel ecclesia, ut post publicationem super eisdem probare possit. de hoc ultimo satis post Innocen. & Hostien. supra de resti. in inte. auditis, ubi dedi remis. ad spe. & idem interdum in restitutione maioris ex clausula, si qua iusta, ut dicam, infra c. proxi. Item in inquisitore, qui procedit ex officio, infra c. cum clamor. Itẽ forte; si alius inquisitionem promouet, de hoc ibi dicam. Item cũ quis uult probare directam falsitatem testium cum corruptione, de hoc dixi, supra titu. 1. licet, super glo. 2. Idem, si inscia, uel inuita parte & indiscretè facta sit publicatio, & secundum quosdam. Idem, si pars testificata, licet publicata, non didicit. de his duobus, infra eo. constitutis. 2. in ulti. glo. & facit, quod dicam, infra c. series, super ult. glo. Item in casu, infra eo. præsentata, Idem in casu, qui no. infra c. cum causam, in fine ulti. gloss. Idem, cum aliqui testes fuerunt interrogati super capitulis, & aliqui non, ut infra c. per tuas Io. dixit, infra eo de testi. in fi. suæ ult. gl. quòd uidebatur posse in criminibus eũdem testem interrogari super eodem articulo. ff. de custo. reorũ. diuus, de quæstionibus. le. 1. § ulti. & l. repti. ¶ Decimo quæro, an 26 † publicatis attestationibus possit de uoluntate partium super eisdem capitulis testes produci. Ad quæstionem faciunt pro, & contra, quæ no. infra eo. tuis. Satis uidetur, quod cum fauore partium, & ex facto ipsarum procedat hæc prohibitio: quia publicationi consenserunt, quod renunciare possint huic fauori; de regul. ad apostolicam, & cap. pe. maxime cum hoc habeat infallibilem prohibitionem, quod patet ex dictis in proxi. quæstione, & hoc tenet [n] Hostien. infra c. pręsentata, ubi dicit illum, contra quem producuntur testes, posse consentire, ut post publicationem super eisdem capitulis alij inducantur, cum ipsius [p] fauore ius hoc prohibens sit inductum.

ANNOTATIONES.

a ¶ Vt infra dicam. Tu dic secundum Innoc. & Io. And. licet Io. And. hic non dicat, quòd illud principium quærit, an renunciatio præcludat uiam productioni testium nedum in principali, sed etiam in causa appellationis, & respondet, quòd sic super antiquis, non super nouis capitulis. ex quo singulariter no. quòd renunciatio in principali super certo articulo præcludit illi uiam in illo, & etiã in causa appellationis. hunc intellectum sensit Innocen. infra eod. cum uenissent.

b ¶ Quam deponat. Quid autem, si prius deponat, postea iurat? uide Bal. in l. iusiurandum, in princ. C. eo. tit.

c ¶ De accusari. Ibi nota Bar. & satisfacit ad hoc c. 2. de iura. calum. lib. 6. & ex hoc argue, quod non ualet dictum testis testificantis super alio, quàm dicat capitulum, quasi non iurati.

d ¶ Proxi. Vide has opi. legistarum, & materiam huius c. per doct. in l. per hanc, alleg. in glo. & in authen. at qui semel, C. de probat. & ibi Bald. & Sali. & ibi casus positos, infra in 9. q. & plene aliorum casum, quando producuntur testes post publicationem ad reprobandum personas testium, uel dominj, uel utrunque, quod hic etiam ueniret examinandum.

e ¶ Noui testes. Et quia nullum haberet dubium in prima sui parte, nullum enim dubium posse testes produci, quando nulli sunt producti: quia cessat ratio huius iuris. aliam lec. colliges ex dictis Innoc. inf. a eod. cum uenisset, quam supra in tex. [illegible] alia lectura potest sumi, ut in princ. quæratur, an post renunciationem in prima instantia noui possint produci in secunda. An in causa appellationis antiqui possint repeti, quasi illa renunciatio solum concludat in principali, non appellationis.

f ¶ Variat. Quia illud capitulum est omnino nouum capitulum, nullatenus a primo dependens, uide Bart. & docto. in l. per hanc, allegata in glo.

g ¶ Quod restitutio. Vide Ioan. And. in c. pastoralis, de causa poss. & propriẽ. in glo. probationibus, & facit quod no. Bart. in l. apud Iulianum. §. fin. ff. de legat. 1. & l. continuus. §. cum quis, ff. de uerbo. obliga.

h ¶ Comprehenduntur. Quia à prin. capitulato de præscriptione inest titu. modo autem diuisim capitulando de titulo est capitulum non nouum à præscriptione separatum. sic dicitur de partu, dum est in uentre pars ancillæ. ipso enixo est res de per se, ut l. ancillæ, & ibi no. C. de fur. ff. de usur. si ancilla.

i ¶ Necessaria. Quasi uelit, quòd si connexè & uno structu allegetur, uel capituletur super præscriptione, tũc omnis ipsius præscriptionis pars uidetur deducta, & sic possessio, & titulus. ubi autem diuisim capituletur super a. uel super possessione unum non includit alium, & sic erit nouum c. pendens à primo, licet illa simul iuncta constituant præscrip. & uide de hac q. Bar. in authen. at qui semel, C. de probat. in repet.

k ¶ Fuerunt. Et sic non uidetur ualuisse dictum ipsorum tanquã non iuratorum: & hoc etiam tenet Bar. in anth. at qui semel, C. de proba. Aduerte tamen, quia in contrarium facit, quia testis iurat dice

se ueritatem super tota causa, & sic super conditione, sed illa conditio non est de esse uenditionis, & sic non uidetur super illa iurasse.

l ¶Falsum est. Potest esse uerum, si testes iurarunt dicere ueritatem super tota causa: quia tunc illa qualitas publicationis includitur de necessitate probationis excommunicationis, & sic esset idem capitulum: secus, si iurarunt solùm super capitulo. quòd talis erat excommunicatus: quia nil debent addere de publicatione, quia dicerent non iurati. & uide Bar. in authen. at qui semel, C. de proba. & uide ad hoc bonum tex. ubi uidetur casus, infra eo. de testibus.

m ¶Cum causam. De materia huius cap. uide plenè per do. Marianū Soci. in repet. huius cap.

n ¶Interrogatoria. Si nullatenus fuerunt examinata, possunt super istis testes produci, infra eo. de testi. sed in quæstione ista sunt examinata, sed testes dixit se nihil scire.

o ¶Hoc tenet. Non obstat, quòd futurus dolus non possit remitti: quia illud de uero, non de præsumpto, ut no. in c. Quintauallis, de iureiurand.

p ¶Cum ipsius. Facit ad quæst. statuto cauetur, quòd qui dederit auxilium, uel fauorē exbannito, puniatur in 100. an pro illo testificans incurrat pœnam statuti? de quo uide per Bar. in l. post legatum. §. is uerò, ff. de his, qui. ut indi. & in §. sequen. Quid de aduocato, uel fideiussore, an incurrant pœnam statuti.

SUMMARIUM.

1 *Testificari compellitur, qui iurauit testimonium non dicere, si non sunt attestationes publicatæ, & de hoc nu. 5. & 7.*
Capituli diuisio, ibid.
2 *Auxilium si iurauit quis non præbere, intelligeretur de iniusto.*
3 *Testes, de quibus hic loquitur decretalis, etiam post aliorum publicationem recipiendos esse per beneficium restitutionis in integr. ex clausula generali, & idem post renunciationem, & quomodo, quod hic dicitur, intelligatur.*
4 *Epilogus, & additio glossarum. nu. 5. & nu. 6. & 7.*
Veritatem celando quo casu peccet quis mortaliter, ibidem, numero 5.
6 *Testium personas, & quas ex officio repellit iudex.*
7 *Iuramentum non seruandum ab eo, qui non testificari iurauit.*

CAPUT. XVIII.

1 Intimauit, Casus. Qui † iurauit testimonium non dicere, testificari compellitur, si attestationes publicatæ non sunt. In prima partis consquestio. In secunda prouisio. 2. ibi. Ideoque [*Eius*] ſ.

2 R. uel ipsius. V. [*Vel* † *auxilium*] ubi aliud non fuisset iuratum, intelligeremus hoc de iniusto. de iureiurand.

a petitio, infra de his,ᵃ quæ fiunt à maiori parte ca. c. 1. & infra de excessibus prælatorum, grauem [*Contra ipsum*] ſ. V. [*Eidem*] ſ. R. actori [*Illorum*] id est aliorum simplex relatio. T. [*Publicatum non est*] putat † Innoc. & Hostien. testes, de quibus hic loquimur, etiam post publicationem aliorum recipiendos per beneficium restitutionis ᵇ ex clausula generali, si qua iusta causa mihi ᶜ uisa fuerit, &c. ff. ex quibus causis ma. l. c. prima, & idem dicunt post renunciationem. hæc no. infra eo, cum nenisset, maximè præstito à petente iuramento, quòd hoc malitiosè non petit, ar. opt. in auct. eo. titu, §. quia uerò multi. ibi dicitur, quod etiam post conclusionem admittitur, quæ plus deberet hoc impedire, quàm sola renunciatio, ad idem ar. ff. de eden. si quis ex argentarijs. §. fina. & l. c. Alij tamen dicunt hoc solum permitti per beneficium restitutionis in integ. iure speciali; de quo supra de resti. in integ. per totum. Sed primum dictum plus ei placet. quod ergo hic dicitur, intelligatur per uiam iure communis. uel quod hic dicit de publicatione, respicit, quod dicit, Et alios, si necesse fuerit, &c. ¶ Secunda † glo. ponit duplicem lecturam: primam, quod isti iurati deponunt super principali: secunda, quod super subtractione, & primam approbat. ¶ *In* † *glo. 2. ibi, seruari non posset*] de hoc in spe. eo. titu. §. pen. uersi. quid si quis. immò iurando peccauit mortaliter, si intendebat celare, dato quod per alios ueritas non posset haberi: aliàs non, secundum Gof. [*& ibi, ut hic dicit*] ipse enim, qui eos astrinxit, de hoc excipere nō potest, cum ipse particeps fuerit, secundum Gof. unde dicit Innoc. quod excipiens facilè repellitur replicatione doli, de adult. cap. pen. &

6 ult. fatetur † tamen, quòd aliàs iudex ex officio repellit personas testium, quas notorium esset minus idoneas, uel indignas, ar. ff. de postul. quos prætor, all. Hostien. de except. exceptionem [*& ibi, alij tamen*] ſ. Lau. & Tan. & Vin. qui † dicebant iuramentum seruandum, ex quo sine interitu salutis potest seruari: quia. ſ. poterat aliter subuenire ei, cuius testes fuerant corrupti, alle. 22. quæstio. 3. §. ult. [*& in fin.*] hoc teneas. ad quid aliàs papa curasset de publicatione testium super principali, cū etiam postea super hoc, cum esset nouum capitulum, potuissent induci hi, & alij testes supra capitu. proxi.

ANNOTATIONES.

a ¶De his. In gl. pen. dic, ut dixi post Clem. primam, ut lite pen. ubi uidetur requiri citatio, sed dic, aut uult infringere priuilegiū per temeditatem lit. pen. tunc citatio requiritur: quia deficit intentio Papæ commissio sufficit; ad hoc capitulum causam, de rescriptis, Archidia.

b ¶Restitution. s. Ad sic in c. 1. §. si enim, quid sit inuestitura, & spec. in tit. de præscrip. §. 1. uersi. item pone, & tex. in l. 1. in fin. quando ac. de pe. al. est anna.

c ¶Causa mihi. Imo uidetur dandam actionem de dolo; quod an sit uerum, uide glo. & Bar. in l. c. §. idem Pompo. ff. de dolo, & in l. at bitrio. §. dolo, ff. eo. tit. & in l. si filius.

SUMMARIUM.

1 *Publicatio, uel renunciatio testium in uno capitulo, non præiudicat uolenti producere in alio.*
Priuilegij productioni non obstat publicatio testium, ibid. nisi sit impetratum lite pendente, nu. 2.
2 *Instrumenta producere licet post testium publicationem, nisi in casu, & quo.*
3 *Priuilegia quando oculis subijcienda, impetrata super re litigiosa, & etiam motu proprio concessa non ualent in præiudicium alterius, nu. 6. uide nu. 7.*
4 *Epilogus, & suffragium glossarum, nu. 5.*
Testes possunt super uno recipi & publicari, & non super alio, si plura & diuersa sint capitula.
Priuilegium super re litigiosa impetratum non ualet. §. 1. & nume. 7.
Priuilegia indulgentur contra ius commune, nec ualent, si nimium lædant. §. 3.
6 *Additio glossarum.*
Litigiosa res quando dicatur effecta.

CAPUT XIX.

Causam, quæ vertitur. Casus. Publicatio † uel renunciato testium in vno capitulo, non præiudicat uolenti producere testes in alio. Communis diuisio. secunda ibi, Iudicibus. & de eodem facto, supra de mu. pe. ca. primo [*Proculsis*] huic productioni non obstabat publicatio testium, infra titu. 2. dum dilectus [*Et infra*] pars voluit producere testes super nouis capitulis dubitatum fuit, consuluit papa [*Literis*] surrepticijs, quia nec de primis, nec de processu fecerant mentionem, supra de dolo, cap. a infra de iureiur. inter. [*Impedimentum*] ar. quod publicatis † attestationibus nō licet pro-

2 cedere instrumenta: sed non est uerum, sed intelligitur hoc de impetratis lite pen. T. & Gof. Vincen. [*concordia*] & prius concordia, de hoc supra de transact. c. ult.

c. ult. Gof. [*Intimauit*] forte proprio motu, forte ad plebis instantiam, de electi. innotuit, uer. multa, de dolo & contum. cum olim, & cap. ueritatis. Hostien. [*Præsentiam*] sunt 3 † enim talia oculis subiicienda. infra de priuil. porrò, de hoc de cor. ulci. capi. 2. Hostien. & in arbo. con. in prin. [*Transmittatis*] sic supra de rescriptis, ex parte. 1. cum suis concor. ¶ Gloss. 1. 4 † ponit duas lecturas, & secundam appobat. ¶ Vlt. glo. obiicit. & soluit. 5 ¶ In † gloss. 1. in fi.] arbiter ad plures controuersias non sibi communes assumptus diuisim eas tractare potest. ¶ [*In glo. 3 ibi. §. si uerò*] uide in cap. prox. alleg. super. 1. glo. ¶ [*In glo. 3. ibi. tutor petitus*] sequitur, si ante decreti diem aliquod priuilegium quærit, rectè peritionem institutam excludere non poterit. ¶ [*In glo. ult. ibi. l. 3. in fi.*] priuilegia ciuitatum, prouinciarium, uel corporum generalem legem non faciunt [*& ibi l. 1*] priuilegium cōcessum Ponticis, vt natus ex matre Pontica Ponticus censeatur, nō restringitur ad vulgo quæsitos, circa illos enim priuilegium non erat necessarium: sed ad illos, qui ex diuersis parentibus nati sunt [*& ibi l. 1. lib. 10.*] quod circa thesaurum inueniēdum, est iure statutum, superfluum est precibus impetrare [*& ibi quosi.*] dilatoria solutionis impetratur per priuilegium, peremptoria non [*& in fi.*] can. 25. quæstio. 6 2. ¶ [*In † glo. 1. ibi, publicata*] secundum Laur.[a] & T. [*& ibi, a nerius uidetur*] idem Hostien. ¶ [*In glo. 2. ibi, impetrata*] idē uidetur Hostien. si motu proprio principis sit concessa [*& ibi, alterius partis*] unde, si per illud priuilegiū b nil noui acquiret impetrator in præiudicium[b] partis, bene ualeret, secundum T. & Goffre. ¶ [*In glo, pe. in fi.*] 7 secundum La. hoc posset † intelligi secundum Hosti. præsentata litera, de appella. super eo. 2. & citatione secuta, de hoc de officio delega. gratum, uel saltem post notitiam aduersarii, app. meminimus, de al. mu. iud. causa fac. cap. primo.

ANNOTATIONES.

a ¶Secundum Lau. Pro hoc quia appellatio, & relatio æquiparātur, ut illis pendentibus nil attentetur, uide iura in spec. de rela. §. 6. in princ. & sic quemadmodum super nouis articulis in causa appell. possunt produci testes, ita in causa relationis posse fieri.

b ¶In præiudicium. Adde, etiam si sit concessum motu proprio, secundum do. An. & Imol. hic.

SVMMARIVM.

1 *A testimonio repellitur consimili morbo laborans.*
Morbus hic pro peccato, peccatum alibi pro defectu, ibidem.
2 *Similitudo morbi repellit testem siue pro impugnante, siue pro defendente deponat.*
Morbus omnis etiam dissimilis repellit testem, ibid.
3 *Certum pro notorio, quod non eget probatione.*
4 *Epilogus, & supplementum glossarum. nu. 5.*
Similitudo causæ quem repellat testem, ibid.

CAPVT XX.

1 PErsonas. Casus. A † testimonio repellitur consimili morbo laborans. & huius pars, infra de ap. personas [*Negocia*] idest causæ criminales, Petr. & Abb. [*Morbo*] idest peccato. alibi peccatum pro defectu. supra de rescriptis, ad audientiam [*Consily*] eius, qui eum in testem producit secundum Ioan. de Deo, & G. Na. & dicit Guido hoc patere ex antiqua, quòd est falsum, & litera infra. Si ab altcrutra, probat con2 trarium. per quam dic, quod † morbi similitudo repellet testem, siue pro impugnante, siue pro defendente deponat, nec mirum: quia omnis morbus, etiam dissimilis repellit, iuxta distinctionem, infra c. testimonium. fortiùs similis, ut hic [*Certum sit*] idest 3 † notorium, quod non eget probatione, de filiis presb. quoniam. Hostien. [*Possint conuinci*] supra eo. super eo. [*Admitteantur*] contra supra eod. capit. primo, titu. 3. & 4 ibi sol. T. & Goffre. ¶ Gloss. 1. † allegat tres concor. & 5 inducit tria similia. ¶ † [*In glo. 1. ibi, recusari*] sed an talis a similitudo[a] causæ repellet testem? uidetur. G. uelle quòd sic, in spec. eod. titu. § 1. dicto uersi. Item quòd habet, b sed Hostien. hic putat hoc[b] absurdum, nisi esset solus, uel uehemēter suspectus. esset enim absurdum, quòd unus emptor alteri emptori non posset ferre testimonium. & dicit dec. intelligendam de socio, & participe secundum legem, quoniam liberi, C. eo. tu dic in teste, ut dixi in iudice in decre. causam [*& in fi.*] uide quod no. 35. quæstio. 6. cap. 2 in glo. ar. quòd.

ANNOTATIONES.

a ¶Similitudo. Adde Fede. consil. 62. & Bald. in l. dictantibus. C. de testam.

b ¶Putat hoc. Dic hoc uerum. & ratio differentiæ, quia testificatur super facto nudi. & licet sic sit in hoc facto, non sequitur, quòd in alio sic debeat esse. sed in iudice secus, quia iudicat secundum ius, & eodem putat in hoc, ergo & in alio, quia ius est indeterminatum. Bald.

SVMMARIVM.

1 *Christianus contra Iudæum in testem admittitur.*
Iudæus, an de crimine excipiat contra Christianum productum in testem, ibid. ubi quærit hic.
Excommunicatus etiam excipit contra testem, ibid. in fin.
Voluntas non sufficit, nisi sequatur effectus, ibid. in fine ad dictio. uoluerint.
2 *Iudæi, & Saraceni, quæ olim priuilegia impetrabant non tamen concedendis.*
3 *Iudæi subiacent tanquam serui Christianis non tamen prosequendi, num. 4.*
Seruitus inducitur de iure canonico, ibid.
4 *Epilogus, & additio glossarum.*

CAPVT XXI.

IVdei, siue. Casus. Pars. de Iudæis, Iudæi, si1 ue. & hoc dicit. Christianus † contra iudæū in testem admittitur. ponit dictum. addit pœnam. subiungit causam [*aduersus Iudeos*] Quærit hic a Hostien. an iudæus[a] de crimine contra Christianum excipiat quòd uidetur de excep. cum inter, contra de usuris: quia frustra. Dicit posse distingui, an id, de quo b excipit, sit peccatum vtraque lege ueteris[b] & noui testamenti; & tunc admittitur. an l. uete. tantum, & tunc non admittitur. an noui tantum, & tunc etiam repellatur in pœnam sui erroris. uel dic, quòd tunc secundum eum admittitur, cum secundum l. Romanam illos iudicare debeamus, & sic secundum illam excipere possint. C. de Iudæis, Iudæi, ne claudicet iudicium, ut in dicta dec. cum inter. nam & excommunicatus excipit, ut ibi [*Voluerint*] cum effectu, de hoc, de eo, qui mittitur in pos. cap. primo [*Praferre*] Impe2 trabant † quandoque Iudæi, uel Sarraceni priuilegia principum, quòd per Christianos in ciuilibus, uel criminalibus conuinci non possent, quibus si utantur, priuantur Christianorū commercio, & princeps nō debet illa concedere, uel concessa seruare, ut in conc cilio Vien. e. tit. cum Iudæi[c] [*Subiacere*] tanquam † ser3 uos, & sic inducitur seruitus de iure canonico, Sicut & aliàs 25. quæstio. ult. cum multæ, secundum Innoc, 4 & infra de Iudæis, ita quorundam, Hostien. ¶ Glo. 1. soluit contrarium. ¶ [*In glo. 1. in fi.*] & infra eo. ca. secundo,

dò.¶[In † gloss. secunda, in fi.] ista iura probant secundum Hostien. Iudæos non persequendos.

ANNOTATIONES.

a ¶Iudæus. non potest esse testis. Adde illud non procedere, quando ageretur de conuincendo Christiano olim Iudæo. qui diceretur reuersus ad Iudaismum; casus est, quem ad hoc notat Do. in c. contra Christianos, de hæret. in 6.

b ¶Veteris. Verum Iudæi, uel pagani, uel hæretici admittantur ad accusandum, uel testificandum contra Christianos, uide not. supra eo. tit. c. 1. & c. licet, & quod not. in c. pagani. 2. q. 7. & seq. Archi.

c ¶Cum Iudæi. Ad hoc uide Clement. c. de testi. & ibi contra. uide, quod firmat gl. sed cum in iudicijs &c. & an Iudæus contra Christianum admittatur, facit supra eod. c. 1. & C. de hæret. l. quoniam, & c. licet, infra eod. Bald.

SVMMARIVM.

1 *Matris testimonium est suspectum, ubi filia petit aliquem in uirum se maiorem, non tamen ita suspectum in sponsalibus, ut in matrimonio, num. 2. uide num. 6.*
Ad matris solius dictum impeditur matrimonium, sed contractum non dissoluitur, ibid.
2 *Mulier admittitur ad testificandum in causa matrimoniali, nisi in casibus, & quibus.*
3 *Potentia, & honor ad quos hic referantur.*
4 *In disiunctiua sufficit alterum, & in alijs intelligitur hic repetita.*
Excessus si sit in uno nobilitatis, in altero diuitiarum quid iuris, ibid. uersi. si uerò.
Arbitrium iudicis, an testis sit suspectus, ibid. & num. 6.
Præsumptio non est probatio: impedit tamen matrimonium contrahendum, ibid. ad dictio. præsumptio.
5 *Epilogus, & additio glossarum, num. 6.*
Testimonium parentum an sit suspectum, arbitrio iudicis committitur circumstantijs inspectis, ibid.
Circunstantiæ sunt inspiciendæ in testium personis, ibid.

CAPVT XXII.

1 SVper eo. Casus. Testimonium† matris est suspectum, ubi filia petit in uirum aliquem se maiorem. Secundò dicitur, quod ad dictũ solius matris matrimonium impeditur: sed contractum non dissoluitur. Et partes duæ patent, secunda ibi, Super illa, & quælibet subdiuiditur; quod per se patet [Affidasse] per uerba de 2 præsenti. Idem tamen† quo ad sponsalia secundum Host. non puto testimonium ita suspectum in sponsalibus, sicut in matrimonio [Altera mulier] de hac non respondere uidetur. sed dic, quod admittitur 15. q. 3. ex eo. ff. eo. ex eo; ad hoc infra de præscript. nonne, nisi ex nimia familiaritate, uel utilitate, uel aliter sit suspecta, infra eo. in literis, Host. [uidetur] infra de præsump. afferte [Nobilitate] 3 generis, de qua infra de præb. c. pen. & quod dicit, † potentia, intellige amicorum. & quod dicit, Honore, ut quia iudex, bailiuus, doctor, uel consiliarius principis, a uel magni uiri [Vel honore[a]] ergo† sufficit alterum, cum 4 hic ponatur disiuncta, quę in alijs intelligitur repetita, infra de appel. c. secundo requiris. Si uero alter excedit in uno, alter in alio, puta exceditur mulier nobilis, & pauperrima: uir plebeius, & ditissimus, hic iudex arbitrabitur, an testimonium matris sit suspectum, & inspiciet consuetu. regionis; & de hoc in Spec. §. 1. in fi. pen. colum. [Sola mater] hic est casus conuersus à superiore: quia hic mater stabat pro matrimonio, ibi contra secundum Hostiē. [Præsumptio] non tamen probatio; & sic propter solam præsumptionem impeditur matrimonium contrahendum [Siue plurium] hæc communis litera: aliàs simplici iuramento, Hostiens. ¶ Glo. 1. 5 †fortificat textum, signat contrarium, & soluit. ¶ In 6 † glo. 1. ibi, excellentia] admittuntur; quia tunc cessat suspitio. & idem, si ipsi parentes essent ualde honesti secundum Tan. unde dixit Hostien. quicquid scribatur, hoc esse arbitrarium. ff. eod. l. 3. infra eod. præterea. & capit. in nostra. possent enim esse circunstantiæ, propter quas iudicaretur testimonium non suspectum, puta quando nobilis multum diligebat plebeiam ualde formosam, quam habere non poterat, nisi cum illa contraheret, & parentes aliàs sunt honesti. cessantibus uerò circunstantijs, inæqualitas facit testimonium parentum suspectum: aliàs facilè probaret plebeia se desponsatam per regem, uel plebeius se desponsasse reginam, & idem dicit ipse Hosti. de consanguineis in summa huius tituli. §. 2. uersic. ubi autem; ibi uideas.

ANNOTATIONES.

a ¶Vel honore. Et ponitur hic copula punctus, qui habetur loco disiunctiuæ, siue alternatiuæ: quandoque loco copulæ; ut in l. cum duobus. §. si inchoandi. ff. pro socio, & text. in c. fi. de pact. lib. 6. ad hoc tex. in c. nemo, 2. q. 1, in prin. Archi.

SVMMARIVM.

1 *Iudæus nil potest probare minus, quàm per duos testes fideles & honestos, & est inimicus Christianis.*
Diuisio capituli, ibid.
2 *Epilogus, & suffragium glossarum, num. 3.*
Affirmatiua exponitur per negatiuam, & contra, & exempla referuntur in prin. ad sequentem usque §. & num. 4. §. 1.
Testis unus inducit præsumptionem, sed non facit probationem.
4 *Additio glossarum.*
Testi uni quibus creditur casibus, ibid. in fi.

CAPVT XXIII.

1 LIcet uniuersis. Casus. Iudæus †nil potest probare minus, quàm per duos testes fideles, & honestos. & facit quatuor. premittit causam dicti: ponit dictum ibi, Mandamus, quod probat auctoritate ibi, Iuxta. Soluit obstaculum ibi, Quia licet. & erat olim in secunda compil. de fo. competen. [Inimico] idest Iudæo, infra de Iudæis, cum sit [finem] quasi quod ad dictum unius pro ipso diffiniatur causa [Dominicum] Matth. 18. [Quia licet] diceret aliquis illa auctoritas de duobus testibus non iuuat, quia in multis causis requiruntur plures; respon. [Legitimo] aliàs, ut quia persona ualde fide digna est, infra eodem, licet. 2 ¶ Secunda† gloss. signat contrarium, & soluit. ¶ Gloss. tertia exponit affirmatiuam negatiuè, & dat simile per contrarium, subdens quatuor casus, in quibus nõ sufficiunt duo testes. ¶ Vltima gloss. soluit tria contraria. 3 ¶ In † glo. 3. ibi. l. 4. in prin.] ibi suis numis redimitur seruus, ex quo numi non erant redimentis, sed nec serui propriè dici possunt [& ibi, non debet, in fi.] ibi bonæfidei, idest non malæfidei [& ibi. §. rogo] meritus, hic est dignus in l. sequen. dicitur, qui non offendit. ¶ In glo. ultim. ibi l. 1. in fine] tabulæ suspectæ habentur, cum unus testis negat se sigillum suum agnoscere, sed nihilominus aperiuntur [& ibi, Theopompus] uide supra eod. ue4 niens, super fine ultimæ gloss.] ¶ In † glo. 1. ibi, in fi.] de hoc supra de electio. cum in cunctis. ¶ [In glo. 2. in fi.] de hoc in Specu. eodem titu. §. primo. uersicu. Item quod est Iudæus. ¶ In glo. 3. ibi, cum quidam] & uigesimasexta dist. capitulo primo [& ibi, & puberes & mares] Institutiõ. de testament. §. possunt [& ibi, etiam in casu] dicit hic Hostiens. quod capitulum statim allegatum loquitur de suspectis, ut dicit Gratianus in §. ibi sequenti: uel loquitur de rigore iuris, qui seruandus non est [& in fine]

de hoc in summa ipsius questionis, & plenius. infra de regu. iu. pluralis, lib. 6. & in Spe. §. quem allegabo in fi. seq. glo. ¶ [*In glo ult. in fi.*] idem not. supra eo ueniens. 86. dist. tanta. 30. casus quibus creditur uni. [1] uide in Spec. eod. titu. §. restat de numero. uersicu. hoc tamen fallit, quorum. 13. not hic Hostien. & Pet. 18. Io.

ANNOTATIONES.

1 ¶ Creditur uni. Adde Bal. in l. directas, C. de testa. ma. & quod not. glo. in l. Titio fuodus. ff. de conditio. & demon. & Bald. hic.

SVMMARIVM.

1 *Testes idonei non sunt, quos de familia sua producit actor.*
Pro matrimonio quo præsumatur, ibid. & num. 2.
2 *Superueniens affinitas non dissoluit matrimonium.*
3 *Familiaribus testibus quibus credendum.*
4 *Epilogus, suffragium, & suppletio glossarum, num. 5. & 6.*
Potestas iudiciaria non impedit ferre testimonium, ad dictio. dominicæ.
Cap. item idonei. 4. q. 3. intellectus, ibid.
Domestici, agnati, cognati, affines, & uasalli an admittantur ad testimonium.

CAPVT XXIIII.

a 1 IN literis. Casus.[a] Nõ sunt † idonei testes, quos de familia sua actor producit. Et cõis diuisio. 2. ibi, Respõdemus [*Legitime*] quia palam & in facie ecclesiæ, & ideo præsumit contra ipsum, infra qui ma. accu. pos. cum in tua. quare requiritur probatio clara, & non suspecta, infra de re iudi. lator, Host. [*Per septennium*] maximè. sed propter † hoc magis præsumitur cõtra ipsum, arg. de frigi. ci. [*antequam*] quia si post affinitas superuenitet, nõ dissolueret matrimoniũ, infra de eo, qui cog. con. discretionem, & c. pe. & ult. [*Ad quod*] scilicet copulam, & affinitatem prædictã [*Pro illorum*] scilicet familiarium suspectorum. ¶ Vnde dicit Inno. 3 quod licet † familiares. non serui, nec in potestate patris cõstituti possint licitè reddere testimonium: tamẽ iudex diligenter attendat honestatem personarũ, ut nisi honestæ sint. nullatenus eis credat. ut hic, & supra de proba. licet [*contra ipsos*] ipsorum coniugium: quia pro parte uiri deponunt [*Aliquos*] etiam non familiares, Inn. 4 ¶ Glo. 2. † in princ. & fi. dicit familiares non admitti. & qui sint familiares, domestici. signat cõtrarium, & sol-5 uit. ¶ [*In † glo. 2. ibi, non ualent*] dicit l. seq. interrogari non placuit [*& ibi. l. 2.*] can. 4. q. 3. uers. etiam iure [*& ibi præsenti*] est lex ult. quam supra alleg. de his, qui ad ecc. con 6 fu. ¶ [*In † glo. 2. §. sanè*][b] & C. de uerb. sig. l. ult. Pe. & Abb. b allegant. ff. de ædil. edi. ædiles. §. familiæ [*& ibi. q. 2.*] ubi de hoc in sum. [*& ibi, uel dominicæ*] nõ dixit, iudiciariæ: quia secundum hoc nullus admitteretur; & sic intelligitur. 4. c q. 3. item idonei[c] [*& in fi.*] de hoc, & quid si desijt esse domesticus. item quid de agnato, & cognato. cõiuge, socero, & uasallo, & alijs, circa hoc vide in Spe. de teste, §. 1. uers. item excipitur, quod domesticus est, & uersi. seq. ¶ [*In glo. ult. ibi, ex literis*] & 35. q. 6. c. 2. ubi de hoc.

ANNOTATIONES.

a ¶ Casus. Ex hoc c. literis, in fi. not. regulam ad cognoscendum habilem, uel inhabilẽ ad testificandum, quando scilicet qualitas concurrit in teste, quód uerisimile est eum deierare, tunc repellitur: alias secus, ad hoc etiam, quod dicitur de compurgatore. 2. q. 5. si mala fama, Archi.

b ¶ Sanè. Vide ibi Bal. & Sal. & Bar. & prædictos in l. etiam, C. de te-sti. & uide bo. glo. in l. respiciendum. §. si furta, ff. de pœnis. & scias quicquid sit de testimonio domesticorum & affinium hic, in causa non iniuriarum non admittuntur: quia iniuria unius est alterius. l. Iul. ff. de iniurijs, & ibi uide Barto.

c ¶ Idonei. Et secundum hoc patet singularem de uniuersitate posse pro illa testificari; licet illi per caput uniuersitatis possit imperari, uide Bart. in l. in tantum, ff. de rerum diui.

SVMMARIVM.

1 *Testes produci possunt, donec attestationes publicatæ fuerint, postea uerò non super eodem capitulo; super alio sic.*
Diuisio capituli. ibid.
2 *Casus, siue facti species huius decretalis quæ.*
3 *Appellationi quibus modis tacitè renuncietur, & num. 8.*
4 *Publicatio mearum attestationum etiam aduersario meo adimit facultatem producendi testes ad idem.*
5 *Testibus si sit renunciatum, quando non obstet aliorum productioni nec in principali, nec in appellationis causa, & num. 11.*
6 *Sententia fit absolutoria, uel condemnatoria iuxta probationem.*
7 *Epilogus, & suffragium glossarum, num. 8.*
Renunciari appellationi, uel alij iuri sibi competenti uidetur per actus illi repugnantes, & affert exempla. §. 1.
De renunciato nõ datur amplius recursus, excipiuntur casus n. 11.
9 *Additio glossarum.*
Tempus dati rescripti inspiciendum, ibid. num. 9.
Per præsentationem rescripti datur iurisdictio, ibid.
Delegatus in quas personas, & res habeat iurisdictionem, ibid. in fine, & num. 10.
10 *Prorogatio iurisdictionis cuius per quos, & de quibus fieri possit.*

CAPVT XXV.

1 CVm uenisset. Casus. Donec † attestatiões fuerint publicatæ, uel eis renunciatũ, produci possunt testes: postea uerò non super eodẽ capitulo; super alio sic. hoc dicit quò ad titul. & sunt duæ partes. in prima partis conquestio. in secunda dat iudices ibi, Minus. quibus tria mandat. secundum ibi, Quæ-2 stiones. 3. ibi, Si qua uerò [*Causam*] quæ super † diuersis erant articulis, super uno fuit lata sententia: super alijs producti testes, & renunciatum: super alio non renunciatum, licet producti essent testes, uel non producti [*Sententiam*] latam super uno de capitulis commissis, vt prædixit [*Occasione mortis*] exceperat enim altera partiũ mandatum extinctum per mortem Papę reintegra, & quia non audiebatur, appellauit: sed postea tacitè renunciauit; & sic non obst. appell. ut sequitur [*Producen-3 dos*] Idem sit dilationem petierit ad illos producẽdos. ff de pactis. tale. C. de re iudic. ad solutionem, supra de officio deleg. gratum, cum concord. Hostien. [*Quæstiones*] hic explicat secundum articulum, de quo dixi in 4 princ. [*Ab alterutro*] nota. quod † publicatis attestationibus per me productis, etiam aduersario meo est adempta facultas producendi testęs ad idem, secundum Goffr. [*Si qui uerò*] expedit tertium articulum [*Renunciatum*] hic 5 not. Innocẽt. quod † post renunciationem testium factam in generali iterum proponi poterit, & admitti excep-a tio[a], super qua poterunt testes produci. nam ex quo quis admittitur ad excipiendum, per consequens admitti debet ad probãdum siue per testes, siue alio modo, argum. hic, & supra eod. causam. 2. Si uerò super aliquo speciali articulo renunciatum sit testibus, super illo amplius de iure communi non sunt testes recipiendi ut infra eodem, de testibus. an uerò per beneficium restitutionis ex clausula generali, si qua mihi iusta &c. dixi id, quod hic nota. Innocent. supra eodem intimauit. Si uero in causa principali generaliter renuncia-b tum[b] sit testibus, tamen in causa appellationibus super nouis pendentibus ex primis testes produci pos-c sunt, supra eodem fraternitatis.[c] Si uero in causa principali renunciauit quis super aliquo speciali articulo, non potest de iure communi super illo testes producere etiam in causa appellationis, ut à contrario colligitur, infra capitulo constitutus. §. finali. & quantum ad hac nulla, uel modica uidetur differentia inter causam principalem, & causam appellationis. renunciatio uerò, uel conclusio generalis facta in causa princi-

pali

pali non extenditur ad cauſam appellationis, quæ eſt alia à prima: quia nec creduntur partes hoc intellexiſſe; aliàs ſi hoc intenderẽt, & expreſsè dicerent, Nos renunciamus, & concludimus omni facto & iuri in hac lite ita, ꝙ in cauſa princ. uel app. nil deinceps poſsimus dicere, talis renunciatio bene præiudicaret ſm Innoc. alleg. Hoſt. C. de temp. app. l. fi. ad fi. ff. de feriis. l. 1. & infra de reg. ſtatuimus. & dicit, ꝙ hæc glo. Inn. in uerſi. renunciatio uerò, facit pro opi. ſua, quam dixi ſupra eo. fraternitatis, ſ. ꝙ in cauſa appellationis nouum capitulum probare poſſum etiam per antiquos teſtes, & an-

6 tiquum per nouos [*Debitum*] abſoluendo, † uel cõdemnãdo, ſm quod ſit plenè, uel ſemiplenè, uel nullo modo probatum, ſupra tit. 1. ex literis, de iureiu. c. fi. Hoſt.

7 ¶ Gl. 2. † alleg. 6. concor. ſecundo arguit, ꝙ mortuo delegante &c. dicens quoſdam hoc tenere. Sed gl. tenet, & probat cõtrarium, & ad hanc decr. reſpon. ¶ Pe. gl.

8 obijcit, & ſoluit. ¶ [*In † glo. 1. in fi.*] & ibi, omnia noſtra [d],

d facimus &c. ¶ [*In glo. 2. ibi tale. §. 1.*] appellationi renunciat, qui poſtea cõuenit iudicatum ſoluere, ſi infra certum diem non ſolueret pecuniam, de qua tranſegerat [*& ibi, ſi filius. 2.*] ſi filius abſente patre cauit, quaſi mandato ipſius pecuniam recepiſſet, & patri inſinuauit, qđ pecuniam ſolueret, niſi pater ſtatim improbet, approbare uidet. Sed melius facit. l. ſed Iulianus. §. ubi, ſi pa- terfa. factus ſoluit partem debiti ceſſat Macedonianũ [*& ibi, ad ſolutionem*] petens terminum ad ſoluendum acquieſcit ſententiæ [*& ibi, ſi filius*] filius emancipatus & maior legatum recipiendo renũciat bonorum poſſeſſioni contra tabulas, & reſtitutioni in integ. ſuper illa petitæ [*& ibi. §. aream*] hanc & ſeq. uide de ſim. ex inſinuat. ſuper ult. glo. [*& ibi, nemos*] cuius mentem habes de præb. dudum, ad fi. lib. 6. uer. ad inſtar. ¶ [*In glo. ult. ibi, ſi quis in conſcribendo*] uide de foro compe. ſi diligenti, ſuper 1. glo. [*& ibi, ſi quis iuſiurandum*] uide de fo. compet. ſignificaſti, ſuper gl. 2. [*& ibi, ſi uenditor*] loquitur in uen-

9 ditore, qui patefecit emptori certum morbũ. ¶ [*In † glo. 2. ibi, concedunt quidam*] Goff. Phi. hic, & ſupra de off. dele. gratum, & c. licet, & Innoc. ibi, & Bar. Brix. in quæſtio. Ven. quęritur, utrum morte. facit pro hac parte ſm Inno. quia tempus dati reſcripti inſpiciendum eſt, de reſcrip. eam te, & quia per ſolam illius repreſentationem datur iuriſdictio, infra de appe. ſuper eo. 2. in fi. & adeo firmatur, quod non ualet reſcriptum contra illud primum poſtea impetratum, ſupra de reſcriptis, cæterũ, & quia ſuper pſonis, & rebus in reſcripto expreſſis delegatus ſtatim habet iuriſdictionẽ, ſupra de reſcriptis,

10 paſtoralis. §. 2. dicit † autem Inno. hic, ꝙ iuriſdictionem iſtorum iudicum per ſuos cõſenſus partes prorogare poſſent, ut hic, & remittit de offi. deleg. ſanè. Sed Hoſt. hic fatetur in prorogatione de re ad rẽ, uel de tempore ad tempus: iuriſdictionem autem iam extinctam ꝑ mortem delegantis negat prorogari poſſe. non ob. de offi. dele. inſinuante, & de app. ſolicitudinem: quia ibi conſtat, iudices iuriſdictionem habere, licet per exceptionem poſſit elidi; & ideo procedẽs coram illis, uidetur exceptioni tacitè renunciare, & per conſequens iuriſdictionem illorum ratificare, & ſolidare: hic uerò ꝑ mortẽ ſtatim fuit iuriſdictio extincta &c. de cõſ. diſ. 4. quæris, & priuatorum conſenſus &c. ſupra de fo. cõp. ſignificaſti [*& ibi, contradico*] idem Vin. ſupra de off. del. licet, & hic Hoſt. §. 1. Guil. in Spec. dele. §. reſtat, uerſic. Item mortuo, aliàs quid ſi delegatus, & facit ad hoc, infra de offi. dele. c. fi. §. officium, lib. 6. & Boat. in præall. c. gratum, dicit, ꝙ hæc quæſtio de Terdona fuit miſſa Bon. & conſultores, inter quos fuit Egy. conſuluerunt pro hac parte, & hoc placet [*& ibi, in prouincia*] vbi idem not. Accur. in glo. ergo ſi ſciuiſſent, in fin. [*& ibi, nemos &c.*] & infra de præben. dudum, ad fi. uerſicu. & ad inſtar, li. 6. [*& ibi, poſt appell.*] nec dicitur hic, ꝙ mors non impedierit proceſſum, ſed ꝙ nõ impediuit appellatio interpoſita ꝓpter mortem: quia fuit ab illa receſſum. ¶ [*In glo. pen. in fi.*] Vincen. uel ſi fuerat lata non canoni-

11 cè. Tan. Vincen. ¶ [*In gloſſ. ult. ibi, admittenda*] niſi † eſſet talis, cui competeret reſtitutionis beneficium, ut minor, uel eccleſia. ſupra de reſtitutio. in integr. auditis, ſecundum Tan. ibi dedi remiſsionem.

ANNOTATIONES.

a ¶ Exceptio. Peremptoria, quæ uſque ad concluſionem poteſt opponi, uel etiam dilatoria illis caſibus, quibus poſt lit. cõteſt. poteſt opponi, uide de excep. exceptionem.

b ¶ Generaliter renunciatum. Adde, quòd idem, ſi ſpecialiter ſecundum Abb. hic, & cum eo concordat Spe. in tit. de renun. §. 1. uerſi. hoc etiam ſcias, & Bart. in auth. qui ſemel, in 3. col. C. de prob. Bal. in l. per hanc, in 1. col. C. de tempo. appell.

c ¶ Fraternitatis. Et iſte poteſt eſſe unus intellectus illius. c. fraternitatis, de differentia primæ & ſecundæ quæſtio. ex quo nota, quod renunciatio ſuper certo art. in princ. extenditur etiam ad cauſam appell. quamuis ſit alia inſtan. quod potuit uelle prin. c. fraternitatis, ut hic, uide per Inno.

d ¶ Omnia noſtra. Adde tex. in cap. ſi Apoſtolicæ, de præben. in 6. & dom. Anto. in cap. nouit, ſupra de iu. & per Bald. in l. ex placito, in 4. col. C. de re. permu.

SVMMARIVM.

1 *Falſitas priorum teſtium comprobari poteſt publicatis atteſtationibus.*

Teſtes alij poſſunt induci ſuper eodem capitulo publicatis atteſtationibus in cauſa matrimoniali, ibid.

2 *Puberes ſine conſenſu parentum cauſam matrimonij agere poſſunt.*

3 *Accuſatio matrimonij dicitur reſpectu criminis.*

4 *Ad conſanguinitatis reprobationem ſufficit unum gradũ deſtruere.*

Gradum rumpere aliud eſt, quam dicere contra teſtes, ibid. & ratio. hoc poſt publicationem teſtium facere poſſum; illud minimè, ibidem.

Dictorum, quàm perſonarum teſtium conditio potior, ibid.

5 *Teſtium minor numerus reprobantium non præiudicat maiori probantium.*

In teſtium comparatione penſandæ circumſtantiæ, ibid.

6 *Epilogus, ſuffragium, & additia gloſſarum, num. 7.*

Conſanguinitatem poſſunt duo teſtes a latere uiri probare, alij duo à latere mulieris, ibid. num. 7.

Gradum primum duo teſtes probant, & alij duo ſecundum, & ſic deinceps, ibid.

De natalibus inſtrumentum etiam ſit, & qualiter, ibid. § in glo. 2.

8 *Vincentius duos apparatus in decretales conſcripſit, & quo tempore.*

Teſtes poſteriores hic cur admiſſi poſt publicationem priorum, ibid. & nume. 9.

9 *Teſtes in cauſa matrimoniali licet producere ſuper eiſdem capitulis, atteſtationibus publicatis etiam in eadem inſtantia fauore matrimonij.*

CAPVT XXVI.

1 SEries. Caſus. Publicatis † atteſtationibus, põt falſitas priorũ teſtiũ cõprobari. uel in cauſa matrimoniali publicatis atteſtationib. ſuper eod. c. poſſunt alij teſtes induci. Et cõmunis diuiſio. ſecunda ibi, Præ-

2 ſenti [*filios*] ſi iſti † erant puberes ſine conſenſu parentum hanc cauſam agere poterant, infra de iud. c. ult. in fine, libr. 6. [*Accuſabat*] tanquam inceſtuoſum. dicitur

3 enim † accuſatio reſpectu criminis, Goff. [*Primo gradu*] qui non fuerat in articulis declaratus: ſed teſtes interrogati de cauſa ſcientiæ, declararunt. & facit, quod nota. Innocent. infra eodem ex tenore [*Et ſororem*] iſti faciunt primum gradum, ut patet in arbore, Hoſtienſ. Io. And. ſuper 2. Decre.

[*Esse dicebat*] no. q̄ ad reprobationem consanguinitatis sufficit destruere vnum gradum, Inn. & idem Vinc. supra de testi. spo. literas. ubi dicebat aliud esse dicere 3 testes, quam rumpere gradum: quia 3 mille testes per duos testes dicere possum, & sufficiet, & dicā de hoc, infra eod. cum in tua. sed si probas gradum par. 4. non sufficit mihi rumpere per duos: quia potior est conditio dictorum, q̄ personarum. & per hanc rationem patet Vin. intellexisse, cum dr̄ 3 personas testiū. Alia d̄ria ſm eum: quia in personas testium post publicationē dicere possum, rūpere gradum non. nec ob. hæc decr. quæ intelligitur ſm eum, ut dicam super ul. gl. nec ob. infra eo. ex tenore, ut ibi no. Aliud dictum Vin. vide in Spe. eo. ti. §. qualiter, uer. sed opponitur [*receptos*] & publicatos. & hoc est regulare, in auct. e. §. quia uerò [*Canonicum*] infra eo. licet ex quadam, supra eod. quot. Pe. [*Consuetudine*] quæ non patitur post primos testes publicatos alios admitti [*Contraria*] nec inducta de certa sciētia conditoris legis, Innoc. [*Testes*] cum sit nouus articulus ſm Innoc. qui † non credit, q̄ per duos hoc probantes præiudicetur pluribus, qui aliud probauerunt. Sed pensatis omnibus circunstantijs considerabit iudex. quis melius probet, & ſm id iudicabit, supra tit. 1. ex literis. 3 2. q. 1. siquis acceperit. infra eod. ir nostra.

¶ Secunda † glo. querit, & soluit. ¶ Vlt. glo. primò adiuuat textum & improbat consue. secundò ponit opin. Vin contrariam. tertiò illam reprobat, & dat huic decre. duos intellectus, & ult. signat, & soluit cōtrarium. ¶ [*In ult. glo. ibi, optimam*] uide supra titu. 1. 3. super 1. glos. ¶ [*I † go. 1. in fi.*] & credimus, q̄ duos testes possint probare consanguinitatem à latere uiri. Alij duo à latere mulieris: immò, quod plus est, duo testes possunt probare primum gradum: Alij duo secundum, & sic de alijs. Inno. ¶ [*In glo. 2 ibi, & sic inducebatur*] uel fortè de natalibus illius, idest factum fuerat instrumentum [b], in quo cōtinebatur, quis, ex qua illam susceperat, & quo anno. & die nata fuerat, secundum Host. alleg. C. de inge. l. pen. ff. quod metus causa isti quidem. §. 1. parum faciunt. ¶ [*In glo. ult. ibi, Vinc. † dixit*] hodie. olim uerò in secundo apparatu dicebat hic q̄ utrinq; testes fuerunt simul producti, & simul publicati: vel ante publicationē iudex dixit reo: probatum est de tali gradu: sed non dixit: quomodo probent. unde ante publicationem uolebat alios inducere in contrarium: uel de consuet. prouinciæ erat, q̄ pars audiret testes, quando testimonium ferebant, uel iudex indiscretè publicauit testes, & ideò non fit præiudicium parti, quominus alios p̄ducat. ad hoc ultimum, quod not. Guil. in Spec. de teste. §. satis utiliter, vet. 16. uel producuntur testes super corruptione. supra c. sicut [c] [*& ibi, quidam*] Hostiē. hic, qui dicit q̄ † quicquid alij scribant, & quicquid seruetur. de quo iusto iudici non est curandum, de electio. cum causam de mente iuris hoc est, q̄ in causa matrimoniali publicatis attestationibus super eisdem capitulis etiam in eadem instantia licet testes producere p̄ rationem quæ sequitur in glos. quia hoc licet post publicationem, & post sententiam. Item per id, quod dicitur in princ. glo. scilicet, q̄ de falso, de quo quæri potest post sententiam. fortius & prius poterit, licet post publicationem. supra tit. 1. licet, post prin. opinionem hanc quam ueram credo, apertè probat decr. cum in tua. infra eod. non ob. solutionibus, quæ ibi dantur, ut ibi dicam super ult. gl. [*& ibi, in fauorem*] Goffr. infra de spon. sicut, & in sum. huius ti. in pen. col. ubi uideas, dixit. q̄ hoc non erat augere fauorem, sed iura falsitatis aperire, dicens in causa matrimoniali super eo. c. non licere produci testes. tu dicas cum Hostien. q̄ possunt etiam declarando. dico, quòd est in hoc fauor matrimonij: quia cum in alijs causis non liceret probare directè falsitatem priorum testium: quia hoc esset producere testes super eodem capitulo; de hoc supra titulo primo. licet. & patet in Clemen. eodem tit. testibus. In matrimoniali tamē hoc licebit, ut hic. Item in causa matrimoniali super cap. super quo deposuerunt testes, licet non probauerunt, poterunt alij produci, q̄d in alijs causis non liceret; & hæc uera intelligo [d] in eo, qui stat pro matrimonio.

ANNOTATIONES.

a ¶ Inno. Ad hoc quod not. Io. And. post Innoc. in c. qualiter, el 2. in glo. hic potest colligi, & in Spe. de teste. §. iam de interrogatorijs, uersic. item de tempore. & ad id, quod dixit glo. de omittendo stipite, uide Ioan. Andr. in cap. tua, alleg. in gloss. & uide Bald. in l. 1. C. de testam. in 11. q.

b ¶ Instrumentum. Adde Bal. & Sal. in l. neque natales, C. de probat.

c ¶ Sicut. Ibi uide Io. An. in glo. not. quia nil dixit, ubi hoc tenet speciale esse in causa matrimoniali. aliàs enim sola corruptio nō sufficit. uide de proba. licet; quod intelligitur post sententiā. an autē, ut hic erat, in omni causa sufficit sola corruptio, uide ibi not.

d ¶ Intelligo. Not. plenè Io. Cal. quia ratio finalis, propter quam in causa matrimoniali non obstat publicatio, est, quia sententia non ob. sed in causa matrimoniali ad infringendum matrimoniū propter consanguinitatem possunt produci etiam publicatis attestationibus, quia subest ratio peccati, & sententia non transit in rem iudicatam, ut in c. lator, de re iudi. cum si. ergo non obstat publicatio, de quo o de, ut plenius scripsi supra in c. iurauit, de probat. & tex. in c. cum in tua, infra eod. Archi.

SVMMARIVM.

1 *Copula carnalis probatur per cōueniens testimonium de uisu. idem in testimonio auditus, & quando, uide num. 3.*

2 *Testimonium non ualet, si non reddat causam ipsius.*

Arbitrarium est iudici, an sit probatum, ibid. & num. 5.

3 *Copula carnalis non probatur sufficienter, & uiso super mulierem uiro, & ratio.*

Subministrandi uerbi usus, ibid.

4 *Adminicula quæ dicantur coitus, & quid efficiantur, fit etiam mentio eorum alibi, & ubi supra num. 3. in fi.*

Veneris indicia, ibid.

6 *In arbitrarijs non recurrendum ad quemuis iudicem simplicem, sed ad circunspectum, &c.*

Inexpertus pauca cognoscit, ibid.

7 *Epilogus, suffragium, & supplementum glossarum, & num. seq.*

Conscij qui hic dicantur, ibid. num. 8.

Lenones nunquam admittuntur in testimonium coitus, cum sint participes criminis, ibid.

9 *Venus, uel coitus solet in tenebris exerceri, & quomodo per uisum probetur, & quomodo per auditum, ibidem, & quando per famam, num. 10.*

10 *Fama cum adminiculis & quibus probat uenerem, uel copulam, & quibus casibus.*

Antiqua, uel occulta probantur etiam per famam cum alijs adminiculis & quibus, ibid.

1 *Decretalis hæc quando locum habeat.*

Auditus proprius intelligitur probare, non aliorum, ibid.

Probare quod non potest per testimonium uisus, probatur ex uiolenta præsumptione, ex qua id præsumatur, & quæ sint huiusmodi, ibid. uersic. cum enim.

Paternitas, & filiatio qualiter probentur.

CAPVT XXVII.

PRæterea. Casus. Carnalis † copula probatur per cōueniens testimonium de uisu. Idem in testimonio auditus, quæ adminicula, & fama coadiuuant. Communis diuisio. secunda ibi, Respondemus [*De uisu*] & dic, q̄ sic, ut sequitur [*Sufficiat*] sine uisu, Innoc. & est secunda quæstio. & dic, quod non sine alijs adminiculis, Host. [*Vel si iuratis*] hæc est tertia quæstio, ad quam non respondetur, infra secundum Innocen.

ad quam

2 ad quam secundum eum est dicendum, quod nō ualet testimonium, si interrogatus nō reddit ipsius causam: aliàs ualet. Sed Ho. dicit, quod bene respondetur infra. scilicet hoc esse arbitrariū. ut infra dicam [*Conueniens*] hoc pro tanto dicit: quia sufficiens † testimoniū in hoc fieri non potest. licet enim uiderit uirum super mulierem: tamen forte ille frigidus, uel maliatus, uel illa arcta erat secundùm Pet. uel tunc non potuit coire, licet aliter uiripotens [*Subministret*] testimoniū de auditu, Inno. [*Adminicula*] idem uerbum. de simo.

4 per tuas, prim. Goff. Et dicuntur † adminicula, ut quia simul loquebantur, quādo possent opportunitatem captare, secundum Innocen. dicit Goff. & Abb. quod hæc sunt colloquium, nutus, & oscula. Dicit Hosti. de adminiculis sunt uisus, tactus, risus, locus, missio nunciorum, & iocalium, cohabitatio, amplexus, osculū, & similia. Dicit Vincent. sufficiunt quandoque leuia adminicula, ut Impediendo matrimonio, supra eod. super eo. 2. In probandis limitibus requiruntur efficaciora, supra titu. 1. cum causam [*Iuratorum*] qui dicunt se conscios, & sic soluitur. 3. q. secundum Hostiēs. hoc

5 † tamen arbitrarium est; & ideo statim sequitur, Etenim circunspectus &c. & est mens sequentis uersi. secundum eum, quod licet in hac materia Papa instruat iudicem; certam tamen regulam dare non intendit. ipse igitur circūspectus & discretus uideat, an probatio facta per testes, uel alio modo sufficiat, uel nō, ut hic

6 infra eod. in nostra. ff. eod. l. 3. not. etiam per † hoc in arbitrarijs non recurrendum ad quemcunque simplicem iudicem, sed ad circunspectum, & discretum, & expertum, inexpertus enim pauca cognoscit. Ecclesiast. 34. & infra de pœnitent. & remiss. omnis [*aptiora*] supra ti tu. 1. licet, uersi. ex præmissis, infra eod. nostra.

7 ¶ Gloss. 1. † quærit, & soluit. ¶ Vltima gloss. quærit, an fama cum auditu &c. alleg. ad negatiuam, & ad affirmatiuam soluit dando tres lecturas huic cap. scilicet, quòd loquitur, cum sit probatio ad impediēdum matrimonium, uel ad probandam exceptionem adulterij, uel ipsius accusationem. ¶ [*Gloss. ultima ibi. §. si testes*]

8 can. ut supra proxim. ¶ [*In † gloss. prima, in fine*] aliqui dicunt cōscios, qui intromiserunt illos in suis domibus ad coitum, & sic erant conscij. Dicit Hostiē. quod hæc exceptio cancellāda: quia lenones, cum sint criminis participes, nunquam admitterentur, ut patet in auct. de leno. collat. 2. supra eod. personas, & capi. ueniens. ¶ [*In gloss. secunda, in fi.*] quæ probatio sufficit Ala. & In-

9 nocen. sed rara † est, quia ad hoc quæri solent tenebre, de officio delegat. consuluit. & procedit hoc, etiam si per arctū foramen successiuè uidissent, ut dixi in Spe. eod. tit. §. iam de interrogatorijs, uersicu. quid si unus. ¶ [*In glo. ult. ibi, Sed non uidebant*] & sic impedientibus as-

b seribus, uel cortina [b], uel temporis obscuritate percipiebant coitum non per sensum uisus, sed auditus: qđ sufficiet cum violenta p̄sumptione & fama, secūdum Goffr. facit, quod nota. de pariete, uel cortina. ff. de aqua plu. arcen. l. secunda. §. idem Labeo. 2. in gloss. Sic ergo [*& ibi, potius infirmare*] recitat hic Hostien. opi. la-

10 co. Bal. qui dixit, quòd si fama † consentit dicto unius, & alijs adminiculis certis & probabilibus, sufficiēs est probatio; sic intelligit. §. statim alleg. & ff. eod. l. tertia. §. primo, & secundo. & hoc in antiquis factis, de quibus nō extet memoria, & in delictis, quæ fiunt occultè, de quibus nec testes haberi possunt, est potissimè exaudiendum. finaliter dicit Hostiens. hæc arbitraria [*& ibi, dixit dominus*] ad idem. C. de adulte. auct. si quis ei, cuius textum posui de cohabi. cleri. & muli. capi. 2. [*& ibi, idest denunciatur*] uel idest per accusationem impeditur, Vincen. [*& ibi, plenum est*] Hostien. hoc negat: quia non requirerentur illa tria coniunctim, sed sufficeret alterum [*& ibi, repellet*] & secundum hoc expone. quod dicit princ. accusatur, idest ab accusatione repellitur, Ala. sup. quia dicitur aliquem & c. [*& ibi, uidetur uerius*] secundum Tan. Philipp. & Hostien. habes et

11 go † tres lecturas ex glos. prima dicit, capitulum loqui, cum probatur copula ad impediendum matrimonium. secunda, quando probatur ad probandam exceptionem adulterij. tertia, quando probatur ad probādum accusationem adulterii quò ad torum. ¶ Tu uerò securè hic teneas decret. locum habere omni casu, quo probanda est copula ad quemcunque finem, etiam si ad matrimonium dirimendum, intelligendo tamen auditum, prout dicit prin. & ibi, addidi, scilicet proprium, nō auditum auditus. cum enim copula uerè probari non possit etiam per testimonium uisus, quod per se patet, ut dixi super uersicul. conueniens, oportet enim illam probationem recipi, ex qua uiolenter id præsumatur, sicut dicitur in paternitate, & filiatione, supra tit. 1. per tuas. ff. de in ius uocan. quia. infra qui filii sint legitimi, transmissæ. aliter possent dici iura superflua, q̄ de impedimento affinitatis tractant. tene igitur, quod dixi summando, ad quemcunque finem quæris de probatione copulæ [*& in fine*] uide quod ibi dixi, & remisi.

ANNOTATIONES.

a ¶ Et fama. Adde Bald. in l. filium, ff. de his, qui sunt sui, uel alieni iu. & Domi. in capitulo de capellis, decima distinctio. Paulum de Castro in l. si posthumus. §. finali, ff. de liberis, & posthumis.

b ¶ Vel cortina. uide hic plenè per dom. Io. de Imo. & allegat Cyno in l. si non speciali. C. de testam.

SVMMARIVM.

1 *Iudicis unius uerbo non creditur, & in quibus rebus, & casibus intelligatur, num. 2. & an olim esset contra, nume. 3. eius etiam scriptura per testes reprobari potest, ibid. & quando ei credatur, nume. 5. & 6. & 7.*

4 *Inter iudicem, & tabellionem dissimilitudo, & officium differens, ut quod est unius, non esse possit alterius, & num. 5. & 6.*

5 *Scriptum alterius quibus modis probetur esse, uersic. sed non requiritur.*

6 *Iudicum, & tabellionum nomina apud Beneuentum promiscua, sed non officia.*

7 *Epilogus, suffragium, & additio glossarum, num. 8. & 9.*

Contra Papæ literas non admittitur probatio. §. 1. & an indifferenter, num. 10.

Cap. statutum. 2. q. 6. intellectus, ibid. num. 9.

10 *Papæ uerbo an & quomodo contradici possit.*

Papales etiam literæ improbantur, ibid. in fi.

11 *Cardinalis uerbo, & literis an credendum, & remi ss.*

CAPVT XXVIII.

1 CVm à nobis. Casus. Vnius iudicis uerbo non creditur. scriptura etiam eius per testes reprobari potest: hoc fallit in Papa. & p hoc patent partes. secunda ibi, Nec scriptum, tertia ibi, Sal

2 ua [*Auctoritatis*] etiam † si fuerit episcopus. nec ob. 11. quæst. i prima. quicunque, quod est correctum in hac parte. 6. quæstio. secunda, per totum, sicut & in alia, de qua supra de iudic. nouit, uersicu. nec illud, ut ibi not. uel secundum Host. loquatur illud de summo episco

3 po. idest Papa [a], vt hic in fi. [*Verbo*] intelligit Host. simplici, nude prolato sine literis, uel alijs documētis [*Causis*] coram illo habitis, supra titul. 1. quoniam contra. & multo magis, si de causis coram alijs uentilatis, uel de alijs factis testimonium reddant. 11. quæstio. 1. nec honore, secundum Innocent. ergo loquitur de testi-

monio etiam processus in iudicio habito, uel habendo, secundum Hostien. [*siue*] sup. Innocen. nec etiam extra causas, puta super restamentis &c. i. si faciant testimoniales literas, uel etiam si aliquid testimonium reddant. [*Alijs*] simplex relatio, cum non inferat, quòd testamentum sit contractus, Vincē. [*Contractibus*] quia hic comparatur testimonium episcopi in causis, & in iudicio habitum, & in contractibus, & extra iudicium, dicit Hostien. destrui opin. distinguentium inter iudicialia, & extraiudicialia, de quo supra tit. primo, post

3 cessionem [*Nec scriptum*] colligunt † quidam, quòd secundum antiqua iura iudex poterat scribere acta, & credebatur scripturæ sine subscriptione, uel inscriptione testium, dummodò constaret suam esse scripturā, uel in dubio fieret de hoc fides per testes, uel comparationem literarum. nam scripturæ solius tabellionis, & ipsi tabellioni creditur. C. de fal. si quis decurio. C. de donationibus. in donationibus, & in auct. de instrumen. cau. §. si uerò nec. col. 6. fortius ergo uidebatur iudici credendum. Sed hodie contra supra tit. 1. quoniam contra, imò contrarium hic probatur, quod est secundum antiqua iura non credebatur scripturæ iu-

4 dicis sine subscriptione. & est dissimilitudo † inter iudicem, & tabellionem. nam tabellio hoc habet ex publico officio, quòd suæ scripturæ credatur. iudex uerò, & si publicum officium habeat in iudicando, non in scribendo: aliter testificari uideretur de facto suo, secundum Innocen. C. e. omnibus. hanc rationem fortificat Hostien. quia sicut absurdum est tabellionem iudicare, sic & iudicem scribere. sit ergo quisque suis terminis contentus, nec alterius usurpet officium, de

5 sepul. cap. primo, dicit etiam † Innocen. quod talis scriptura iudicis, & alia forensia instrumenta priuatæ scripturæ censentur, ideò per se tantùm non faciunt fidem. Sed requiritur, quòd probetur esse uera scriptura uel per comparationem literarum, uel per testes, uel alio modo. C. de probatio. instrumenta, & duabus legibus sequentibus. dicit demum Innocē. quod scripturæ iudicis etiam cum subscriptione testium nō creditur: quia nullo iure hic reperitur. nec obstat hęc dec. quæ de tabellionibus loquitur, ut exponas, Scriptum eorum. s. tabellionum. si enim intellexisset de iudice, posuisset singulare, s. eius, propter singulare iudicis. quod præmiserat. Item secundum eum ueritas

6 est, quod † apud Beneuentum, ubi dec. dirigitur, nomina iudicum, & tabellionum sunt promiscua, & tabelliones ibi uocantur iudices. Sed Hostien. dicit, quod licet ibi & alibi tabelliones uocentur iudices, nuquā tamen iudices, qui ex officio habent iudicare, uocantur tabelliones. quare non est uerisimile, quòd Papa hic de no. loquatur, & à significatione uerbi non est recedendum, nisi appareat de mente contraria. Intelligit ergo literam de his, qui habent ex officio iudicare, & maximè qui sunt, ut episcopi, & archiepiscopi. nec enim est uerisimile, quod de instrumentis tabellionum ibi dubitaretur: sed forte coram consulibus super actis coram ipso, uel super testamento, uel contractu producebatur in teste archiepiscopus, uel episcopus, uel producebantur literæ cum illorum sigillis, & de his duobus quærebatur, & de his respondetur. Abb. dicit. quod in ciuitate Beneuentana sunt decem iudices, de quorum dictis & scriptis hic quærebatur. & dicit Hostien. contra Innocen. iure cautum, quod scripturæ credatur iudicis habentis sigillum authenticum, infra de fide instrumentorum. cap. secundo, supra titu. 1. post cessionem [*Adminiculo*] i. subscriptione, uel inscriptione. C. qui po. in pi. ha. l. scriptis. uel dic secundum Hostien. i. adiutorio, quasi dicat bene statur prima facie literæ sigillatæ sigillo episcopi, sed reprobari potest per testes, nisi literas alijs testibus adiuuetur. de hoc supra titu. 1. tertio, ubi etiam dixi super ulti. glo. s. quid. not. hic Gof. de æquali probatione instrumentorum, & testium [*Duorum, uel trium*] quando non est sigillum authenticum, & de consuetudine non facit fidem. infra de fide instrumen. cum dilectus, uel quando quæritur de facto recenti, uel quando testes sunt de illis, qui in litera sunt inscripti, ut no.

b in præallega cap. 3. secundum [b] Innocen. [*Præualere*] ualebat ergo litera, & fidem faciebat, si non reprobaretur. reprobari ergo potest, sicut & publicum instrumentum, per quod patet, quòd æquiparantur secundum Hostien. [*Salua in omnibus*] propter duo, quæ præmiserat, hoc submittit, scilicet de uerbo, & de scripto.

7 ¶ Glo. 3. † quærit, arguit, affirmatiuè soluit distinguendo. ¶ Glo. 3. signat contrarium, & remittit. ¶ Pe. glos. arguit à contrario, quod reprobat, & remittit demū, signat contrarium, & soluit. ¶ Vlti. gloss. not. signat

8 contrarium, & soluit. ¶ *In* † *glo. 2. ibi. §. finautem*] non

c creditur. [c] uerbo arbitri, qui dicit iuratum [*& in fin.*] can. 4. quæstio. 3. ¶ *In gloss. pen. ibi, cum precibus*] & uide in dec. tertio, super ulti. glos. ¶ *In glo. ulti. ibi, omnium*] ibi nec de eius successione tractabitur, qui nobis medijs, toto iure, quod nostris scrinijs constitutum est,

9 teste succedit. ¶ *In* † *gloss. Sed quid, ibi, cum dilecti*] & infra de excep. præ. inter dilectos, uer. præterea [*& ibi, appellationis*] uel nullitatis [*& in fin.*] unde dixit hic Hostien. non ualere testimonium iudicis, pendente iudicio coram illo, & quod ibi dicitur, fuerit, sup. & adhuc est: aliàs secundum eum dici oportet illud ca. in hoc correctum, sicut & in alio, quo dicit clericum nō cogendum ad testimonium. 14. quæstio. 2. super prudentia. ¶ *In gloss. ultim. ibi, cum redemptor*] ubi de hoc in fin. ulti. glo. [*& in fin.*] nec hodie in priuil. & si. quod no. C. de diuer. rescri. sacri affatus, in 1. glos. dicit Ho-

10 stien. de uerbo † Papæ hoc planum, quod ex quo persisteret in assertione, nullus illi contradicere posset. 19. distin. in memoriam. 9. quæstio. 3. cuncta per mundum, & c. per principalem, supra de officio delega. ex parte. 2. posset tamen ei dici, salua maiestatis reuerentia, aliqua sunt, de quibus non recordamini: quia plerunque uos fallit obliuio. 23. distinctio. præterea. & ipsum decet patienter audire, & quod cum humilitate proponitur, exaudire, supra de rescript. si quando, de resti. in integ. cum ex literis. Sed & literæ papales improbantur, de quo dic. ut supra de iudi. cum uenisset,

11 de uerbo † cardinalis, quid iuris, remittit Hostien. de appella. constitutus. de ipsius literis remittit, infra de fide instrumen. quod super his.

ANNOTATIONES.

a ¶ Idest Papa. Adde, quòd istud sequitur hic d. Anto. Hosti. & d. Bal. qui dicunt, quòd istud non solum procedit in causis spiritualibus, sed etiam in causis profanis.

b ¶ Secundum. Intellectus iste Hostien. est multum extortus, ideo intellectus Inno. magis conuenire uidetur textui.

c ¶ Non creditur. Adde, quòd nec iudici in forma testis producti non creditur de pertinentibus ad causam secundum Host. Innoc. & alios. adde Bar. in l. ne arbiter. C. de arbi. Abb. in c. 1. ut eccl. benefi. Bal. in l. iubemus. §. f. ne. C. de sacrosanct. eccle.

SVMMARIVM.

1 *Testi, qui super exceptione tantum iurauit, super principali non creditur: actore tamen petente, si lis est contestata, etiam super principali iurare, & deponere debet.*
Capituli diuisio, ibid. uer. & in prima.

2 *Testes si prius deponant, & postea iurent, an ualeant depositiones.*

3 *Testimonium non ualet, si scribatur, & tradatur iudici, præterquam in casu, & quo, & ratio.*

4 Testes

4 *Teſtes tenentur etiam ſuper exceptione eius, aduerſus quem producuntur, deponere, & qua, & nume. 12. & an hoc ſit petendum, num. 5. & quomodo eos non coget iudex propter ſufficientem probationem abſque reuelatione, num. 8.*

6 *Teſtium perſonas, quos petierit quis, dum produceretur ex aduerſo, deponere ſuper exceptione ſua, quo caſu reprobare non poſſit.*

7 *Teſtes produci non poterunt poſt aliorum publicationem, & quando, ubi ſimpliciter, uel de toto negocio iurarunt.*

9 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum, num. 10.*

Teſtes recepti ſuper alio, quàm de quo iurauere, non ualent, uide exemplum, & num. 11.

11 *Additio gloſſarum.*

Sententia, pactum, teſtimonium inter certas perſonas, & ſuper certis rebus alijs perſonis, uel alijs rebus non nocent, ibid. num. 11.

13 *Teſtium productio ſufficiens trina, uel quarta cum ſolennitate.*

Teſtium effrenata multitudo probibet alios produci, ibid. in fi.

CAPVT XXIX.

DE teſtibus. Caſus. Pars infra de pur. ca. de teſtibus. & hoc dicit. Teſti, qui † ſuper exceptione [1] tantùm iurauit, ſuper principali non creditur: actore tamen petẽte, ſi lis eſt conteſt. etiam ſuper principali iurare, & deponere compellitur. Et in prima deciſa conſultatio. In ſecunda reſponſio ibi, Conſultationi. & eſt bimembris. ſm membrum proſequitur ibi, Si uerò. à quo tres caſus excipit ibi, Niſi [*Dilatoriam*] puta ſurreptionem reſcrip. ſupra de reſcriptis, ſuper literis [*Non debent audiri*] ſi ſponte uelint deponere [*nec cogi*] ſi deponere nolũt [*Non iurati*] quid ſi prius [2] † teſtes deponunt, & poſtea iurant? dicit Goff. in ſumma huius tit. ante finem, & Alb. Gal. in materia eo. tit. uerſi. ante pe. teſtimonium non ualere. prius enim debent iurare. 4. q. 3. §. item in criminali, uerſi. item iuris iurandi. C. eod. tit. iuriſiurandi, & ſupra eod. fraternitatis, in fin. Sed B. Brix. in quæſtione Veneri. 46. aliquis ductus fuit in teſtimonium, dixit, ꝙ iſte non eſt talis ordo, qui vicier, & ꝙ ualet teſtimonium, ſi talis eſt bonæ famæ, & hoc ſibi uidetur. dixit tamen, ꝙ Tan. dixit contrarium. unde ſecũdum eum tutius eſt, ꝙ poſt iuramentum ſecundò deponat. Bartholomeo concordat Hoſt. in ſumma huius tituli. §. ſuper quibus, uerſi. Sed quid ſi teſtis; & quod ſequitur, tenet in uerſi. ibi ſequenti. Guil. de hoc tractat nil approbans, in tit. de teſte. §. ſequitur, ad fi. Item † dixit hic Goffre. non ualere [3] teſtimonium, ſi ſcribatur, & tradatur iudi. Idem Alb. Gal. eo. tit. uerſi. pen. quia iudex conſiderare debet uocem, conſtantiam, & trepidationem. ff. de quæſtio. de minore. §. 2. & 5. q. 2. relatum. 3. q. 9. teſtes. hæc uera in illo, qui loqui poteſt: ſecus in muto. de hoc in Spe. de teſte. §. nunc tractandum, uerſi. quid de muto [*Peremptoriam*] idem † ſm Pet. & Abb. in dilatoria ſolutionis, [4] quæ probatur poſt litem conteſta. C. de probat. exceptionem. & Hoſt. putat idem de dilatoria, quæ proponitur poſt litem, licet ſit declaratoria, ut ſupra de officio deleg. inſinuante. hoc non placet per decret. exhibita, de iudicijs [*Inducuntur*] ſub. & antequam iurent, reliqua pars &c. Goffr. [*forte*] ubi enim † hoc non pete- [5] retur, teſtis non cogitur iurare ſuper toto negocio; quod uerum eſt ſm Hoſt. quando ſuper certo articulo producitur: ſecus, ſi ſuper toto negocio, uel ſimpliciter ſuper negocio producitur, arg. infra de priuileg. quia circa, cum ſuis concord. [*Petierit*] putat † Hoſtiẽ. [6] quòd licet iſte non ſit principalis producens, illorum perſonas poſtea non poterit reprobare, cum reprobatio ſit odioſa. hoc uerum ſecundum eum, niſi ex vi proteſtationis, infra capit. 2. Si † autem quæris, an tali- [7] bus atteſtationibus publicatis liceat alios producere, reſpondet, quòd ubi de toto negocio, uel ſimpliciter iurauit, poſt publicationem ſuper eo, de quo depoſuit, teſtes produci nõ poterunt. ſuper his uerò, ſuper quibus non eſt depoſitum, hoc licebit, argument. C. de tranſaction. l. penultima. C. de iudic. licet. quòd ſi ſuper uno capitulo tantum iurauit, & teſtificatus eſt de alio, nec prodeſt. nec obeſt, ut in prima gloſſ. [*Sufficiens*] ſed quomodo † propter ſufficientem probatio- [8] nem repellet iudex ita, quòd non reuelet dicta teſtiũ? uide in Specul. eod. §. reſtat de matrimonio, uerſicul. hoc etiam, & uide quod dicam infra eodem ſignificauerunt, in gloſſ. quicunque. uerſicu. quinimmo, & capitul. cum cauſam, in gloſſ. cautelam [*Vel renunciatum*] hæc alternatiua, & quod hic nota. ad fin. ultimæ gloſſ. facit ad nota. infra eodem, conſtitutus. ſecundo, & intelligit Ab. renunciatum ab utraque parte: quia pars, quæ non renunciauit, teſtes producere poſſet. unde dicit, quòd cauti aduocati partem renunciare nõ permittunt, niſi & aduerſarius renunciet. ¶ Gloſſ. prima [9] † coadiuuat textum, quærit, ſoluit. ¶ Vltima gloſ. not. peremptoriam probari &c. & rationem reddit. dicit etiam, quòd prius probare poſſet illud reprehendit. [10] ¶ [*In glo. 1. ibi. § ult.*] ſi de libertate, & hæreditate ſit quæſtio, teſtes ſuper libertate recepti non præiudicãt cauſæ hæreditatis, uel teſtamenti [*& ibi l. ult.*] caſus ſequitur in gloſſ. [*& ibi, idem Iul. in fin.*] uide de accuſationibus, inquiſitionis, ſuper quinta gloſſ. ¶ [*In glo. ult. ibi, ſi qui idem*] uide hanc & ſequentib. de ordi. cognitio. ca- [11] pitulo primo, ſuper prima gloſſa. ¶ [*In gloſſ. 1. idem Iulian. in fi.*] & infra de accuſatio. inquiſitionis. § primo [*& ibi, non prodeſt*] ſicut ſententia, uel pactum inter certas perſonas, & ſuper certis rebus alijs perſonis, uel ſuper alijs rebus non nocet. infra de re iudicat. capitulo penultimo, ſupra de officio ordina. dilectus. ff. de pactis, ſi unus. §. ante omnia, ſic dicendum eſt de teſtimonio, ut hic, & infra capitulo proximo. & capitulo ueniens [*& ibi, per iura prædicta*] idem nota. in Specu. eod. titulo. §. primo, dicto uerſicul. Item quòd depoſuit ſuper, & ibi etiam diſtinguitur cohærentia, uel non. & in duobus uerſicul. ſequenti. tractatur, quid ſi plenius dicit teſtis, quàm ponant capitula, & quid ſi productus ſuper mutuo, deponit confeſſione mùtui tantum [*& ibi, ut deponerent*] melius dicit, & ut iurarent, Abb. ¶ [*In gloſſ. ſecunda, ibi, propter connexitatem cauſa*] [12] unde † dicebat Laurenti. quòd in alijs exceptionibus, quæ non ſic tangunt principale, ſicut peremptoriæ, non haberet forte hoc locum. & Goffre. dicebat hoc non habere locum in dilatorijs, uel emergentibus. ¶ [*In glo. 3. ibi, admittendi*] Laurent. & Vincent. dicebant, quòd ſunt admittendi, ut infra eodem ultra. Sed non compellendi, ut hic Ioan. dicebat, quòd hic dicebatur [13] † ſufficiens productio trina, uel quarta cum ſolennitate. ¶ [*In gloſſ. ultim. ibi, ut hic patet*] de hoc in Specul. eodem titulo. §. qualiter, uerſiculo ſed opponitur, & de exceptio. §. dicto, uerſicul. Sed nunquid atteſtationibus [*& ibi, ſtultum reputo*] caue tibi in foro ſeculari propter oppo. Ioan. & Azo. de qua dixi ſupra eodem fraternitatis, ſuper tertia gloſſ. [*& ibi, productio*] Si intelligas, ideſt dilatio, adde quartum, ſcilicet effrenata multitudo, ſecundum Goffred. infra eodem cùm cauſam, & capitulo ſignificauerunt [*& in fi.*] hodie primo, libro ſexto.

SVMMARIVM.

1 *Publicatio atteſtationum non fit ad petitionem tertij.*

Teſtes ulterius producere non poteſt is, apud quem depoſita ſunt atteſtationes, ibi. & quorum dicta fuerunt peremptatus, ſcilicet ſuper capitulo, num. 3. & quando poſſit alios inducere, num. 5. & 6. etiam ſuper eodem, ibid. & num. 7.

2 *In poſſeſſorio dicit hic ſe canonicè inſtitutum, & ratio.*

4 *Testes in alia causa examinati ualent aduersario consentiente. Facti species. §. nos eas, ibid. uersic. Dicit Inno.*
5 *Testium depositionibus, uel attestationibus, quas semel quis produxit, uti potest, non autem eosdem super eodem capitulo producere coram alio poterit; alios autem poterit, nisi apertæ sint, & num. 10.*
7 *Attestationes deponuntur sæpe apud ambas partes.*
8 *Suffragium, & additio glossarum, num. 9.*
Testes recepti in uno iudicio non faciunt in alio fidem, & quando intelligantur in alio recepti, ibid. num. 8. §. in glo. inter.

CAPVT XXX.

a 1 Constitutus. [a] Casus. Publicatio † attestationum nõ fit ad petitionem tertij, & pars, apud quẽ depositæ sunt attestationes, non potest ulterius testes producere. primò narrat processum. secũda interloquitur, & interloquendum committit ibi, Nos autem [*Lateranensis*] de concessio. præben. cap. 2. 2 Vin. [*Canonicè*] licet † prosequatur possessorium, dicit se canonicè institutum, ne uideatur nudæ possessioni incumbere tanquam prædo. si. supra de so. compe. ex parte. B. Vin. & facit ad id, quod not. in Spec. co. tit. §. nunc uidendum, uersi. sed pone, ago [*Spoliauit*] duo notabat, quod appellationi nõ detulit, & quòd spoliauit [*Impetrauit*] super appell. quam emiserat ab illis iudicibus; Inno. [*Postulabat*] coram Papa, Innoc. [*Quorundam testium*] coram quibus producti fuerunt illi testes, nõ habemus hic, nec est uis, Inno. [*Dicebat*] & bene, Inn. [*Vertebatur*] olim coram alijs iudicibus [*& infra*] hic de3 ciditur, quod addebat † magister Hu. quòd si Papa nolebat illos aperire, saltem reciperentur de nouo: quia & ipse illos producere intendebat. sed procura. Magistri. R. replicabat contrarium, cum ille iam produxisset testes super eodem capitulo, coram iudicibus inb scriptus, quorũ dicta fuerat percunctatus [b], quare non erat audiendus, infra eod. ultra tertiam. & huic respõdetur in sequentibus, Host. [*Nos eas*] scilicet depositiones productas inter alias personas, & in alio iudicio 4 [*Noluimus*] aduersario † contradicente. hoc dico pro eo, quia si utraque pars consentiret, quod ualerent in hac causa, & quod eis staretur, fieret apertitio, ar. C. de fideiuss. l. fin. C. de arbit. l. pen. C. eod. l. fi. infra eod. præsentata, ubi de hoc, Host. [*Causam*] principalem, non illam, an esset aperitio facienda, Innoc. [*Ita, quòd*] describit formam commissionis [*Testes pro se*] dicit Innoc. quod H. uidens inter archiepiscopum, & R. causam canonicæ institutionis ipsius. R. agi, quasi ex transuerso mouit quæstionem de sua canonica institutione, dicẽs eam confirmandam, & collationem. R. factam infirmandam, & super hoc produxit testes, & prosequens causam coram alijs iudicibus, ad quos appellatione, uel alio modo fuerat deuoluta, testes, quos primò produxerant, iterato procedere uoluit. R. contradicebat, cum iam testificati fuissent coram primis super eodẽ, 5 ad quod Papa respon. [*Attestationibus*] quantum † ad ad illos testes, quos pro se produxit, quasi dicat illis attestationibus, quas semel produxit, utatur, cum eosdem testes ulterius producere non poterit: non tamẽ prohibet, quin utatur attestationibus aliorum testiũ, qui producẽtur postea. nam bene licet etiam eisdem alios testes producere, cum attestationes apertæ non essent, fin Innoc. [*Apud eum*] scilicet Honorium, plus placet [*Eum*] scilicet legatum, licet enim fuissent recepti testes à deleg. legati, attestationes fuerunt depositę penes legatum. iustum enim fuit, quod post, quàm testes coram delegato induxerat, eosdem super eodẽ non inducat coram alijs, & secundum hæc planũ est, 6 nec necessariæ sunt glo. Inno. [*Alioquin*] idest si † non fuerant apud eum depositæ, Innocen. uel si testificata non didicit, nec præsumitur didicisse, uel si ipse non produxit illos, sed archiepiscopus. Hostiẽ. tenet ergo Innocẽ. quod si attestationes non fuerunt apud eum depositæ, sed apud alium, & cum adhuc essent clausæ, uellet plenius probare, uel si essent perditæ, uellet ex integro probare. hoc facere posset, supra titu. 1. c. fi. su7 pra eo. causam. & secundum † cum sæpe accidit, quòd attestationes apud ambas partes, quæ etiam illas melius custodiunt, deponantur [*admittantur*] nam, & eo casu, quando perditæ essent, subueniendum est probationibus, & ueritati. ff. eod. l. curent. C. de hæreticis; quoniam multi, in fine, supra. ut lite non contest. quo8 niam. in princ. Hostien. ¶ [*In 5. † glo. ibi. l. pen.*] uide hanc, & sequen. Infra eod. præsentata, in gloss. 1. ibi; post ele9 ctionem, & de suppl. neg. præla. licet. ¶ † *In glo. inter archiepiscopum, & ibi, in alio*] siue sit aliud ratione personę, siue rei, siue causæ secundum Hostien. [*& in fi.*] & infra eod. præsentata. ¶ [*In glo. à legato, in fi.*] unde dixit Innocen. quod in registro dicitur, A Petro Sancti Marcelli presbytero Car. Apost. sedis legato. ¶ *In glo. eo ipso,* 10 *ibi, testificata*] quod est uerum, nisi attestationes clausæ & sigillatæ apud ipsum fuissent depositæ, & ipse sic eas restitueret, secundum Hostiens. [*& ibi, planum est*] secundum Ioan. Tan. & Vincen.

ANNOTATIONES.

a ¶ Constitutus. In tex. ibi, ad nos interpositam spoliauit, ex quo apparet Honorium spoliasse Cogna. contrarium uidetur elici ex cap. post electionem, infra de concessio. præben. etiam ibi gloss. in uers. confirmati, uide eam, Bald.

b ¶ Percunctatus. Adde, quòd non solum publicatio, sed sola notitia attestationum, non solum certa, sed opinata impedit productionem, secundum Bald. hic.

SVMMARIVM.

1 *In testium personas attestationibus publicatis non opponitur, exceptis tribus casibus, uide num. 3. & num. 5. ante uerò publicationem reprobari possunt, num. 2.*
2 *Contra instrumentum semper obyci potest usque in finitis, uel saltem usque ad conclusionem.*
3 *Negatiua probatur per iuramentum.*
In expensis non condemnatur ob iuramentum malitiæ præstitum hic, licet non probet, ibid.
In testium personas post attestationum ipsorum publicationem si obycere quis uelit, an & quando sit iuramentum malitiæ necessarium, etiam si ante præcesserit protestatio, ibid.
Iuramentum malitiæ quando locum habeat, ibid. uer. solu. et n. 11.
4 *Protestatio quòd uelit quis in personas obycere testium, quo tempore facienda: & an absque expressione, uide num. 6. etiam, & quando admittenda, num. 3. et dupliciter fit protestatio, num. 6. uide alia num. 7.*
6 *Testis dictum pro protestante contra ipsum quando prosit.*
In testium personas crimina an sint exprimenda tempore protestationis, ibid. & quando super eis recipienda probationes, ibid.
7 *Protestatio in personas testium quid noceat protestanti, & an, & quando possit ab ea desisti, num. 12. & an desistere tacitè dicatur, num. 13.*
Iuramentum non defertur mihi, si unus testis pro me dicat, in cuius sum personam protestatus, ibid.
8 *Epilogus, & suffragium glossarum, num. 9.*
Bonus quilibet præsumitur, nisi probetur malus. §. 1.
Testium dicta, contra quorum personas protestatus sum repellere, si pro me sint, an mihi prosint, & num. 12.
Impugnare quod studui, mihi prodesse non debet, ibid. §. in glo. ult. & an id semper, ita procedat, num. 12.
10 *Additio glossarum.*
Contra testium personas, quos ego produxi, dicere non possum, & ratio, ibid. num. 10.
Reprobare non possum quod approbaui, ibid.
Contra testes exceptionis reprobatoriæ an & quibus casibus pœnitere quis potest, & quando ei tacitè renunciet, num. 15.

CAPVT XXXI.

PRæsentium. [a] Casus. Publicatis † attestationibus non opponitur in personas testium. tres casus excipit, & ad secundum determinationem subdit. secundus casus ibi, Nisi forsan. 3. ibi, uel ostendere. determinatio ibi. Cœterum [*Testium*] secus † in instrumentis contra quæ semper obiici potest usque in fi. litis, insra de præsumpt. illud C. de edic. diui Adri. l. fi. Inno, uel saltem usque ad conclusionem, ar. infra de fide instrumentorum, cum dilectus, Hostië. [*Publicatas*] à contrario uidetur, quod ante publicationem reprobari possint, uide quod dicam post Innocen. eo. ti. præsentium. libr. 6. ad finem textus [*Id liceat*]. s. in personas obijcere [*Iuramento*] no. per iuramentum † probari negatiuam, & propter hoc onus iurandi, quod subit, uidetur, quòd licet non probet, non condemnetur in expensis: de hoc in spec. eod. tit. §. t. uersicu. Sed quid si admissus [*Nisi forsan*] quasi innuat, quòd hoc casu etiam sine iuramento dicere posit in personas testium. Sed contra, infra eo. præsentium, li. 6. uer. simili, & uersi. prius tamen, ubi innuitur, quòd non excuset protestatio à iuramento. Sol. hoc generale: illud uerò loquitur de eo, qui uult reprobare testes super aliorum reprobatione inductos: quare plus præsumitur contra eum, & idem, ubicunque iudex producentem suspectum habet ex aliqua causa; quo casu etiam cum protestatione exigitur iuramentum, ut ibi secundum Innocen. [*Ante † publicationem*] tempore productionis [b], quod dic ut supra eo. ex parte. unde Goffr. exponit idest ante depositionem [*id fuerit*]. s. quod uelit dicere in personas testium. ergo non uidetur expresio necessaria, & sic seruatur, non sic in casu, de excep. pastoralis, ut ibi no. in 3. glo. dicit Innoc. quòd licet sufficiat sola protestatio, ut hic, prudenter tamen facit iudex, si ante publicationem exprimi faciat, quid cuique obijciatur, super qua etiam reprobatione testes recipiendi sunt ante apertionem testium super principali productorum, de quorum reprobatione agitur supra ti. 1. licet, Infra eo. præsentium, lib. 6. secundum Innocen. dic ut supra eo. ex parte [*Protesta.*] hæc † protestatio, quòd dicere liceat in personas testium, non uidetur admittenda, nisi iudex, uel aduersa pars consentiat protestanti. nam post publicationem non est licitum dicere in personas, nisi in duobus casibus, s. cum iuramento, uel cum hoc fuerit protestatus. ergo & si hoc protestatus sit, idem erit dicendum, nisi prædictorum consensus interueniat, uel subsit iusta causa protestandi. nam protestatio contra ius commune habita non ualet præter uoluntatem aduersarii uel iudicis; nisi subsit iusta causa; de hoc de constitu. cum. M. Fer. de electione, Cumana. & cum protestatio † sit generalis, dictum testis aliquid pro protestāte dicentis ei prodest. Aliud est enim protestari testē criminosum, aliud, quòd liceat sibi obijcere in personas testium. nec enim tunc de omnibus uidetur dicere, quòd uellet illos reprobare. Sed quando expresē protestatur testes criminosos, tunc admitteretur, & si non habeat probationes paratas, sed recipientur postea. infra eo. cum causam: sed prius crimina exprimet infra eo. præsentium, & tunc non de facili credetur, si pro ipso dicant, ut hic, secundum Innocen. [*dixerit*] postea, propter quod consuluit Ab. quod post depositionem & ante publicationem fiat hæc protestatio: quia tunc cessabit suspitio, quòd timore obiectionis pro re. dixerint. Sed hoc non placet [*Non credatur*] unde † dixit Goffr. quòd ad dictum unius, contra quem sic protestatus fui, non deferetur mihi iuramentum. item si duo, contra quos protestatus fui, dicunt pro me, & duo contra me, plus credetur his, qui dicunt contra me, cum dictum aliorum debiliter protestatio. ¶ Glo. 1. † tractat, quod producens licet nō reprobet personam [c], reprobat tamen dicta ut. & ponit diuersitatis rationem quare aliud in instrumento. ¶ Gl. 2. ponit 6. exempla eorum, quæ in testes obiici possunt. ¶ Gloss. 3. coadiuuat textum in hoc, quod dicit probationes fieri per iuramentum, per rationem, & tria similia. dicit demum huic locum esse, cum de calumnia non est iuratum: ponit opinionem contrariam; tamen primam approbat, & probat. ¶ Vltima glo. coadiuuat textum tribus rationibus, obiicit, & soluendo ponit duas lecturas illius uer. de facili. ¶ *In 1. † glo. ibi, falsitatis*] & demum illo uti non poterit, ut in l. sc. ¶ *In glo. 3. ibi, super seruis*] ignorantia quam dominus alle. circa serui militiam, probatur eo, quòd contrarium non probatur. ¶ *In glo. ult. ibi, qui falsus*] qui dixit falsum testamentum, & non obtinuit, ad defuncti iudicium aspirare non potest [*& ibi, §. meminisse*] hanc & se. uide de foro compe. si diligenti. super glo. nunquid [*& ibi, si quis iusiuran.*] & uide de foro comp. significasti, super glo. [*ibi, Pompo.*] infra uide de accusa. nulli, super glo. 2. [*& ibi, si uxor*] uide in c. statim alle. super 1. glo. [*& ibi, difficile*] audire eum, qui de falso accusat instrumentum, quod prius in iudicio productum allegabat suspectum, & postea transegit. sed ibi ponitur propriè, ut ibi no. ¶ *In † glo. 1. ibi, producit*] etiam si eis nō sit usus: quia non potuit secundum Guil. qui hæc no. in specu. eo. tit. §. sæpe testes, uer. sed quid si eum, & facit ad materiam, quod ibi no. in uer. seq. usque ad fi. §. Ia. de Ra. & Pe. tenent idem, si uti uoluit: quia semper subest ratio ne quod approbauit, reprobet, ut no. Cy. C. eo. si quis [*& ibi, nec in alia*] uide quod dicant infra de excep. cum uen. in glo. quasi dicat, uersi. sed & Ber. & uersi. Item si [*& ibi, aduersario meo*] sic reprobo sententiam iudicis, in quem consensi, cuius non reprobo personam, de hoc de officio dele. super quæstionum. §. uerum, in ulti. glo. [*& in fi.*] uide in specu. de instru. edi. §. instrumentum, uer. Item opponitur, quòd aduersarius, & quod ibi dicam. ¶ *In glo. 2. ibi. inuenire exempla*] quæ plenè uideas in spe. de testi. §. 1. ¶ *In gl. 3 ibi, quidam dicunt*] Innocen. & Hostien. nec obstabat † secundū ipsos aucten. præalle. quod fallit in casibus, in quibus à iure exprimitur, quod iuretur de malitia. tu dic idem in non expresis, ubi iudici uidebitur illud exigendū, de iura. calum. c. 2 in fi. li. 6. [*& ibi, sed ibi*]. s. in casu decr. ultra tertiam, nam in casu decr. pastoralis, sufficit protestatio, ut ibi patet [*& ibi, & Vincen.*] adde & Phi. [*& in fi.*] dic ut infra de iura. ca. c. 2. in fi. lib. 6. ¶ *In glo. pe. ibi, iuramentum*] nam non sufficit probare, quòd sibi postea fuit dictum. nam & potuisset prius sciuisse; ad hoc de condi. appo. per tuas. ¶ *In † glo ult. ibi, reprobare dictum*] quasi falsum [*& ibi, desistere*] propter quod dicunt quidam finem intelligendum, quando obiiciens persistit in contradictione: secus si desistit, & renunciet protestationi [d], quod potest, secunda. q. 6. si quis libellos. ff. de inoffi. te. nam & si. Alii dicunt finem intelligendum, quando producens ratam habet protestationem: aliter, si testimonio illius utitur pro se, & eundem admittere tenetur contra se, argum. 3. q. 8. cuius in agendo, & quia eadem res non debet duplici iure censeri, 2. q. 2. cognouimus. quod autem dictum est protestantem renunciare posse, sicut appellantem, putāt quidam uerum, nisi forsan intersit aduersarij propter expensas, uel aliud interesse. tunc enim pœnitere non posset, nisi de his prius satisfieret, argu. ff. de reg. iur. nemo, de app. interposita. dicit autem Innoc. hoc firmè tenēdum, quòd postquam quis induxit testes ad reprobationem testium aduersarii, non potest amplius pœnitere. ratio, quia cum testes iurent pro utraque parte dicere ueritatem, infra e. ueniens. 1. in fi. 14. q. 5.

q.5. non tanè, potest esse, quòd testes isti reprobatorii dicent talia, quæ facient ad confirmationem testium. sed si per instrumenta uellet eos reprobare. tūc etiam post productionem posset desistere secundum Innocen, nisi forsan & scriptura faceret contra ipsum infra de censi. cum olim, quod sibi imputet producēs infra de fide instru. imputari. dicit etiam Inno. quosdā tenere, quòd postquam aliquis se obtulit probaturū exceptionem contra testes, quòd non posit pœnitere, ar. C. quomodo & quando iu. auctēn. qui semel, & quia iam ius quęsitum est aduersario, de quo dicit hic finis; facit; de electione ab eo. li.6. 13 Huic † tamen exceptioni tacitè renunciatur, quando excipiens petit testē interrogari super suis capitulis, ad hoc 4.q.3. si quis testibus. & licet quibusdā uideatur, quòd inuito producente super capitulis protestantis non sint audiendi testes, sed Innocen. uidetur, quod sint interrogandi, & si non ad plenam probationem, tamen ad præsumptionem, faciens uero rubricas contra aduersarium ex dictis testium, contra: quos protestatus est, non per hoc protestationi renunciat, cum licitum sit aliorum auctoritatibus uti ad illos conuincendos 37. dist. si quid ueri. quid si pro se, uel de iure suo ex dictis illorum rubricas faciat: renunciare uidetur secundū opi. dicentium, quod ad nihilum ualet dictum illorū protestanti: secundum opi. aliorum secus, cum aliquid ualeat ei dictum illorum, hoc autē, quod de dictis illorum posit rubricas facere, non uidetur locū habere, nisi quando testes generaliter iurauerunt super tota causa. Alij contra; de hoc supra eo. constitutus, & c. fraternitatis, secundum Innocen. [*& ibi, quantumlibet*] illud facit contra: quia ibi ponitur propriè, ut ibi no. sic. l. dstin. quicunque. 1. & §. sed illud [*& ibi, principatus*] & 3.q.9 c.3. ff. de uer. si. notionem. §. instrumentorum [*& ibi, uel intellige*] secundum Ioan. [*& in fi.*] & de hoc in spec. de teste. §.1. dic. uersi. Item quod is, qui, cum tribus uersic. sequen. Hostien. putat & bene hoc arbitrarium.

ANNOTATIONES.

a ¶ Præsentium. Ad materiam hujus ti. uide Cy. in l. si testis, & in l. cum apud, C. de testi. & ibi an si fuerit receptus sine protestatio, ne parte absente possit pub. icatis attestationibus opponi in personas, Bal.

b ¶ Productionis. Vide ad hoc, quod no. glo. in uer. quærendum, in c. in primis 2.q.1. ubi uidetur, quod etiam post sententiam opponatur exc. contra testem, Bald.

c ¶ Personam. Adde istud etiam procedere in alia causa: quia est approbatio personalis. l. si quis testibus, allegata in glo. tex. 10 c. accepimus, uer. eo præsertim, de æta. & qualita. Bald. oo. in c.1. §. si duo, iuxta finem de pace tenen.

d ¶ Protestationi, quod potest. Adda istud non procedere, quando interesset aduersarij. puta quia fecisset expensas secundum. d. An. & Imo. hic.

SVMMARIVM.

1 *Si testes à diuersis producti, deponentes contraria, sint æqualis honestatis, statur maiori numero, aliàs præualere poterit auctoritas paucorum. uide nu. 5. & an maior numerus præualeat, & quando, num. 9.*
Casus similis huic decretali ubi alibi habetur, ibid. in fi.
2 *Testium qualitas in quibus consistat.*
3 *Epilogus, & suffragium glossarum, nume. 4.*
In testium contradictione, uel paritate, & si contradicant instrumento, quid iuris, & nu. 5.6.7. & 8.
Auctoritas numero an semper anteponatur. §.1. & nu. 9.
5 *Additio glossarum.*
6 *Probatio plena non præiudicat pleniori, nec plenæ semiplena.*
7 *Indiuisibilia quæ, & quomodo pronunciandum sit à iudice de eis.*
8 *Diuidere pro adiudicare sumitur.*
9 *Numerus maior testium an & quando attendatur.*

CAPVT XXXII.

1 IN nostra. C. Si † testes à diuersis producti deponentes contraria sint æqualis honestatis, statur maiori numero: aliàs præualere poterit paucorum auctoritas. & præmittit factum, & diffinitionis causam. 2. ibi. Man. dat mandatum bimembre. secundum ibi, Si uerò. & est simile huic casui de officio archi. cap. fi. [*Hinc*]. §. ex parte archi. [*Inde uerò*]. §. ex parte monacorum [*Constat*] prout allegatur: uel dic, 2 constat nobis [*Qualitatem*] an † honesti, diuites, bonæ famæ, uel e contra. Hieronymus super Zacha. C. dictorum fidem ad eos, à quibus dicta sunt, referamus, & uide super parabo. c. 22. [*Ex quibus*] scilicet qualitate testium dictorum, & aliarum circunstantiarum. nec enim de his certa regula dari potest; ad idem supra eo. præterea, Hostien. [*Extiterint*] & æqualia dicta protulerunt, ut patet ex præcedentibus [*Ab impetitione*] erat 3 ergo Archidi. actor. ¶ Glo. 1. † circa contrarietatem testium distinguit, aut contradicit testis sibiipsi, aut unus pluribus, aut plures pluribus, aut testis instrumento. & tunc aut illi in quo subscripti sunt, aut alteri. demum gl. quærit. & soluit distin. finis rubricæ per quæstionem, scilicet cum indirectè producuntur secundi testes contra primos, &c. ¶ Glo. 3. signat contrarium, & soluit. ¶ Iti. glo. exponit literam, circa quod 4 quærit, & soluit. ¶ *In † glo. 1. ibi, cum precium*] uide supra ti. 1. licet, super 6. glo. [*& ibi. sed cum ambo*] uide supra ti. 1. ex literis. in glo. 2. [*& ibi l. 1. in fi.*] uide supra eod. licet, super ul. glo. [*& ibi, § si uerò aliquid*] uiua uox ualidior, quàm mortua [*& ibi, uidue*] ubi pares sunt competitores mulieris, ipsius sibi consulenti fit electio [*& ibi, optimam*] uide supra titu. 1. tertio, super 1. glossa. ¶ *In glo. ult. ibi, de accessionibus*] sequitur. possessionum nihil generaliter & in perpetuum diffinire possumus. consi- 5 stunt enim in sola æquitate. ¶ *In glo. † 1. ibi. pro a*] si unus alteri, neuter ualet, nisi alter tantum esset melior, uel dignior, quod prouocet iudicem ad iusiurandum deferendum. C. de rebus creditis. in bonæ, Vinc. [*& ibi, non obstat*] uide, quod dixi infra de iureiur. c. fi. in ult. gl. 6 & hæc decre. potest sic induci, Sicut plena † probatio non præiudicat pleniori, sic nec semiplena plenæ [*& a ibi, uerisimiliora*] [a] puta iuri communi consona, & uide quod dicam de præscriptio. auditis, super uersicu. exceptionem [*& ibi. si testes*] & ibi, hæc glo per Ioan. & in specu. eo. ti. §. postquam, & per Hostien. in summa, eo. ti §. quæ diuersitates [*& ibi, quatuor casibus*] plures ponit 7 Guil. in spe. §. prædicto, ante fi. [*& ibi, † indiuisibil il*] naturaliter, ut equus, uel iure prohibente, ut duo serui, qui sunt uir & uxor. C. comu. utri. iu. possessionum, secundum Vinc. qui dicebat, quod nisi talis sit casus, quo iudex habeat gratificari, adiudicaret rem, uel coniuges uni, & in medietate precii condemnaret illum alteri, insti. de ac. §. quædam [*& ibi, cui uult*] uel sibi retinere, 8 argu. infra de decimis, quoniam, Hostien. *& ibi, † diui- b datur*] idest adiudicetur [b] [*& ibi, æqualiter probant*] uidetur quibusdā, quòd hoc sit imposibile; ad hoc quod not. supra ti. prox. licet, in glo. bene tamen, circa medium [*& ibi, sancimus*] argum. de rescriptis c. penul. lib. 6. [*& ibi, cleros*] in principio, arguendo de spirituali ma- c trimonio ad carnale, Vinc. [c] ¶ *In glo. supra de renun. in fi.*] 9 & ff. eo. ob carmen. §. fina. ¶ *In glo. ultima, ibi, multitudini*] super hoc quæras argum. pro & contra 9. di. ego solis. & solutionem habes de hoc 4. q. 3. Item in testibus [*& ibi, præfertur*]. Hostien. hic reprobat, dicens hoc esse dictum contra textum, cum textus dicat, quòd ad multitudinem respici non oportet, & contrarium dicat glossa. Item dicit textus, auctoritatem præferendam multitudini, & glo. dicit contra. dixit ergo, quod. possent esse ex una parte centum uiles ribaldi, & duo

tales

tales ex alia, quod eis potius staretur. considerare debet etiam iudex personas producentes[*& ibi, in canonicis*]secundum Io. & Phi. qui etiam [d] sic opponebant, aut testes partis, quæ multitudinem habet, sunt idonei, aut non. Secundo casu nullus numerus tuetur eorum dictum. In primo non debet eis præiudicare maior aliorum auctoritas, & sic est contra 3. q.9.necesse.11. quæstione 3. si quis uerò. C.de sta. & imagi.l. fi.respondent, quòd nullum fit illis præiudicium, cũ ipsi non reprobentur, nec dicta ipsorum expressè; unde in aliis causis possent admitti. ff.de compen. quod in diem.§.1.de ordi.cog. cum dilectus, de elect. super eo. Idem Vinc.signabat tamen istud capitulum in canonicis, pro contrario, & soluebat, quod magna excellentia auctoritatis æquatur multitudini, ut ibi: sed maxima præfertur, ut hic[*& ibi, quantitatem*]arg. quòd in duplo maiori, infra de elect. si quando, lib.6.[*& in fi.*]idem Vinc.

ANNOTATIONES.

a ¶Verisimiliora. Adde d.Feli. in d.c. auditis.

b ¶Adiudicetur. uide Io.And. in c. licet, supra de proba. super glo. ma. & uide bonum tex. in l.si duo patroni, & ibi glo. & Barto. ff. de iureiuran.

c ¶Vincen. No. bene finem istius glo. quòd in paritate testium probatoriorum, & reprobatoriorum potius statur probatoriis per rationem glo. in fi.

d ¶Qui etiam. Item no. ad materiam unum, quòd ubi probationes sunt undique pares, præfertur probatio eius, pro quo facit ius, & quæ uerisimiliora dicit, ut dicit notabiliter Innocent. in c. auditis, in glo. in uersi. excep. infra de præscrip. item cuius iura sunt potiora, ut no. infra de re iudi. cum suborta.

SVMMARIVM.

1 *Laici, & fœminæ admittuntur ad impedimenta electi probanda.*
Diuisio capituli, uer. primo ponit, ibid.

2 *Auditus auditus non probat, & an hoc sit indifferens, uide nu. 10.*
Purgatio indicitur ob malam famam, ibid.

3 *Testes induci possunt attestationibus publicatis super aliis articulis penitus diuersis, & dat exempla, & etiam si quis fuit impeditus aduersarij facto.*

4 *Idonei testes prima facie præsumuntur, nisi aliud appareat.*
Testes qualiter examinandi, ibid. ad dictio. prudenter.

5 *In purgatione facienda numerus testium arbitrarius est, nisi taxetur, ut hic, à superiori. item conditio ipsorum, uersi. ergo non habet, modò habeant purgandi conuersationem notam, ibid.*
Purgatio indicitur etiam super irregularitate proueniente ex defectu, ibid.
Conuersatio nobis esse nota debet eius, de cuius uitu comprobanda uolumus testari, ibid. uer. nec hoc sufficit.
Pœna imponitur electo, & confirmato, ut à prælatione amoueatur, quæ fuisset imposita, si probatu fuisset exceptio, ibid. uersi. per hoc appa.

6 *Ad defectus objiciendum electo & confirmato episcopo etiã unus admittitur, licet non objiciat capitulum totum.*
Suspensio præcedere debet denunciationem ipsius, & non fertur, nisi de eo sit actum, nisi in casu, & quo.
Papa punit crimina, undecumque clareant, ibid.

8 *Epilogus, & suffragium glossarum. nu. 9.*
Consensum capituli non interuenisse qualiter probetur, §. 1. & nu. 14. §. 2.

10 *Additio glossarum.*
Testimonium de auditu cum fama quando faciat fidem, eo. nu. 10

11 *Fama probatur per duos, & laici, & fœminæ ad eam probandam admittuntur, nu. 14.*
Iuramentum defertur ei, qui melius creditur ueritatem scire, ibid. & sic etiam purgaturo.
Purgatores ad quid adiungantur infamato.

12 *Soli testes qui hic dicantur.*
Criminosi, qui non repelluntur ab excipiendo, an & quando repellantur à testimonio etiam super exceptione, ibid. §. in gloss. forte.

13 *Irregularitas an contrahatur si clericus in sacris contraxerit cum uirgine.*

14 *Testes singulares an sufficiant in probanda capituli conscientia.*

CAPVT XXXIII.

1 TAm literis. Casus. Ad † probanda impedimenta electi, laici & fœminæ admittuntur. & tria facit. primò ponit, quid probauerant testes contra electum. secundò ibi, Quia uerò. prosequitur articulum bigamiæ, mandans super eo laicos, & fœminas recipi, impedientes excommunicari: ea non probata purgationem indici, & ea præstita ad recipiendam consecrationem terminum assignari. bigamia uerò probata, uel purgatione non præstita, mandat illum amoueri, & per capitulum alium eligi. tertiò ibi, Archipresbyterum, ponit pœnam archipresbyteri, & sacristæ, & de eodem facto loquitur infra, t. 1. super his, de accusa. & de pœnis, super his[*Electum*] cum enim consecrationem peteret, contra eum fuit de multis obiectum, Innocen. [*Auditu*]auditus. non 2 † enim deponebant, quòd audiuissent de peccato publicè glorianteni, quod sufficeret, infra de excessibus præla. quàm sit graue, secundum Hostien. [*Fama*]mala; & propter hoc indicitur ei purgatio, Innocen.[*Super aliis*] scilicet scientia, & uisu, secundum Abba. uel [*aliis*]in quibus nil dicitur de auditu, & fama, uel exceptis auditu & fama, Hostien. [*Non fuere recepti*]not. 3 secundum † Inno. post publicatas attestationes super aliis articulis penitus diuersis posse testes produci, ut argu. supra, c. causam. & contingit hoc, quia generaliter de omnibus potest excipi, & ex quo exceptio admittitur, debent super ipsa negata testes, & quodlibet aliud genus probationis recipi, argum. infra, de exce. uenerabilem. Idem in uniuersali & generali petitione: quia publicatis attestationibus in uno articulo, nihilominus super alio admitterentur testes. nam, quod plus est, & petens & probans etiam post sententiam audiretur. C. de iudi. l. 2. [a] Idem uidetur & in singularibus actionibus, dummodo articuli sint diuisi, supra eo. causam, quæ. hic autem post publicationẽ & peremptorium assignatum canonicis ad probandum, quicquid uellent, ideo fuerunt admissi testes ipsorum: quia per ap. ipsius electi frustatoriam fuerant canonici impediti super hoc articulo irregularitatis producere testes secundum Innocen. & Hostien.[*Appellationis*]interpositæ ex parte electi[*Ne tantæ*] maximè quia idem de minori, ex quo ciuiliter agebatur, 4 Hostien. [*Idoneos*]& tales † prima facie præsumuntur, nisi aliud appareat, de scrutinio. c. uno, Hostien.[*Legaliter*] supra c. 2.[*Prudenter*]scilicet sigillatim, infra. c. uenerabili, & quæsitis circunstantijs, de quibus infra, eo. 5 cum causam [*Per septem*]nisi numerus † sic fuisset taxatus per rescriptum apostoolicum, fuisset arbitrarius, de hoc de simonia, insinuatum. & nota, quòd purgatur quis super irregularitate proueniente ex defectu; ad idem infra de pur. cano. accedens, secundum Goffr. & Hostien. [*Vel priores*] ergo non habet necesse electus purgare se per episcopos. & sit ratio: quia hæc materia arbitraria secundum Hostien. unde & episcopus quandoque se purgat per non episcopos, infra de purga. cano. cum in iuuentute[*Bonæ famæ*]nec hoc sufficit, nisi notam habeant conuersationem ipsius, infra de pur. ca. constitutus[*Præstandam*]infra certum terminum, de quo infra sequitur[*Constitutum sit*] supra ti. r. licet, ubi de similibus no. [*Probatum*] per hoc apparet, quòd erat electio confirmata, & imponitur pœna,

quæ

quæ fuiſſet impoſita, ſi probata fuiſſet exceptio, infra de accuſa. accedens [*Amouentes*] id eſt electionem per ſententiam irritantes, Pet. tu dic propriè, ut in glo. ſupra prox. [*Non differant*] excluſis archipreſbytero, & ſacriſta, de quibus ſequitur, Vincen. [*Canonicè*] ut ſic nec per negligentiam, nec per delictum priuentur, de ele. cum in cunctis, & ca. ne pro defectu [*Literas*] quæ fuerunt falſæ, C. de falſis, qui ueluti; de proba. tertio, de his, quæ fiunt à præ. c. quanto, Inno. [*Deſtinarunt*] fatuè 6 fecerunt, cum † unus ſolus hic auditus fuiſſet, & literas habuiſſet: ſed forte ſecundum Hoſtien. hoc fecerunt, ut à capitulo recuperaret expenſas, ſupra de electione, ut præteritæ, uel dic quòd hoc fecerunt, ut facilius mouerent Papam [*Et beneficio*] ſup. ſuſpendatis, 7 poſtea denuncietis, & c. etenim tales † non ſunt ſuſpenſi, ſed ſuſpendendi, & fit iſta ſuſpenſio auctoritate papæ, aliter fieri non debuiſſet, cum ad hoc non fuiſſet actum, de ordine co. c. 2. ſed papa punit crimina, undecunque clareant 24. q. 3. ecce. uel dic, ut no. ſupra, de confeſ. c. 2. de elect. per inquiſitionem, ſecundum Hoſtien [*Suſpenſos*] puniuntur hic pro crimine, ſic. 82. diſt. eos. Secus, ſi pro infamia 1. q. 5. preſbiter, niſi crimen eſſet enorme, infra de purga. ca. inter, Vincen. ¶ Gloſ. 8 prima † ſignat contrarium: & ſoluit. ¶ Glo. ſecunda ponit differentiam inter criminales ciuiliter motas, & merè ciuiles. ¶ [*Glo. no. quòd*] reſpondet per obiectionem decre. mulierem, & decre. forus, & ſoluit. Item ſignat aliud contrarium, & ſoluit. ¶ [*Glo. uidetur*] arguit, reſpondet, & remittit. ¶ Penul. glo arguit pro opinio. 9 quam reprobat. ¶ Vlt. glo. obiicit, & ſoluit, ¶ [*In † glo. 2. in fi.*] uide in c. prox. alle. ¶ [*In glo. ult. ibi, qui ueluti*] ſi ſcripſi aliquem res ſuas à me recepiſſe, & apparet tunc eũ fuiſſe abſentem, ſibi non nocet, ſed mihi: quia teneor 10 de falſo. ¶ [*In † glo. 1. ibi, non facit fidem*] dicit Hoſtien. hoc uerum, quando agitur de actu corporali probando: ſecus ſi de incorporali, ſuper quo remittit ad no. ſupra. de conſue. cap. 2. & infra c. cum cauſam quæ. dicit hic Goff. quòd putat, quòd fama cum uno teſte, uel aliis argumentis facit fidem. 4. q. 3. ſæpe, de præſump. b illud 35. q. 6. ſi duo [*& ibi, de aud itu* [b]] ibi teſtificatur de c auditu [c] proprio, & re, quæ per eum ſenſum percipitur: hic de eo, quod ab aliis audiuit dici [*& ibi, ſed ibi lo-* 11 *quitur*] ſecundum Ioan. qui etiam hic † notat, quòd per duos probatur fama, de hoc 2. q. 1. §. uti. in 1. glo. & dixit, infra de accuſa. inquiſitionis, ſuper ult. glo. ¶ [*In glo. 2. ibi, ciuiliter mota*] niſi ageretur ciuiliter ad pecuniæ condemnationem, ſecundum Hoſtien. qui remittit ad decr. finalem de iureiur. [*& in fi.*] poteſt dici idem in utroque caſu. nam in ciuili defertur iuramentum ei, qui melius creditur ueritatem ſcire; ita hic, cum melius eo ſcire non debeat, an ipſe contraxerit. purgatores uerò adiunguntur propter infamiam, ſecundum 12 Abb. ¶ [*In glo. 3. ibi, ſingulares*] alii † exponunt, Soli id eſt cauſam ſui teſtimonii non reddentes. 4. q. 3. §. ſola, ab. ¶ [*In glo. forte, ibi, criminoſi*] qui licet non repellantur ab excipiendo, repelluntur à teſtimonio etiam ſuper except. Alii contradicentes, ſicut ad excipiendum, ſic ad exceptionem probandam criminoſos admitti, & hic repelluntur, quia conſpiratores, uel inimici, uel aduerſarij in hac cauſa, prius dictum placet Innocen. Hoſtien. exponit. ſ. criminoſi, uiles, & infames, ſupra eo. ex parte, dicens quodlibet iſtorum membrorum 13 probari, ſupra ti. 1. licet. ¶ [*In † glo. corrupta, in principio*] dixit Abb. idem, ſi fuiſſet uirgo, ſi in ſacris cum ea contraxit, quod eſt falſum; quod dic, ut no. ſupra de biga. nuper, & infra de cleri. coniu. ſane. 2. ¶ In gloſſa nota quod, ibi, meminimus. melius diceret, Cum. P. Abb. 14 [*& in fi.*] unde † dixit Ioan. laicos & fœminas admittendos ad probandam famam. uide, quod dicam de accuſa. cum P. ſuper fi. ulti. glo. ¶ [*In glo. penul. ibi, non eſt uerum*] adde quod no. 22. q. 1. omne quod. ¶ [*In glo. ult. ibi, de talibus literis*] uel ſi qua fuit facta mentio, deliberatum fuit de illis non mittendis. unde dixit hic Innoc. quòd directè, & indirectè potuit hoc conſtare. Sed Hoſtien. dicens prædicta locum habere, quando quæreretur de conſenſu, uel diſſenſu, dicit per literam, Cõſcientiam, quod hic ſufficient ſingularia teſtimonia ſingulorum, cum quæratur de ipſorum conſcientia, per decre. ſignificaſti, infra de homi. hoc non placet, ubi de conſcientia capituli, uel maioris partis quæritur, ut hic.

ANNOTATIONES.

a ¶ Iudi. l. 2. Ibi uide, & Bald. & Sali. & per Bar. in l. an eandem, ff. de exce. rei iudi. & in l. de rebus, ff. de arbi. & ad materiam uide quæ no. prædicti in l. age, cum ſi. C. de tranſa.

b ¶ De auditu. quando ualet teſtimonium de auditu, uide per ſpec. in ti. de teſte. §. 1. uer. item. quòd, Bal. in l. conuenticula, in pe. colum. C. de epiſcop. & cleri. Bar. in tractatu de teſte.

c ¶ De auditu. Si eſt tale factum, quòd per ſenſum auditus immediatè capi poſſit, tunc ualet, ut in ca. 2. de conſue. Si uerò non ita capi poteſt, ſed per aliquod propinquum auditui, ubi uiolentæ probationes ſufficiunt, probat. ſupra eo. præterea, aliàs de auditu auditus non. uide Bar. in l. 2. §. idem Labeo, de aqua plu. ar. & unde glo. in l. teſtamentum, C. eo. Bald.

SVMMARIVM.

1 *Lite etiam non conteſtata teſtes recipi poſſunt in cauſa liberali contra contumacem.*

2 *Pro eccleſia quilibet etiam de eccleſia, negligente epiſcopo, ſine mandato poteſt agere, & quomodo conficiet libellum, & nu. 3. an hoc ſit uerum, nu. 10. & 11. & qualiter agere debeat, ibid. an alius poſt eum agat, nu. 4.*

3 *Sine mandato quibus in caſibus quis agat alterius nomine.*

Præſcriptio non currit eccleſiæ uacanti, ibid.

4 *Agente uno pro eccleſia ſine mandato, & reportante contrariam ſententiam, alius agere non poteſt, niſi in duobus caſibus, & quibus.*

5 *In agendo pluribus concurrentibus, quis agat.*

Intereſt ſi mea præferor cæteris in actione concurrentibus, ibid.

Libellum concipere debeam nomine meo, ſi mea intereſt, ſi non intereſt, qualiter concipiam, nu. 2. circa fin.

Rei iudicatæ exceptio quibus quando non obſtet, caſus referuntur hic, & nu. 4.

6 *Teſtes cogendi non ſunt extra prouinciam uenire.*

7 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum, num. 8.*

Eccleſiæ iniuriam quilibet proſequi poteſt etiam alijs contradicentibus.

Agnati, & cognati etiam inuitos in libertate defendunt.

9 *Additio gloſſarum.*

Facti ſpecies huius capituli, ibid. nu. 9. & 14.

11 *Agere ſi quis deſiſtat incurrit interdum pœnam.*

Reconuentio non habet locum, cum quis agit pro libertate eccleſiæ, uel repetit alienata, nec ſi quis agat ſocijs inuitis, ibid.

Satiſdare quibus caſibus non teneatur agendo alieno nomine, ibidem.

12 *Legis, ſi quis hac lege §. quoties, ff. qui, & à qui. manu. concordia cum hoc capitulo.*

Socias quando unus ſine conſenſu cæterorum admittatur ad agendum.

13 *Diffamare non præſumitur in eo, quod poſſidet quis.*

Interlocutoriam ſibi reſeruare Papam, non eſt uериſimile, ibid. in fine.

14 *In inquiſitionis cauſa quando lis conteſtatur, & reliquus ordo ſeruatur iudiciarius.*

Inquiſitionem impetrans & proſequens actoris partem ſuſtinet, & poteſt conſtituere procuratorem, ibid.

Litis conteſtatione quando non opus ſint recitantur caſus quidam, ibid.

CAPVT XXXIIII.

dequod de hoc canone dicam de accu. qualiter, 2. §. debet, super uer. facultatem [& ibi, Confiteri] & infra de pæ. & remis. omnis, in prin. ar. cõtra. 5. q. 1. quidam, ubi de hoc in ul. gl. [& ibi l. 7.] dici potest, quòd iudex † de illis, quæ ibi dicũtur, debet explorare ap. se, uel ab alijs, non ab ipsis testibus, secundum Hosti. qui dixit, quòd respondere non tenetur, nisi queratur de crimine, de quo principaliter agitur, si dicatur de illo particeps, & hoc uidetur tenere Vincẽ. infra c. testimonium. uel secundum Hostiẽ. licet iudex posset inquirere à teste, & testis posit respõdere, non tamẽ tenetur, & istud ultimum posuit Innoc. in c. inquisitionis, statim alle. ubi etiam responden. ad capitula. 2. quæsti. 7. quærendum, & c. si qui. dicebat, illa loqui in accusatione, non in teste. ponebat etiam ibi solutionem. supra proximam. §. quod ap. se, uel alios quærat iudex de teste, & de noto præsumet bonum, nisi contrarium probetur, infra de præsump. ca. si. sed ignotum oportet approbari prius, quàm ei credat. 3. q. 5. canonica, & c. accusatores. imò debet esse notus iudici. & alijs. C. de iure delibe. l. fi. §. sinautẽ dubius, ad fin. sicut ẽt approbari oportet testẽ in accusatione criminali, & accusatorem, de accu. c. 1. in ciuilibus talia non requiruntur à testibus. remittit ad nota. de confes. c. 2. ibi vide quod scripsi super. c. cõfessus, & de ele. dudum. 2. uer. tandem, in gl. super processu, ubi tractatur de teste, & de electo, & de reo, an respondere teneantur [& ibi, Non interrogatur] no. Io. 2. q. 7. quærendum, quòd iudex potest in genere quærere à teste, an posit esse testis, ad hoc 8. q. 4. Artaldus [& ibi, Personas litigantium] dic, ut plenè scripsi in spe. e. titu.[e] §. 1. uer. testimonium autem, in fi. ¶ [In glo. exemplo Danielis] super 13. c. ¶ [In glo. quia si, ibi, nihilominus] & ibi satis 16 † no. an hoc locum habeat etiam in actibus, qui iterationem recipiũt, & de hoc dicam. infra de ac. qualiter. 2. & de hoc in spe. ei. ti. §. iam de interrogatorijs, ver. itẽ de tempore, [f] & uer. sequẽtibus, cum suis remis. & ff. e. ti. ob carmen, in glo. fi. [& ibi, Considerandum] ubi idem 17 no. [& ibi, Interrogare] sup. & † scribi facere [Et in fi.] unde dicebat hic Innoc. quod etiam præsumptionẽ prouenientem ex consensu partium cõsideтare debet iudex. nam attestationes, quæ non ualerent, ratificantur quandoq; non solũ per expressum consensum partiũ, sed etiam tacitum, argumẽ. 4. q. 3. si quis testibus, & in eo, quod legitur & notatur, infra e. tuis, & c. præsentata, & c. constitutus, & quod dicam, infra eodem, significauit. in glo. dixit hic, uer. ubi uerò. secus in lite non contesta. uel re iudicata, & alia, quæ sunt substantialia iudiciorum. talia enim expresè ratificari nõ possunt, ut patet in eo, quod legi. & notatur, supra de libel. ob. c. 1. de lit. conte. c. unico, & de off. dele. prudentiam. §. sexta. attestationes autẽ vires sumunt ex pactione partium, ita, ꝙ si alterutra opponat, ꝙ non ualent, quia in hoc iudicio productæ non sunt, talem exceptionem tollet replicatio pacti, vt patet in iuribus superius allegatis, & ff. de re iudi. si cõuenerit. ff. commu. diui. iudicem. ff. de noui op. nuncia. l. 1. §. & post operis, & se. & patet in eo, quod legi. & no. supra de pac. c. primo, [g] & 3. & hac ratione considerata uidetur, ꝙ quamuis ille, cui commissa receptio testium, siue examinatio, non posit ipsam de iure communi alij iudici committere, cum sit sibi certum officium commissum, de consensu tamen partium etiam tacito talis commissio ratificari potest, dummodò nõ obstet error iuris, uel facti, ut patet in eo, quod legitur & no. supra de offi. deleg. quoniam apostolica. §. autem, & §. cæterum, & infra de re iudi. cum Bertoldus. §. postmodum, ver. uerum, & se. & expresius, infra c. ueniens. §. 1. uersi. lite igitur, & se. & §. 2. de hoc in spe. e. ti. §. qualiter, ad fi. uersi. hoc autem. Quidam tamen secundum Innoce. dicunt, & forte bene, quòd consensus partium tacitus non sufficit: quia, quando præsumuntur tacitè cõsentire, potius præsumendum est ipsas consentire, ꝙ iudex ratione iurisdictionis suæ faciat hoc, quàm quod uelint ex pacto se obligarẽ. iudex uerò ratione iurisdictionis suæ solius hoc facere non potest, & ideò per solum tacitũ consensum partium attestationes, quæ de iure nõ ualent, ratificari non possunt: sed alij dicunt, quòd iudex ratione iurisdictionis suæ hoc facere potest, dummodò saltem tacitè consentiant in hoc partes, argumen. supra de offi. deleg. prudentiam. §. sexta, secundũ Hostien. & Inno. ¶ [In glo. per excommunicationem, in fi.] dicebat 18 † Hostien. quòd si principalis, uel alius eo mandãte hoc faciat, habetur testis pro producto, ar. ff. si quis cau. l. 2. §. simili modo. Idem, si hoc fiat per alium amicum principalis, ipso principali tacente & dissimulante, argumẽ. infra de simo. sicut nobis, & c. nobis: secus, si fiat ab inimico, uel etiã amico, ipso sine fraude contradicente, ut ibi, & in dicto. c. quia præsulatus, & ff. ex quibus causis in pos. ea. l. pe. & adde quod dicetur, infra eo. constitutis. [i] ¶ [In glo. pe. ibi, magnitudinem] Idẽ Inn. 19 & moderni. unde reprehendit † Vin. quosdam dicentes hunc numerum ordinatiuum à iure statutum cuilibet producẽti testes. nisi enim iudex moderetur, producat, quot vult: postea producat, quos melius scire credit, & uide in spe. eo. ti §. restat, in fi. [& in fi.] Io. qui 20 etiã † dicebat per hoc non congruè dici posse. 40. conueniri per clausulam, Quidam alij: quia facilius recipiũt. 40. testes, quàm. 40. rei, vel quàm una causa expediatur, idem Vin. ¶ [In glo. ulti. ibi, præsentata] & forte isti episcopus, & abbas fuerant arbitri, uel forte delegati, sed processerant, sine tertio collega, uel alter eorum h fuerat recusatus, Ioan. Vin.[h] [& ibi, Cum in tua] ubi de i hoc in fi. vlt. glo. & infra c. proxi. in glo.[i] pe. [Et in fi.] de hoc in spe. eo. ti. §. 1. uer. quid si idem testis, & uer. se. & 21 facit finis huius glo. ad quæstionem † de illo, qui dicit falsum coram nõ iudice. qui tamen putabatur iudex. ad quam etiam faciunt, quæ in quæstione dixi super regula, Non est sine, de regu. iur. lib. 6.

ANNOTATIONES.

a ¶ Examinare. Imo & quandoq; quæstionibus etiã libertum subijcere. facit quod no. Io. An. supra eo. quoniam, super glo. 1. & uide latius Bar. ff. de quæstio. l. ex libero.

b Libellorum. Et fortius apparet dictum suum non uerum, quando simpliciter super causa iurauit, uel etiam iurauit super tota causa. facit quod no. Ioan. Andr. supra eo. de testib. in glo. ubi enim, & uide Bar. in l. si duo patroni. §. idem Iulia. ff. de iureiuran. & facit quod no. Io. An. de confes. cum super, in glo. ma. uersi. alij dicunt.

c ¶ Causam scientiæ. Adde Bal. in l. solam, & in l. testium, C. de testi. & spe. in tit. de teste, §. nunc tractandum, uer. debet quoq; iudex. Pau. de Cast. in l. qui testamento. §. fi. ff. de test. & per Bart. in tractatu de teste.

d ¶ Facit. Sed an iudex, uel alius examinator teneatur parti: quia nõ quæsiuit de causa, uide Io. An. in spe. eo. titu. §. 1. uer. & quòd hic dicit glo. ualere dictum testis non interrogati de causa; intelligitur uerum in ciuilibus. in criminalibus autem secus: quia probationes luce meridiana &c. l. fi. C. de proba. & ibi hoc uolunt docto. maxime. d. Bar. de Sali. & uide Bal. in l. 1. C. de bo. pos. secundum tabu. & in l. 3. C. de testa. & l. testamentum.

e ¶ Spe. eo. ti. & de hoc Ioan. 4. q. 3. §. in criminali, & l. 3. de testi. ff. & in addi. in ti. de teste. §. opponitur, uersi. item quòd non perhibet, & ibi Ioan. And. concludit tria uerba: quia si aliquis testificatur inter aliquos, & de factis utriusque partis, tunc debet habere notas utrasque personas: sed de factis alterius, tunc illum, & ideò si de ætate unius quæritur, tunc oportet, quòd illum cognoscat. Si uerò de aliquo facto spectante ad aliquod, ut si testificatur de æstimatione rei, tunc non est necesse, quòd habeat eas notas, inter quas testificatur, Archi.

f ¶ De tempore. Adde Domi. Flo. in l. 3. §. idem. ff. de testi. per Bald. in l. 2. in ultima, col. ff. eo. per Bart. in l. non exigit. §. diui fratres, ff. de iure fisci.

g ¶ Capitulo. 1. Facit quod no. Ioan. Andr. supra c. fraternitatis, in in quæstione fi. & an hoc sit uerum in omni exceptione, quæ possit testi opponi, ut tacitus consensus partium illum tollat. unde

Ioan. An. in ſpe.ç. ti. §. ſæpe, in prin.

h ¶Vinc. Vel alia de cauſa non ualuit receptio, ut quia non citato reo, uel iurauerunt die feriata, uel alijs ſimilibus cauſis.

i ¶In glo. Vide ad hoc limitatio. l. ſi poſtulauerit. §. ſed & negauerit, ff. de adul. & uide ad materiam, ſupra e. ſicut, & Bar. in l. eas, ff. de fal.

S V M M A R I V M.

1 *Teſtes producere licet ſuper eodem capitulo publicatis atteſtationibus, ubi uariatur modus agendi.*

Diuiſio capituli, ibid.

2 *Intereſt quòd ſua, exceptio opponi ne poſſit poſt litis conteſtationem, reijcit aliò. & quid debeat hic probare, ibidem, uer. debet.*

Incontinenti, aduerbium hoc, quantum temporis ſpatium poſcat, arbitrium eſt, ibid.

3 *Confirmationem, uel conſecrationem petens quid probare debeat.*

4 *Executio ſententiæ nunquid, & à quo & quibus caſibus poſſit impediri, & nume. 5.*

6 *Teſtium depoſitiones uti in alio iudicio, uel ad alium finem ualeāt quando ſit optio producentis, quando partis utriuſque, nu. 10. & faciunt præſumptionem, eod. nu.*

7 *Teſtes qui depoſuerunt in exceptione, teſtificantur iterum ſuper eodem in principali, & hoc licere concluditur, confutatis, quæ credabantur eſſe contraria, & nu. 8. & 9. an hoc ſit ita ſemper, nume. 9. in fin.*

8 *Contra teſtium perſonas, & dicta, qui rurſus inter eaſdem etiam partes teſtificantur, obijci poteſt.*

Teſtimonium ſecundum ſi contradicat primo non ualet ſecundum, ibid. in fi. niſi in caſibus, & quibus & ita teſtimonium primum ualet ad reprobationem ſecundi, nu. 9. non tamen ſi fuit receptum in incidenti, ualet in principali, & ratio diuerſitatis, ibidem.

11 *In emergenti pronunciandum.*

Teſtes an poſſit apertis atteſtationibus tertius, cuius intereſt, qui appellat à ſententia, producere ſuper articulis publicatis, ibidem.

In capitulo qui interfuerunt de actis ibi teſtificari poſſunt, ibid. ad dicti. non facile.

Cautela pro prouiſione, ibid. in fi.

12 *Excommunicationis ſententia requirit abſolutionem, non relaxationem, & ad tempus fieri poteſt abſolutio. reſpondet iurib. aliud dicere apparentibus. uide nu. 17. de abſolutione teſtium.*

Cap. Dilectis. Cap. ad hæc quoniam, de appella. Cap. Odoardus, de ſoluti. Cap. Sacro, de ſenten. excom. Cap. Olim, de accuſa. intellectus circa ſententiæ excommunicationis relaxationem, ibidem.

13 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum.*

Sententia non eſt executioni mittenda, ſi læditur ius alterius. §. 1. alioquin ſtatim mittitur, niſi incontinenti probetur exceptio. §. 2.

Domi quæ fiunt per alios, quàm domeſticos, non explorantur, licet apud domeſticos aliàs confingatur. §. fin. & numero 16. §. 1.

Excommunicati per ſe, & per procuratorem ſe poſſunt defendere, eod. nu. 15.

Procuratores quibus rationibus repellantur, ibid. uer. opponebat.

16 *Probationibus minus ſufficiētibus ſe partes poſſunt ſubijcere.*

17 *Excommunicatos teſtes abſoluit iudex ad tempus, & quando, & quouſque idem ſit de legatis uel ambaſiatoribus deſtinatis ad urbem, ibidem.*

Abſolutiones cum reincidentia potius uerbales, quàm reales, & ratio, ibidem.

C A P V T XXXVIII.

1 VEniens. Caſus. Vbi † variatur modus agendi, publicatis atteſtationibus, ſuper eodē capitulo teſtes producere licet. & ſunt tres principales partes. prima ponit ordinem proceſſus, & diſputationē partium ſuper receptione teſtium. in ſecunda papa interloquitur ibi, vos igitur. in tertia cauſam committit ibi, Mandamus, quatenus [*Decanatu*] erat forſan decanalis maior dignitas in eccleſia, quàm archidiaconalis, uel pinguior [*Interpoſitam*] iuſta erat hæc exceptio. Innoc. [*Ad illum*] archidiaconū [*Ad ſequi*] ſ. ſubdiaco. [*& infra*] hic fuit ſibi obiectum, quod non poterat ſe opponere: quia ſua non intererat: quia nec erat Claremon. ca-
2 nonicus, nec in dec. electus, Abb. an † vero exceptio, quòd ſua intereſt, opponi poſsit poſt li. conteſt. dicam poſt Innoc. infra de accu. ſuper his poſt prin. & no. ſu-
a pra e. ex parte. in 1. glo.[a] [*Incontinenti*[b]] hoc relinquitur
b arbitrio boni iudicis forte uſque ad. 8. dies, uel plures, nec requirit teſtes ultra montes, ar. ſupra de teſti. ſpo. literas, circa finem. debet antē fundare ſuam intentio-
c nem. i. probare, qđ ſua intereſt.[c] nec quæritur quantū ad hoc, quod admittatur ad cōtradicendū, quod probet ſe canonicè electum, ſed electum tantum. ſi. quod
3 no. infra de re iudi. cum ſuper, In glo. 2. petens † autem cōfirmationem habet probare ſe canonicè electum. de elec. poſtquam, & c. nihil. & petens conſecrari habet probare canonicam electionem, & confirmationem, eodem titulo. cum in cūctis. nec probat hæc decre. quòd contra electum confirmandum, vel conſecrandum non admittatur, niſi cuius intereſt: quia hic non petebatur confirmatio, uel conſecratio, ſed ſententiæ executio, quam nō impedit, niſi cuius intereſt.
4 Inno. Item ſecundū † cum no. ſententiam executioni mandandam, niſi is, qui contradicit, incontinenti probet ſua intereſſe. & hoc, cum petitur res uacans à nemine poſſeſſa, ut hic. Si uero petitur res ab alio. ſ. uicto per ſententiam poſſeſſa, nō obſtante, ꝙ alius dicat ſua intereſſe, uel rem ſuam eſſe, mandabitur ſententia executioni, præſtita uicto cautione per uictorem, quod ſeruetur indemnis contra aliū petitorem. ff. de rei vendi. l. is, à quo, & l. ſeq. ff. de re iudi. ſæpe, in fi. Et eſt diuerſitatis ratio: quia ubi res uacans transfertur in aliū, deterioratur petentis conditio. unde probato intereſſe contradictoris, iudex non exequitur ſententiam: ſed ubi de uno ad alium poſſeſſio transfertur, & non poteſt dici quò ad poſſeſsionem deteriorata conditio petitoris. Item ubi res eſt uacans, nō eſt qui recipiat cautionem prædictā de indēnitate, uel lex illa locum habeat, cum duo agunt contra tertium. hęc decre. quan-
d do litigant inter[d] ſe. ſed contra uidetur, quòd ſemper ſummaria cognitio ſit neceſſaria. ff. de re iud. à diuo. §. ſi reum, & §. ſe. illud loquitur, quando non fiebat executio in rebus petitis, ſed in alijs, quę capiebant in cauſam pignoris. & tunc quocūq; allegante ſe habere ius in re, fit ſummaria cognitio, ut ibi dicitur. ubi uerò in re petita fit executio, habet locū ſuperior diſtinctio, Inn. rationem uide de re iudi. cum ſuper, ubi idem dicam ſuper uer. præiudicio [*Opponere*] no. ſecundū Inn.
5 quòd hic dicitur, hunc Petrū ſe poſſe opponere † contra eum, contra quem lata eſt ſententia: ſed non dicitur, quòd poſſit impedire ſentētiæ executionem. dicit ipſe, ꝙ licet iſtud hic non dicatur expreſsè, ſatis tamen uidetur hoc dictum tacitè, ꝙ ut ex quo conſtiterit, ꝙ ſua intereſt, non mandetur ſententia executioni, ſed retardetur: quia per ſententiam non debet fieri præiudicium abſenti & ignoranti ff. de mino. etiā. §. ſi. C. res inter alios acta, in rubro, & nigro: ſed cōtra de re iud. cum ſuper, ubi uidetur, ꝙ is, cuius intereſt, ſibi præiudicat, niſi appellet. Sol. ibi loquitur, quando is; qui lædabatur, præſens erat tempore latæ ſententiæ: ſed nos loquimur de abſente & ignorante. alij dicunt hoc ſpeciale in beneficijs, in quorū collatione maior, quàm in alijs rebus eſt diligētia adhibēda. & hæc ſola ſolutio uidetur per iura tolerabilis. alijs uidetur, ꝙ ſi in executione ſententiæ appareat contradictor, ſemper anteq̃

executioni

executioni mandetur, est præmittenda summaria cognitio, argu. ff. de re iudi. a diuo. §. si reum, & sequen. secundum Innocen. remittit Hostien. supra de restitu. in integ. suscitata. vide quod dixi de maio. & obe. c. fi. in gl. no. quod in arduis, & glo. non venientes. [*Electione*] vtriusque, Innocen. [*Sententia*] lata inter capitulum, & decanum. forte dicebat illam sententiam non præiudicare sibi: quia non fuerat vocatus, vel quia nulla erat, Innoc. [*Quæsitum fuit*] causa abreuiandi litem, argum. C. de fideiusso. l. fi. [*Qui*] s. archidiaconus [*Aduersa*] s. subdiaconus [*Principali*] bona allegat. infra c. cum in tua.

6 [*Incidenti*] s. quòd sua intererat, Iuno. & hic † soluit contrarium secundum Hostien. de decreta. præsentata. infra eo. titu. ubi uidetur dari optio non producenti, sed ei, contra quem. ad idem. C. eo. l. fi. & supra c. proxi. illa enim loquitur, quando producti sunt super principali, & li. contest. hic super incidenti ante li. contest. & est ratio diuersitatis: quia primo casu mero iure tenet receptio, quò ad ferēdam diffinitiuam, in secundo non. Item cum primo inquireretur summariè, leuior sufficiebat probatio, quàm in principali, per quod etiam dicebant hic Pe. & Abb. quòd si tunc noluisset reprobare testes, non potuisset propter personas, uel dicta, alle. C. de edicto diui Adri. l. fina de re iudicata, cū Ber-

7 toldus [*Eosdem*] mirum † uidetur, quòd iidem testes, qui dixerunt in exceptio. iterum testificentur super eodē in principali. & uidetur contra illud, quod no. C. eo. titu. l. fina. & supra c. causam, quæ. i. ubi de hoc. Item aut hi testes inducuntur ad hoc, ut dicāt illud idem, quod in primo testimonio dixerunt, aut vt dicant cōtrariū, si ad hoc, ut dicant idem, superuacuum est, arg. supra de elec. in genesi, & ideo resecandū, ut supra in procemio. §. pe. Si uerò ad hoc, ut dicant contrarium, tunc inconueniens est: quia ex hoc puniendi sunt tanquā periuri, nec eis debet credi, ut patet in eo, quod legi. & nota. supra eo. sicut nobis, & ar. C. de non nume. pecu. generaliter. sed & publicatis attestationibus quomodo admittentur? hoc est contra id, quod leg. & no. supra intimauit. So. ad hoc dicas, ꝙ si inter diuersas personas de reb. eisdem sit consimilis quæstio, sicut est cū unus cohæredum pro parte debiti hęreditarij egit, vel contra eū actum, nihilominus alius cohæres aget pro parte sua, & contra ipsum aget. ff. de ap. à sentētia, & l. ab executore, & à simili dicendum, quod testes super uno capitulo in causa unius inducti, inducentur & in causa alterius super. e. c. & idem dicendum est, si etiam inter easdē personas agatur, & testes primò ad unum, & secundo ad aliud inducātur, ita ꝙ diuersi sunt fines, & effectus probationum. puta primò agebatur ad interesse. secundo agitur ad uindictā: uel primò agebatur ad repellendum aliquē à litigando, uel ad proban-

e dum agentis interesse [e] secundo autem inducūtur super principali, vt uidelicet agenti res petitæ adiudicent. hæc enim fieri possunt, sicut satis ꝓbatur hic, & C. de uia publi. seu priua. si quis ad se fundum, & arg. supra de elec. cū dilectus. si enim non obstat sententia inter alios lata, uel etiam inter eosdem, quando ad aliud agitur, infra de re iudi. cū super controuersia, & no. infra de pur. cano. cū dilectus, multo minus obstabit testiū receptio habita ad unum, & ad aliud. nunc productio eorum, uel attestationes in alio iudicio, & ad aliud re-

f ceptæ, secundum Innocen. [f] & facit hic Host. pro eo, quod dicimus, testes recipiēdos in causa matrimoniali publicatis attestationibus: quia in ea non obstat exceptio rei iudi. quod dic, ut no. supra de ꝓba. licet. §. 1.

8 Obiectioni † autem de identitate, & testimonij cōtrarietate supra factæ sic responde secundū Inno. ꝙ testis non inducitur simpliciter ad idem uel contrariū proferendum, sed ut pro utraque parte ueritatem dicat, quod nouit & vtraq; pars pōt dare capitula, sup quib. vult eū interrogari, & testis suum testimoniū dicet super illis, & ab utraq;, quantum licet de iure, poterit dictum suū redargui, & persona. hoc tamen certum est, quòd si secundum primo testimonio contradicat, nō ualebit ℞m, nisi legitimè se excuset: puta, quia aliter primo, quàm in secundo, & in sensu alio intellexit. ar. C. de non nume. pe. generaliter. & infra de accu. cum

9 dilecti. §. 2. Sed oppones, & dices, si priores attestationes ualent ad reprobandas secundas attestationes contrarias, quare non ualent in hoc secundo iudicio ad probationem faciendam in principali? respon. quia ad hoc non fuerunt inductæ, quando testes ipsas deposuerunt, nec tunc ad hoc, imo ad aliud agebatur, & necesse est, ꝙ causa incipiat ante, quàm instruatur. ad reprobationem autem ipsorum eorundem testiū sufficientes sunt: quia per eas notorium iuris est, ipsos testes periuros, & falsos, & ideo à testimonio repellūtur, ut supra c. super eo. ad secūdā uerò obiectionē occasione publicationis testiū factā respō. ꝙ publicatio ipsorum testiū facta fuit in alio iudicio, s. in primo, in quo & ad aliud agebat. ideoq; non obstat, quominus recipiātur. iidem testes iterum super eodē in hoc alio secundo iudicio, in quo & ad aliud agit. quia hoc nullo iure prohibitum inuenitur, ar. in eo, quod le. & no. supra de trāsla. episcopi, inter corporalia. §. sed nec, ad fi. nam & hoc edictum prohibitorium est. ff. e. titu. l. 1. quid autē iuris sit, quādo ad idem inter easdem personas agitur, dic, ut no. supra c. causam, quæ, secundum Inn. & hanc gl. posuit etiam Host. [*respondit*] minus bene, Inn. [*Sententia*] forte ꝙ lata fuit ipso ignorante [*Electione*] ipsius Petri [*Subdiaconus usus fuisset*] bona uidebatur allegatio, argu. 4. quæstio. 3. si quis testibus. 19. dist. si Romanorum, & tamen non est ita: quia ad hoc, ut

10 attestationes † valerent, non sufficeret [g] vnius consen-

g sus, imo necesse est interuenire consensum ambarum

h partium, [h] potuit etiam allegare aliquid ex illis attestationibus nō ad plenam probationem, sed ad præsum-

i ptionē, [i] vel forsan falsum dicebat archidiaconus: quia Petrus in principali de illis attestationibus nil penitus allegabat secundum Innoc. [*Pronunciauimus*] patet hic,

11 & supra uersi. cum igitur, quod in emergenti † pronūciandum est, de hoc. de ordi. cog. ca. 1. [*Essent*] quod no. hic Vincen. de tertio, cuius interest, qui appellat à sententia, an possit testes producere super articulis publicatis, uide in spec. de teste. §. satis utiliter, uersi. quid si à sententia [*Principali*] s. electione, Innocen. [*Incidenti*] s.

k sententia, & sic aliter sumitur hic incidens, quàm supra [*Non facile*] hoc dicit; quia raro intersunt alij: qui tamen si intersunt, probare possunt, supra de offi. or. ut iuxta, Hostien. [*Canonicos*] uel alios uocem habentes, supra de elec. scriptum, & c. constitutis [*Cautelam*] idest prouisionem ecclesiæ, ne ius suum pereat, infra capitu. 2. secundum Goffr. uel aliter, ut in gloss. secundum

12 cum [*Absoluatis*] quia † propriè sententia excommunicationis requirit absolutionem, non relaxationem, uel reuocationem, & reprehendit illos, qui de facto illas relaxant, licet absolutio fieri possit ad tempus, ut dicam super fin. ulti. gloss. & facit, quod no. de appella. dilectis, & ca. ad hæc quoniam. non obstat de solutio. Odoardus, quod loquitur de sententia, quam constat iniustam. non obstat de sententia excommuni. sacro, quod loquitur in iudice, qui suum recognoscit errorem, quo casu si non contempsit, non ligauit sententia, & sic sufficit reuocatio, nec obstat decre. olim, de accu. quia quod ibi de relaxatione dicitur, respicit sententias suspensionum, secundum Innoc. & facit quod no. de his, quæ ui, me. ue causa fiun. capitu. uno, lib. sexto [*Testari*] quod aliter non possent, infra de sen. ex-

13 com. decernimus, lib. 6. ¶ Pen. glo. † ponit duas obiectiones, & unam quæstionem, & solutiones ipsarum.

¶ Vlt.gl.adiuuat textum,signat contrarium,arguit.& 14 duas obiectiones soluit.¶[*In † gl. 2. ibi. l. ulti.*] uide de falsa. super eo, super ulti. glo. ¶[*In glo. 3. ibi l. à sententia*] non appellat quis à sentētia lata inter alios, nisi propter sui præiudicium,& tamen sine ap.tutus esset [*& ibi. §. ult.*] si ad impediendam executionem sententię prolatę in iudicio possessorio tibi moueo quæstionē status, etiā sine satisdatione fiet executio. ¶[*In glo. pe. ibi. §. ysdem*] vide infra de accu. de his, in glo. 1. ¶[*In glo. fi. ibi, interrogari*] interrogatur seruus de facto suo etiam in ciuili.& l.sequentes dicunt, quòd si maritus coniugem necauit, serui, qui audiuerunt & potuerunt opem ferre, tenentur, si sint serui viri, uel coniugis: quia licet serui uiri sint serui uxo. nec è conuerso, procedit tamen id, quia sunt in eadem familia [*& ibi, Data*] sicut donatio inter extraneos est insinuāda, sic & inter domesticos, inter quos &c. [*& ibi. §. pe.*] si pater iussit in testamento libertum accusari, ignoscitur filijs: quia non sponte accusauerunt. 15 ¶[*In † glo. 2. ibi, quæstio falsi*] hoc inducit: quia utrunque istorum reddit sententiam nullā. ¶[*In glo. 3. ibi, ab excommunicatis*] ut dixit Innoc. hæc non fuisset iusta causa: quia excōmunicati & per se, & per procu. se defendere possunt, infra de excep. cum inter supra de iudi. intelleximus. opponebat ergo, quod isti procuratores erant excōmunicati, vel illegitimè constituti, uel secundum Hostiē. non fiebat fides de mandato, nec cauebant, uel negabatur instrumentum manu publica confectum [*& ibi, integra*] in antiqua non patet hoc. ¶[*In glo. quia ad hoc, in fi.*] Ioannes. Idem Host. 16 secundum † quem patet, quod partes minus sufficientibus probanonibus se submittere possunt, ad hoc infra c. proxi. & quod ibi no. ¶[*In glo. sed quare, ibi respondeo*] secundum Io. [*& ibi, fraternitatis*] hic Hostien. ad timorem subornationis addit illam rationē, de qua ibi dixi in fi. 9. quæstionis [*& ibi, Modum agendi*] concor. de resti. spo. solicitè, ut ibi dixi, & uide ad hoc dictum, & ad illud, quod statim sequitur, quod hic dixi in textu in glo. mirum uidetur. ¶[*In glo. ulti. ibi, in literis*] ibi soluitur [*& ibi, quæstione prima*] ubi de hoc in summa, & dicam, infra eo. testimonium [*& ibi, Procurationem*] quorum officium est uoluntarium. & hoc uerum secundum Hostien. nisi ex causa cogeretur, & remittit ad summā de postulādo [*& ibi, Post appellationem*] & ideo non fuerunt remissi ad excommunicatorem. & sic nō ob. supra de offi. dele. prudentiam. §. sexta, secundum Inno. 17 per quem dicunt hic † Gof. & Phi. quod iudex absoluit testes excommunicatos, si per alios veritas haberi non potest, nisi sit tale genus excommunicationis, cuius absolutio reseruetur papæ [*& in fi.*] uel fuit gratiosa prouisio secundum Innocen. dicit, quod est de consuetudine curiæ tales indiferenter absoluere ad tempus, ita. s. quod lato testimonio statim reincidant ipso facto in eandem sententiam. & ita facit etiam de ambasiatoribus, qui quàm cito exeunt, reincidunt. & dicit tales absolutiones potius uerbales, & quò ad hominem, quàm reales, & quo ad deum, cum illi nec pœniteant, nec ex corde ueniam petant, nec conterātur, quare dicit tales absolutiones de rigore non faciēdas. 11. quæstio. 3. cum aliquis, hoc etiam repetit, infra de excep. apostolicæ.

ANNOTATIONES.

a ¶Prima glo. Istud autem interesse quandoque est commune, quandoque particulare, ut hic, & quomodo, & in quo statu tales admittantur, uide Io. And. in c. 1. de elect. lib. 6. & c. ut circa, & per mode. in Clem. constitutionem, eod. tit.

b ¶ Inconuenienti. Adde. quia tunc purgabit præsumptionem malitiæ, glo. est in c. sciscitatus, de rescrip. & ibi do. Abb. uide Bald. in l. ex prædiis, C. de euic. Bar. in l. eum, qui ita, ff. de uer. obl.

c ¶Interest. ibi uide, & uide bonum tex. & ibi Bart. in l. is, à quo ff. ut in posses. leg. & moder. in l. fi. C. de compen. & Bal. & Sali. in l. 2. & 3. C. de edi. diui Adr. toll. & in crimine etiam publico auditur tertius ad suspendendam accusationem, nō ad probationem criminis, uide l. si crimen, & ibi Bal. C. de ordi. cogni. facit c. si iudea, de sent. excommu. lib. 6.

d ¶Inter. Vide Bar. in l. is, à quo, & seq. supra alleg. & plenius in l. à diuo Pio. §. si super rebus, infra alle. & per mode. in l. fi. C. de edi. diui Adr. tol. is autem, qui solum habet ius, & ut. personalem ad rem, & fit legitimus contradictor, uide Bart. & doct. in l. fin. C. de fur. & in l. eum, qui emit. ff. eo. tit. & ibi Bar.

e ¶Ad interesse. Et agebatur summariè: postea agitur plenariè. ad idem, infra eo. cum in tua, in 1. glo. & fi. circa fin. & ad hoc quod no. Innoc. in c. 2. de ordi. cogni. in fi. & in c. solicitè, de resti. spol. & in c. ad hæc, de appel. Bal.

f ¶Innoc. Et ad hoc uide regulam, quam ponit Ioan. Andr. post ipsum in c. causam, quæ, el 1. in glo. sua magna, & Bart. idem in l. sæpe, ff. de re iud. & in l. si mater, ff. de excep. rei iudi.

g ¶Sufficeret. Et uide ad hoc glo. in uer. nocumentum, in c. inter dilectos, infra de fide instr. & ibi de artesia. inter alios, an possit ratificari, ad hoc supra c. proxi. in fi. infra eo. c. præsentata, Bal.

h ¶Partium. Vide supra in glo. scilicet, quòd sua intererat, & facit quod no. Io. And. in c. proxi. in sua glo. fi. & est ratio, quia attestationes istæ quo ad hoc iudicium nil ualebant.

i ¶Præsumptionem. Testes ergo in uno iudicio recepti faciūt præsumptionem in alio iudicio. licet nō plenam probationem. quod an sit uerum, uide per Bart. in repet. l. admonendi. ff. de iureiu.

k ¶Quam. Quia ibi in princ. c. incidens uocatur probatio interesse, ex eo quod dicitur exceptio incidens, opponitur etiam post sententiam.

SVMMARIVM.

1 *Conuersi habent idem, quod fratres priuilegium.*
Iuramentum remittitur clericis, & quibus debetur reuerentia, ibid. ad dictio. iuramentum. Remitti non potest nisi de ambarum partium consensu, ibid. neque ex dissimulatione, in suffra.
Consensu utriusque partis interuenire debet, ubi de præiudicio tractetur utriusque, ibid.
2 *Epilogus, & suffragium glossarum. nu. 3.*
Iuramentum testium, & calumnia remitti potest, de quo etiam numero 4.
4 *Additio glossarum.*

CAPVT XXXIX.

a Vis quæstionibus. [a] Breue est. Et ponit dictum, & casum excipit. & pars huius, infra de præben. tuis [*Ac † conuersis*] qui 1 priuilegium habēt, sicut fratres, de sen. ex. non dubiū, Vin. [*Iuramenti*] erat dubitatio: quia iuramentū remittitur clericis. 2. quæstio. 5. c. primo, de iura. calum. c. 1. & illis, quibus debetur reuerentia. ff. de iureiuran. iusiurandum & ad pecunias. §. qui iusiurandum, secundum Vin. b [*Remittatur*] de consensu producentis. [b] cum enim iuret pro utraque parte testari, ex falso testimonio ipsius posset vtrique parti parari præiudicium, necesse erit utriusque interuenire consensum, de regu. iur. quod omnes, li. sexto. 2 ¶Glo. secunda † coadiuuat textum. 2. obijcit, & soluit. 3. quærit, an matrimoniali &c. & soluit dist. 4. quærit de iuramento calum. arguit pro & contra. ponit opi. Iaco. Bal. & contrarium Mar. ¶[*In † glo. 2. ibi, l. ultim.*] uide de iureiuran. capitu. fina. super. 3. glo. ibi. §. sed quia ueremur, ubi in fin. glo. hoc dicitur, quod ex dissimulatione remitti non potest [*& ibi*] Iusiurandum & ad pecunias, & §. dicit, quod deferēs iusiurandum primo iurat de calumnia, si hoc exigatur [*& ibi, § alia*] hanc & se. uide de his, quæ fiunt à ma. par. ca. c. ex ore, super glo. penul. ¶[*In † glo. 2. ibi, dico, quòd non*] secundum Tan. Vincen. Idem Innocen. & Hostiē. & ad hoc, infra de despon. impu. attestationes, & de spon. sicut, in fi. [*& ibi, Sed quia ueremur*] & infra de fideiuss. constitutis [*& ibi, Io. & Bal.*] & hæc opinio approbat, infra de iura. ca. c. 1. li. 6. [*& ibi, & eius sequaces*]

Hosti,

Hostien. hic,& supra de iura. calum.cæterum, & reddebar rationē diuersitatis: quia sine periculo animæ non potest committi calumnia, in quo Deus offenditur, respublica læditur, & ecclesia scandalizatur: sed sine teste de meo tibi dare possem cessantib. prædictis.

ANNOTATIONES,

a ¶Tuis quæstionibus. Fallit hoc c. in notoriis, ubi ualet dictum testis recepti sine iuramento, & absque aliquo ordine, ad hoc not. in c. bonæ. el 1. de elect, & in c. uestra, de coha. cle. & mu. Item nunquid si testis deponat, postea iuret, ualeat eius dictum, dic ut no. supra e. de testi. item uide glo. 2. q. 5. si quis, & ibi Archi, adiuratio in uirtute obedientiæ, & animæ periculo loco iuramenti surrogatur, & uide not. supra quod me. causa, ad aures, & ad hoc tex. in c. fraternitatis, infra de frigi. item fallit in mere deponente de peritia, cui creditur sine iuramento, ut est gloss. sing. in l. 1. de uen. inspi. licet contra faciat dictum. c. fraternitatis, & uide scripta. 2. q. 4. §. nullam, Bal.

b ¶Producentis. Adde etiam ab aduersa parte. uide per Domi. in c. multis. 44. distinct. & per specu, in titu. de teste. §. sequitur, uer. quid ergo, si testis.

SVMMARIVM.

1 *Delegatus necessarius in testem remouetur à iudicando, & alius subrogatur, & cum causa cognitione, nu. 3, & quibus casibus subrogetur, nu. 4. & 7. & 8.*
Præbendarum donatio potest & comitissæ competere per priuilegium, ibid. ad dictio. donatione.
2 *Donatio pro præsentatione sumitur hic,*
3 *Surrogatio iudicis quando fiat, & qualiter, & nu. 4. & 7. & 8.*
4 *Suspensio à donatione præbendarum quo casu liceat, in fin. ad dictio. suspendistis,*
Remissio causæ de uoluntate partium fit, ibid. ad dictio, procedatis,
5 *Epilogus, & suffragium glossarum. nu. 6.*
Publicationis copia non est arctanda. §. 1.
Surrogatus iudex alij quantum temporis habeat. t. 2.
7 *Additio glossarum.*
Credere ei debemus, si iurat nescire, si eius fidei committimus, ut dicat super principali testimonium, ibid. nu. 7.
9 *Iudex maiore deponens falsum coram minore, an per eum puniri possit,*
10 *Hoc capitulum de quo iudice loquatur.*
In testem producere possum consanguineum meum, qui cum eum in iudicem impetrassem, fuit recusatus, uer. unde dicit.
11 *Causarum uniuersitatem qui alij cōmisit, potest esse testis corā eo.*
12 *Post appellationem processus qui fit, mero iure tenet, quando quid committitur remota appellatione.*

CAPVT XL.

1 Dilecto filio. Casus delegatus† necessarius in testē remouetur à iudicando, & alius subrogatur. Et prima pars ponit impetrantis querelā. secunda prouidet ibi, Ne igitur [*Flandrensem*] infra de a concess. præben. c. fi. [*Donatione* a] poterat hoc competere comitissæ per priuilegiū, infra de iure pa. nobis si. 63. dist. Adrianus, & c. in synodo, secundum Gos. & facit quod no. 16. q. 7. in summa, in fi. & 10. dist. imperiū, b & in spe de præben. b in fi. & quod dixi, infra de præb. 2 lib. 6. ponitur hic † donatio pro præsentatione, quia patronatum uendicabat, ut in d. decre. ulti. de conces. præbē. & de præsentatione ad præbendas, non ad præ c laturam. nec obst. de iure pa. nobis, c secundum Per. [*Sacerdotalium*] forte annexum erat onus sacerdotij certis præbēdis, ut infra de præben. significatum, uel forte numero uacationis, ut dicam, infra de conces. præben. proposuit. istas autē præbendas contulerat præ d positus, & commitissa resistebat, uel e conuerso. d [*Ne* 3 *cessarium*] ut dicit Inno. non † credas, quòd qui petit iudicē remoueri, & alium subrogari, statim sit exaudiendus, sed præmittetur aliqua cognitio uerisimilis coniecturæ, per quam præsumatur sibi necessarius, & quòd de re illa ueritatem sciat. Si enim ad recipiēdos testes nulla dilatio datur sine causæ cognitione. 3. q. 3. spacium, no. supra e. in causis, fortius desideratur causæ cognitio in hoc casu, in quo qualequale præiudicium uidetur fieri parti habenti iudicem gratum. Itē grauatur in expensis [*sibi*] præposito agenti uel defendenti, non curo [*Supersederetur*] hoc quando clausula non erat in rescripto [*Loco eius*] putat Innocen. huic 4 † subrogationi locum esse, quando iste decanus nominatus fuisset per præpositum pro suo iudice ex tribus, si tunc præpositus ignorabat decanum habere facti notitiam, & facit, quod dicam super prima gl. Idē, si corruptus fuisset procu. præpositi ad talem iudicē impetrandum [*Post appellationem*] ad nos ex prædicta causa interpositam [*Donatione*] per hoc uidetur, ꝙ præpositus esset in possessione conferendi, & quòd commitissa contra ipsum ageret, & quia iudices animosè processerunt, præsumuntur ab ipsa impetrati [*Suspendistis*] & male, licet aliàs competat ita procedere contra contumaces, quando de incorporalibus agitur, infra de eo, qui mit. in pos. cum qui, Inno. [*Defectum*] s. ut lit. non conte. quoniam, in prin. [*Procedatis*] de uoluntate partium fuit ad istos causa remissa, quod aliter nō fieret. 2. q 6. si quis episcopus, Inn, & infra de appel. accepta. Abb. dicit hoc fuisse propter dubium huius casus nondum iure determinatum, & facit, quod dicam su5 per glo. fi. ¶Glo. 2. † quærit, arguit negatiuè, soluit distin. & subdist. sic coniuncto fine, aut habet duos tantum, aut plures: & si plures, aut fraus &c. secūdo quærit, de criminali arguit negatiue, & soluit dist. 3. uer. & in ciuili soluit quæstionem. ¶Gl. 4. adiuuat textum. secundò quærit de aduocato, & soluit distinguendo. tertio fortificat, & quæstionem soluit. 4. quærit de delegā te &c. ponit opi. Io. & soluit, & contrarium respon. ul. quærit, & soluit. ¶Gl. quinta quærit, & soluit. ¶Pe. gl. respon. per quæstionem, quantum tempus habeat iu6 dex iudici subrogatus, & distinguit. ¶*In† glo. 2. ibi in l.*] uide infra c. proxi. ¶*In 4. glo. ibi. §. de his*] si qua in naufragio sunt direpta, prouidetur damnū passo, ut quo facilior fieri potest, habeatur probatio. ¶*In glo. pen. ibi edictum*] §. se. probat, ad quod inducitur ista lex. dicit, ꝙ subrogatus post tria edicta solet unum edictum emit7 tere. ¶*In† glo 1. in fi.*] non erat hic necessaria protestatio: quia per hæc uerba non respondebatur petitioni, uel narrationi: sed hoc dicit, quia si litis contestatio facta esset, non posset petere alium subrogari. 3. q. 3. offeratur, & supra de of. dele. insinuante, Abb. nisi ex noua causa, ut ibi. litem enim contestando tacitè uidetur renunciasse ipsius testimonio, nisi de nouo sciuerit illi factum notum esse, Host. ad hoc supra c. præsentiū. ¶*In glo. 2. ibi, adhuc credo*] idem Inno. & Host. [*& ibi, dile8 ctorum*] per quam decre. dicit Hostien. quòd † ad probandum crimen contra testem iudex non remouebitur [*& ibi, Non debet remoueri*] nam qui eius fidei committit, ut testimonium dicat super principali, ei credere debet, cum iurat se nescire. C. de testib. l. pen. 4. quæstio. 3. si quis testibus, secundum Innocen. & infra de donatio. inter uirum & uxo. per uestras [*& ibi, Haberet alios*] quos forte uidet idiotas, uel posse repelli. ¶*In glo. 3. in fin.*] & intelligitur hoc impedimentum iuris secundum Innocen. & Hostien. ¶*In glo. male, ibi, &* 9 *prætor*] quando † maior iudex coram minore testificans falsum deponit, an per illum puniri posit, uide opiniones in specul. eodem titulo, §. primo. C. uer. e quid si is e qui. [*& ibi. §. si quis f autem*] maximè si erat f generalis aduocatus ecclesiæ collato sibi beneficio ab ecclesia. infra de iureiurand. breul, Goffred. [*& ibi,* Io. And. super 2. Decre.

[*Iudice.*]

[*Iudicet*] vbi de hoc, & ſupra de offi. ordi. cap. 1. [*& ibi, dixit Io.*] Goſ. & Innocen. [*& ibi, Qui delegauit*] hoc uerum ſi delegans eſſet ordinarius, vel delegatus, qui de-
10 legaſſet partem, non totum [*& ibi, Statuendum*] hoc † capitulum loquitur de iudice, qui petitur in teſtem ſuper principali, ut no. ſupra cum à nobis, in fin. 3. gloſſ. [*& ibi, Committere*] Idem Hoſtien. ad hoc de offi. dele. iudex, lib. 6. nnde dicit Abb. quòd ſi impetraui mihi conſanguineum iudicem, qui recuſatus eſt, quod bene potero ipſum inducere in teſtem: quia licet re-
g moueatur à iudicando, non à teſtificando [g], de præ-
11 ſump. literas [*Et in fi.*] dicebat Vincen. quòd † coram iudice, cui commiſſa eſt cauſarum uniuerſitas, is, qui commiſit, poteſt eſſe teſtis, ar. ff. de iuriſ. om. iu. eſt receptum. ¶ *In glo. & ſic eo, ibi, non cum ipſum*] Idem Vin. Goffre. Innocen. & Hoſtien. uide ſuper hoc, quod dicam poſt Innocen. & Hoſti. infra de excep. cum uene. ſuper uer. inſtrumentum [*Et in fi.*] hanc quæſtionem, & quæſtiones præcedentis glo. uide in ſpe. eo. titu. §. 1. d. uer. quid ſi impetres, & 4. uer. ſequen. ¶ *In glo. ult. in fi.*] uel ſecundum Hoſtien. propriè ponitur reſpectu appellationis: quia ante, quàm decre. hæc emanaſſet, ca-
12 ſus iſte non erat in iure expreſſus, & ſcribebatur iudi-
h cibus, appella. re. unde proceſſus tenuit mero [h] iure, ſed debuit retractari per ſuperioris officium, de appella. paſtoralis.

ANNOTATIONES.

a ¶Donatione. Hic accipitur pro collatione. facit c. fi. de off. uica. in 6. & poteſt competere fœminæ. ſed iſtud intellige ex priuilegio papæ. adde glo. 1. in c. imperium 10. diſt.

b ¶De præben. Ibi uide Io. And. & in ſpecu. de lega. §. nunc tractemus, uer. ſed nnnquid legatus, & ibi de materia iſta ponit plures ſubtiles remiſſiones.

c ¶Nobis. Ibi uide Ioan. And. & plenius Pan. de Liaza. in repeti. ſua de illa decretali.

d ¶E conuerſo. Si uis cognoſcere, quæ præbenda dici debeat ſacerdotalis, & quæ non, omnis dicitur ſacerdotalis, cuius canonicus debet eſſe ex ſtatuto ſacerdos; uide plene Ioan. And. in c. ei qui, de præben. lib. 6.

e ¶Quid ſi is. Ad materiam. uide Ioan. And. in c. cum inferior, in gl. 1. de maio. & obed. & in q. poſita in c. cui licet, de re. iu. lib. 6.

f Si quis. Et quod dicit hic glo. quòd ſi pandidi ſecreta mea aduocato, quòd non ſufficit ad eum reuocandum, dic uerum, ſi pandidi, nec ipſe ſuam intentionem dixit: alias quia non de facili opi. mutaret, tunc deberet remoueri. Archi.

g ¶Teſtificando. Quia minor ſuſpicio tollit iudicem, quam teſtem, uide glo. 1. in c. inſinuante, de offi. deleg.

h ¶Mero. De hoc uer. relaxetis, in c. capitulum, de reſcriptis, & in c. grauem, de offi. ordi. Bald.

SVMMARIVM.

1 *Teſtes recipiuntur, & publicantur aduerſario citato, ne pereat copia probationis.*

2 *Patroni tempore fundationis eccleſiæ poſſunt auctoritate diœceſani cenſum ei imponere ſibi, uel alij, ſoluendum.*

3 *Patroni ſi in fundatione nihil iuris ſibi retinere dixerunt, quæ amittant.*

4 *Dolus non remittitur generali renunciatione.*

Patroni filij, & hæredes extranei quæ iura patronatus acquirant, ibidem.

5 *Electio prælati eccleſiæ, cui iura ſua patroni remiſerunt, cuius erit.*

Caſibus futuris occurrendum, ibid. ad dictio. deperire, & in ſuffra. multa habes exempla, & nu. 17.

6 *Idonei teſtes qui, remiſſ.*

7 *Teſtium receptio ſecundum formam huius decretalis quando locum habeat, & cur ſit inuenta, & numero 8. 9. 10. 17. e adefiniente qui modus ſeruandus, num. 8. & quando non ualeat, nu. 9. uer. & hæc uidentur, & quid differat à forma recipiendi ſecundum decretalem, quoniam frequenter, ut lite non conteſt. & nu. 15.*

Atteſtationes nullæ non ualidantur à conſenſu partium, ibidem, uer. & hæc uidentur.

10 *Inſtrumenti inſinuatio facienda citata parte.*

Citatio, ſiue uocatio ad inſinuationem inſtrumenti, an præſumatur, ibid.

Receptioni teſtium ſi quis citetur, ut interſit, dicitur citatus, ut uideat eos iurare, ibidem.

Teſtium receptio differtur patrono uolente mouere quæſtionem, ibid. in fin.

11 *Inſtrumentum publicum quod dicatur.*

12 *Inſtrumentum ſi antiquatur, poteſt renouari.*

Tabellio ſi negetur confeciſſe inſtrumentum, qualiter probabitur, ibidem.

Comparatio literarum fit in probanda etiam manu tabellionis, & de comparatione, remittit aliò, ibid.

Taciturnitas diuturna arguit contra tacentem, ibid. in fin.

13 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum. num. 14.*

Caſibus futuris prudenter debemus occurrere, & nu. 15. in prin.

Teſtium receptio, ne copia probationis pereat, in caſu huius capituli quid differat ab ea, cum timetur mors eorum, uel abſentia diuturna, & an ei ſit locus in actione. §. 1. & nu. 15. 16. & 17.

Inſtrumenta ſolutionis, cogitur quis conficere, & inſtrumentum manumiſſionis, ibid. §. in gloſſ. 3

15 *Additio gloſſarum.*

16 *Teſtes qui non uenit ad uidendum iurare, eius pœna quæ, & licet non uenerit ad id, citatur tamen ut ueniat obiecturus in perſonas eorum, & dicta, ibid.*

17 *Auxilium extraordinarium non competit, ſi nobis ordinario ſubuenire poſſimus, etiam in caſu huius decretalis.*

18 *Ad domum denũciatio requiſita ab hac decretali quando faciẽda.*

CAPVT XLI.

1 SIgnificauit. Caſus ne probõnis † copia pereat, citato aduerſario, recipiuntur, & publicantur teſtes, quos reus inducit. Et ſunt duæ partes. in prima petitio. in ſecunda iudicis datio ibi, Quocirca [*Volentes*] denotat ipſos fuiſſe ſpontaneos [*Tem-*
2 *pore*] quo tempore † poterant de auctoritate diœceſani imponere cenſum eccleſiæ ſibi, uel alteri ſoluendum, de iure pa. præterea. 2. de cenſibus, quanto [*Nihil iuris*] dixerunt Ioan. & Vincen. quoſdam dicere per
3 uerba hæc, patronum non perdidiſſe ius præſentandi, ſi eccleſia collegiata non erat, uel ius conſenſum præbendi, ſi erat collegiata, infra de iure pa. nobis: ſed ſolum releuabatur dos per hoc ab omni onere, quo grauari poterat, infra de condi. apo. uerum: ipſi tamen tenent contrarium, dicentes, quòd per hoc ipſi perdunt ius præſentandi, & requirendi aliud ſeruitium, & poſtulandi auxilium, ar. infra de dona. paſtoralis. Si tamen bona dilapidantur, agere poſſent, argu. 16. q. 1. conſtitutum, infra ad rebus ec. nõ alie. ſi quis presbyterorum, & ff. de no. op. nun. nam reipublicæ. genera-
4 li enim † renunciatione dolus non remittitur. ff. de li. le. Aurelio, & filij abſtinentes ab hære. habent ius pa. ff. de iu. patro. filij, & ius ſepulturæ. ff. de reli. uel ꝙ pater, & operæ quæ conſiſtunt in non faciendo, debentur extraneis hæredibus. C. de in ius uo. l. 2. C. de obſe-
5 qui. lib. præ. le. libertos. ſed quærit Vin. cuius † erit electio, ſi prælatus moritur? reſpon. quòd ſi eſt collegiata, collegium eliget: aliter epiſcopus prouidebit, ſupra de elec. c. 1. de conſe. diſti. 1. oĩs. facit qđ no. de iure pa. c. uno, lib. 6. in prin. [*Deperire*] ſed vꝛ de hoc non timendũ: quia per illos teſtes, ꝑ quos patroni ꝓbabũr fundationem p̃ſbyter ꝓbabit liberationẽ. So. dic, forte multi ſciunt de fundatione, & pauci de liberatione: quia pauci audiuerunt hæc uerba. Itẽ forte patroni de fundatione habebãt inſtrumentum. Cautè ergo fecit presbyter, qui ſibi & eccleſiæ petijt prouideri [*Idoneos*]
6 quod † collige ex no. ſupra c. cap. 2. in 1. glo. [*Super hoc*]

f. ſuper

s.super tali libertate probanda [*In publica*] dixit hic Innocen. quòd hæc forma † receptionis testium, de qua sequitur, in qua non solum senes, sed omnes idonei indifferenter recipiuntur, & in qua statim fit publicatio non expectato anno, locum habet, nbi quis est in possessione a iuris alicuius, quod dicit suum, sed dubitat, ne mortuis, qui huius iure sunt conscii, & ueritatem norunt, aliquis sibi in posterum moueat quæstionem, & deficientibus sibi testibus de facili posset in lite succumbere, & alius obtinere. Iustum est ergo, quod hic statuitur: quia nisi modus istius prouisionis innentus esset, perire posset ius talium possessorum, cum ipsi non possent ab alio id, quod possident, uendicare, ut patet in eo, quod le. & no. supra de iudi. examinata, nec alios, donec eis placeret, cogere ad agendum. C. vt nemo inui. in rubro & nigro. propter hoc igitur eisdem taliter prouidetur, quòd testes sui statim recipiantur, & publicentur perpetuo ualituri, ut hic, & infra e. Albericus. Quid ergo † si talis possessor actionem habeat, puta, uti possidetis, uel confessoriam, uel aliam competentem? respon. planum est, quòd in hoc casu deficit prædictæ prouisionis ratio, siue causa, per consequens & effectus, ut patet in eo, quod le. & no. infra de ap. cum cessante, in prin. & infra de uoto, magnæ, ad fin. superest tamen ei alius prouisionis modus, ad quē in casibus suis potest recurrere, quod dic, ut le. & no. supra ut lite non contest. quoniam frequenter, prim. respon. §. 1. nec ob. ff. ad. l. Aquil. l. in lege Aquil. si deletum, ut dicitur in gl. sed & solennior † summaria cognitio requiritur in forma decre. istius, ar. præal. l. in lege Aquil. attestationes autem secundū formam huius præsentis decre. receptæ non uidentur ualere, si ille, qui eas produxit, contra alium agat, sed etiam tantum, cum agit alius contra eum, ut ex præmissis patet. vbi uerò recipiūtur testes secundum formam illius constitutionis, Quoniam frequenter, & ante litem conte. aperiuntur de consensu partium. in hoc casu non solum sunt in illa instantia iudicij, sed etiam ad æternam rei memoriam ualituræ secūdum Innocen. inter easdem partes tamen, siue ille agat, qui testes produxit, siue ille, contra quem producuntur: quia tunc ad istam formam conuertitur forma illius decre. sed si aperiantur parte altera nesciente, tunc nō ualent, nisi & postea consensus partis accederet ignorantis. & hæc uidentur locum habere, ubi tenet receptio testium eorūdem, puta: quia recepti sunt ex causa, & in casu à iure cōcesso. quid ergo si in hoc casu. 1. lit. non contesta. recepti sunt sine causa? respon. tunc nullæ sunt ipso iure. & ideo quantumcumque partes consentiant publicationi, & auctenticationi eorum, nullo modo possunt ratificari, nec ualere ad æternam rei memoriam, arg. C. de iura. calum. l. 2. §. sed & quia ueremur, & in eo, quod le. & no. supra de ele. auditis. §. ipse uerò decanus, ad fi. licet aliqui contradicant secundum Innoc. quod magis placet Hostiē. qui etiam remittit ad id, quod dixi supra e. cum causam, super fi. gl. quæ incipit, Quia si [*monumenta*] ad æternam rei memoriā, infra e. Albericus. C. de re iudic. l. gesta. C. de donationibus [*Denunciando*] arg. quod † insinuatio instrumenti facienda sit parte uocata, de quo dicam, infra titu. a. cum. P. & de hoc, & an præsumatur facta hæc uocatio, dicam infra capit. 2. [*Receptioni*] s. ut uideant illos iurare. supra cap. secundo, lib. sexto [*Fundatoribus*] quorum excommunicatio non impediret hanc productionem, ut dixi, de offi. dele. prudentiam, in glo. no. Innocen. in fi [*Intersint*] & si isti uellent statim mouere quęstionem super iure patronatus, differtur receptio testium post litem cōtestatam, nisi essent senes, & ualetudinarij, secundum Vincen. [*Publicum*] per manum no. uel sigillum auctenticum, infra tit. 2. cap. 2. infra de senten. excommunica. cap. primo, lib. 6. Sed & testes sufficerent de sen ex. sacro. sed æquè time retur mors ipsorum, sicut principalium, quos recipi mandat. & si dicis † non ne potest antiquari probatio instrumenti? Itē quid si post. 100. annos negetur tabellio, qui confecit instrumentum. Respondet Ho. quod in primo casu prouidebitur per secūdam publicationem, & renouationem, infra de confir. uti. vel inuti. cum dilectę. In secundo forsan extabunt plura instrumēta eiusdem manus, per quorum comparationem poterit roborari. C. de fide instru. comparationes, de quo satis dicam, infra titu. 2. capit. primo, in 1. colum. uel præsumitur contra illos, qui tandiu tacuerunt, infra de frigidis. cap. primo, & adde. quod dicam, infra c. 2. Glo. secunda † ponit. 5. differentias inter receptionem, & illam, quæ fit cum timetur mors, & c. tamen quartam reprobat, secundo glo. tractat, quòd etiam ex parte actoris locus est huic publicationi. Gl. tertia recitatur per quæstionem, an aliud remedium habere presbyter iste. ¶ Vlti. arguit. ¶ *In* † *glo. 1. si quis domum*] uide ne præ. ui. su. e. si. in fi. secundæ gl. l. se. uide in gl. se. [*& ibi. l. 1. in fi.*] hæc lex, & se. dicunt, quòd in eo, quod uenit actione tutelæ & curæ restituendum, ueniunt usuræ. si tamen nolente pupillo agere, tutor ultro cōueniat, & offerat, & consignetur, cessabunt usuræ [*& ibi. Qui tabulas*] posset esse. quòd ille, cui subtractum est instrumentum crediti, licet creditum sit solutum, conueniretur à debitore dicēte se soluisse indebitum, & ideò eius habetur ratio, quòd in hoc interest non esse subtractum. ¶ *In glo. 2. ibi, gesta*] l. ulti. est & ibi dicitur, quòd gesta translata in publica monumenta perpetua sunt, nec iudicis morte perit publica fides ipsorum [*& ibi, in l. Aquil. si deletum*] si dico deletum instrumentum, quo continebatur mihi debitum sub conditione, ne pereat probatio, testes produco, nec fit exactio, nisi cum extabit conditio, & deficiente conditione nullas uires habet condēnatio [*& ibi. §. & hoc uerò*] cuius mentem & partim uerba habes, supra eo. cap. secundo. ¶ *In glo. 3. ibi, pluris*] contra eum, qui habet apocham crediti, cui solui, ago, ut faciat antapocham solutionis [*& ibi, sicut datam*] sequitur, libertatem manumissis adimere patronus non potest, ita manumissionis instrumentum prętare cogitur [*& ibi. l. una*] uide de sepul. cum liberum, in gloss. 2. ¶ *In* † *glo. 1. in fi.*] ff. de pigno. l. contrahitur. ¶ *In glo. 2. ibi, publicantur*] Guil. contra in spe. e. ti. §. nunc tractemus b, uer. alias autem, dicens, quod cum fauore partis fiat hęc receptio, non debet sic impediri in aliotum productione [*Cōsignantur*] quasi sub sigillo clauduntur, donec lis fuerit contestata, & tunc publicantur, & non prius [*& ibi, Non est uerum*] unde Goffr. in sum. ut lit. non contest. ante medium, & Hostien. in sum. e. titu. post prin. enumerando has differentias non ponit istam, & secundum Eg. potest † esse ratio: quia in pœnam eius, qui citatur, ut ueniat uidere iurare testes, & non uenit, statutum est, quod recipiantur, supra e. c. 2. alia igitur pœna imponi non potest, nisi potestatem habeat iur. condendi. simile no. de elec. bonæ. 2. in gl. 1. in fi. bene facit, ut lit. non contest. accedens. 1. ubi receptis testibus propter contumaciam partis, nihilominus citatur, ut ueniat obiectura in personas, uel dicta: sed uide, quod ibi dixi [*& ibi. In actione*] cum in † actoris potestate sit agere. sed cum presbyter iste posset agere, ut in gloss. se. ergo istud extraordinarium auxilium dandum non fuit, & sic contra. ff. de mino. in causæ, & supra ut lit. non contest. per totum. dicit Host. forte hoc locum c habere, ubi uterque potest agere, uel fauore ecclesiæ auditur presbyter, cui non expedit litigare. uel ad hoc citantur patroni, ut hoc, uel aliud rationabile possint opponere, plus sibi placet primum [*& ibi, Quandoque*] ut quando actor

actor habet debitorem obligatum sub cōdi. quæ posset non existere, nisi post mortem testium, qui sciunt obligationem, ut satis dixi in decre. quoniam. ¶ *In glo. ulti. ibi, denunciatione*] ad † domum, si absens est, ar. infra de cle. non resi. ex tuæ, supra de eo, qui mit. in pos. c. si. secundum Hosti.[d] Inn. putat, quòd si absens est, si potest hoc fieri sine pericuio, expectabitur, donec personaliter sibi denuncietur, ar. ff. quæ sententiæ sine ap. re. l. 1. §. cum ex eo. & dicit, quòd iura, quæ dicunt sufficere citationem ad domum, ponunt casus speciales: reminit tamen supra de eo, qui mit. in pos. c. fi. superius allega. [*& in fi.*] 27. q. 1. omnes fæminæ.

ANNOTATIONES.

a ¶ Possessione. Vel licet non sit in possessione: illud tamen sibi com petit ex certo, uel incerto die, ante quem agere non potest, ut hic in libertate iuris patro. quia hic adhuc nulla narratio forte interuenit, & uide in l. in lege Aquilia, infra alleg. & per Bart. in l. 1. §. duæ causæ, ff. de Car. edic. & de materia ista, & an competat hæc facultas posses. hæreditatis, vide Bal. C. de diu. rescrip. l. 4. & quid in non possessore, & legatario, ibi uide.

b ¶ Nunc tractemus. Contra spec. tenet do. An. Imol. & Abb. hic, & Bar. in authen. sed si quis, C. de testi.

c ¶ Locum. Dic tu quòd non, quia dico, quòd regula istius decreta. non habet locum, quando potest reus uia ordinaria, sicut est in actore. quia si habet remedium ordinarium, non debet sibi subueniri per extraordinarium, ut in l. in causæ, ff. de minn. sed in materia gl. seq. reus agit quadam uia extraordinaria, & remedio extraordinario. ideo dico, quòd illud extraordinarium non tollit istud aliud, quod possit facere publicari. Bald.

d ¶ Host. Vide Bart. in l. 4. § prætor, ff. de dam. infec. facit, quod not. Ioan. And. in c. præsumitur, de re. iu. lib. 6. 2. q.

SVMMARIVM.

1 *Post publicationem attestationum nouum capitulum probari potest etiam per testes antiquos.*
Capituli diuisio, ibid.
2 *In ueditione rescindenda quæ probanda.*
3 *Precij rei magnitudo à uenditore, paruitas autem ab emptore probari potest. uide alia de pretio, nu. 5. & 6.*
4 *Epilogus, & suffragium glossarum. nu. 5.*
Tempus contractus inspicitur.
Pretium rei qualiter probetur, additio glossarum, §. in glo. 2. & quando sufficiat excessum probare, nu. 6.

CAPVT. XLII.

1 Cum causa. Casus. Post publicatas † anestationes nouum capitulum probari potest etiam per testes antiquos. Et pars huius infra de emp. & uen. c. pe. & ut ibi patet, debet dicere cum causa. Et in prima partis decisa petitio. in secunda causæ commissio. ibi. Cum igitur [*De monte*] agebat mon. rescissoria: quia in † uenditione, quam fecerat, deceptū fuerat ultra dimidiam [a] iusti precij, & probata hac deceptione non erat necesse aliud probari, si emptores noluissent rescindi contractum restituendo rem, & recuperando precium. sed quia empores dicebāt se uelle iustum precium supplere, ideò fuit necessaria probatio ueri precij, de qua sequitur [*Alterutra*] sicut † enim venditor potest probare magnitudinem precij, ita potest emptor probare paruitatem ipsius [*Nihilominus*] idest non obstante prædicta productione, & publicatione [*Aliud*] licet aliud, tamē satis propinquum, ut dicit Hostien. ¶ Gloss. 2. † oppo. & respon. & ex responsione aliam infert, cui respōdet, secundò quærit, & soluit. ¶ *In 1. † gloss. ibi, si uoluntate*] hanc & se. uide in cap. supra alle. [*& ibi. §. scio*] ponderato initio restituitur is, qui minor se inmiscuit hæreditati paternę, licet maior factus aliquid à debitoribus exegerit. ¶ *In glo.* [a] *ibi, si quis*] cum bona debitoris uendenda sint,[b] consideratur qualitas rei, & quantitas redditur [*& ibi, si fundum, in prin.*] fundum minoris pro eo, quòd sterilis, pestilens,[c] uel saxosus, non alienat curator: quia per modum fructuum inuentum est præcium [*& ibi. §. sancimus*] res ecclesiæ pro tanto uendi debet, quantum &c. & in emphyteusi loquitur So. §. [*& ibi. §. si bares*] rogatus restituere hæreditatem, fundo retento, æstimato fundo, quanti sine cautionis onere uendi poterat, si sufficit ad trebel. bene quidem, alias recipi & residuū. [*& ibi, Precia*] vnde non æstimatur, quanti filium meū naturalem, quem possideo, ab alio emerem, vel quanti filium alienum, quem possideo, alter empturus esset estimatur, ergo ut seruus, non ut filius. ¶ *In † glo. secunda ibi, modo, quam prius*] uide simile, ut per id melius hoc intelligas, Promisi tibi dare equum, si sit minoris precij. 10. florenorum: si tanti, uel maioris, promisi vēdere: agis, ut donem: satis est mihi probare, quod ualet plus, quàm. 10. flore. licet quantitatem non exprimam, & absoluor. Si verò agis ex parte. 2. s. vt vendam, tunc per illos & alios [d] testes potero uerum precium probare, qui forte deponent de. 30. determinatim, & pro tanto tenebor uendere, ita in proposito satis est primò probare excessum: secundo uero probandum est uerū precium, & facilior est prima ꝓbatio, quàm secūda. nam si vendidissem librum meum pro. 10. flore. multos testes haberem qui deponerēt, quòd ualet ultra. 21. qui tamen de uero precio nescirent deponere [*& ibi, Quia uerò Leonis*] de hoc. 10. q. 2. hoc ius porrectum, & auct. perpetua.

ANNOTATIONES.

a ¶ Vltra dimidiam. Adde tex. in c. dilecti, de empt. & uendit. & per Alex. in d. l. 2. C. de rescin. uendi.

b ¶ Vendenda sint. Adde glo. ordi. in l. 2. C. de rescin. uend. & ibi per Bal. in ult. char. & per Bar. in l. precia rerum, ff. ad l. Fal.

c ¶ Pestilens. Qualiter autem probatur ualor rei, uide Bar. in l. 2. C. de rescin. uend. & in l. precia rerum, ff. ad l. falc. Bal.

d ¶ Perpetua. Et plenius uide Bar. in l. precia rerum, §. 1. ff ad l. falc. & Bal. & Sali. quomodo probatur ualor rei, & quomodo debeant testes deponere, uide in l. 2. C. de rescin. uend. ubi not. plene. & uide ad materiam Bar. in l. 1. §. si haberet, ff. ad Trebel. & omnino uide Bal. in l. si quis in suo, C. de inoff. test. qui uidetur alleg. hoc capitulum. & hoc no. ad examinationem testis, quando dicit res est tanti, & plus.

SVMMARIVM.

1 *Sententiæ qui interfuere testes, recipiuntur & publicatur, & quando.*
2 *Capitulum habet iurisdictionem, & quibus casibus.*
3 *Solemnitas seruari iussa, an & quando præsumatur in casu huius capituli.*
4 *Publicatio testium qualiter fiat, & nu. 5.*
5 *Attestationibus quando credendum.*
6 *Actis, uel instrumento iudiciali credendum, excipit tamen casus.*
7 *Publicatio fit etiam litis contestationis, & instrumentorum olim Confectorum, & quando, nu. 8. & auctoritate cuius, ibid.*
9 *Publicatio eius, quod in scriptum nondum est redactum, quomodo, & quibus seruatis fiat, & nu. 10. & 11. fit & eius, quod est in scriptis ibid. nu. 11. & 12. etiam procuratorij, & quando liceat, & quibus seruatis, ibid. & nu. 14. 15.*
10 *Sumpti publicatio qua ratione facienda.*
11 *Sigillum adæquatur publicæ & auctenticæ chartæ, & creditur auctentico sigillo iudicis in actis iudicialibus, ibid.*
Innocentius sibi contrarius notatur, ibid.
12 *Procuratorij & instrumenti publicatio etiam fit, quod tamen sit iam scriptum, ex causa tamen, & quomodo, & quando fides ei adhibeatur, nu. 13. & 14.*

13 *Exempla, siue sumpta quando fidem non faciant.*
14 *Publicari, uel edi instrumentum quando dicatur.*
15 *Publicationes de gestis sine scriptura an fiat uocatis aliquibus, & quibus.*
16 *In publicatione instrumenti, priuilegij, uel indulgentiæ generalis qui uocandi, & quando non ualeat sine causa cognitione etiam per eum, qui concessit, facta, ibid. & per eam nihil noui datur, nisi dicatur, ibid.*
Cap. cum dilecta, infra de confir. uti. §. 1. intellectus.
Cap. cum olim essemus, & ex parte abbatissæ, de priuil. intell.
17 *Epilogus, suffragium, & additio glossarum. nu. 18. & 19.*

C A P V T XLIII.

1 ALbericus. Casus. Recipiuntur † & publicãtur testes, qui interfuerunt sentẽtiæ, vbi per scripturam de sententia non apparet. Et in prima partis petitio. in secunda prouisio, & iudicis datio ibi, ideoque [*Matrimonij*] scilicet super ipso fœdere, non intelligas de fide tori tantum, quo casu remanerent coniunges separari. 32. quæst. 7. §. 1. & capit. 1. & 2. [*Capitulo*]
a uacante [a] † sede, infra de hære. ad abolendã. uel habeat
2 hoc capitulum talem iurisdictionem de iure speciali: de communi secus, & sic non est contra, infra de consan. c. 1. & facit de exces. prela. accedẽtibus, & quod ibi dicam, & supra de resti. spo. literas, in prin. & infra ti. 1, præterea [*Vxor*] ducta post diuortium adhuc uiuente prima [*Redacta*] non dicit, recitata. potuit enim in scriptis recitari, & de eo publicum instrumentum nõ fieri secundum Hosti. & Pe. remis. dabo super glo. [*Publicam*] quasi supra loquatur de publica, quæ tũc non in-
3 teruenerat [*Redigi facientes*] quid si contra hanc † publicationem iam diu factam nunc obijcitur, quod non ualet: quia non fuerunt vocati, quos res tangebat? dicunt quidam, quòd nisi aliud probetur, præsumendũ est pro publicatione, s. quòd fuit solenniter, ar. C. de contrahẽ. stip. l. 1. & l. optimã. C. de re iudi. l. 1. C. de ap. qui ad ciuilia, insti. de fideius. §. fi. ¶ Alij dicunt. s. Vincen. supra eo. significauit, hoc non esse uerum, nisi & in ipsa publicatione hæc solẽnitas exprimatur fuisse ser-
b uata, ut si contineatur in ea, quòd facta fuit uocatis [b] omnibus &c. & uide formam, quæ debet exprimi in eo, quod no. infra de fide instru. cum Petrus tabellio, & c. se. alioquin, si hoc ibi nõ exprimatur, necesse est, quòd solennitas probetur: aliter non ualebit, ar. ff. de Publicia. quæcunque. §. fi. C. de proba. l. pe. C. de falsis. l. fin. nisi probetur, quod hi, quos res tangit, præsen-
c tes fuerunt [c]. ff. de uerbo. obli. Titia. §. pe. secundũ Innocen. ¶ Vel potest distingui secundum Hostiẽ. inter tempus, & tempora. nam ita recens potest esse, quod utens publicatione potest de facili solennitatem probare, & in hoc casu si non exprimatur in publicatione, quòd forma seruata fuerit, utenti incumbit probatio. Sin aũt adeo antiquum sit, quòd probatio reddatur quasi impossibilis. ff. de proba. si arbiter, tunc præsumi debent omnia solenniter acta, ut impossibilitati probationis pareatur, supra de pactis. cap. fi. 22. q. 2. fa-
d ciat, & vt res potius ualeat, quàm pereat. [d] infra de uerbo. si abbate. §. contra quod fuerat, uer. hic autem sensus, cum suis concor. super quo uide, quod no. supra de cle. exc. mini. ꝓposuit. §. 1. uer. & quod idẽ, & quod dixi de offi. dele. cum in iure, super gl. 1. & infra de præsump. illud. ¶ Vbi uerò forma, vt præmissum est, in ipsa publicatione sufficienter exprimitur, tunc præsumentur omnia solenniter acta, siue tempus antiquũ
4 fuerit, siue recens. & no. secundum Innoc. quòd † publicatio potest fieri siue in eadem carta antiqua totũ processum continente, siue in alia non solum in præsentia iudicis, sed etiam per tabellionem in absentia, dummodò appareat potestas, siue auctoritas à iudice sibi data, aliter enim non ualet, ut infra de fide instru. c. pe. & fi. debet etiam fieri iudice, uel alio, cui hoc cõmittit, pro tribunali sedente, & illis præsentibus, uel per contumaciam absentibus, quos res tangit, ut in aucten. de instru. cau. §. sed & instrumenta publicè facta, & seq. & § & hoc adijcimus, coll. 6. de auctoritate
5 tuto. l. fin. ff. de adop. nam ita diuus. ¶ Et quando † attestationes sunt publicandæ, uocandus est notarius, qui scripsit testes. & ipsos solus recepit nec credetur ei secundum quosdam, nec etiam scripturæ suæ, si agatur coram alio iudice, quàm coram illo, huius auctoritate recepti fuerunt, nisi scriptura sua habeat inscriptionẽ testium. aliter enim reputatur priuata, quousque secundum hanc formam fuerit publicata, ar. in aucten. de hære. & Fal. §. sancimus, & §. si uerò absunt. coll. 1. alij verò, inter quos est Innocen. dicunt, quòd ex quo attestationes per tabelliones scriptæ sunt, & in actis redactæ, semper inter easdem personas sine alia publicatione fidem faciunt; alijs autem nec prosunt nec obsunt, ar. C. de dona. in donationibus. ff. de iureiurã. sed & si possessori. §. fi. & se. uide; quod in hoc scri-
e psi in spe. [e] eo. titu. §. 2. uer. alias autem, in fi. quòd si attestationes inueniantur apud iudicem, quæ per tabellionem non sunt auctenticatæ, tunc hæc publicatio necessaria secundum Innocen. ar. pro & contra, infra de præscrip. ad audientiam. §. nos igitur. sed & secun-
6 dum Inn. hoc uerum † est, quòd & prætextu defectus solennitatis testiũ non potest dici, quòd actis credendum non sit, uel etiam instrumento exinde per manũ tabellionis confecto, nisi negentur illa acta esse, uel instrumẽtum, super quo uide, quod legi & no. supra de elec. scriptum est. §. 1. qualiter autem credendum sit, dic, ut plenè no. supra titu. 1. quoniam contra falsam.
7 non solum † autem attestationes publicantur, ut præmissum est. immò & litis contestatio, nõ ut ualeat ultra triennium ad procedendum in causa, sed quia ualet ad interruptionem probandam. C. de præscrip. 30. an. cum notissimi. §. Imò & illud proculdubio, in fi. & de hoc no. plene, supra e. causam, quæ, secundum Inn. tu. uerò dicas secundum Hostien. quòd ualet ad procedendum etiam ultra triennium in foro canonico, licet secus sit in foro ciuili, quod dic, ut plenè no. supra de iudi. uenerabilis, & supra titu. 1, c. fi. fit & secun-
8 dum † Inno. publicatio instrumentorum, quæ tabellio defunctus nequiuit perficere, & similiter cõfectorum, sed uetustate, uel alio modo consumptorum, & potest fieri hæc publicatio tam auctoritate iudicis ordinarij, quàm etiam delegati, ut omnia hæc proban-
f tur, de fide instru. cum Petrus tabellio, & se. [f] hæc uera sunt, ubi attestationes, uel aliæ scripturæ minus solennes, uel consumptæ, uel deletæ publicari & aucten-
9 ticari petuntur, ubi uerò non † scriptura, sed id, quod sine ipsa actum est, petitur publicari, sicut & hic loquitur, tunc publicatio ita fiet. Vocabit iudex testes, qui interfuerunt sententiæ sine scriptis latæ, uel testamento, uel contractui sine scriptis confecto, & audiet ab eis ueritatem quam de his nouerunt, & eam faciet in publicam & auctẽticam formam per personam publicam in scriptis redigi ad æternã rei memoriam faciendam. & si prius erat in memoria hominum labili, redigetur auctoritate iudicis in scripturam publicã, & perpetuo ualituram, uel etiam in chartam non publicam, uel non auctenticam. sufficit enim, quòd au-
g ctoritate iudicis [g] facta sit: ad maiorem tamen securitatem poterit in ea contineri quod iudex decreuit illi scripturæ fidem perpetuo adhibendam, cõprobantur hæc. ff. de iudi. de qua re. C. qui test. fa. pos. hac consultissima. §. at cum humana fragilitas. C. de test. publicati. C. de re iudi. gesta. ff. ad le. Aquil. l. in l. Aquil. supra e. signi-

ſignificauit, ſupra de elec. quia propter, ſecundum Innocen. qui etiam † ſcripſit hic, quòd aliquando hoc
10 facit fieri, quando unus procurator contra multos & diuerſos agẽs unum ſolum habebat procuratorium. nam illud fecit exemplari, & in publicam formam redigi, decernens partibus præſentibus & non contradicentibus eandem fidem adhibẽdam tali ſumpto, quæ & adhibeatur auctentico, ſeu originali & ad probandum, quod hoc fieri poſſit, ſcripſit hoc, quod procuratorem facere quoddam geſtum eſt. unde poteſt in publicam formam redigi, & plura inſtrumenta poſſunt inde confici: quia nec unum in omnibus cauſis, ex quo ponitur ꝙ multę diuerſę ſunt, ſufficere poſſet, ar. & præmiſſarum legum, & in auctẽ. ut fratrum filij, §. illud quoque, colla. 9. quod autem † dixit, quòd in
11 ſcriptura non publica, & non auctentica poſſet fieri publicatio &c. ut ſupra e. gl. uer. etiam in chartam, intelligendum eſt, dummodo ſigillum habeat auctenticum, & per hoc euidenter probatur, ꝙ auctẽtico ſigillo iudicis etiam circa acta iudicialia eſt credẽdum contra id, quod idem Inn. no. ſupra e. cum à nobis, & ſupra titu. 1. poſt ceſſionem, & c. quoniam contra falſam: ſed quod hic dixit uerius puto. poterit ergo iudex etiam publicum inſtrumẽtum ſub ſigillo ſuo pu-
12 blicare & auctenticare ſumptũ eius. ſed forſan † obijcies, & dices, quod licet poſsit interuenire publicatio in factis ſine ſcriptis habitis: ſecus tamen eſt in inſtrumento procuratorio, uel alio, quod iam confectum eſt & perfectum, & ideo nec publicatione eget. ſed & quomodo fiet publicatio huius procuratorij inſtrumenti domino, qui procuratorem dicitur conſtituiſſe, abſente & non uocato? So. nullũ ius prohibet fieri publicationẽ alicuius geſti, & plura inſtrumenta exinde ſumi & confici, licet exinde primo factum ſit, & appareat inſtrumẽtum publicum & originale, maximè
h quando ad faciendum cauſa ſubeſt [h], puta quia unicũ inſtrumentum non ſufficit, ut prædictum eſt. hoc, inquam, nullo iure prohibetur: imo potius conceditur, ff. de edendo. ſi quis ex argentarijs. 1. reſpon. & l. veluti, & inſti. de teſta. §. penul. ff. de teſt. vnum teſtamentum.
13 exemplata † uero non ſerua a hac ſolennitate fidem non faciunt, in auctẽ. ut ſpon. lar. §. & hoc inſuper, colla. 9. ff. de bono. poſ. contra tabulas. l. 2. §. ſed iã diu.
14 ff. de fide inſtru. l. quicunque. & licet † aliqui in hoc ca-
i ſu his uerbis utantur, ſcilicet ꝙ publicatur geſtũ conuenientius, tamẽ uidetur dici publicari, uel edi inſtrumentum, quando ſ. ſumpto fides adhibenda decernitur ut originali, ſeu auctentico inſtrumento nec obſtat id, quod ſupra tactum eſt opponẽdo de domino abſente, & nõ uocato: quia ex quo procuratori dedit mandatum agendi contra plures, & procuratorium vnicum exinde confectum nõ ſufficit, videtur dediſſe mandatum, & poteſtatẽ eidem procuratori, vt ipſum inſtrumentum procuratorium poſsit ſecundum formam prædictam facere exemplari, & multiplicari, cũ nec aliter procura. prædictum mandatum ſibi factũ valeat expedire, ar. ff. de procura. ad rem mobilem, & l. ad legatum, & in eo, quod leg. & no. ſupra de offi. de-leg. præterea, ſecundum Inn. & hoc intelligas, quando procuratorium non uertitur in dubiũ, alioquin oporteret, quod ei primo daretur fides, quando publicaretur, vt patet in eo, quod leg. & no. ſupra de ele. ſcriptũ. §. j. cauendum eſt igitur hoc caſu ẽt iudici, ne ei forſitã eluda ur. ff. de iudi. prætor, vt ad publicationem ſubito non procedat, quando perſona tabellionis, vel ſigilla in procuratorio appenſa ſibi nota nõ ſunt ſed ignota; alioquin multi domini uexari per inſtrumẽta ficta poſſunt, & falſo fabricata, ar. ff. de cuſto. re. diuus. & in eo, quod le. & no. ſupra de do. & contu. cum olim Daniel, de cleric. pere. c. 1. 2. & 3. ſecundum Hoſtiẽ. quidã
15 ſecundum † Innoc. dicunt, quòd hæ publicationes de geſtis. ſ. ſine ſcriptura habitis fieri poſſunt etiam partibus abſentibus, nec vocatis, pro ſe allegantes, ꝙ nec in hac decr. quæ in hoc caſu loquitur, nec in aliquo alio iure inuenitur expreſſum, quòd aliqui ſint uocandi. ſed quicquid dicant, iura ſuperius alle. quorum ratio generalis eſt, ſufficiunt, & ideò tutius ſecundũ Innoc. imò tutum eſt, ꝙ uocentur, & contrarium periculoſum eſſet: quia & publicatio anihilaretur, quod dic, vt
k no. in ſeq. [k] quæſtione. Quid † ſi ſit inſtrumentũ, quod
16 aliquem ſpecialiter non tangit, ſed generaliter, puta priuilegium, uel indulgentia generalis? Reſpõ. in hoc caſu ſicut ſcriptura generaliter tangit omnes, ſic & ſolenne edictum eſt generaliter emittendum, ar. optimum, infra de clande. deſpõ. cum inhibitio, infra qui ma. ac. poſ. cum in tua, & in eo, quod l. & no. de ſen. ex. ſtatuimus, li. 6. aliter non valebit priuilegij publicatio, niſi fieret per illum, qui ipſum cõceſſit. nam ſi per eũ fieret, tunc ualeret, ſicut & ab initio ualuiſſet. ſi per ipſum fuiſſet duplicatum, uel etiam triplicatum. ſed contra, infra de confir. utili. cũ dilecta. §. 1. ad fi. Sol. poteſt dici, ꝙ ibi non fuit emiſſum aliquod edictum, ſed aduerſarius comparuit, & fuit auditus, ſecundum Inno. uel dic. ꝙ licet is, qui priuilegium conceſsit, ex poſtfacto ipſum poſsit publicare, & ſic etiã à principio potuit dare. nam & publicando niſi aliud dicat, nil de nouo daret, & ſic intellige, quod no. ſupra uer. ſo. 1. hoc tamen intelligendum eſt, quando nec ſuſpectum habetur, nec de ipſo refertur quæſtio, alioquin nunquã ſine cauſæ cognitione etiam per illum, qui conceſsit priuilegium, debet poſtea publicari: imo & uocandi ſunt [l] quos res tangit, & ſic loquitur prędictum contr. infra de confir. uti. cum dilecta, & infra de priuile. cũ olim eſſemus, & c. ex parte abbatiſſę, & ar. in eo, quod legi. & no. ſupra c. cauſam, quę. §. 1. ante fi. & ſupra ut lite pen. c. fi. & ſi in inſtrumentis contrariũ diceref, poſſent exinde magnæ fraudes, & grauia præiudicia prouenire cum ex quo publicatio facta eſt, de falſitate, ſiue ſuſpitione priorum nihil vlterius dici poſſet. In publicatione uero eorum, quæ nunquam fuerunt ſcripta, non imminet tantũ præiudicium, licet & ibi poſſit multum periculum imminere, ſecundum Innocen.
17 ¶ † Glo: 1. no. dat ſimile, ſignat contrarium, & ſoluit.
18 ¶ *in † glo. 1. ibi, breuiſſimas*] alias incipit, niſi breues, ponit caſus, cum cauſa eſt minima, & maxime uilium perſonarum, & cũ epiſcopus iudicat inter ſuos clericos.
19 ¶ *in glo. 2. in fi.*] vide ſupra c. ſignificauit ¶ *in † gl. 1. in ſcriptis*] idem Ioan. Vincen. Got. & Inno. hæc uide quod no. infra de re iudi. c. ulti. li. 6. in gl. 5. & hoc ſatis termi-
l natum uidetur per Cle. de uerbo. ſi. ſępe, ad fi. coniuncta cum Cle. de iudi. diſpendioſam [l].

ANNOTATIONES.

a ¶ Vacante. Illa eccleſia Rauennas habet duo capitula, Cardinaliũ, ſcilicet, & canonicorum, & hic in ſingulari dixit c. cautius locutus eſt tex. in c. bonæ, lo primo, in ſupraſcriptione, ſupra de poſtula. prœla ubi uide Io. And. in prime.

b ¶ Vocatis. ſententiæ autem talis expreſſio non probat illos actus, cum præceſſerint dudum forte ſententiam. ſic & hæc ipſa citatio, quæ dudum publicationem præceſſit, non uidetur probari ex illa expreſſione, & uide Io. And. ſupra de probat. quoniam, ſuper uer. quæ obiecerint, & Bar. Bald. & Sali. in auth. ſi quis in aliquo, C. de fi. inſtr. & Bar. in l. ſciendum, ff. de uer. oblig.

c ¶ Fuerunt. Idem no. de ſent. in c. quoniam contra, ſupra de proba. in glo. fi. ubi uide Io. And. & in c. in præſentia, de renunciat. ſuper glo. hic eſt, & in c. cum in iure, de off. deleg.

d ¶ Pereat. Adde do. Flo. in l. a. ff. de fi. inſtrum. Ange. in l. ſciendum, ff. de uerb. oblig.

e ¶ Io ſpec. Et uide Io. An. in c. ſignificauit, ſupra eo. in glo. dixit hic Inno. uer. ubi no. & per ipſum ſupra eo. cauſam, quæ, in glo. ma.

f ¶ Et ſequen. Vbique plenius per Ioan. & per moder. in auth. ſi quis in aliquo, C. de fide inſtrum.

g ¶Iudicis. Quemadmodum ergo in scribendo acta iudicij non requiritur appositio testium, ut no. de proba. quoniam, sic & in hac publicatione, ex quo interest iudex, quod not. uide tamen, infra eo. glo. uersi. quod autem dixit.

h ¶Subest. Vbi autem non subsit, tamen nō uidetur, quòd notarius ex quo semel instrumentum partibus reddidit, debeat illis illud iterum petentibus dare nisi ex causa, & præmissa iudicis causæ cognitione, de quo uide Bar. in l. si quis ex argentarijs. §. si. infra allegata, & in l. de tabulis, ff. de tab. exhi.

i ¶Hoc casu. Quando publicatur, & exemplatur instrumentum nō in casu huius c. quia nullum erat instrumentum, sed factum solū sine scriptura.

k ¶In sequen. & uidetur casus expressus, supra eo. significauit, ibi, denunciamus, &c. ubi petitur publicatio instrumenti, debent citari illi, quorum interest: alias non citatis non præiudicat, ut infra de fi. instr. si instrumentum. partibus tamen præiudicat, & inter illas probat exemplatum, non alijs, quasi uigore pacti, ut & ibi no. Ioan. And. post Innoc.

l ¶Dispendiosam. Et sic uidetur uelle Io. And. quòd debeat in scriptis ferri: quia ista causa matrimonialis est de illis, in quibus proceditur de plano, & sine strepitu, ut in Clem. dispendiosam, de iudi. in quibus omnibus debet sententia ferri in scriptis, ut in Cle. sæpe in fi. de uer. sign. & sic secundum hoc ista glo. male diceret. secundum Hostiē. aliter sol. vi. in ista causa matrimoniali, de qua hic, sufficit, quod iudex in priuata scriptura sententiam ferat, & ita fuit hic, quia recitata fuit in priuata scriptura, nec de ea publica cum instrumentum fuit factum. ideo postea petitur publicari. sed posset dici forte, & melius, quòd tex. illarum Clem. temperatur per istā, quòd speciale sit in causa matrimoniali, ut in scriptis non lata ualeat, quoniam in ea solum secundum æquitatem. & non rigorem iuris proceditur. facit ad hoc, quod dicitur de stricta. c. innotuit, de probat. & in c. series, de testibus, & sic iste text. remanet interceptus, Archid.

SVMMARIVM.

1 *Publicatis attestationibus super eodem capitulo in causa matrimoniali testes produci possunt.*
Diuisio capituli, ibid.
2 *Testimonium super consanguinitate sine distinctione graduum non ualet.*
Testimonium mortuorum dictum quo casu hic non ualeant, ibid.
Testimonia, siue attestationes ualent etiam coram iudice successore, fallit in arbitro, & ratio, ibid. uer. sed nos.
3 *Testes centum per duos, uel tres, an & quando possint reprobari.*
Matrimonij coniungendi, & separandi causa est diuersa, ibid.
Testibus non creditur iniuriatis, ibid. ad dictio. iurata.
Iuramentum non potest remitti testificantibus, ibid.
4 *Testes in causa matrimoniali etiam nemine producente, ex officio potest iudex eos producere.*
Testes qui præualeant examinati super eadem re diuerso tempore, & causa, ibid.
5 *Epilogus, & additio glossarum. nu. 6.*
Falsitatis probatio directa fit super eodem articulo, ibid. nu. 6.
Intellectus huius capituli quis, eod. nu.

CAPVT XLIIII.

CVm in tua. Summa decre. ad literam, sicut ueniēs, supra eo. ri. vel aliter, Publicatis 1 † attestationibus super eodem capitulo in causa matrimoniali testes produci possunt. Et huius pars, infra de decimis, cum in tua, & qui ma. ac. possunt, cum in tua. Et communis diuisio. secunda ibi, Quamquam [*Accusatore*] impropriè ponitur. nō est enim quæstio criminalis, sed mista, sicut alias, supra de procu. tua [*Posteriorum*] respectu eorum, de quibus sequitur [*Iurauerant*] cū de consanguinitate, uel alio impedimento quæreretur secundum formam decre. ultimæ, infra de clan. de 2 spon. [*Distinguendo*] aliter † non ualuisset testimonium, infra c. licet. 1. [*Descenderunt*] & quia non fuerunt reperti in quarto, permissum fuit matrimonium contrahi. [*Præferatur*] nunquid si mortui sunt primi, ualebit dictum eorum, quod in primo iudicio dixerūt? uidetur quòd sic, infra eo. præsentata. C. de testi. le. ulti. sed nos contradicimus, quòd nulla est uox eorum, & illa iura non tangunt hoc: quia ibi iudex ordinarius, uel delegatus succedit in locū arbitri. unde, si ille arbiter fuisset iudex, non deberent illi testes plus recipi coram secundo, qui sibi succedit. sed quia arbiter non est tantæ auctoritatis, ideò uiuētibus datur optio, ut ibi: sed iste non succedit in locum primi iudicis, nec ad idem agi- 3 tur, ut dicit litera secundum Inno. & Hosti. sed † nunquid per duos, vel per tres reprobari poterūt. 100. testes? sic, supra e. ex tenore: hoc tamen arbitrabitur bonus iudex, supra c. in nostra, Hostien. [*Ad aliud*] quia primi ad matrimonium coniungendum, secundi ad separādum [*Iudicio*] quo agitur ad diuortiū [*Iurata*] nec aliter creditur, nec in hoc casu remitti potest, de hoc, supra e. tuis [*Illa eadem*] s. quòd non est consanguinitas in gradu prohibito distinguendo gradus [*quæ primò dixerunt*] 4 & nemine illos † producente potest iudex officio suo illos producere, infra de spon. sicut, in si. Hostien. [*Præualerent*] etiam si numerus esset æqualis, supra de proba. ex literis, Inno. & hoc intelligit Hostien. illos plures præualere, nisi ex qualitate testiū aliud iudicetur, de quo remittit, supra eo. in nostra [*Repelli*] illi primi ab hac pductione [*Testificata*] per illos tres, uel quattuor [*In hoc casu*] alias in hac causa, & tunc fortius facit pro 5 opi. Hosti. ¶Glo. 1. † factum narrat, & obijcit, ꝙ quæstio non soluitur, & obiectioni respondet. ¶Glo. 2. tri- 6 pliciter exponit fi. & primā reprobat. ¶[*In* † *glo. 1. in fin.*] idem Hostien. ¶[*In glo. ulti. ibi, de falsitate*] potest negari, quādo directa probatio falsitatis fiat super eodem articulo, ut dixi, supra titu. 1. licet, & patet in Cle. c. ri. testibus [*& ibi. s.*] Cum aliter agitur respectu huius tertiæ, & etiam secūdæ productionis, quæ facta est de tribus, a vel quattuor, ad primam, in qua deposuerunt[a]. 11. ante contractum, uera potest esse hæc lectura, si habito respectu de tertia ad secundam planum est, ꝙ lectura ista non procedit. nam in secunda productione facta de quattuor, & tertia facienda de illis. 11. planum est, ꝙ non uariatur modus agendi, & ꝙ secūdorum testiū dicta iam fuerūt publica, satis patet ex prin. c. & sic paret, ꝙ neutra istarum opinionum valet contra veram opi. Hosti. quam approbaui, supra eo. series. prima nō, quia directè probare falsitatem testium est producere testes super eodem arti. quia in alijs causis non liceret, in matrimoniali licet, vt ibi dixi. secunda non valet ratione prædicta, qua respectus habetur ad secundā rece- b ptionem publicatā, nō ad primam [b] [*& ibi, Dictum eius*] Idem no. supra eo. cum causam, & c. ueniens. 2. & uide quod ibi dixi in glo. mirum uidetur, & adde, quod dicam, infra titu. primo, præterea.

ANNOTATIONES.

a ¶Deposuerunt. In hoc c. sunt duæ lecturæ principales. ideò, ut eā clarius, quàm Ioā. And. fecitem, oppo. ut uoluit opponere prima glo. in princ. de c. fraternitatis, supra eo. ubi publicatis attestationibus non licet testes producere etiam aliàs super eod. art. glo. 1. uult soluere, quòd contra. loquitur, quando ad idem agitur, nec esset diuersus modus agendi ille, super quo secundo inducuntur sed hic ad aliud & diuersimodè agitur: quia primi testes, si illi. 11. primo fuerunt inducti, quando tractabatur causa summariè & de leui præiudicio, agebatur de matrimonio contrahendo, postea autem contracto matrimonio, cum producuntur illi tres, uel quatuor, & illi etiam 11. tractatur de matrimonio iam contracto dissoluendo, & sic de graui præiudicio, & enim plenariè tunc agitatur, & sic diuersificatur modus agendi, & ideò ijdem & alij testes possunt induci, ad hoc, supra eod. ueniens. & in c. causam, quæ inter. hunc intellectum sensit 1. glo. in princ. & 2. circa fi. ibi, Vel sic potest exponi. ille intellectus, ut hic dicit Io. And. ex toto non uidetur uerus, nec soluit contrarium, habito respectu de tertia productione testium illorum 11. facta in plenario iudicio ad secundam

dam productionem factam de tribus similiter in plenario: sed bene soluit contrarium habito respectu de secunda productione trium testium facta in plenario ad primam de 11. facta in summario, nisi diceret, quòd hic non apparet, quòd secundæ attestationes fuerint publicatæ. non obstat ibi tex. dum dicit, quòd partes testificata didicerint: quia prima productio summariè facta fuit publicata, & pro tanto glo. 2. in princ. aliter nixa est soluere contrarium, uidelicet quòd speciale sit in causa matrimoniali, quòd publicatis attestationibus &c. quod dicit uerum secundum Ioan. quando protestatio præcessit se uelle alias producere ad improbandum &c. dic ut in gl. illud reprobatur, quia tex. loquentes de hoc, quòd in causa matrimoniali publicatis attestationibus possunt testes produci, non requirunt protestationem, ut in c. iurauit, supra de proba. & supra eo. series, & 35. q. 6. testes. præterea etiam quando præcessit protestatio, idē timor subornationis subest. Io. And. tamen istud dictum de protestatione, in c. ex tenore, supra eo. quia uerum istud de protestatione, quando pars consensit protestationi, & ideo glo. postea dixit, quod siue pars protestetur, siue non, bene potest probari contrarium: quia agitur de falsitate, & ideo diuersus articulus censetur. illa glo. dicit id, quod dixit in c. series, & non bene dicit, quia imò est idem articulus, ut no. in c. licet causam, de proba. & ex tenore, supra eo. & ideò potest dari alius intellectus satis no. ad cuius euidentiam debes scire, ut fuit factum, quod hic fuerūt tres productiones testium. prima fuit de illis 11. consanguineis, qui fuerunt producti super matrimonio contrahendo: postmodum publicatis attestationibus secundum prædicta producti fuerunt de nouo illi 11. qui idem dixerunt, quod in primo. non obstat modò contra c. fraternitatis: quia dices, quod illa regula fallit, quando producerentur ad confirmationem priorum, ubi nō obstat regula, Publicatis attestationibus &c. ut est tex. in c. licet causam, de probat. facit glo. in c. ex tenore, supra eod. & dicit Inno. in c. cum clamor, infra eod. & ratio est, ut ibi subdit Inno. & sic secundum hoc etiam uidetur ampliari illud dictum: quia nedum quando uenit ad confirmandum primum dictum, & primam probationem plenam, sed etiam semiplenam, ut hic fuit in summario iudicio: sed tamen tunc uidetur cessare ratio Inno. quia est quid sibi imputetur, &c. Bal.

b ¶ Nō ad primam. Adde, quòd si testis dixit unum extra iudicium, & aliud in iudicio, uide Bar. in l. eos, ff. de fal. Abba. in c. per tuas, de probati.

S V M M A R I V M.

1 *Excommunicari possunt, qui partem impediunt in testibus producendis, & nu. 3.*

Testes denunciandi sunt non teneri iuramento de ueritate dicenda, ibidem.

Testes actoris si consanguinei rei impediunt, punitur reus, & ratio, ibidem.

2 *Testes in criminali debent exhiberi in præsentia iudicis, & non coguntur in criminali, nu. 3.*

Probatio ne subtrahatur, ex officio iudex prouidere debet, ibid.

3 *Experiri pro sentire.*

Defensio pro probatione, ibid.

A Pontificali officio qui est suspensus, poterit exercere sacerdotale, non è contrario, ibid. ad dictio. Pontificali.

4 *Epilogus, suffragium, & additio glossarum. nu. 5. & 6.*

Iuramentum quando repellat à testimonio.

De aduocatum subtrahente iura loquentia trahuntur ad eum, qui subtrahit testes, ibid. in fin.

C A P V T XLV.

1 Constitutis. Casus. Excommunicari † possūt, qui partem impediunt in testibus producendis, & denunciādi sunt testes non teneri iuramēto de ueritate tacenda, & si consanguinei rei impediūt testes actoris, punitur reus, de cuius uolūtate hoc fieri præsumitur. secunda ibi, Illos. 3. ibi, Si quis autem [*Deferret*] idest accusaret, Pe. [*Protestatus*] hoc fecit, ne imputaretur sibi, si suam intentionem probare non posset, Hostiē. [*in nostra*] in † criminali exhiberi debent 2 testes in præsentia iudicis; de hoc, supra c. si q [*Officio*] no. iudicē ex officio prouidere, ne subtrahatur probatio [*Sententiam*] præcesserat culpa, quod dic, ut infra de sen. excom. Romana. §. caueant, lib. 6. [*Impedimentum*] no. ꝙ 3 licet in † criminibus non cogantur testes, excommunicantur tamen impedientes, Abb. [*Non teneri*] infra de accu. olim, & de of. or. quia pleriq; Vin. [*Experiri*] idest sentire [*Debeat*] pœna docente [*Defensionis*] idest probationis, Pe. [*Pontificali*] sacerdotale igitur poterit exercere: sed non sic è conuerso, infra de excel. præla. ex li-4 teris [*Illum*] consanguineum unum, uel plures. ¶ † In 5 glo. respondet per obiectionem, & solutionē. ¶ *In † gl. 1. ibi, eum, qui*] uide de accu. olim, in glo. antepe. ¶ *In glo. ulti ibi, prouidendū*] ubi sunt uerba, quæ hic in textu. ¶ *In* 6 † *glo. 1. ibi, à testimonio*] sed dic, ꝙ esset in odium archiepiscopi, qui creditur hoc procurasse, vel saltem in eius fauorem fuit procuratū: alias secus esset. 11. quæst. 3. quisquis metu, & ff. de iureiuran. cū qui, Inn. ¶ *In gl. ult. in fin.*] & iura illa, quæ loquuntur de illo, qui subtrahit aduocatū, hic trahunt ad eū, qui subtrahit testes, Gof.

S V M M A R I V M.

Testes producere poterit quis etiam super antiquis capitulis, si testificata non didicit, nec renunciauit testibus producendis.

Diuisio capituli, ibidem.

Nuncius pro procuratore, ibid.

2 *Boemiæ Rex, olim dux, eius dominium ciuitates & diœceses dilatatum, & militibus strenuis, ac diuitijs abundat.*

Satellites per seruientibus, ibid.

3 *Consuetudo inducitur ex bino, uel trino actu.*

Casus huius capituli, ibid. ad dictio. & infra.

4 *Testificata didicisse non impedit productionem testium, ubi agitur de impedimento matrimonij, sed ubi agitur de processu, & ratio diuersitatis.*

5 *Epilogus, & additio glossæ. nu. 6.*

Reus excipiendo dicitur agere.

Testes inducere sæpe ante publicationem, & post eam nisi didicerit testificata, licet, §. 1. iuncta glossa.

C A P V T XLVI.

1 Constitutis. Casus. Qui † testificata non didicit, nec renunciauit testibus producendis, etiam super antiquis capitulis testes producere poterit. prima pars ponit formam processus, & grauamē appellantis. secūda dat iudicem ibi, Man. qua. [*Nuncio*] idest procuratore. ad hoc de procu. petitio: quia nuncius non sufficeret ad causam, supra de elec. bonę. i. se-2 cundum Host. [*Regis*] hodie, olim ducis: & dicit † Ho. quia nō habet iste rex, nisi unum episcopū in regno. s. Pragēsem, de quo sequitur. posset dici rex sine regno cū careat prouincia cōpetenti, de qua. 6. q. 3. scitote: fatetur tamen, ꝙ diuitijs & strenuis militibus abundat, & ꝙ hodie ipsius dominium est ad multas alias ciuitates. & diœceses dilatatum [*Ad ipsum*] i. episcopū [*Satellitibus*] i. seruientibus [*Eiusdem*] vel principis, nō curo. sed Pe. & Abb. dicūt de principe patriæ, in antiqua qui sa-3 tellites [*Ei*] i. dominæ [*Bis, uel ter*] deduxerunt † ergo in a consuetudinem. C. de epi. audientia [a] l. 3. 25. q. 2. ita nos [*Ingressum*] loci in quo sedebat episcopus pro tribunali [*Appellationem*] quā forsan emisit coram episcopo per procuratorē, uel extra iudiciū propter metū, infra ca. b fin. [*Appellari* [b]] & sic bis [c] appellauit [*Et infra*] G. Na. & Host. intelligūt, ꝙ mulier super ap. iudices impetrauit, qui processum episcopi cassauerunt, contra quorum processum iudices impetrauit. Inno. dicit, ꝙ princeps impetrauit iudices super confirmatione sentētiæ episcopi, & cōtra utrunq; processum mulier iudices impetrauit, corā quibus super illis processibus fuerūt testes producti, & ante aperturam ipsorū fuerunt obtētæ istę literę ad illos, uel alios iudices [*Idoneum*] supra c. 4 cum olim [*Super processu*] no. ꝙ hæc litera † non probat, ꝙ didicisse testificata impediat productionem testiū, ubi agitur de impedimento matrimonij, sed ubi agit d de processu, [d] & potest esse duplex diuersi iuris ratio

secundum

secundum Hosti. prima: quia si iudex non seruauerit ordinem iudiciarium, dummodò ueritatem secutus fuerit, non obest animæ, de dolo & contu. c. 1. de iudi. dilecti. secũda: quia obijcere contra processum est de iuris apicibus, & non posse post publicationem testes producere, est etiam de apicibus. his ergo vtens in primo, meritò illos recipiet in secundo, ut non possit super eo producere testes, ex quo testificata dedicit. ter. quæst. 8. cuius in agendo [*prius*] ad probandum super 5 principali, uel aliter, ut dixi in decisa. ¶ Vltima † gloss. quærit, & soluit, & finis soluit aliam quæstionem. ¶ [*In* 6 *glo. ulti. ibi. l. ulti.*] uidebis, infra c. præsentata. ¶ [*In* † *glo.* 1. *in fi.*] & reus excipiẽdo dicitur agere. ff. de proba. in exceptionem. ff. de excep. l. 1. ¶ [*In gl. ulti. ibi, attestationes*] de hoc in spe. e. ti. §. satis utiliter, uer. sed nunquid [*& ibi, testes*] Idẽ Guil in spe. de teste. §. satis utiliter, versi. quid si publicatę. dicit tamen quòd Clemẽs defendebat cõtrarium, ad hoc, supra c. causam. 2. & c. uenisset. & c. de testibus, & Hosti. in sum. eo. ti. §. utrum, versi. dicas igitur, etiam tenet contrarium, quod credo. dictum autem. G. posset esse uerum, quãdo iudex me inscio, uel inuito faceret publicationem [*& ibi, Renunciauerit*] Idẽ, c si renunciauit, [e] si testificata non dedit secũdum Azo. ut no in summa, e. ti. in ulti. col. & de hoc in spe. eo. ti. §. ulti. uer. antep. & quod supra. e. intimauit, & c. cum uenisset, in glo. dicit hic Inno.

ANNOTATIONES.

a ¶ Audientia. Ibi uide, & uide glo. in c. monasterium, infra de uita honesta. cle.

b ¶ Appellari. Quia primo à quodam forte grauamine, & demum à diffinitiua, quod ponit, ut no. gl. quæ incip. no. Inn. in Cle. prima, de dolo & contuma. uel etiam ab eode actu bis appellauit, quod an possit, uide Bar. in l. cum procu. §. si domino. ff. de no. ope. nun.

c ¶ Et sic bis. Et sic not. quòd per appellationem in diffinitiua quis non uidetur recedere ab appellatione ab interlocutoria, de qua in c. 1 de do. & conto. in Cle. Bal.

d ¶ Processu. Idem uidetur sentire glos. 2. ex quo not. quòd priuilegium etiam principalis non extenditur ad emergens in illa.

e ¶ Idem, si renunciauit. Vide per Imo. & Cardi. hic, & per do. Feli. in c. fraternitatis, ante fin. uersi. modo quæritur, supra eod.

SVMMARIVM.

1 *Testimonium de auditu in causa matrimoniali non ualet ad probandam consanguinitatem, nisi duodecim, quæ hic ponuntur, interuenerint, & quæ sint, nu. 4. & 5. & in quibus recipiatur gradibus.*

2 *Consanguinitatis probandæ quæ communis olim forma fuerit, & quomodo probetur à teste, nu. 7. & 11. uer. Host. contra. & 12.*

De auditu proprio testimonium competens, & quibus casibus de auditu etiam alieno ualeat. s. nu. 1. 2. & infra nu. 3.

4 *Infames repelluntur à testimonio ut suspecti, & qui habent ab eis causam, ad dictio. Ab infamibus.*

Auctori si fides non datur, nec eis, qui ab eo audiuerunt, ibid.

5 *Testis non iurat per procuratorem.*

6 *Iuramentum pro iurato testimonio.*

7 *Nominatio non sufficit, ut consanguinei dicantur, nisi sic nos habeamus.*

8 *Gradus cognationis pauci sunt diuina lege prohibiti, & qui sint, ostendit alibi tractari.*

Pro matrimonio iudicandum in dubio, quando de impedimento canonico agitur, ibid.

Dubium in matrimonij impedimento quando dicatur, ibid.

Matrimonium coniungere etiam contra statuta diuina periculum, ibid. in fin.

9 *Epilogus, & suffragium glossarum.*

Vitam cognatorum ultra septimum gradum uerum natura consistere non patitur, in prin.

Senibus in dubijs & antiquis maior fides adhibetur. §. 1.

Pro uno solo reputantur, qui causam habent ab uno. §. 2. & numero 11. §. 1.

Dignitatis portæ non patent infamibus, & notatis, §. 3 & numero 11. §.

11 *Additio siue supplementum glossarum.*

Infinitum quod est, uitandum.

CAPVT XLVII.

1 Licet ex quadam. Ponit † cõcilium. 12. sine quibus ad probandam consanguinitatem in causa matrimoniali non ualet testimonium de auditu: quia primo ponit. 6. quæ respiciunt personas. secundo illa. 6. quæ respiciunt dicta. 2. ibi, Testes autem [*Necessitate*] si. 35. questio. 1. cap. pri. 2 [*Communem* † *formam*] quæ est, ut testes dicãt, quæ nouerunt, & quibus interfuerunt. 3. questio. 9 testes, & §. de his. 11. q. 1. sed iudex. C. de episcopis, & cle. auctẽ. sed iudex, Gof. [*Gradibus*] in alijs igitur impedimentis matrimonij non recipietur testimonium de auditu auditus nec habebit locum, quod sequit, de auditu uerò proprio, eo quòd illo sensu percipitur, competens est te3 stimoniũ. supra. eo. cum causam [*Propter* † *breuem*] hic exprimit necessitatem, de qua prædixerat: quia ultra posse nemo, infra de re. iur. li. 6. in posibilium, & idem vbi esset eadem ratio, vt in aqua pluu. ar. ff. de proba. si arbiter, & idem uidetur in omnibus antiquis factis, de quibus testes non possunt haberi, ut ualeat testimonium de auditu cum fama, & adminiculis, supra eo. pręterea, supra rit. 1. c. antepe. ff. de proba. census. ff. de a aqua. plu. ar. l. 1. §. fi. & l. in summa. §. item Labeo [a]. ff. de aqua quotidiana & ęstiua. le. hoc iure. §. ductus aquæ, Hosti. [*Septimum*] imo nec ad quartum: minor tamen difficultas est in illo [*Experimentis*] infra de electione, quam sit, lib. 6. [*Coniungia*] quæ propter testimonium de auditu male disiuncta fuerunt, Gof. [*super hoc*] s. super gradibus consanguinitatis, uel affinitatis probandis [*excedat*] infra de consanguinitate, & affinitate, non 4 debet. quæ fuit eiusdem concilij [*Graues*] hoc † est primum [*Ante litem*] hoc est secundum [*Testificata*] idest quæ testificantur [*Ab antiquoribus*] hoc est tertiũ [*Duobus*] ecce quartum [*Ab infamibus*] hoc est quintum. cũ enim infames repellantur, infra eod. testimonium, ut suspecti, supra c. in literis, ergo & habentes causam ab illis, ut sequitur, & est contra id, quod dici consueuit, quod personalia vicia non concomitantur successores, supra de iud. quia. V. sed hic non est successor, sed testis, cui fides non adhibetur, ex quo non adhiberetur auctori, secundum Hosti. [*Nec tamen*] hoc est. 6. [*Si unus*] bonæ famæ [*A pluribus*] etiam bonæ famæ [*Infames*] plures ab hominibus pluribus [*cum secundum*] respicit, quod dixit de uno [*Et ac.*] respicit, quod dixit de infamibus [*Testes autem*] vidimus, quæ requiruntur quò ad personas, uideamus quæ requirantur quò ad dicta 5 testium [*Proprio*] no. Pe. per † hanc literam, quòd testis non iurat per procu. [*Quod ad ferendum*] hoc est primũ, quod requiritur quò ad dicta, quare si hoc non expri b mat, testimonium [b] non ualebit, secundum Host. qui dicit, & Pe. post eum super omnibus hoc expessis testes quoslibet interrogandos [*Personas*] hic est secundum [*Demostratione*] ff. si cer. pe. l. ult. certum, Ioã. [*Et ab utroque*] hoc tertium [*Et in suo*] hoc est quartum [*Iura-* 6 *mento*] i. iurato † testimonio [*Et credere*] hoc est quintũ [*Sed nec tales*] hic addit sextum [*Personas*] sup. in prædictis gradibus. & per hunc uer. dicit Hostien. reprobari opinionem Io. de qua in glo. [*Se habere*] sic uocando, & sic adiuuando, & tales se reputando, arg. supra tit. 1. 7 per tuas. & est notandum, quòd † testis non habet probare ueritatem consanguinitatis, sed ꝙ sic se habebãt, & dicit Pe. quod non sufficit nominatio, nisi se sic habeant [*Tolerabilius*] Respon. quæstioni: quia quis dicere posset, si omnia prædicta requiruntur ad unguem, d

ergo

ergo nunquam matrimoniū separabitur, respon. [*Ho-*
8 *minum*] pauc: † enim gradus sunt prohibiti.l.diuina, & qui sint illi.no.de rest.spo.literas.in prin.& infra de diuor.gaudemus.& no.quando de impedimento canonico agitur, semper in dubio pro matrimonio indicādum: & uocat quo ad hunc casum Hostien. dubium, quando deficit unum ex 12. numeratis supra [*Separare*] vt dicit Hostien etiam in coniungendo contra statuta diuina est periculum.unde nec papa dispensat,de
9 resti.spo.literas.in prin.¶ Glo.3.† respon.per quæstionem.¶ [*Glo.quia ille*] primo reddit rationē textus.secundo quærit,& arguit, & soluit.3.soluit ad dubium 4.arguit.inducit si alle.contrarium & soluit.¶ Pe.gl.quærit & soluit.iterum quærit, & ponit opi. Io.& contra-
31 rium soluit. ¶ [*In † glo.2.ibi, non facile*] ultra septimū gradum rerum natura cognatorum vitam consistere nō patitur.¶ [*In glo.q.ibi.§ rogo*] hanc & se.vide,supra c.licet super.3.glo.[*& ibi.l.ult.*] cum quæritur de deponendo testamento senex iuniori,honorabilior inferiori,masculus fœminæ, ingenuus libertino præfertur [*& ibi, si quæ sunt*] uide de sortile.ecclesia.super ulti.gl.[*& ibi, si chorus*] vide supra ti.1.cum causam,super glo.a. ¶ [*In glo. quia ille, ibi, cui surdus, in fi.*] si alicui sub conditione legatur, omnes succedentes in locum illius habentur loco unius. ¶ [*In gl.personis.ibi,neq; famosis*] sequit,& notatis & quos scelus aut vitæ turpitudo inquinat,& quos infamia ab honestorum cętu segregat.dignitatis portæ patebunt [*& ibi.l.una*] ibi dicitur.ꝙ infames,licet nō funguntur honoribus curialium. vel ciuilium mune-
11 rum uocationē non habent.¶ [*In † gl.qui etiam,ibi,scimus*] i.scire præsumuntur. ¶ [*In glo. quia ille . ibi, uno solo*] ar.ad quæstionem de duobus patronis, quorum unus reli-
c quit plures filios, [c] alter unum solum . de hoc dicam, infra de iure pa.c.1.& expeditum est in Cle.c.ti.plures [*& ibi, cum fundus, in fin.*] s.de rescrip. pastoralis, in prin. Gof.[*& ibi, in fin.*] quod est vitandum, de rescrip.c.2. li.6.& est si,quod no.2.q.7.quærendum,in gl.1.[*& ibi, Obiectio*] Host contra.maximè,cum non de facili scire possit testis,a quo,vel à quibus habuerunt illi,qui sibi retulerunt:nec hoc prætextu est probatio angustāda, dummodo honesti sint testes [*& ibi . Duobus ad minus*] Idem Host. qui plus dixit.s.non sufficere,ꝙ unus testis audiuerit a pluribꝰ,& alius ab alijs pluribus:sed requiritur. ꝙ ijdē plures audiuerint ab eisdē pluribus, & redeundo ad gl.cuius dictū l.uno.fatetur tutius,dicit tamen sufficere,ꝙ plures sint principium huius auditionis,nec est necesse, quod quilibet testis hoc audiuerit à duobus [*& in fi.*] secundū Io.& non per accusatores, sed per testes &c.infra de simo.per tuas.i.& vide quod hic dixi in textu.¶ [*In gl.ar.quod in fi.*] de hoc.j.de pur.ca. c. pe.in glo.pen. ¶ [*In glo personis,in fi.*] infra de reg.iur.in regula pe.li.6.¶ [*In glo.sed nunquid,ibi,Ioannes dixit*] hoc & 35.q.6.de parentela.2.& Gof.& Phi.hic, & Inno.supra co.series [*& ibi , concedebat Io.*] & c̄trium dicentes uocat cæcos. Sed Ho.dixit eum cęcum: quia per gl.capitaneam uoluit destruere textum [*& ibi, Series*] per quod
12 dicebat Vin. ꝙ ad directam probationē consanguinitatis inter coniugatos computari oportet ex utroq; latere.Sed ubi indirectè quæritur de impugnatione.vel approbatione certi gradus, illud potest fieri per illos, qui sciant illū gradum tantum [*& ibi, Non credo*] Idem Bar.Brix.dubitando tamen,in pręall.c.de parentela, & Ho.hic, ad quod optime facit secundū eum,infra co. uet.sed nec tales [*Et in fi.*] dic opi.Io.& sequacium uerā esse, quando testes perhibēt testimonium de scientia. opinio uerò Ho. & sequacium uera est , cū perhibent testimoniū de auditu,rationes utrorunq; hanc dist i. c.one probant. ¶ [*In glo.ult.in fi.*] citra illud, super quo deponunt,& de quo quæritur, secundum Hostien.

ANNOTATIONES.

a ¶ Item Labeo. Ibi uide Bar.& Io. An.in c.ueniens,de uerbo.signi. lib.6. Adde Archi. lib.6. Adde Archi.io d.l.in summa.§.item Labeo.alleg.hic,& 3.q.9.§ de his,& uide nota.supra eo.præterea, & Bal.in auct.quas act.C.de sa.san.ec.in fi.

b ¶ Testimonium. Et tamen quilibet testis in suo iuramento hoc exprimit, quare superfluè uideor in testimonio repetendo, uide in c. fraternitatis, in glo.fin.supra eo.

c ¶ Plures filios.Scilicet an illi plures pro uno reputentur.& scias, quòd materia est profunda , an insolidum ista iura transeant ad quemlibet hæredem , an diuisim pro portionibus hæreditarijs, uide plenè Bar.in l. eadem.§.Cato,ff.de uer. oblig. & quod dixit hic tex.non sufficere,quia testis audierit ab uno,sed a pluribus, intelligitur, quando ab illo, a quo illi audiuerunt, pendet & oritur probatio veritatis,ut hic per rationem tex.ibi,Cum sus &c. secus,ubi ab illo,à quo audiuerunt , pendet & oritur ueritas, nō probatio tantum ueritatis; hoc uoluit glos.notabilis in l. si arbiter,ff.de probatio. & ibi Cy.in addi.& Ric. Malum. & uide in c. ueniens, de uerbo.sign.li.lib.6. per Ioan. An.

SVMMARIVM.

1 *Testes post publicationem ad petitionem producentis interrogari non debent , nisi in casibus, & quibus, ibid. & nu.2.*

2 *Dolus , & negligentia hic æquiparantur, alibi differunt , & quando , ad dictio. negligenter.*

Prætermissum quod est ab examinatore testium, restaurandum est, ibid. in fin. & nu 6. & 10.11.12.

3 *Epilogus, & suffragium glossarum . nu. 4.*

Interrogat iudex, ubicunque mouet æquitas, in suffra.

5 *Additio glossarum , & nu. sequen.*

Articuli, & interrogationes dari solent in causis , & à quibus, & quid conducant producti , ibid. & nu. 8.

6 *Omissio alicuius articuli , uel interrogationis quando suppleri possit , & quando reliqua uitiet, & nu. 2. & 10.11. 12.*

7 *Interrogationes , quæ fieri debent testibus ,non debent dari producenti testes neque à parte , neque à iudice , & ratio , quod si iudex faceret , peccaret mortaliter.*

Interrogationes ipsæ cur inuentæ , ibid. in fin.

9 *Testes super quibus iurare facere debeat iudex , & quibus casibus ualeat, quod extra articulos deposuerunt.*

10 *Testes quando iterum interrogabuntur super omissis, & nu.11.12. & supra num. 2. 6.*

11 *Hæc constitutio de quorum prætermissione sit intelligenda .*

12 *Supplere iudex potest in interrogatione testiū, & qua, & nu. 11.*

CAPVT XLVIII.

1 PEr tuas. Casus. Testes † post publicationem ad petitionē producentis interrogari non debent , nisi quando super omnibus capitulis non deposuerunt. Cōmunis diuisio.2.ibi,vos igit [*Tribus mensibus*] factum narrat [*Interrogari*] super antiquis capitulis [*A principio*] Idē, si modo daret noua capitula, pertinentia tamen, quod dic, vt supra co.fraternitatis [*Cæteris capitulis*] approbatis per iudicem , Egi. habes hic
2 unum casum , quo post publicationem attestationū
b recipiuntur testes. [b] quosdam alios no.hic Abb.de his plenè dixi supra c.fraternitatis,in nona quæstione [*Negligenter*] æquiparantur hic dolus, & negligentia: alibi differunt.l.cum de illorum pęna quæritur, de elec.nihil est,de crimine fal.ad falsariorū, in fi. [*Prætermissum*] à receptore,& examinatore testium, & ideo restaurādum est.8.di.quæ contra.ff.c.quæsitum scio, Hostien.
3 ¶ Glo.1.† ponit rationem dicti, & subdit uerum intel-
4 lectum, reprobans morem quorundam.¶ [*In † gl.1.ibi, ubicunq;*] quæ licet inducatur communiter ad interrogationes partium:tamē generaliter dicit, quòd iudex,
5 ubicunque mouet æquitas,interrogat . ¶ [*In † glo.1.ibi, testes interrogari*] in causis etiam de consue. is , qui producit testes, dat articulos, quos probare intēdit, & aduersarius dat interrogatoria , super quibus petit illos interrogari. iudex ex articulis ; & interrogatorijs pertinentia recipere debet , impertinentia repellere . C.
b de probatio . ad probationem , [b] & in dubio potius admittat,

6 admittat, ſm Hoſt. Si ergo † in examinando aliquis ar-
c ticulus, uel neceſſaria interrogatio ſit omiſſa, non ob
ſtante publicatione, petitur à iudice, ut iterum inter-
roget, ut quod omiſſum eſt, reſtauretur. 3. di. quæ con
tra, ſm Vin. Gof. idem G. in ſpc. eo. ti. §. nũc uidendũ,
in fi. nam res nõ diuiſa diuiditur, aliis in diuiſione ma-
nentibus, ff. communi diui. l. 3. §. 1. Sed ſi prætor de ſin
gulis non quæſierit in tranſactione alimentorũ, licet
de quibuſdam quæſierit, nil ualet. ff. de tranſactio. cũ
7 hi. §. ſi prętor, ſecundum Vinc. qui etiam dixit † inter-
rogationes, quæ fieri debent teſtibus, non debere da-
ri producenti propter ſubornationis timorem, ſed iu
dici, qui debet illas moderari, & de his, infra eo. cap. 2.
lib. 6. in glo. interrogatoria. & idem hic Innocen. dicit
tamen, quòd non peccaret dans copiam interrogato
riorum parti producenti: ſed Hoſtien. fatetur hoc ue-
rum de parte, quæ in hoc poteſt ſibi præiudicare, ſi-
cut & poſſet in tota cauſa. C. de pactis, poſtquam. fa-
tuè tamen facit pars hoc faciens. & ſi iudex hoc face-
ret, grauiter peccaret, cum hoc nil ſit aliud, quàm par
tem producentem munire in inſtructione, & ſubor-
natione teſtium, ut concorditer ad interrogata reſpõ
deant, ne poſsit falſitas deprehendi, ad quod inuenta
ſunt interrogatoria, & non ad inſtructionem recipien
tium tantum, de quo remittit ad ſum. eod. ti. §. ſuper
quibus, ſub. §. & cuncta, uerſi. hoc inquiſitorium. ex-
8 pedit † autem producenti ſic dare articulos: quia mul
ta in probatione neceſſaria, aliter poſſent omitti, ei,
contra quem producuntur, expedit, ut interrogato-
9 ria formet, ut eſt dictum. ¶ Dicit † autem, quòd iudex
faciet teſtes iurare ſuper articulis datis, & ſuper tota
cauſa; ne ſi aliquid dicant extra articulos, dicantur
depoſuiſſe non iurati, ſupra eod. de teſtibus. & idem
Guil. in ſpe. de teſte. §. ſequitur, uerſi. illud. Iacobus de
Areti. in l. 1. C. qui legi. per. & ibi per Cy. in fi. diſtinguit
aut deponit teſtis ſuper alia re, uel cauſa; & non ualet
per l. alleg. ſupra de teſti. in glo. 1. aut ſuper re, de qua
agitur, ſed aliter, quam dicant capitula; & tunc ſi iu-
rauit ſuper capitulis tantum. non ualet, ut ſupra. Si ue
rò iurauit ſuper tota cauſa, uel reſpondere ad interro-
10 gata, ualet, infra de accuſa. cum [d] dilecti. Dicebat † au-
d tem Innocen. quòd ſi teſtes iurati ſuper articulis ap-
probatis, ſuper quibus iurauerunt, non depoſuerunt,
cum tamen ſubſtantiales eſſent in tantum, quòd eis
non probatis pars producens obtinere non poterat,
tunc iterum interrogabuntur. Si uerò non fuiſſent
approbati, & iudex ex certa ſcientia ſuper ipſis inter-
rogare nollet, credens, quòd ad cauſam non facerẽt
dato quòd facerent, iterum non examinabuntur, cũ
hic non poſsit notari; niſi iuris ignorantia, uel negli-
gentia id examinandi cum peritis, quos ſi conſuluiſ-
ſet, de facili id cognouiſſet. C. de ingenuis manu. ſi a-
uiam, ſecundum Innocen. ſed Hoſt. hoc putat uerum,
quando iudex non errauit: aliàs per iudicis officium
11 ſubueniendum eſt. dicit † etiam Innoc. hic loqui de ar
ticulis partis producentis, non de interrogatoriis par
tis, contra quam producitur, quæ ſapiunt circunſtan-
e tias, puta loci, & temporis [e] de his articulis intelligit,
qui tangunt principale, uel ei ſunt annexi, uel ſub eo
potius comprehenduntur, ſicut ſuper articulo de prę
ſcriptione formato quærendum eſt de titulo, bona fi
de, & continuatione tẽporis, ſiue petat hoc pars, uel
non: aliter repetentur teſtes: quia ſi iudex nõ interro-
gauit de his, ſatis patet ipſius culpa, cum in iure ſit ſcri
ptum, quod ſine his præſcriptio non procedit, ut pà-
tet de præſcrip. uigilanti, & c. illud, & c. ſi diligenti. de
his igitur debuit quærere iudex, ad quem ſpectat exa-
minatio: unde ſi hoc omiſſum fuerit, ſibi imputabi-
tur, & non parti. adde, quod dixi, ſupra capi. fraterni-
f tatis [f]; nec teſtibus, qui forſan neſciunt omnia, quæ de
iure neceſſaria ſunt ad probandam præſcriptionem.
nã & ruſticis, & militibus, & multis aliis licet ius igno-
rare, ut ff. de probat. cum de indebito. §. ſin autem is,
12 qui. nec † dicas, quòd in his iudex ſuppleat de facto:
quia iſta non ſunt facti, ſed iuris, cum ex actis in qui-
bus eum patet admiſſum ad præſcriptionem proban
dam, pateat hoc includi de iure, de quo ſupplere po-
teſt; de hoc, ſupra de poſtu. præla. bonæ, prim. & idem
Hoſtien. [*& ibi, Facta eſt*] forte facta erat publicatio;
quia aliqui fuerant interrogati, aliqui non [*& ibi, Faciendas*] de hoc, ſupra titu. 1. in præſentia, in 4. gloſſ. in
aucten. eo. ti. §. illud, in glo. imo uidetur [*Et in fine*] ex-
13 pedit †. ergo iudicem habere gratioſum; ſic de offic.
delega. conſuluit.

ANNOTATIONES.

a ¶Recipiuntur teſtes. Adde Bar. in l. 4. §. hoc autem iudicium, in 3. q. ff. de dam. infec. & late Inno. & alios in c. clamor, de teſti.

b ¶Ad probationem. Si, dicit glo. in uer. rationabili, in ca. ut debitus, de ap. ſa. nota. in c. quamuis, de elec. li. 6. & uide no. per Ioan. An. in c. cum contingat, de offi. dele. & glo. in uer. literæ, in cle. conſtitutus, ubi ponitur de iſtis arti. quando ſunt impertinentes, Bald.

c ¶Secundum. Saltem cum proteſtatione, ſaluo iure impertinentium: & non admittendorum, de quo uide de offi. dele. cum contingat, in glo. 3. & ſuper illa Io. Andr. & ſcias, quòd eo ipſo, quòd iudex ſuper articulis teſtes recipit, eo ipſo uidetur articulos admiſiſſe; uide in deciſione Rotæ, conclu. 113. & 421.

d ¶Accuſatum. Vide Bar. in aucten. at qui ſemel, C. eo. ti. & ibi Bal. & Sali. & Inno. in ca. 2. de confeſ. in glo. ma. Io. And. uerſi. alij dicunt; & ad materiam facit, quod no. Bar. in l. ſi duo. §. idem Iulia. ff. de iureiuran. & uide Bal. in l. presbyteri, C. de epi. & cle.

e ¶Temporis. Facit, quod nota. glo. quæ incip. cauſam quæ: & ſuper illa Ioan. Andr. ſupra eo. cum cauſam. quia omiſſio iſtorum non iuuat dictum teſtis.

f ¶Fraternitatis. Vbi uide in 4. q. & Barto. Bal. & Sali. in auct. at qui ſemel, C. eo. ti.

SVMMARIVM.

1 *Decretalis hæc de eodem, quod alia, loquitur, facto.*
Teſtes ſuper principali productos reprobare licet, & reprobatorios iterum reprobare, ulterius autem minime, ibid. niſi per inſtrumentum, nu. 4. in fine.
2 *Super reprobatione dictorum teſtium non procedit hæc decretalis nec in reprobatione inſtrumenti, nu. 4.*
3 *Reprobationes teſtium odioſæ.*
In reprobationibus dilationes breues, & qualiter dẽtur, ibi. & n. 7
In infinitum quod tendit, uitandum, ibid. & in ſuffragiu. nu. 6.
4 *Caſus non prouiſus relinquitur cõmunibus regulis, uer. caſus ergo.*
5 *Epilogus ſuffragiorum, Litium finis ut ſit, lex proſpicit. nu. 6. & additio gloſſarum, nu. 6. & 7.*
Aequalitas in reprobatione ſeruatur actori & reo, & ſupra num. 3. in fi. ibid. nu. 7.

CAPVT XLIX.

1 LIcet dilectus. Caſus. De † eodẽ facto, infra ne ſede uacãte. c. ulti. & nouum eſt, quod inducit hæc decre. prius nullo iure prouiſum, quæ hoc intendit. Teſtes ſuper principali productos reprobare licet, & reprobatorios iterũ reprobare: ulterius non eſt locus reprobationi. in prima proceſſus narratio. in ſecunda cãæ cõmiſsio. 2. ibi, Man. qua. [*De caſtro*] qui litigabant ſuper iure eligendi prælatũ, ut in præalle. decre. ult. [*Contra perſonas*] no. literam,
2 quæ infra repetitur, per † quã uidetur, quod hic dicit,
a non procedere in reprobatione dictorũ [a] ſup quo uide, quod dicã infra eo. c. 2. li. 6. in gl. no. ſm inno. [*Productorum*] per partẽ canonicorum [*Adhuc*] innuit, ꝙ iã aliqua oppoſuerat perſonis facta ſpecificatione cuiuſlibet criminis cõtra perſonã cuiuſlibet teſtis, infra eo.

c.2.li.6.secundum Egi.[*Partes*]prouidet ergo ex canonicis contra testes episcopi [*contra illos*] testes reprobatorios[*Admittere*] & hæc erit tertia probatio, secunda 3 reprobatio[*Aspirare*] quia per hoc† patet reprobationes testiũ odiosas.no.Inno.& Host.post eum, φ cum grandi causæ cognit. dabuntur hæ dilationes & breues:ad hoc,supra ti.1.licet,in prin.nam si secũda & ulterior dilatio nõ dat̃ sine cãæ cognitione 3 q.3.spaciũ fortior cognitio requireretur in ista[*Deinceps*] i.quintos cõtra quartos:sextos ꝯ quintos,& sic in infinitum,qđ uitandũ est,de rescri.c.2.li.6.propter quã rationẽ procedit hæc arctatio. Alia ratio, qa reprobationes odiosæ.ut.s̃.dixi,& patet.j.ti.1.dilectorũ.tertia æqualitas in iudiciis seruanda,de reg.iu.non debet,li.6.quã collige 4 ex glo.sed quid in† reprobatione instr̃i: nunquid dicemus duas solas fieri posse per testes? So.puto,φ reprobatio instr̃i per testes habeat̃ pro prima probatione. poterit ergo post illã fieri prima, & secunda reprobatio.planè .n.uult litera,φ ꝯ testes reprobatorios,quicquid probent,fiat prima reprobatio,& ꝯ illam fiat secunda,& non ultra. Casus ergo nõ prouisus relinquatur cõibus regulis; super quo uide,quod no.de rescri. susceptũ,li.6.in glo.ar.contra,& super ea.& eadẽ ratione dico, φ secundorũ reprobatoriorum reprobatio, licet nõ posset fieri p testes,posset tamẽ fieri p instr̃a; cum litera ista satis apertè ostẽdat, φ uerba generalia præcedentia intelligantur de tertia reprobatione facienda per testes. & est simile, quia post publicationẽ attestationum licet testes non producantur; instr̃a tamen produci possunt,de fide instru.cũ dilectus,& qđ 5 ibi no.in gl. 1.¶ Gl.2.† declarat, quod dicitur de duabus reprobationibus vtroq; uel actore solo proban6 te. ¶[*In† glo.2.ibi,ut inter diuinum*] ne infinitum peti posset. præcludebatur actio legati relicti eccesijs, uel pijs locis.100. annorum spatio[*& ibi.l.ulti.*]usucapio inducta est,ut aliquis sit finis litium [*& ibi.§.quæsitum*] non potest arbiter iurare ad alium arbitrum iri : quia iam non esset finis litium [*& ibi.§.si quis 10.*] non est onerãdus hæres,ut in infinitum fideicommissum soluat, ut cum testator reliq.1.10.& si perdiderit, alia.10.[*& ibi, Apertissimi*] post litem conte. nec recusatur iudex, nec appellatur ante diffinitiuam sententiam, ut ali7 quis sit finis litium.¶[*In† gl.ibi, reus inferior*] idẽ in actore, ubi solus reus probauit per testes in principali.[*& ibi, præsentium*] infra e. lib.sexto[*& in fi.*] si uero actor solum probauit in principali, quilibet habebit unam tantum, & sic semper in numero erit æqualitas.

ANNOTATIONES.

a ¶Dictorum. Adde Pau.de Eleaz.in c.testimonium, in 8.col. infra eo.& d.An.& Imo.hic:quia falsitas nunquam remanere debet indiscussa.l.querela.C.de fal.c.licet, supra quarto proximo.

SVMMARIVM.

1 *Attestationes recepta per arbitrum faciunt fidem in iudicio, & quando,& nu.5.infr.*
2 *Compromissum factum nomine ecclesiæ extenditur ad successorem, non autem extenditur ad hæredem.non expirat uno ex pluribus arbitris mortuo,& quando, nu.4.*
3 *Arbitri coguntur definire.*
4 *Amplius,dictio refertur ad modicam quantitatem.*
Arbiter ad quem locum possit citare partes, ibid.
De dietis clausula, quæ ponatur in rescripto, & si non apponatur intelligitur, ibid.in fine.
5 *Litis contestatio facta coram arbitro an sufficiat coram delegato, & non sufficit,nisi in casu, & quo.*
Acta coram arbitris habita quæ ualeant coram delegatis, ibid.
6 *Ordinarius adiri potest etiam compromisso finito,*
Optio cum offertur cuipiam, an & quoties uariare possit, ibid.ad dicti. optione.
7 *Testes qui produxit, eos recusare non potest.*
Testes ut recepti coram arbitro iterum, si uiuant, recipiantur coram iudice, fit in fauorem eius, contra quem producti fuerunt. unde ut ualeant absque repetitione dependet ab ipsius uoluntate, ibid.
8 *Testes hi nunquid iterum coram iudice iurabunt.*
9 *Epilogus, & suffragium glossarum, nu. 10.*
Sacerdotio superueniente eximitur quis à iure dicendo, & ab alio munere,& nu.10.in prin.
Arbitri duo ex tribus uno absente iudicare non possunt,nisi sit aliter actum.§.1,& nu.10.§.1.

CAPVT L.

1 PRæsentata. Casus. Attestationes † receptæ per arbitrũ faciunt fidem in iudicio, si testes mortui sunt:si uiuunt, est in optione illius, contra quem producti fuerunt, an uelit attestationes recipere,an testes de nouo deponere.& in prima petitio partis.in secunda causę commissio,ibi, Discretioni [*Præ*2 *decessorem*] ad† successorem extendebatur:quia nomia ne ecclesiæ factum fuerat compromissum,non extẽditur ad hæredem quod dic ut supra de arbi.c.fi.secũdum Pe.& Egi.dicit hic,cum de superioris auctoritate factum fuit compromissum,facit.s̃.de transa.de cætero,& c.ueniens[*Archidiaconatus*]fi.de off.Archidia.c. 3 ult.[*Suspecto*]& sic† cogendi erant diffinire,licet à principio non cogerent̃ suscipere.ff.arbi.l.3.§.tam & si;ad hoc de testa.c.Ioannes[*Scriptus*] forte priuatis; quæ tamen propter sigilla faciebant fidem[*Dietas*]bonas, & 4 bene cõpletas; & ideo submittit, & † amplius, qđ ad modicã quantitatẽ refert̃[*Solo*]nec cum archiepiscopo cõmodè propter loci distantiã;ad hoc de restit. in integ.tũ ex literis.in fi.de fideiu.constiturus.quamuis dictũ esset, φ duo possent procedere, & nomen propriũ cancellarij fuisset expressum,de offi.dele.quoniã id enim solum possumus,quod cõmodè.s̃. de rescrip. sciscitatus. Item nec ad locum remotum possent partes citari,nisi hoc in compromisso fuisset expressum, ut no.supra de arbitris,cum dilectus,in gl.a.circa medium,ubi dedi remiss.ad spec. aliter solum in loco cõpromissi, uel in secessibus, si arbiter talis sit, qui hoc consueuit agere, & iuxta urbem, uel locum compromissi, dummodo locus utrique parti sit æqualis. ff.de arbi.si cum dies.§. si arbiter. & hoc dicit Innocen. tenendum, quamuis quidam dixerit,arbitrum ad duas dietas citare posse,de rescrip.nonnulli.& ex his infert Hostien. contra literam, quæ tota die de curia emanat, scilicet non obst.constitutione de duabus dietis, nec iungitur ultra, per quam reus quandoque nimiũ grauatur,& cõstitutio rationabilis eneruatur ; uideat concedens.an hoc bene fiat.40.dist.si papa.rationem reddet in districto examine 9. q.3.aliorum.hodie cõmuniter ponitur prouisio,quod ultra.4.dietas,& c.uide quod dixi de rescrip.nonnulli,super uer.mentionẽ per quæ uidetur hãc clausulam, etiam si non apponatur,intelligi[*Videretur*]& in veritate expirauerat,Inno 5 [*Acta*]nunquid ergo † litis contest.coram arbitris facta sufficeret coram delegatis? non uidetur:quia non b habet uigorem sententia, multo minus [b] contestatio nisi quo ad interrumpendam præscriptionem, C.de arbi.l.penul.§.ulti. secundum Innocen. sed Pe.& Abba.hic plenius hunc articulum prosequuntur, dicentes, quod cum sententiæ arbitri non stetur nisi pœnæ metu.C.de arbitris,l. 1.si pars non consentiat, necesse erit de nouo libellum, & deliberatorias dari, & de calumnia iurari, & dilationes repeti, & his similia, saluo quod contestatio, ualet ad interrumpendam præscriptionem, ut est dictum, probat hoc, quod

hic

hic dicitur dari optionem parti in testibus, qui uinũt, ergo idem in aliis solennitatibus. non obstat hæc litera, in qua Papa sic processit ex plenitudine potestatis: fatetur tamẽ attestationes semper ualere cum hac distinctione, quæ hic ponitur. Ista enim factum respiciunt; & idem in confessionibus. C. de arbitris. l. penu. 6 in fi. [*Terminetur*] subuenit † hic Papa dando delegatũ: c tamen idem per ordinarium [c] fieri poterat. C. de arbi. l. penul. Host. [*Optione*] cum alicui offertur optio ex pacto, refert, an per hoc uerbum, quod uolueris, tibi promitto, an quod uoles. primo casu semel eligens amplius uariare non potest. secundo potest usque ad d lit. contest. ff. de uerbo. oblig. si quis stipulatus [d] ubi uerò datur optio à lege, uariare licet, eo. ti. eum, qui certarum. §. cum pure. & est ratio diuersitatis, quæ in eadem l. subiicitur. alia est enim uoluntas expressa, & alia, quæ inest. sed si competat optio ex testamento, prima electione consumitur. ff. de op. lega. apud Aufidium. ff. de le. 2. l. 5. nec potest pro parte eligere rẽ, pro parte pretium. ff. de leg. 1. si ex toto. §. fi. uarietas enim tamen minus permittitur clerico, quam laico, infra de iure pa. cum autem, ſm Gof. & Vinc. & per hoc ulti. dixit Vin. quòd hic ex quo semel elegissent non possent uariare; & faciunt ad no. de rescript. gratia, lib. 6. 7 in ulti. glo. [*Capitulo*] & no. Archi. qui † testes produxerat, & ideo illos non poterat recusare 4. q. 3. si quis testibus, Inno. dicit Hosti. quod est ratio. quare nõ producenti, sed illi, contra quem reseruatur optio, est: q̃a in fauorem illius, contra quem producuntur, hoc dicitur, ꝙ post publicationem non recipiantur testes. ille enim meritò potest timere de subornatione, supra e eo. fraternitatis. renunciare potest [e] igitur huic suo fauori, infra de regula. statuimus. non ob. s̃. eo. ueniens, 2. & dic ut ibi [*Qui supersunt*]. i. qui uiuunt [*Item*] sed num8 quid † iterum iurabunt? no. Goff. infra ti. 1. præterea, ꝙ non, per capitulum de iureiurando, ueritatis, Egi. 9 ¶ Secunda † glo. respon. per quæstionem, cum hic dicitur, ꝙ unus ex tribus sol. &c. ¶ Vlti. glo. quærit, & sol10 uit. ¶ *In* † *glo.* 1. *ibi, sacerdotio* [f]] superueniente sacerdotio nõ cogitur arbiter sententiam dicere. & idem de alio munere publico, ut in l. sc. in fi. [*& ibi, prætor, 1. respon.*] sacerdos excusatur à munere iudicandi. ¶ *In glo. 2. ibi, duo*] sequitur, ex tribus iudicibus uno absente iudicare non possunt, omnes quidem iudicare iussi sunt. ¶ [*In glo. pe. ibi. l. pe. in fi.*] ibi dicitur, quod in ordinariis iudiciis uti licet eo, quod apud commissarios attestatũ 11 est. ¶ *In* † *glo. 1. ibi, sacerdotio*] dicit Pe. quòd ibi laicus per receptionem sacerdotij mutauerat forum, & sic per iudicem laicum compelli non poterat. quæ ratio hic f cessat. sit ergo ratio, de qua dixi super [f] uersicu. solo. ¶ *In glo. 2. ibi, absente*] quod dic hodie, ut infra de arbitr. cap. ulti. lib. 6. ¶ *In glo. pe. ibi, l. ulti.*] non tamen sic exprimebat l. illa de testibus iam coram arbitris publicatis, sicut hæc decre. Vincen. ¶ *In glo. ulti. in fin.*] soluta erat hæc quæstio in textu per literam utroque casu, secundum Hostien.

ANNOTATIONES.

a ¶ Ad successorem. Adde, quòd idem tenet hic d. Cardi. & Abb. & sic factum cum auctẽn. superioris: alias non, quia esset personale. c. ueniens, & c. decætero, de transac.

b ¶ Multo minus. Vide Io. And. de arbi. cum dilectus, in glo. de hac in princ. & in c. per tuas, in glo. per pœnam. & uide Bar. Cy. Bald. & Sali. C. de arbi. l. penul. & uide Bart. in l. 2. ff. eo. ti.

c ¶ Ordinarium. Nunquid autem illi testes tenebantur de nouo coram iudice testificando iurare, Goff. quòd non. forte contra. est uerum, quia illud iuramentum uidetur solum se restringere ad arbitrum, arg. l. cum apud. ff. iudi. sol. Bar.

d ¶ Stipulatus. Vbi uide Bar. plenius, nisi ex duobus unum sit in obligatione, aliud in solutione: quia non habet tunc locum uariatio & uide Bar. in l. eum, qui certarum, infra alle. qui hoc ibi notat, & ibi per ipsum de materia; & quæ requirũtur ad esse illarum dictionum, uide per ipsum in l. si sic, ff. de le. primo.

e ¶ Renunciare potest. Et hoc est uerum in attestationibus receptis in forma iudicij: sed solum uariatur de notionali ad iurisdictionalem: secus, quando non essent legitimè recepti: quia tunc requiretur consensus utriusque partis, ut quia prius fuerunt recepti in summario iudicio, uel coram non competenti iudice, ut est in c. cum causam, in fi. & c. ueniens, supra eo. & per hoc dico, quòd hoc non procederet, si essent prius recepti coram arbitratore: de quo uide in l. fi. ff. de testi. Archi.

f ¶ Sacerdotio. Cum hac glo. tenent hic Bal. Imo. & d. Abb. quia dignitas superueniens in clerico, liberat eum per d. § sacerdotio.

g ¶ Dixi super. Sed an successor in dignitate istius arbitrij succedet in compromisso, si illud sit fundatum sub nomine dignitatis, probat hic tex. quòd non, de quo uide Bart. in l. qui liberis. §. hæc uerba. ff. de uulg. & pupil. sub.

SVMMARIVM.

1 *Testi etiam religioso non creditur sine iuramento deponenti.*
Ordinem religiosorum intrans intrare præsumitur probationis causa, ibid. & intra annum potest exire, ibid.
Exeuntes inde quis repetere possit, ibid. ad dictio. custos.
2 *Per professionem factam intra annum quis non est obligatus illi ordini, sed religioni in genere.*
3 *Epilogus, suffragium, & additio glossarum. nu. 4. & 5.*
Cap. Quicunque, aliàs omnes. 11. q. 1. intellectus, eod. nu. 5.
Imperator nullum dare potest ecclesiastico, uel de ecclesiasticis priuilegium, ibid.

CAPVT LI.

1 NVper. Casus. Non † creditur testi etiam religioso, qui sine iuramento deponit. Et communis diuisio. 2. ibi, Respondemus [*Causa probationis*] quod præsumitur, nisi aliud probetur, infra de regula. statuimus [*Intrasset*] & postea infra annum exiuisset, Abba. quod posuit, de regula. ad apostolicam, Host. [*Custos*] custos repetebat eum de mandato maioris; aliter nõ posset, de accu. ex parte, Vin. de hoc satis dixi, supra de 2 iudic. cum deputati [*Fecisset*] hodie † per professionem factam infra annum in hoc ordine mendicantium non esset obligatus illi ordini, sed religioni in genere quod dic, ut infra de regu. iu. non solum, lib. 6. [*Contradicente*] maximè, supra ea. de testibus, dummodò non consentiat expresse, supra eo. tuis, Host. [*& infra*] quærebatur, an propter præsumptionem religionis ualeret tale testimonium, & consuluit Papam iste iudex 3 impetratus à presbytero. ¶ Vlti. glo. † alle. tres concor. de iuramento, & tres de uno solo, & ad utrunque, supra contrarium de 6. canonibus, & soluit, & dat ca4 sum exceptum. ¶ *In* † *glo. ult. ibi, iurisiurandi*] cano. in uer5 sicu. statim allegato. ¶ *In* † *glo. ult. ibi, Confessorem*] de hoc, a infra eo. testimonium [a] [*& in fi.*] Item contra 11. q. 1. quicunque, aliàs incipit, omnes. dic quòd illud non b tenet: uel dic, quòd ponit priuilegium [b] episcoporũ, quod eis concessit imperator in causis, quæ uertuntur in iudicio seculari. nam ecclesiastico, uel ecclesiasticis nullum priuilegium dare posset secundum Innocen. ad quod allegat Hostien. de rebus eccle. non alien. cap. fin. de decimus, tua, & quod dicam, infra ne cleri. uel mo. sicut te.

ANNOTATIONES.

a ¶ Testimonium. Et quotienscunque ius disponit per unum solum aliquid fieri, statur dicto illius; uide supra eo. in omni, & de iudicijs, nouit, in glo. cum in hac, per Ioan. And. & infra eo. testimonium, super glo. fi.

b ¶ Priuilegium. Adde illud tenere Hosti. in c. fi. infra de re. ec. non alic. & c. sicut te. infra ne cle. uel mona.

SVMMARIVM.

1 *Testes diligenter, & sigillatim sunt examinandi, & num. 2. in fin. aliàs non valeret eorum testimonium, ibid. uide rationem, nu. 7.*
Capitulum faciunt quidam religiosi singulis annis, alij unoquoque triennio, ibid.
De miraculis ubi tractet auctor, ibid.
2 *Inquisitioni præstat aliquis interdum ministerium & ad bona & ad mala,*
Sigillatim, idest quælibet per se.
Examinatores testium committere alij examinationem non possunt hic ex duabus causis, & quibus.
4 *Epilogus, suffragium, & additio glossarum, nu. 5. & 6.*
Prophetia procedit ex duplici causa, & qua.
7 *Testes quare sigillatim & separatim sunt examinandi.*

CAPVT LII.

1 Venerabili. Casus. Diligenter † & sigillatim examinandi sunt testes. Et in prima petitio. in secunda testium recipiendorum commissio, ibi Discretio [*Concilio*] aliàs capitulo; & faciunt hoc singulis annis. Alij religiosi de triennio in triennium, infra de statu mo. in singulis [*Congregatis*] & supplicantibus pro canonizatione &c. [*Miraculis*] super hoc uide, quod notaui, infra de reliqui. & ue. san. c. uno. lib. 6. in gl. pe. quod hic no. Host. & uide, quod plene dicam post Inno. & Host. infra de reliqui e. 1. in magna glo. [*Producendos*] ergo † inquisitioni præstat aliquis interdū ministerium, siue fiat ad inueniendа miracula, ut hic, siue crimina, de re iudi. cum I. & A. de accu. olim, uel defectus, de pur. c. accedens, sm Goff. [*Sigillatim*] i. quemliber per se, non duos simul: aliter non ualeret testimonium, de hoc supra eo. cum causam, in glo. 2. [*Curetis*]
3 non putat Boa. quod isti committere possint propter arduitatem negocij, & propter industriam electā, de officio dele. c. si. tu dic ut in Cle. de off. dele. iudices, & ut ibi no. in prin. [*Et debet*] ut .f. fiat de singulis circunstantiis
a examinatio, de quibus, supra eo. cū causam. ª ¶ Glo. 1.
4 † tractat, quare copulat hic duo inquirenda de uita, & miraculis. ¶ Gl. 2. inducit exemplum, & rationem, &
5 dat duo similia. f. de elec. & confessione. ¶ † *In glo. 2. ibi, nullum*] uide, supra eo. cum causam, super glo. 2. ¶ *In ult.*
6 *glo. ibi. l. 1. §. 2.*] uide de iura. ca. c. 2. super glo. 1. ¶ In † gl. 1. ibi, multa; & procedebat illud ex scientia, quandoque uero procedunt ex dono Dei, ut in Rege Fraciæ, & in prophetis. nam prophetauit Saul, qui persequebatur Dauid. 1. q. 1. pro prophetauit; & potest quis montes transferre sine charitate, de conse. disti. 4. solet, Vinc.
7 [*& ibi. ca. 1.*] & adde, quod ibi dicam. ¶ *In † glo. 2. ibi, instruerent alium*] sit etiam ratio, ne ipsis adinuicem forsan contradicentibus uox contradictoria deforis au
b diatur, ar. supra de elec. in causis, & sic partes discunt ᵇ testificata; quo casu non esset plus locus productioni testium, infra c. 3. est tamen casus, in quo omnes coadunantur, f. in publicatione testium, C. de test. publicati, de quo remittit Ho. infra ti. 2. c. pe. & ulti.

ANNOTATIONES.

a ¶ Cum causam. Adde specu. in ti. de teste. §. nunc tractandum, in prin. in 3. col. uer. sed pone.

b ¶ Partes discunt. Ad hoc glo. 1. q. 2. in primis, & dnc. supra eo. in nomine domini. & secundum hoc limita, quod onta. infra eo. ultra tertiam, quòd licet pars sciuerit à testibus, quid dixeriot, quòd non impeditur testes producere: quia uerum, si sciuit post depositionem. secus, si tempore depositionis. Bal.

SVMMARIVM.

1 *Testis iterum examinandus est, qui deposuit obscurè, & quomodo id intelligatur, nu. 4. & 5.*
Clamor quis non dissimulandus, ibid.
Contra episcopum quando non est inquirendum, ibid.
2 *Scripta quæ ita sunt, ut intelligi non possint, pro non scriptis habentur.*
Dicta testium sunt semper publicata apud inquirentem, ibid.
3 *In inquisitionis causa an & quando testes alij publicatis attestationibus produci queant, & à quo, & quando seruandus ordo iudiciarius.*
Inquisitionem promouens quando dicatur habere ius in ea tanquam pars, ibid.
4 *Post publicationem ijdem testes quomodo possunt super eodem articulo produci, & quando ad comprobanda dicta publicatorum possint alij testes induci, ibid. uer. possunt etiam.*
In loco me contractus, qui proponitur à me fuisse die, quo asseritur celebratus, etiam post publicationem testium possum probare, ibid.
5 *Obscurè deponentibus testibus an liceat eos iterum post publicationem ad declarandum producere, & supra nume. 4. & infra 9. & 9.*
6 *Publicatio testium ab inquirente quando facienda.*
Inquisitio contra episcopum est de maioribus causis, ibid. in fin.
7 *Epilogus, & suffragium glossarum. nu. 8.*
Obscuritas cui obesse debeat, & nu. 9.
9 *Additio glossarum.*

CAPVT LIII.

1 Cum clamor. Casus. Iterum † examinandus est testis, qui obscure deposuit. 2. ibi. uerū [*Validus*] ualidum amplius non dissimulandum, infra de accu. qualiter 2. Vinc. aliter saltem contra episcopum non est inquirendum, ut ibi, & 2. quæstio. 1. Deus omnipotens, Hostien. [*L. & G.*] duo te-
2 stes per inquisitores recepti confuse; quæ ita † scripta sunt, quod intelligi non possunt, pro non scriptis habentur. ff. de his, quæ pro non script. l. 1. Vinc. [*Quàm aliorum*] apud iudicem inquirentem semper sunt publica dicta testium; & ideo non timetur subornatio in causa inquisitionis. plus putat hoc Inno-
3 cen. quòd promouens † inquisitionem publicatis attestationibus alios producere possit, quod sic probat: licet iste sit minister inquisitionis, non habet ius in illa; quod patet: quia procura. post li. à se contesta. non potest remoueri, nisi causa cognita, cum sit dominus litis, infra de procura. ca. 2. lib. 6. Iste uerò semper mutari potest, infra de accusa. olim. uersic. prædictis: quia non debet dici dominus litis, cum litem nō contestetur. sic enim lite non contesta. in inquisitione proceditur, ut lit. non contesta. quoniam. §. sunt & alij, infra de accusa. qualiter 2. unde nec talis propter suum interesse posset appellare: quia sua non interest, nisi appellaret nomine superioris, qui ad promouendam inquisitionē ipsum deputauit, uel qui inquiri mandauit, ut in dicto uersicu. prædictis. Dicit demum alios dicere, quòd is, qui promouet inquisitionem, ius habet in illa; & ex quo cœpit ipsam prosequi, mutari non potest, supra de offic. delegati. gratum, & capit. licet, & quòd potest appellare, maximè si sit monacus, uel canonicus illius ecclesiæ, contra prælatum cuius sit inquisitio, cum ipsius intersit bonum prælatum habere: imo interest, etiam patronorum, & parochianorum, ut patet ex not. de rebus eccle. non alienan. si quis presbiterorum. unde non uidetur posse post publicationem producere alios testes, nisi uellet de collusione docere, sicut dicitur de illo, qui agit populari. ff. de iureiuran. cum qui. §. in popularibus, ff. de accusa. si cui. §. 1. & 2. nec ob. quod hic dicitur, quia hic non erat specialis prosecutor inquisitionis: uel si erat, non dicitur,

quòd

quòd hic de nouo interrogētur antiqui de nouis, sed quòd antiqui declarent, quod obscurè deposuerunt, quod nouum dici non potest. ff. de testa. hæredes. §. si a quis. post. & sic in inquisitione nil speciale, eū in omni causa sint dubia declaranda, ad quod laborare debet iudex, de fide instru. cum Io. nec fiet forte hæc dilucidatio ad partis petitionem, sed ex iudicis officio; de hoc infra, de accusat. cum dilecti. sed Hosti. in hoc distinguit. aut nullus inquisitionē promouet, sed solus iudex illam prosequitur; & tunc non ob. publicatio, ut dixi in prin. huius gl. nisi forsan inquisitor se suspectum reddat malitiosè prorogans, vt inquisitū teneat impeditum, quod præsumit. si parum, uel nil expedit, longas dilationes assignat, de mense in mensem recipit unum solum testem; quibus demum publicatis dicit se uelle alios recipere, & melius ueritatem inuenire, ar. ff. de eden argentarius. §. cum autem. uersi. sed non est ita. & iterum procrastinat. & publicat, & uult procedere in infinitū. de malitioso igitur processu potest & merito contra talem præsumi arg. infra de præsump. nullus. & dicit cum talis protelatio nec ecclesiis expediat, nec prælatis, nec ipsorum subditis propter statum dubium, superior inquirentis terminum sibi statuet, infra quem inquisitionem cœptam expediat. quo lapso inquisitum absoluat, si prius non fuerit expeditus: ad hoc quod le. & no. de ap. oblatæ. §. penu. de resti. spolia. frequens. §. solet, lib. 6. & quod dicam de appel. dilecto, in glo. inepte. aut aliquis inquisitionem promouet; & tunc aut datus est à iudice ad ipsam inquisitionem tantum adiuuādam & promouendam: aut est datus à sociis, uel sua sponte illam promouet. In primo casu idem dicendum est, quod in præcedenti: quia uerè loquendo iste non est pars uere, sed quasi pars similitudinariè: quia talis nec habet libellum offerre. nec lit. contestari; & his casibus saluari & teneri potest opinio Innoc. In secundo casu, quando datus est à sociis, uel ipse se offert ita, quòd promouet & prosequitur inquisitionem ut uerè pars, hic & libellus offertur. & lis conte. de pur. ca. cum dilecti. & de iudic. exhibita; & sic possunt intelligi, de accusat. ueniens, & c. cum dilectus & c. prælatorum; & hoc casu sit uera opinio 2. & facit, quod dixi, supra eod. cum olim, super ulti. glo. tamen & in hoc casu si uidet inquirens ex probabilibus coniecturis, quòd non expedit ecclesiæ talem prælatum habere, & poterit non ad instantiam partis, sed ex puro & mero officio plenius inquirere ueritatem; ad hoc supra eo. per tuas uel secundum Hostien. iustius est & melius, quod ipso absoluto ab instantia primæ inquisitionis aliam incib piat de nouo [b], & uide, quod dicam de put. can. cum dilectus, in glo. forsan alterius, uel illi purgationem indicat; de quo remittit ad no. de coha. clericorum,
4 tua ad fi. Adhuc † opponitur secundum Innoc. quomodo super eodem articulo possunt post publicationem iidem testes produci? Respon. quod id non licet ad mutandum, uel ad addendum. sed ad declarandum, ut supra dixi. in primis enim timetur subornatio: in hoc ultimo non: possunt etiam post publicationem produci testes ad comprobanda dicta ipsorum. uerbi gratia. probauit. A. per duos testes, quod emit Bon. uineam à B. secunda die Augusti, B. ad probandum falsitatem testium probat per testes, quod ipse uel. A. ea die fuit Romæ; bene poterit. A. producere testes ad probandum. quod ea die fuit Bononiæ, sicut dixerant primi, ut sic ipsorum dicta corroboret, argum. in auten. eo. ti. §. si uero deducens, & supra eo. ex tenore, & uide quod ibi dixi in glo. dixit Inno. s'm quem moderetis hoc dictum, non tamen admittetur ipse. A. ad hoc sine cau æ cognitione propter dilationem, quam habuit ad producendos testes: tamen satis subueniendum est. A. & suo sacramento in hoc casu credendū, q maliciosè non petat. probabiliter enim credere potuit, q duo testes sufficerent sibi ad probandum contractum, sed ex probatione super
5 uenienti cognoscit contrarium. Quid si ex primis † testibus aliqui dixerunt obscurè. aliqui minus obscurè.
c In hoc casu dicit Inno. quod licet hi. qui obscurè [c] dixerunt, interrogandi essent super expositione dictorū suorum, tamen alii ad hanc obscuritatem declarādam non essent admittendi; & si possent admitti, ut est dictum, ad confirmanda dicta priorū. refert etiam aliquos dicere ipsos testes non repetendos etiā ad declarandum. quod obscurè dixerunt, nisi eū adeo sunt obscura, q nullum habent intellectum. nā si diuersimodè pōt intelligi, tunc si id quod dictum est. habet aliquā interpretationem illā habebit. ff. de legibus, minime. & l. si de interpretatione. & supra de consue. cū dilectus: aliàs, quod benignius est, interpretabimur, argu. infra de uerbo. signi. abbate. uersic. hic aūt sensus. Alii dicunt, q p̄ producentem fiet interpretatio supra de probatio. in præsentia. qd' prius dictū est. plus placet Host. s. q dictum suum debeant declarare. ex præ-
6 dictis † omnibus fit iudex inquirens instructus, quòd prius examinet dicta testium, q̄ illos publicet; & si uideat non probatū, uel per tales probatū, quos suspicatur posse repelli, non publicet, si alios speret habere posse [*Referatis*] non enim commiserat Papa diffinitionem huius causæ, quæ est de maioribus, sed solam te-
7 stium receptionem. ¶ Secunda † glo. dupliciter obii-
8 cit, contra obiectionem alle. & soluit. ¶ Ii. † glo. 2. *ibi Labeo*] hane & l. ueteribus, uide de priui. quia circa, super ulti. glo. [*& ibi cum in l.*] si uenditor. dicit, flumina, & stillicidia. ut nunc sunt, ita sint. nec declarat de quibus inspicitur quid sit actum: quod si non apparet, accipitur, quod uenditori nocet [*& ibi, In stipulationibus*] sequitur, cum quæritur quid actum sit, uerba contra stipulatorem interpretanda sunt [*& ibi; si quis intentione*]
9 uide de resti. spolia. cum ad sedem, super gl. 2. ¶ Ii. † *glo. 2. ibi, ueteribus*] & infra de regu. iur. contra eum, libr. 6. [*& ibi, si quis intentione*] illud in actione, & in principio causæ; de hoc not. de restitutione spoliatorum, cum ad sedem, in glo. secunda.

ANNOTATIONES.

a ¶ Si quis. Ibi uide Bar. & io l. Theopompus, ff. de do. præle. & Ioan. And. in spec. eo. ti. §. nunc uideodum, uersi. 3. quoque.
b ¶ De nouo. Contra, de accu. de his, & uide Bar. in l. si cui. §. hiſdē, ff. de accu. & in l. diuus, ff. de cust. & exhi. reo. uersi. ulterius quæreo, uerum & uide Io. An. de elec. cum dilecti, io fi.
c ¶ Obscure. Adde hic Innoc. & Fede. io consil. 262. uide etiam hic do. Anto. Hostieo. & Abb.

SVMMARIVM.

1 *A testimonio perseuerans in crimine etiam in ciuili repellitur. Emendatus autem non infamis admittitur in ciuili, & criminali mota ciuiliter; fallit in periuro, qui in criminali repellitur, ibid. uide nu. 11. & 19.*
Diuisio capituli, ibid. uersi. Dicebat, & nu. 5.
Criminosus non ita repellitur à iudicio, sicut à testimonio, ibidem ad dictio testimonium.
2 *Canonicus. criminosus licet repellatur à testimonio, & ab ordinibus, non tamen ab eligendo: secus, scrutator, uel elector fieret à capitulo.*
3 *A testimonio repelli quis ut intelligatur hic.*
4 *Crimen, peccatum, & delictum qualiter inter se differant.*
Probare oportet, si quid opponatur: aliter non sufficit, ibid.
5 *In crimine perseuerare quis dicatur.*
6 *De infamia iuris hic loquitur Pontifex.*

Crucem portantes ob crimen hæresis an interim admittantur ad testimonium etiam in ciuili, ibid.

7 *De crimine ciuiliter agi quando dicatur.*

Præterquam, particulæ ubi tradatur, & quomodo capiatur hic, ibid.

Periurius an sit infamis, ibid. & nume. 20. uer. hoc tamen & quibus casibus quis periurium incurrisse dicatur, nume. 8. repellitur semper à testificando nume. 20. uincit homicidam, eod. nume. 20.23.

9 *Criminalis causa intelligitur hic mota criminaliter.*

Infamis quando sit quis semper, ibid.

10 *Conuictus quòd quis sit instituta accusatione, quòd confessus, diuersi sunt casus.*

11 *Excommunicatum aliquem fuisse an sufficiat probare, ad hoc, ut absolutus à testimonio repellatur, & nu. 12.*

12 *Excommunicatio quando dicatur proxima causa, uel pœna delicti, quando non.*

Cum lege militus agitur, quàm cum ministro eius, ibid. in fin.

13 *Conuicto per exceptionis modum de crimine pœna non imponitur ordinaria.*

14 *Infamia facti, & opinio grauata pro eodem hic sumuntur, & quando repellant à testimonio.*

Infamia iuris tantum in ciuili repellit quem à ferendo testimonio, In criminali etiam facti, ibid.

15 *Excludere testem, & excludere eligentem quid sit.*

16 *Suppletur contextui.*

In criminibus requiruntur probationes meridiana luce clariores, ibidem.

17 *Epilogus, & suffragium glossarum nu. 17.*

In statum pristinum si quis restituatur ex morbo, perinde habendus est, quasi nunquam morbosus esset.

19 *Additio glossarum.*

Infamia quædam ciuilis, quædam canonica, & differunt, ibidem, num. 19. in prin.

Capituli huius principium qualiter intelligendum, eodem nume.

20 *In teste quid requiratur, uer. in teste enim.*

Decoctoris responsio à quibus fiat, ibid.

Iuramentum quandoque succedit loco probationis, quandoque cautionis, ibid. in fin.

21 *A testimonio ut periurus, uel alius in mortali constitutus non repellatur, à Papa constitui, uel dispensari posset.*

22 *Emendatio criminosi quando quò ad ciuiles, & quando quo ad criminales, & quando quò ad utrasque quæstion. ad testificandum prosit.*

23 *Versi. In hoc casu, ut exponatur à quibusdam. §. in glo. ulti.*

24 *Emendatio, & satisfactio criminis quomodo probetur.*

Pœnitentia quando occulta, quando manifesta esse debeat, ibid.

Sacerdoti confessori simplici credendum de pœnitentia alicuius, ibid. uersi. & uidetur, & nu. 25.

25 *Testi uni creditur, idest confessori pœnitentis hic.*

26 *Testis ostendere se potest innocentem, & liberum.*

Testium meorum honestatem probare possum, si dicat eos aduersarius mala fama, ibid.

CAPVT LIIII.

contra-

contradictione aliqua tāquam vera & publica ab omnibus recipiuntur communiter, & etiam approbant. Nec credūt aliqui in hoc casu duo sufficere instrumēta: imò requiruntur tot, ꝙ benè & clarè appareat eum commune & publicum officium pro omnibus gerere, uel gessisse secundum Inn. de quo cum nec certus numerus, nec certi tradantur limites, erit ad arbitriū boni iudicis recurrendum, secūdum Hosti. ut patet. ff. de usuris mora. ff. de testi. le. 3. ff. de uerbo. obli. continuus. §. 1. & in eo, quod leg. & no. supra de offic deleg. de causis. §. unico. de hoc etiam in spe. de instru. edi. §. restat, uer. & scias, & uer. illud autem. Et quid si notarius est de longinqua regione? uide eundem. §. in fin. primæ col. uersic. sed quid si producitur. per Azo. in sum. in auct. eo. ti. per Cy. C. e. titu. comparationes, ad finem. ex quibus patet, quòd est opinio, quòd necesse sit instrumentum adiuuari per modos, quos proxi. dixi. Est etiam opinio contraria & media, quam ponit speculator. Alia distiguit in preiudicio per modū, quē dixi de ele pere. c. 1. post prin. 3 Sed quam dices † priuatam scripturam? dicit Inno. ꝙ omnem illam, quæ fit à personis non publicis, nec per se auctoritatem habet, nec aduersarius hanc confiteatur: uel per collationē d alterius scripturæ [d] scriptoris eiusdemque aduersarii, & testium, qui subscripserunt, comprobetur. C. de proba. instrumētum. Ad hod autem, ut per comparationem probent instrumētum, oportet ꝙ illa scriptura, ex qua fit comparatio, quatuor habeat testes subscriptos, in auct. e. tit. §. si quis igitur vult cautè deponere. & idem dicendum est, si subscribantur testes in instrumentis, siue in literis episcoporum, vel non subscribātur secundum Inno. ꝙ dic secundum Hostiē. ut no. in sum. eo. ti. §. quibus instrumētis, sub. §. item obiicitur, in uer. Item quòd non est confectum, & sequen. & infra c. 1. 4 Sed † nunquid literis [e] abbatum, archidiaconorum, e uel aliorum prælatorum de his, quæ extra iudicium fiunt, creditur? Dicit Inn. quòd sic quandoque. Sed ubi, & inter quos, & inquantum, siue usq; ad quātam summam talibus literis sit credēdum, non est expressè iure determinatum, & ideò sunt hæc consuetudini relinquēda, quæ tales scripturas publicas facit, ut infra c. cum dilectus. C. de eman. le. 1. 9. q. 2. conquestus; & in eo, quod le. & no. supra de foro compe. cum contingat. §. fi. & de hoc infra c. proxi. 5 Sed † dices, imò ius statuit, & expressè repetitur scriptū in iure, quòd saltem episcoporum literis est credendum, ut. 11. q. 2. curæ, supra de proba. post cessionem, supra de treu. & pace. cap. 1. §. 1. respon. hoc negari non potest: sed & illa iura specialia sunt in excommunicatione f [f] propter periculum participationis, infra de rapto. cap. 1. aliàs autem constat, ꝙ si episcopus, uel alius dicit talem sententiam dedi, uel talem citaui, ei, uel etiam soli sigillo suo non credetur, nisi & aliter probetur, supra de proba. quoniam, secundū Inn. sed Host. dicit, ꝙ illud c. nō probat hoc: imo est potius cōtrarium, ut ibi no. in fine, uerbo tamen suo soli nō creditur, ut ibi, sicut nec soli uerbo arbitri. C. de arbitris, ne in arbitris. nec etiā soli uerbo tabellionis, in auct. de hæredi. & Falci. §. si uerò absint, in prin. colla. 1. sed tamen Innocen. dicit, quod etiam literæ episcopi sigillatæ in prædictis, uel alijs; quæ in iudicio fiunt, non creditur, sed tabellioni tantum, uel duabus personis ad hoc deputatis, & sic intelligit dictam constitutionem, supra de proba. quoniam. 6 In alijs † autem, quæ extra iudicium fiunt, ut in contractibus, & similibus, caueāt nedum illi, qui sigillant, sed etiam & tabelliones, ne aliquid uel ultra in litteris, uel instrumentis apponant, quàm quod & inquantum iniunctum est eis, apponere. Nec enim aliter de his, quæ etiam uident, & audiunt, deberent publicam scripturam facere, nisi ab ambobus contrahentibus, uel altero tantùm, uel saltem ab illo, cuius intersit, hoc eis iniungatur. & de hoc in speculo de instrumen. edi. §. secundo, uersicu. sed pone. T. nec instrumentum proderit, nisi ei, qui mandauit: quia res inter alios acta &c. C. res inter alios acta, in rubro & nigro, & sic etiam potest intelligi. C. de probatio. ad probationem. l. 7 Sed nec † debet compleri scriptura, id est sigillum, uel signum apponi in ea, nisi in præsentia prælati, uel per manum tabellionis, qui auctoritatem dat instrumento: & quando prælatus sigillat per alium, debet sigillum & officium sigilli committere certæ personæ idoneæ & honestæ. uerumtamen si per alium sigillari faciat, ualet nihilominus instrumentum: sed prælatus est puniendus; intelligas tu, nisi hoc ex iusta causa fiat, puta quia tangit personam sigillantis, argumen. ff. qui satisdat. cogant. l. fin. & in eo, quod leg. & not. infra de iureiuran. breui. §. finali. 8 Sed & litera † debet continere tempus rogati instrumenti, & per illum, qui scribit protocollum, siue abbreuiatura retineri, siue tenor registrari, in auct. de tabell. §. illud quoque, collatio. quarta. Tempus autem rogati instrumenti idem est cum g tempore celebrati [g] contractus. si enim aliud esset ita, quod de præteritis fieret testimonium, non ualeret, secundum quod uno modo exponitur, infra de cohabitatio. cleri. & mu. tua. §. si uerò publicum: h [h] secus, si hoc diceret non testificando, sed recitando; quia tunc ualere posset; quod tamen dic, ut nota. supra de probatio. quoniam contra falsam. §. primo, uer. &c. comprobantur omnia hæc in auct. de tabel. ab illo. §. nos autem credimus. usque ad §. illud quoque, collatio. quarta, 9 aliqui † tamen dicunt, quòd instrumentum & præceptum ab uno omnibus præiudicat: uel potius propriè loquendo omnibus est sufficiens probatio pro eo, quòd confectum est per seruum publicum, idest qui publicè omnibus seruit, obligationes enim prodesse, & obesse dicuntur partibus, & non instrumentum, quod nec est, nec oritur ex eo obligatio, sed est tantum probatio obligationis, uel alterius cuiusque facti. ad hoc. ff. rem. pupill. saluam fo. l. secunda, tertia, & quarta, primo, respon. uel potes dicere instrumentum non nocere nisi eis, inter quos fit. & hoc etiam alijs non noceri. 10 dicitur enim † inter contrahentes, licet non ambo, sed alter tantum, uel etiam quis alius extraneus, cuius tamen intersit, exinde præcipiat fieri instrumentum, quidam tamen dicunt & bene non posse præcipi ab extraneo fieri instrumentum: imò nec ab uno contrahentium, sed necesse est, quod ambo consentiant contrahentes, & facit pro his: quia nec aliter est contractus, uel distractus, ut patet. ff. de pact. l. prima, §. & hæc pactio, & l. ab emptione. C. de act. & obli. sicut in initio. sed & quid interest cuiuscunque extranei quantum ad ius contrahentium de alieno facto posse præcipere fieri instrumentum? & hoc est uerum in contractibus, qui non nisi de partium uoluntate fiunt, ut dictum est. In aliis autem, in quibus non requiritur consensus plurium, sicut testamentum, uel sententia pro testamento, exceptio, contradictio, appellatio, & similia, sufficit mandatum illius, qui hoc dicit, uel fieri facit. & ꝙ sic debeat obtinere, satis probatur ex tenore iuramenti, quod præstant notarii in susceptione officii sui, s. ꝙ de his, quæ uident, & audient, fideliter conficient instrumenta, secundum quod eis a partibus, uel à iudice iniungetur: de facto tamen uidemus contrarium obseruari: quia cuicunq; tabellioni precipit, ꝙ faciat instrumentum, ipsum conficit: sed non bene fit, potest tamen pro his, qui hoc sic indifferenter faciunt, illa ratio assignari: quia nō semper habita consideratione præsentis interesse fiunt instru-

menta, ſed quia poteſt in poſterum intereſſe, & uix eſt aliquid, de quo non poſsit alicuius intereſſe de eo, quod agitur, inſtrumentum habere. Omnibus tamen inſpectis plus uidetur inniti ratione hæc opinio, ſ. ꝙ quilibet, cuius intereſt, poſsit præcipere fieri inſtrumentū, & etiam ille, cuius nō intereſt, & ꝙ inſtrumentum ſic per manū publicam confectū ualet. primo: quia hoc nullo iure prohibetur ff. de proba. ab ea parte. ſecūdò, quia etiam fiſcus inſtrumenta, & chirographa, & etiā acta ad ius priuatorū pertinentia petentibus reſtituere debet. ff. de iure fiſci, in fraudem. §. ex his bonis, & §. ſeq. & tñ ille, qui non præcipit inſtrumentū fieri, nō poteſt petere, ut ſibi edatur, niſi procurator ſuus hoc præceperit. ff. de eden. ſi quis ex argentarijs. §. 1. & ſe. Intereſt ergo cuiuſlibet, ut præcipiat fieri inſtrumentū, ut ſic poſsit editionem illius petere, quæ aliter ſibi denegatur.[l] ¶ Nunc † de rogatione notarij uideamus, & ſcias ſecundū Inn. hoc eſſe vtile, ꝙ tabellio ſemper ſcribat in inſtrumēto ſe fuiſſe rogatū,[k] vel requiſitū de cōfectione inſtrumenti: alioquin ſi mortuus eſſet, uel uiuus non recordaretur de rogatione inſtrumenti, eſſet pro nihilo inſtrumentū, arg. in auct. de tabel. 1. reſpon. & §. 1. colla. 4. & in auct. e. ti. §. ſi uerò moriantur, & ſe. col. 6. Alij tamen dicunt, ꝙ ſemper rogatus præſumitur, ar. C. de contrahen. ſtip. l. 1. & inſt. de fideiuſ. §. fi. & pro his vide in ſpe. de inſtru. edit. §. 3. uer. ſed nūquid in cōficiendo, & uer. ſequen. ¶ Illud † etiam notandum eſt, ꝙ cum officium tabellionis publicum ſit & commune, non debet in ſecreto de confectione inſtrumenti rogari, ſiue requiri, ſed in publico. & ſi tabellio de aliquo dubitat, ueritatem inquirat publicè, & faciat iterum, ſi neceſſe fuerit, verba repeti, vt nō ſolum ipſe, & partes, quinimò & omnes alij aſtantes ſciant, & intelligant, quid agitur, & de quo rogatur facere inſtrumētum, in auct. de tabel. §. nos autem credimus. Si tamen hoc non obſeruetur, ſed in occulto rogetur, valet nihilominus inſtrumentum, licet ex hoc, quòd ſic occultè rogatus eſt, magna ſuſpitio oriatur, & etiam ſi ſit ipſe notarius puniendus, ut patet in eo, quod leg. & no. infra vt ecc. benefi. cap. 1. §. porrò. in prin. Sed contra: quia ex quo ſuſpectum eſt inſtrumentū, ergo abijciendum eſt, niſi producens per alias probationes dederit ei fidem. C. de proba. l. iubemus. C. eo. ti. l. fi. ff. eo. titu. l. 2. Sol. ibi loquitur, quando ſcriptura uiciata eſt, uel aliàs ſuſpecta ex ſui forma, vel raſura. C. de edic. diui Adriani tol. l. fina. & infra eo. ex literis, & c. inter dilectos, ubi de hoc: aliàs autem ſecus: quia & ſi aliquæ ſuſpitiones adſint, non tamen propter hoc ſolum caſſundum eſt, imò durat & ualet, niſi aliud cōtra ipſum probetur. 2. quæſtio. 1. primo, ſecundum Innocen. ſed & hæc ſuſpitio ex cauſa tollitur ſecundum Hoſtiē. puta, quando propter iuſtum timorem partis, vel iudicis nec pars, nec tabellio audet ſe publicare, hic enim puto, quòd inſtrumētum omnino ualeat, nec in aliquo ex hoc ſolo, quòd occultè requiſitus fuerit notarius, oriri debet ſuſpitio cōtra ipſum, & quod etiam omnino idem tabellio excuſatur, ut in eo, quòd legi. & nota. infra de appella. ſi iuſtus metus, & ſupra de offi. ord. paſto. § fina. hoc etiam † ſcias, quòd ſi priuata ſcriptura producitur cōtra illum, qui fecit eam, nec ipſe negat, ei ſtabitur; excepto mutuo, in quo habet exceptionem infra biennium. C. de non nu. pecu. l. in cōtractibus, reſpon. 1 ſecundum Innocen. quod dic, ut plenè no. infra de ſo. cap. fi. & infra eod. ſi cautio. Hoſtien. Si uerò ipſam ſcripturam negat propriā, oportet quòd ſuper hoc conuincatur, & poſtea proceditur, ſicut le. C. de non nu. pec. cum fidem, & auct. contra, qui propriam ſcripturam.[l] Si autem † producitur inſtrumentum contra aliquem, quod non eſt ſcriptum manu ſuis, contra quem proceditur, & dicitur ei non eſſe credendum, etiam ſi dicatur. ꝙ de ipſo certum eſt per ſigillum authenticum, uel alio modo, tamen tali inſtrumento, vt ſupra dictum eſt, nō creditur niſi per manum tabellionis confectum ſit, uel aliter ei de conſuet. fides ſit adhibenda. Excipiuntur caſus, in quibus ei creditur. primo: quia actis cuiuſlibet iudicis creditur, ſupra de proba. quoniam contra falſam. Secundo creditur literis cuiuſcunque prælati[m] de his, quæ ratione officij ſui facere debet, uel poteſt, ut ſi archiepiſcopus citat ſuffraganeū ſuū ad cōcilium prouinciale. 18. di. ſi epiſcopus metropolitanus, & c. propter eccleſiaſticas. 1. & 2. uel ad alium ſuffraganeū cōſecradum, ut in d. c. ſi epiſcopus metrapolitanus, & 65. di. nō debet. & in ſubſidium etiam epiſcopos extraneos poteſt & ſimpliciter epiſcopus conuocare. 7. q. 1. pontifices. vel ſi capitulū citat canonicos ad electionem faciendam. ſupra de elec. cū inter uniuerſas. uel ſi abbas, ſiue conuentus aliquē monacum licentiet. 19. q. 3. ſtatuimus. uel ſi epiſcopus mādat excōmunicatos uitari. 11. q. 3. curæ. & idem eſt in literis cōmendaticijs. 72. di. per totum. quandoque etiam creditur & de his, quæ ad ſcribentem ratione officij de neceſſitate non competūt, ut in epiſcopis, qui dant literas teſtimoniales de ordinibus, uel moribus alicuius, ſupra de cleri. pere. cap. 1. & 2. & idem eſt in procuratore ad impetrandum, & contradicendū conſtituto, ſupra de reſcrip.[n] nonnulli, & in omnibus alijs caſibus, in quibus nullū, vel modicum præiudicium generatur. In his enim & ſi non conſtet ſigilla eſſe illorum, qui ſcribunt, uel etiam ſi modicæ auctoritatis homines ſint, tamen creditur literis eorundē. ſubaudi tu de generali & potiſsimè ſpeciali Romanæ curiæ conſuetudine approbata ſecundum Inno. ſed quicquid dicat de iure communi literis epiſcopi, qui in conſecratione ſua tam ſolenniter profitetur ſe canones ſeruaturum, credi debet etiam in iudicialibus ſecundum Hoſt. nam & ſua auctoritas bene æquipollet auctoritati tabellionis, & plus, quod patet in eo, quod legi. & no. infra c. c. pe. & fi. ſed & ſecundum Inno. ſigillum ſuum debet cōmittere alicui certæ perſonæ idoneæ & honeſtæ. & etiam æquiparatur litera ſua inſtrumento tabellionis, unde de uno ad aliud argumentatur, & quod in uno ſeruatur, dicit ſeruandum in alio in multis caſibus, ſupra e. glo. ſed & ſi capellano ſuo collaterali fideli & honeſto ſigillū ſuū commiſerit, & ipſum iuramento aſtrinxerit, quòd officium ſigilli fideliter exequatur, & quod nihil ſigillet ſine conſcientia ſua ſpeciali, uel ſaltem in aliquibus, quæ leuia ſunt, generali, quare non credetur ita bene, uel etiam melius literis tali ſigillo ſigillatis, ſicut & inſtrumento per manum tabellionis quandoque pauperis, abiecti, & humilis confecto? Ratio diuerſitatis, ſiue contradicendi nulla occurrit, niſi contraria, ar. C. de curioſis. le. 1. & fi. lib. 12. C. de accu. ſinguli, & ff. de teſti. l. 3. & in eo, quod leg. & no. infra de appella. cum parati, & infra ne cle. uel mona. ſicut te accepimus. ergo & idem eſt ſentiendum, vt patet in eo, quod no. infra de conſan. tua. & ideò dicit Hoſtien. tenendum de hac materia, ut plenè no. ſupra de teſti. cum à nobis, de proba. quoniam contra falſam, ad fi. & c. poſt ceſſionem, ubi ad fi. apoſtillarū primæ gl. uer. quid ergo, reſpondetur ad rationem prædictam, quam Hoſtien. inducit, nihil facere diffiniendo: quia non negatur, quin per illam ſcripturam fiat præſumptio, & quale quale indicium, ſecundum Hoſtien. [*Poſſumus*] de iuridica poteſtate loquitur, non de abſoluta. ſic ſupra de cauti. cap. primo. ¶ Gloſſ. 1. † reſpondet per quæſtionem, quæ ſcriptura dicatur authentica. ¶ Secunda gloſſ. ponit caſum exceptum, quærit, & ſoluit. ¶ In † gloſſ. 2. ibi, ſi quis in aliquo, cum in uno inſtrumento ſit mentio, uel memoria de alio, oportet primum

exhibe-

exhiberi[*& ibi, Publicati*]uide & de proba. quoniam contra falsam, super ulti. glo.[*& ibi, Et si quidem dominus, circa fi.*]nouum emphyteutam dominus recipit, non per procuratorē, sed per se, vel per literas, uel per scripturam factam apud iudicem, vel tabularios, per attestationem [*& ibi, gesta*]uide de testi. significauit, super

17 glos. 2. ¶[*In* ⁊ *gla.* 1. *ibi, sancimus*] quæ est lex. C. de diuersis rescrip.[*& ibi uel duorum*] repete per manū. ¶[*In glo.* 2.

o *ibi, iudicis auctoritate*]aliter non sufficiet exemplum,° licet per tabellionem sumptū, licet olim dominus Albericus de Porta Rauen. cōtra per auct. ut fratrum filij. §. illud, col. 9. dicebat. n. quòd sicut auctenticum à persona tabellionis sumebat fidē, eadem ratione habenda erat fides sumpto per eum, vt tantum operetur auctoritas & officium tabellionis in secundo, sicut in primo. sed fertur, ꝙ cum facto hāc opi. defenderet, & iudex nihilominus fecisset exhiberi originale, in quo liturę, & plura uitia sunt reperta, ex tunc mutauit opi. ut s. requiratur iudicis auctoritas. ut fides adhibeatur, & tunc ei creditur, infra c. fi. & sic intelligūt doctores, §. illud. Sed cōtra supra de proba quoniam, vbi ad ori-

p ginalia recurritur, si de sumptis ꝑ dubitet. So. ibi sumpta per iudicem non fuerūt examinata, nec ipsius auctoritate exempla secundum Hostiē. [*& ibi, Dicas quòd non*] idem Hostien. & Guil. in Spe. de instru. edi. §. uidēdum, uer. sed quid ecce.

ANNOTATIONES.

a ¶Exhibita. An conspiratores repellantur à testimonio, & qua pœna puniantur, uide no. infra de fi. per tuas. infra de re iud. c. cap. cum. I. & A. Bal.

b ¶Qui cœtu. Quid de tyrannis, uel populis Italiæ, qui inuicem faciunt ligam, an sit licitum, & quando per Bart. in extrauaganti ad reprimen. in l. 3. infra alleg.

a ¶Moriantur. Quid de scriptura notarij, quam in formam publicam facit, an probet contra se. Bal. quòd sic, in auct. contra qui propriam, præalleg. ubi uide etiam per do. Bart. de Salyc. & uide Bar. in l. seruus, ff. de testa.

b ¶Probare per testes. Vide per do. Alex. consi. 139. 1. uol. in. 9. col.

c ¶Barbarius. Hoc uerum secundum opi. glo. ibi & seq. secundum autem opin. Guili. de Cu. & aliorum oportet, quòd sit probatū præcessisse decretum superioris, licet inutile, ibi uide Bar. Salic. & per ipsum no. in l. 1. C. de testa.

d ¶Scripturæ. Plures sunt species priuatæ scripturæ, de quibus, & de ipsarum fide uide Bar. & Salic. in repetitione l. admonendi, ff. de iureiuran. & in specu. de instrumen. edi. §. uidendum, uersic. priuatum autem, & ibi per Io. An.

e ¶Sed nunquid literia. An autem scripturæ confectæ per officialē de pertinentibus ad officium suum credatur, uide per Bart. in l. quædam. §. numularios, cum l. seq. ff. de eden.

f ¶Excommunicatione. Illud uidetur Inno. limitare fore uerum, quando excommunicatio profertur extra iudicium: secus si in iudicio, per capitulum quoniam. sic not. ipse in c. post cessionem, ubi uide, super glos. per Io. An. in addi. secundum Ioan.

g ¶Celebrati. Debet etiam apponi locus, ut dicit glos. in uer. censentur, in c. Abbate sane, de re iudi. lib. 6. Archi.

h ¶Publicum. Vide in Spe. præallegato in §. 2. uer. sed pone titulo; & ad materiam facit quod no. Ioan. An. in c. Abbate, super glo. ex hoc, infra de uerbo. signi. & infra uer. nunc de rogatione.

i ¶Denegaretur. Vide Bar. in l. prætor. §. 1. ff. de eden. & uide Ioan. An. supra de proba. c. 1. super gl. 2. & in Specu. de instru. edi. super rubrica, circa medium, & Bar. in l. de tabulis, ff. de tabu. exhi.

k ¶Rogatum. Aliàs nihil probat secundum d. Alexan. consil. 85. in fi. in 2. uolu.

l ¶Scripturam. Ibi uide per Cyn. & Bal. & Sali. & an pœnæ illius auct. habeant locum in negante publicam scripturam, & quid etiam negante illam, cui se tantum subscripsit, & plurima alia uide ibi circa materiam.

m ¶Cuiuscunq; prælati. Adde quę scripsi in c. proposuisti, de proba.

n ¶Rescrip. Semiplena ergo probatio sufficit in probat one mao. in casu illius c. quod uerum not. & hoc secundum opi. Innocen. de qua supra secus, secundum opi. Hosti.

o ¶Exemplum. An autem exemplum exempli faciat fidem, uide per Alexan. consi. 138. in 2. uol.

p ¶Sumptis. Ad hoc uide quod nn. in c. dudum, de conuer. coniu. & ibi scripsi, & in auct. si quis in aliquo, C. de eden. & in d. cap. dudum. uide quid in sumpto plura continente, quam in originali, & aliquid uariatum est, Archi.

SVMMARIVM.

1 *Auctentica scripta à publicis an & quibus differant, & quæ sint utraque, & de eorum fide.*
Scriptura non creditur, excipiuntur casus, & qui ibid. uer. scriptura uerò.

2 *Sigillum si apponatur chartæ, an sufficiat, nisi dicatur ab apponente se apposuisse, & quæ alia sint exprimenda, nu. 3. in prin. quid si non exprimantur, ibid. & uer. unde apparet.*

3 *Sigillo alieno uti, si habet quis suum, non prodest, præterquam ex causa, & qua, & opus id exprimere.*
Sigillo deputato ad rem, de quā agitur, uti debemus, non alio, etiam si sit nostrum, ibid.
Sigillum, & subscriptio multis ex causis, & diuersis apponuntur literis, ibid. uer. nam ex multis.
Sigillum priuatum etiam apponitur, & cur, & quale sufficiat, ibid. uer. hoc tamen.
De eius etiam literis quantæ sufficiant legi, ibid.

4 *Sigillari'ne possit alia re, quæ non sculpta & apta ad signandum.*
Sigillo obligat se suo quis etiam priuato, & quando, ibid.
Sigillo ecclesię si signat episcopus, non dicitur uti alieno sigillo, ibidem.
Sigillum quod uocamus, appellatur anulus à iure ciuili, ibid.
In nominibus etiam sigilli non est facienda uis, ibid.
Loquentis persona an sit quæ se obligat, an quæ sigillat, non refert. & an in prima, uel tertia persona tabellio loquatur, non est uis, ibid. in fine.

5 *De Schedulis, quas à dominis uacuas recipiunt procuratores, ut in eis postea quid scribatur, an obligent, & quem, quando, & qua ratione, & de earum fide, & nu. 6.*
Dedisse aliquam rem quando uidemur ex datione alterius, ibid. circa finem, uer. Sed si prædicta intra.

6 *Sigillum potest alicui, & cui committere episcopus, & in quos usus.*
De eius usu atque ui in quibusdam regionibus in absentia domini, ibid. ei creditur & cuius nu. 8. §. 2. & nu. 9. §. 3.
Scriptura priuata consuetudo uim dat probationis, ibid. uer. sed puto. ea aliàs an & contra quos probet, nu. 8. & nu. 9. 10. & supra nu. 1. nu 8. §. 1. uide de ea etiam nu. 9. & 10.

7 *Epilogus, & suffragium glossarum nu. 8.*
Notarius appellatur seruus publicus. §. 1. & nu. 9. §. 1.

9 *Additio glossarum.*
Instrumentum publicum præfertur priuato, & quando, ibid. nu. 9.

10 *Instrumentū publicū dicitur sex modis, priuatum tres habet spēs.*

CAPVT II.

1 SCripta. Breue est [*auctentica*] quia litera ista videtur distinguere ⁊ auctenticum à publico, dicebat hic Inno. illa dici publica, quæ habent sigillum, etiam si non sit illis fides adhibenda. Auctentica verò sunt illa, quibus fides adhibenda. & isto modo omnia auctentica publica, sed non conuertitur. uel melius secundum eum hæc habent se vt excedentia, & excessa. uel uocat auctenticum originale etiam nō manu publica scriptum, uel acta iudicialia, uel scripturam, quę habet subscriptionem contrahentium, & testiū [*publicam*] quæ facta est manu publica, uel habet sigillū auctenticum, & tali scripturæ etiam mortuis testibus inscriptis creditur, dūmodo non sit uiciata, uituperata, uel suspecta, uel caūlniosa. C. de edic. diui Adri. l. fin. in auct. c. §. si vero moriatur. is tamen, contra quē ꝓducitur. pōt illam dicere falsam. C. e. l. 2. & ult. Si uero sit aliquo mō uituperata, & suspecta, ut. s. is q ꝓducit, tene-

Io. And. super 2. Decré.

tur illam probare verã. C. de proba. iubemus. ff. e. le. 2. & sic intelligitur, infra e. titu. inter. Scripturæ uerò priuatæ non creditur, nisi testibus, uel literarum comparatione iuuetur. in auct. c. §. si vero. C. de proba. instrumenta. & idẽ forte dicendũ est de instrumento forẽsi, ar. cõtra. C. de dona. in donationibus, secũdũ Inn. Sed Ho. ad euitãdam perplexitatem, de qua in prin. huius gl. exponit auctentica. i. quę dicuntur auctentica. nam si uerè auctentica essent, mors testium nõ noceret, ut sequitur [*sigillum*] non uidetur † ꝙ sufficiat sigillum chartę apponere, nisi is, qui apponit, dicat se apposuisse. ar. ff. de testa. l. pe. C. de testa. si unus. & l. hac consultissima, & l. in testamẽtis, & l. iubemus; & ĩfra de reiu. cum inter nos. §. 1. uer. pe. & fi. vbi de hoc, vel dic sufficere. si in charta contrahentium, uel loquentium cõtentorum sigilla apponantur, & si non exprimant, ꝙ sigilla sua apposuerũt, ar. C. ar. tu. l. fi. infra eo. inter dilectos [a] & hoc uerum est, si alia sint sigilla, quibus credendum est, ut sunt sigilla episcoporum. 11. q. 3. curæ, & etiam aliorum inferiorum prælatorum, vt quidam dicunt, argu. 19. q. 3. statuimus. 97. di. nobilissimus, supra de eo, qui mit. in pos. causa rei ser. cum sicut, supra de probatio. tertio, supra de elec. cum inter. R. iuniorem. §. sane, ubi de hoc. pro & contrà. ff. de custo. reorum diuus. Innocen. dicit, quòd sigillo inferiorum prælatorum ab episcopo nõ creditur, nisi hoc habeat consuetudo, [b] infra c. cum dilectus, uel nisi habeant iurisdictionem: quia tunc in his, quæ suæ iurisdictionis sunt, instrumenta cuiuslibet ordinarij, uel delegati auctentica reputarentur, ar. supra de testi. cum à nobis. & nonne hæc glo. Innocẽ. directè contradicit his, quæ notauit ibidem, & supra cap. 1. in princi. dicit Hostien. perlege & iudica, ut no. infra eo. glo. & in fi. & de hoc in his, quæ sequuntur, habes in Spe. uer. ad quem remittam super glo. fin. quid † de illo, qui sigillat alieno sigillo? & dicit Innocen. quòd si quis habeat sigillum proprium, tunc ipso & nõ alieno sigillare debet alioquin nõ prodest, nisi ex causa fiat, ut sequitur, nec mirum: quia nec fidem facit, etiam sigillum propriũ ad aliud officium deputatũ, infra de app. significauit. Si autẽ nullum sigillum propriũ habet, uel habet, sed nõ pr. ę manibus, nec potest habere de facili, tũc potest uti alieno sigillo: debet tamẽ exprimere, cuius sigillo sigillat, & quare alieno, & sic intellige cõcor. signatas, supra c. gl. in prin. & est una ratio reddita in. l. quia aliter turbatum est tale signum. ff. de testa. ad testiũ [c]. §. si signa, uide in suff. infra eo. quod super. & est alia rõ efficacior, ut uidelicet discerni possit quo, & à quo, & ex qua causa signatũ est instrumẽtum. nam ex multis & diuersis causis apponuntur literis subscriptio, & sigillum, quandoq. n. apponuntur in signũ consensus. 12. q. 2. sine exceptione, supra de procu. c. 1. ff. de pigno. fideius. §. fi. & l. seq. quandoq; in signum testimonij. ff. de pigno. act. Caius. quãdoq; in signum auctoritatem præstantis. 12. q. 2. sacrorũ, & c. cum redemptor. quandoque in signũ confir. infra eo. inter dilectos. §. 1. versicu. 3. [d] sed ex multis alijs causis potest in scriptura sigillũ apponi, uel subscriptio fieri. unde apparet, quòd semper in litera debet exprimi. cuius sigillũ, & à quo, & ad quid apponatur, argu. supra de transac. cap. fina. 29. distin. cap. 1. & 2. & in eo, quod leg. & no. supra de libel. obla. cap. fi. sed & si in litera hoc sufficienter non specificetur, tamen qualitercunque hoc perpendi & sciri possit, uidetur sufficere [e]. nam & si scriptura auctentica aliena, & etiam alterius hominis cõtineatur aliquid, per quod possit sciri ad quid, & à quo in hac litera, de qua nunc agitur, appositum est sigillum, & sufficit, ut infra de confir. uti. uel inuti. cum dilecta. §. quia uerò, infra de fideius. peruenit. §. 1. sed nec quæro, qualis sit ille, qui scripturam facit; si sigillat, & ei auctoritatem præbet, sit rex, uel homo infimus. sufficit enim, quòd sigillum auctenticum sit, per quod auctoritatem præstet scripturę principaliter, non secundario, secundum Inno. hoc tamen non semper est necessarium: imò quandoq; sufficit priuatum sigillum, ut patet in eo, quod no. infra eo. glo. uersi. contrahens etiam, secundum Host. unde si esset talis persona, quæ ipsi scripturæ non principaliter, sed secundariò auctoritatem præstaret, sicut est testis contractus in eadem scriptura contenti, tunc secundum Innocen. [f] non requiritur, quòd sigillum ab ipso teste appositũ auctenticum sit, sed sufficit qualecunque, dummodo characteres habeat. ff. de testa. ad testium. §. pe. nec exigitur, quòd sint ibi literæ, dummodò aliter certum sit de sigillo. Si uerò sint ibi literæ, oportet, quòd legi possint in totum, vel saltem in tanta parte, quòd indubitanter possit intelligi, quid uelint dicere: alioquin contra in eo, quod legi. & no. infra eo. inter dilectos. §. sed contra priuilegium. uer. nam & in ipso sigillo. Sed † nunquid cum corrigia, uel alia re, quæ non sit sculpta & apta ad signandum, sigillari potest? dic quòd non, ut dicta. le. de testa. ad testium. ff. de aur. & ar. le. argento, aliàs, mulieres. §. ornamenta, secundum Inno. contrahens etiam obligat se sigillo proprio quamuis priuato. ff. de posi. l. Publia. sed non nocet ei, si non consentit, licet in scriptura surreptitiè apponat. C. de rebus alie, non alie. l. 2. episcopus autem, quando sigillo ecclesiæ suæ signat, non intelligitur uti alieno sigillo. 73. distin. in nomine. ar. 7. quæstio. 1. scire. sed nec est uis in nominibus facienda, ar. in eo, quod leg. & no. supra de procur. petitio, nam & quod uocamus sigillum, appellat anulum ius ciuile, secundum Innocen. uel hoc ideo dicit secundum Hosti. quia antiqui non habebãt sigilla, uel anulos insculptos, cum quibus signabant, sicut reperiuntur etiam modernis temporibus multi tales. sed nec uim facio, an loquatur, qui in scriptura se obligat, uel quicquid aliud faciat, an loquatur etiã is, qui sigillat secundum Innocen. sicut nec uis est, an loquatur in prima persona, vel tertia tabellio, qui cõficit instrumentum, ut patet in eo, quod leg. & no. infra de conuer. coniu. dudum. § pen. secundum Hosti. Sed † quid de his procuratoribus, qui à dominis schedulas uacuas recipiunt ad scribendum? Respondeo, aut est eis tradita ad certum articulum ibi scribẽdum, & tunc si aliud scribat, & de hoc conuincatur, erit tanquam falsarius puniendus. aut ad scribendũ dum ibi, quicquid placuerit generaliter & indistinctè, & tunc uidetur ualere, quicquid ibi scripserit etiã alium obligando: quia totum uidetur suæ fidei commisisse, ar. ff. commodati l. 3. §. fi. & l. se. & l. si ut certo. §. sed interdum, & §. plane; & §. quinimo, & §. denique. ff. mandati, si quis negocia. ff. de falsis. l. prima, §. qui in rationibus, & se. & §. idem princeps, & le. si quis legatum, & le. impuberem, §. qui codicillos, dumtamen tale sit, quod ibi scribit, ad quod cõstitui potest procurator. [g] Alij autem dicunt, quòd in eis schedulis nihil potest ponere, quod alium obliget, nisi illum, cuius est sigillum. Alij verò dicunt, quòd nec illum obligare potest, nec aliquid, quòd in talibus scribatur schedulis, ualere potest. nam ille, cuius est sigillum, dat auctoritatem sigillo, & sigillum debet dare fidem scripturę, & scriptura contractui: sed quando incipiet, uel quomodo poterit dare auctoritatem is, cuius sigillum est, uel sigillum fidem scripturæ, cum scriptura non fuerit facta, quando appositum fuit sigillum, sed postea? ei enim, quòd non est, fidem dare non potest, arg. supra de consti. cum accessissent. §. primo, in fin. cum suis concor. & ff. de contrahen. emptio. in l. fundi uenditi, & leg. Rutilia. Sed nec auctoritas, uel decretum potest id, quod futurum est, confirmare. ff. quod cuiusque

iusque uniuer. Item suffragium. §. 1. uer. sed si ita decre
uerint. Sed & quomodo dabit auctoritatem ei quod
ignorat, non uidetur hoc posse fieri, cum nec auctori-
tas sine causæ cognitione debeat interponi. ff. de offi.
proconsul. nec quicquam. §. vbi decretum. 3. quæst. 3.
§. spaciū. sed dices, quod bene ualet talis scriptura, nec
intelligitur is, cuius est sigillum præstare auctoritatē
rei futuræ, sed præsenti. s. mandato, quod fecit portan-
ti schedulas in præsenti, So. dic. quòd sigillum nō præ-
stat auctoritatem mandato, uel cōtractui. sed scriptu-
ræ. unde & sic censeatur auctentica hęc scriptura, non
tamen de contractu, quem continet, fidem facit. imò
& cū pcura. posit scribere, quicquid vult in hac sche-
dula, nō sigillum præstat ei auctoritatem, sed ipse scri-
bens, ad hoc etiam, ꝙ tale instrumentum fidem non
h faciat, uidet[h] esse efficax ar. in auct. de tabellionibus,
§. nos autem credimus, & se. vbi dicit, ꝙ tabellio, qui
dat auctoritatem instrumento, debet interesse, quan-
do cōpletur, & debet audire totum negocium, ut in-
de sciat respondere, si interrogetur. eodem modo di-
cendum est & de illo, cuius sigillum est, cum hæc duo
hic æquiparātur, sed & multæ absurditates possunt se-
qui de talibus schedulis. Quid enim si schedulæ fuerit
sigillum appositum eo, cuius est, ignorante? & quid si
de eius scientia fuerit appositum, sed antequàm ali-
quid scribatur in schedula moriatur? certum est enim
ꝙ morte mandatarij re integra finitur, & patet in eo,
quod leg. & no. supra de offi. dele. gratum. Sed & quid
si procura. moriatur, uel spoliatur, & schedula perue-
niat ad manus alienius dei spiritum non habentis? nē-
pe poterit in ea scribere, quicquid placuerit in domi-
ni schedulæ grauissimum detrimentum, de quo nec
unquam actum fuit, nec etiam cogitatum. iniquum
erit igitur absentem & ignorantē sic damnificari pos-
se. & aliquo pacto perimi id, de quo cogitatum non
docetur, ar. ff. de pac. tres fratres. ff. de transac. qui cum
tutoribus. §. fin. C. de dona. nec ignorans. Item quid si
inimicitiæ oriuntur, & etiam prędictæ scriptę schedu-
læ credendum non sit; ex hoc cōstat, quia is, cuius no-
mine cōfecta est, de illo, quod in ea scribitur, nihil sci-
uit, si enim constaret cum mandasse, vel sciuisse de ali-
quo certo scribendo, tūc forte secus esset dicendum.
sed forsan de præsumptione iuuabis te dicēs, quòd ex
quo procuratori dedit dominus schedulam vacuam,
uidetur ei potestatem dedisse, ut in ea scriberet, quic-
quid uellet, arg. ff. de pac. l. 2. ff. de contrahen. emp. cla-
uibus, supra de consue. cap. 2. cum multis suis concor.
ibi signatis. sed si prædicta iura diligenter inspicias, nō
ita præsumes. nam, ut in eisdem iuribus euidenter ap-
paret, quandoque ex datione alicuius rei etiam aliud
dedisse intelligor, uel ratione loci, vel tēporis, uel cō-
tractus, ut si dedi claues horrei iuxta ipsum horreum,
uideor dedisse & ea, quæ in horreo sunt. ff. de contra-
hen. emp. clauibus, & si obligo instrumenta, etiam in
instrumento contenta videor obligasse. C. quæ res pi-
gno. obli. pos. le. 1. & si reddo debitori instrumentum,
in quo continetur substantia debiti, in quo mihi astri-
ctus est, ipsum etiam debitū uideor remisisse. ff. de pa-
i ctis. l. 2.[i] secus, si pignus redderē. ff. de paci. le. 3. at hoc
nihil tale est. vnde non uidetur magis præsumendum
de uno mandato, quàm de alio, maximè cum ex mul
tis & diuersis, causis instrumentū sigillari contingat,
ut patet in eo, quod no. supra e. glo. uersi. est & alia ra-
tio, & se. & sic apparet euidenter, quod hoc instrumē-
tum aliqua præsumptione certa iuuari non potest. cō-
6 fitemur † tamen, quod episcopus potest alicui fideli
personæ sigillum suum committere, ut legi. & no. su-
pra eo. l. ad finem magnæ glo. & secundum potestatē
sibi datam poterit is, cui committitur, illo sigillo scri-
pturam sigillare de his, quæ pertinent ad episcopum,
puta causas committere, citare, confirmare, & gene-
raliter omnia alia, quæ sibi commissa sunt, poterit ex-
pedire, & literas, etiam si prælatus, cuius sigillum est,
eas non uiderit sigillare. sic enim uidemus papam uti
infra de cri. falsi. dura, & multos alios prælatos. In con-
tractibus autem aliarum personarum non debet no-
mine episcopi sigillum testimoniale apponere, nisi &
ipse episcopus interfuerit cōtractui, cum testimoniū
k sit tantum[k] de uisu, auditu, & de his, quæ testis plene
nouit. 3. q. 9. testes, & sic loquit in auct. de tabel. §. nos
autem credimus. posset tamen dici, quod testimonia-
le sigillum posset apponere is, cui commissum est, vbi
de consue. hoc habet, sicut est Lugduni. Viennę, Ebre
duni, Vapinci. & in multis alijs ciuitatibus, in quibus
prælati habent dominium temporale. non quòd con-
tractus intelligatur, habere testimoniū ab episcopo,
sed ab eo, cui hoc cōmissum est. s. cancellario, vel alio,
qui sigillum apponit. fingitur enim eius sigillum. si-
cut & sigillum ecclesiæ fingitur episcopi, 73. distin-
ctio. in nomine patris, tamen bene debet exprimi in
litera, cuius nomine apponitur, s. an episcopi, uel offi-
cialis secundum Inno. quicquid tamen dicat Inno. di-
cit Host. ꝙ in prædictis ciuitatibus obtinet de consue-
tudine, quòd nomine prælatorum scribuntur literæ
de contractibus, & alijs, quæ ipsi prælati nunquam vi-
derunt, uel audiuerunt, & sigillantur, siue bullātur si-
gillo, uel bulla ad hoc specialiter deputatis, nec fingi-
l tur sigillātis, sed prælati, cuius[l] nomine scribitur, quā-
uis absentis, ac si esset præsens, quod in alio casu uix
fieri posset sine uicio falsi, vt patet in eo, quod legi. &
no. infra de his, quæ fiunt à præla. quanto. §. absenti ū.
sed puto, quòd talis consuetudo, quæ & priuatæ scri-
pturæ uim dat probationis, ut nota. infra e. cum dile-
ctus, in fi. & prælatum, & scribentem, & sigillantem à
crimine falsi excuset: quia hic nihil fit dolo, sine quo
non committitur crimen falsi. ff. de falsis. le. 1. in prin.
& l. 2. & l. pen. 1. respon. sed necessitati contrahentium
subuenitur, ut ad hoc, quòd maioris auctoritatis sint
instrumenta, possint ita expediri, licet præsentes non
fuerint: quia nec possibile esset eis, ꝙ omnibus præ-
sentialiter interessent, ac si præsentes fuissent. sed nec
debent dici omnino absentes, qui ex mandato, & au-
ctoritate datis præsentes sunt spiritu, arg. 2. q. 1. de ma-
nifesta, de dolo & contu. ueritatis. §. fi. uer. in nomine
domini, cum suis concor. & quia etiam præsens fuisse
fingitur, qui per alium præsens fuit, ar. ff. de ādmi. tu.
ita autem. §. gessisse, supra de offi. delega. pastoralis. §.
præterea. 1. respō. ad fi. infra de sent. excō. mulieres, ad
fi, cum suis concor. & adde, quod no. de his schedulis,
infra de solu. cap. 2. secundum Hostien. & adde, quod
dicam infra c. inter dilectos, super uersi. facilius. ¶ Pri-
7 ma † glo. distinguit inter instrumenta publica, & pri-
m uata,[m] & in priuatis subdistinguit personales actiones
à realibus. & præiudicium scribentium, & eorum, cō-
8 tra quos. ¶ Vltima glo. querit, & soluit. ¶ *In † glo. 1. ibi,
instrumenta*] instrumēta domestica, uel priuata attesta-
tiones aliter non adiutæ non probant [*& ibi, rationes*]
nō probatur defuncto debitum per suas rationes, uel
per id, quod expresserit in ultima uoluntate [*& ibi, ex-
emplo*] propria scriptura fisci, uel alterius non probat,
quem sibi debitorem. ¶ *In glo. 2. ibi, l. 2.*] si pupillus ab-
sens est, uel fari non potest, seruus ei stipulat, si seruū
non habet, emitur. si hoc fieri non potest, stipulatur
seruus publicus apud prætorem. ¶ *In gl. ultri. ibi, diuus. 2.*]
illa lex probat non credi literis irenarchæ, qui retulit
malefactorē, sed ex integro quæritur, & si malè & do-
losè retulit, punitur. ¶ *In † glo. 1. ibi, reali*] hoc intendit,
quòd si habes publicum instrumentum de debito, &

ego habeo talem ſcripturam, in adiudicatione hypothecæ rei præfereris mihi [*& ibi, Trium, uel amp ius*] & ſi negetur, quod in tali ſcriptura continetur, non faciet fidem, niſi per teſtes ſubſcriptos ſiue alios comprobetur, vt in auct. e. ti. §. ſi quis igitur vult cautè, & ſequentibus, niſi iudicis auctoritas interuenerit, & per alia indicia comprobetur, in quo caſu etiam duo teſtes uidentur ſufficere, ſupra de proba. quoniam. uel niſi cōfecta ſit manu tabellionis, uel roborata ſigillo authentico & noto ſecundum Hoſti. qui dicit ſic intelligendum, quod no. in ſumma, eo. §. quibus inſtrumentis, ver. item obijcitur, & ver. item quod nō eſt confectū, 10 & ſequentibus [*Et in fine*] 6. † modos, quibus dicitur publicum inſtrumentum, & tres ſpecies priuatæ ſcripturæ uide in Spec. de inſtru. edi. §. nunc dicendum. ¶ [*In gl. 2. in fi.*] & infra de vſuris, c. 2. li. 6. ¶ [*In glo. ult. in fi.*] de hoc ſatis in Spec. de proba. §. fi. uer. decimo.

ANNOTATIONES.

a ¶Dilectos. Vide in l. pe. ff. de teſt. & ibi Bar. & in l. ſi procuratorem, ff. de procura. quando autem quis alieno ſigillo ſigillat, illud in iudicio debet exprimere, ut no. glo. quæ incipit, non enim, infra eo. inter, & infra uerſi. quid de illo, & per illum uer. intelliges, quæ hic dicuntur.

b ¶Conſuetudo. Vide d. Alex. conſi. 39. in 3. uolo.

c ¶Ad teſtium. Vide ibi Bar. in §. 1. & per Cy. & Moder. in l. ſi qua per calumniam, C. de epiſ. & cler. & in l. ſi unus, C. de teſta. & uide ad dicta illa limitationem, quam dat gloſ. non enim, infra eod. inter dilectos.

d ¶Dilectos. §. 1. uerſi. 3. Quandoque in ſignum traditæ poſſeſſionis, l. ſi neque. ff. de peri. & commo. rei uen. & uide l. 3. §. ſi quis debitum, eod. titu. & ſubſcriptio, & ſigillatio non ſemper facientibus illa præiudicat, uide l. Caius. ff. de pigno. act.

e ¶Sufficere. Vt quia probatur per teſtes, qui uiderunt talem ſigillare, uel ſubſcribere, uide Bar. in l. ſi procurator, ff. de procur.

f ¶Ion. nec tunc ſibi præiudicat, ut l. Caius, ff. de pig. acti. & mulier etiam pōt habere ſigillum, & ſigillare. l. 2. C. de rebus alie. no alie.

g ¶Procura. Hæc opi. poteſt procedere in præpoſito alicui miniſterio; quia per tale mandatum uidetur illi mandare, ut poſſit in illo miniſterio ſcribere ut inſtitor, ad hoc l. quocunque. §. ſed & ſi ful lo, ver. plane. ff. de inſti. & hoc no. Bar. in l. Lucius. ff. de fideiuſſ.

h ¶Videtur. Vide ad materiam ſimilem materiam, quam no. Bart. in l. Lucius, ff. de fideiuſ. & Moder. in l. fi. C. quod cum eo, qui in alie. po.

i ¶Pactis. l. 2. Vide ibi plenius Bar. & Cy. Bal. & Sal. in l. ſi de poſſeſſione, C. de proba. & per gloſ. fi. & ſuper illa Ioan. And. in c. eccleſia, el 2. ut lite pen.

k ¶Tantum. Quemadmodum notarius ſolum de uiſis, & auditis teſtatur, ita & ſigillum ſolum de uiſis, & auditis per dominum ſigilli teſtatur.

l Cuius. Quia is uidetur facere, qui mādat, non qui facit, ad hoc c. mulieres, infra de ſen. excom. & uide Bar. in l. ſed ſi unius. §. 1. ff. de iniur. facit. l. certe. §. ſi procu. ff. de procu.

m ¶Priuata. Vide per Barto. in l. admonendi, ff. de iureiuran. & in l. nuda, C. de fide inſtru.

SVMMARIVM.

1 *Reſcriptum apoſtolicum propter raſuram in loco non ſuſpecto non cenſetur uitioſum, nec error in facto uitiat ipſum, nu. 2.*

2 *Falſitatem in literis iuſtitiæ non præſumitur quis de facili committere.*

3 *Poſſum, pro debeo.*

Raſura quæ faciat priuilegium, ſeu aliud inſtrumentum, uel reſcriptum ſuſpectum, ibid.

4 *Raſura, uel abraſio reſcripti, uel literarum à quo fieri poſſit, & a quo facta præſumatur in dubio. uide nu. 7.*

Si fiat ab alio, quam ab eo, cui id eſt conceſſum, eſſet falſarius, ibid. & quæ ſit eius pœna in Roma. curia, & quando ſit ei locus, ibid.

5 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum.*

Reſcriptum, uel inſtrumentum quæ uitient, & nu. 7. §. 1. & 2.

7 *Additio gloſſarum.*

Raſura, uel mutatio in ſcripturis quæ uitiet, ibid. § in gloſ. ulti. & ſupra, nu. 4.

CAPVT III.

1 EX literis. Caſus. Reſcriptum † apoſtolicum propter raſurā in loco non ſuſpecto non cenſetur uicioſum. Communis diuiſio. ſecunda ibi, Dicimus [*Magiſtrum. A.*] agentem, & forte prætendentē, quod reus capellā, & ipſius iura parochialia in ipſius 2 præiudicium detinebat [*Terminanda*] in † talibus literis iuſticiæ nō præſumitur quis de facili committere falſitatem. infra de cri. fal. c. pe. [*Iudicari*] bene dicit: quia & ſi erratum eſſet in facto, dummodo nulla ſit ibi fa- a cta abraſio,ᵃ vel correctio, tamen per eas procederet, licet non ſecundum eas. ſupra de reſcrip. ſuper literis, 3 Inno. [*Non † poſſunt*] i. non debent: quia illud ſolū poſſumus, & c. 22. queſtio. 2. faciat [*Priuilegia*] confirmatoria: ſecus in originalibus, uel collatoriis. in illis enim raſura in nomine poſſeſſionis donatæ faceret priuilegium ſuſpectum, ſicut ex eadem cauſa ſuſpecta eſſent inſtrumēta donationum, uel aliorum contractuum: Item ſecus in alijs reſcriptis gratioſis eadē ratione, & etiam in contētioſis, cum & in illis fieri poſſit fraus; de reſcrip. ad aures. & c. paſtoralis, & c. ſedes. & c. ſignificante, & c. Rodulphus. ſecūdum Inn. & Abb. [*Abra-* 4 *de*] à notario † correctore, uel vicecancellario. unde ſi probari poſſet, quòd abraſio facta fuiſſet ab impetratore, nō haberet commodum reſcripti: ſed in dubio præſumo, quòd abraſio interuenerit per debitum officialem, Vin. dicebat Innoc. hæc abraſio facienda eſt per cancellarium, vel alios officiales curiæ, in quantūcunque ratione officij commiſſum eſt: ſi per alios fieret, eſſent falſarij. unde dicit Hoſt. quòd in curia eſt canon latę ſententię excommunicationis in quemcunque aliū à prædictis officialibus, qui in reſcripto bullato, uel in nota iam formata per notarium, & ſignata aliquid, ideſt ſaltem vnam figuram, ſiue literam, vel etiam dimidiā abraſerit, deleuerit, cancellauerit, addiderit, diminuerit, compleuerit, uel mutauerit ſine illius, ad quem ſpectat, data licentia. & dicit, quòd ſæpe publicatur in curia; & ſic nō excuſat ignorantia. ff. de inſti. ſed & ſi. §. de quo palam, de Iudæis, ita quorūdā, caueant ergo ab irregularitate. & dicit, quòd tam arctè ſeruat curia hanc pœnam, quòd abſentem de facili non abſoluit, nec diſpenſat etiam præſentem, niſi prius profiteatur religionem approbatam: abſoluit tamen præſentem, cum dura tamen pœnitentia. & dicit, quod idem ſeruat de literis pœnitentiarij domini papæ. & fortius hoc in falſarijs bullæ, uel ſigillorum pœnitentiariorum, & literarum ipſorum. & quod dictum eſt de nota, fortius intelligendum eſt de litera gratioſa quò ad modos ſupra ſpecificatos. hoc dicit: quia ſi in totum notam groſſatam, uel etiam bullatā dilaniaret, nolens illa uti, illi pœnæ locus non eſſet.

5 ¶ Prima † gl. reſpondet per quæſtionem. ſecunda per 6 obiectionem. ¶ [*In † gl. 2. ibi l. ulti.*] loquitur de teſtamento, quod ſi oſtendat hęres non uiciatum, non cancellatum, nec in aliqua parte ſuſpectum, mittitur in poſſeſſionem [*& ibi, Si unus*] de interlinis, uel ſuperſcriptis dicitur, quæ referuntur ad quęſtionem facti, ut uideatur, an id teſtatoris uoluntate factū fuerit, an per aliū, & tūc an ille id fecerit inconſultè, an falſo [*& ibi, Comparationes*] reſpicit, quod prius dixerat de eadē manu, quaſi id per comparationem appareat [*& ibi, Si unus*] uide, ſupra e. gl. apparet enim uoluntate teſtatoris fa- 7 ctum, ex quo clauſæ ſunt tabulæ. ¶ [*In † glo. 1. ibi, potuit*] Ala. nec per hoc conſenſit in iudicem. ff. de iudi. non uidetur, Vincen. ¶ [*In glo. 2. ibi, de iure*] expediret enim quandoque impetranti magis una uia uti. quàm alia, Vinc. [*& ibi nonnocet*] idem no. de cri. fal. licet, in 3. glo. & in fi. glo. Lau. & idē per omnia Gof. in ſumma. 11. c. ¶ [*In gl. ulti. ibi poſſeſſionum*] hoc in confirmatorijs, ut dixi in textu.

b in textu. sed Gof. hoc intelligit d· modica b mutatione literæ uel similes secus si totum nomen raderetur, argu. ff. de dolo & contuma. c. 2. nisi constaret rasum & rescriptum per manum eiusdem scriptoris, quod etiam per comparationem eiusdem literæ constare poterit; sed hoc C. eod. titu. l. comparationes [*& ibi, Suspectæ*] imo falsæ, ut probat decre. quam alleg.

ANNOTATIONES.

a ¶Abrasio. Adde, quando facta est abrasio in uerbis dispositiuis, tūc redditur suspectum c. cum uenerabilis, de re ig. domi.

b ¶De modica. Et sic habes hic tres intellectus. unum innoc. quòd loquitur in rescripto confirmatorio, non in originali, & sic non poterat esse suspectum, alius glos. istius, quando in nominibus possess. erat abrasio, & constabat ex circunstan ijs, quæ non erant abrasæ, quæ esset illa possessio, arg. l. certum. ff. si cert. pe. & sic constabat, siue esset abrasio, siue non, ad hoc quod not. infra de religio. domi. c. constitutis. Alius est Goffr. quod modicum erat abrasum, non totum nomen: uel si totum, in alio tamen uerbo apparebat nomen ipsius possess. doc. tamen infra eod. inter dilectos, quòd stat in arbitrio iudicis uidere, an rasura sit in loco suspecto necne, an & quando notarius possit corrigere errorem instrumenti, uide in specu. de instru. edi. §. postremo, uers. quid si dies, Archi. 35. q. 9. §. 1. nunquid notarius de uolunta e partium possit addere instrumento, uide in d. §. postremo, uer. sed nunquid. & si aliquid est positum instrumento, quod sit omissum in protocollo, uide in seq. uer. & si est data potestas, ut possit addere ad sensum sapientis, uide in eo. §. uer. item oppo. & seq.

SVMMARIVM.

1 *Falsum priuilegium redarguenti iudex faciet illud exhiberi corā paucis & in loco secreto.*
Priuilegium dum arguitur falsi, interim statur sententia lata per illud, ibid.
In uiarum longitudine difficultas, ibid. in fin.
2 *Difficile, uel periculosum nil præcipi debet à iudice: aliter appellari posset.*
Inter difficile & difficile, inter periculum & periculum arbitrabitur iudex, ibid.
Casuum multitudo indicat periculum, ibid.
3 *Priuilegia duplicari tutum, & ratio.*
Proximum intelligimus, si simpliciter dies apponatur, ibid.
Successor non obligatur ex facto prædecessoris, & quo, ibid.
4 *Violentia ne fiat, iudex cauere debet sub prætextu permissi.*
5 *Scriptura, uel litera si reperiantur uitiata in manu aduersarij, cum antea non essent, arbitrium iudicis erit.*
6 *Literas si quis lacerauit patenter & uiolenter in præsentia iudicis, acri pœna subdendus.*
7 *Epilogus, suffragium, & additio glossarum. nu. 8. & 9.*

CAPVT IIII.

2 alienatas. [*Etsi*] pro quamuis [*Sanctiones*] exclusis † canonicis: alias cōtra, cum & de mente legum sit, quòd in his recurratur ad canones. C. de sum. Tri. l. fi. in auc. qūo oportet. i. respōso, colla. i. de man. prin. §. si vero, colla. 3. cum si. ꝟm Hosti. qui dicit per prædictam rationem, & per auctenti. sacramenta, signata. C. si aduersus uen. etiam de iure ciuili hoc ius seruandum. & hic Ho. glossauit ipsam auct. sacramēta. quarum glossarum mens est, quod auct. illa locum habeat etiam in impubere doli capace, qui periurare potest, de delic pu. c. 1. & de infantibus, uel non doli capacibus loquatur. 22. q. 5. paruuli, & c. pueri. Itē no. ꝙ illa auct. habet locum etiam in cōtractib⁹ rerum immobilium. Item quod habet locum etiam in donationib⁹. Si autem deceptus fuit minor, qui iurauit, ultra dimidiam iusti precij, tenet hoc quod no. de emp. & uē. c. si. in fi. ulti. gl. not. etiam id, quod notaui, infra eo. licet, lib. 6.
3 in ulti. glo. [*Aeterna*] & iudices † seculares ad seruandū hoc ius canonicum per locorū ordinarios sunt. ecc. cen. cogēdi, infra eo. capitulo. 2. lib. sexto. ¶ Secunda
4 † gl miscet plura contraria, & tripliciter soluit, respō-
5 dens ad contraria, & inducens huic simile. ¶ *In † glo. 2. ibi, lex*] ult. quæ prohibet maritum alienare, uel obligare fundum dotalem, trahitur ad sponsum [*& ibi, non dubium*] uide in præalleg. c. si diligenti, super vlt. gloss. [*& ibi, digere*] uide supra eod ueniens, in fin. secundæ
6 gloss. ¶ *in † glo. 1. ibi, lex Iulia*] institu. quibus ali. licet vel non, & C. de rei uxo. actio. l. una. §. fin. Hostien.
a ¶ *In glo. 2. ibi, uides*[a]] & infra de reg. iuris, quæ contra

tra

tra ius, lib.6.[*& ibi, concordantijs*] infra de reg. iuris, accessorium, lib 6.& hoc facit ad quæstionem de pœna in tali contractu promissa. quam & certas alias de materia uide in spec. de emp.& uen.§ 3.loco, in secunda col. uer. sed pone vxor, cum ver. seq. Er quia de fideiussore ibi nõ tractatur, quarro, si alienatur † fundus dotalis, qui postea repetitur, reneatur fideiussor [b] datus emptori, & per eandem rationem accessorij? uidetur quòd non, & uidetur casus. ff. de fideiuss. cum lex, & e. ti. l. græce. §. illud. In contrarium inducitur. ff. de arbi. si pupillus, ubi fideiussor pupilli tenetur ad pœnam, licet pupillus non teneatur, inst. de repli. circa fi. C. de fideiuss. l. 2. C. de prædiis minorũ. l. & si is, & uide, quod ibi no. ubi etiam dicit Cy. quæstionem pro hac parte terminatam fuisse, & per id, quod no. in præalle. l. cũ lex, in fi. ulti. gl. quæ dicit idem in fundo dotali, quod in minore. contra id facit, quod no. in l. dotalem. ff. de testamento mili. quæ dicit legato per militem fundo dotali æstimationem non deberi: sed illud dictum nõ approbatur. Specularori in prædictis uer. plus placet, quòd distinguatur inter scientem emptorem, & ignorantem, ibi uide. Aliqui distinguunt, ubi contractus iure communi non tenet, vt in re sacra ignoranter vẽdita, & tuue procedat l. præce. cum lex. aut de iure speciali priuilegio personæ. & tunc si persona, cuius fauore alienatio prohibetur, uendidit, & in casu prohibito fideiussor non tenetur. C. de iure do. si prædium, & vide qnod ibi no. secus, si in casu permisso fiat uenditio, licet minor postea restituatur: quia tenetur fideiussor ff. de fideiuss. minorum. l. 1. & 2. Idem, si non ille, sed alter uendidit, præall. l. si is [*& ibi, adigere*] & cum immoderatum † quid præcipitur, supra eo. Quintauallis. & cum aufertur libertas testandi. ff. de l. 3. l. si quis in prin. testamenti. ff. quarum rerum ac. non da. l. 1. §. quæ onerandæ. uel cum ei, qui iurat, non seruatur fides, infra c. proxi. uel cum seruus ante manumissionẽ iurat præstare operas. ff. de ma. test. l. seruum testamento, Ioã. & Host. [*& ibi, considerauit*] si. quod no. infra de præscrip. c. ulti. & infra de arbi. ca. 2. lib. 6. [*& ibi. l. 1.*] infra de pigno. ex literis [*& ibi militatem † anima*] quæ præferenda est corpori. C. de sacrosan. eccle. sancimus. 12. quæst. 1. præcipimus, Host. [*& ibi, contrarietates*] dixit Vin. credo, quod obligatur per iuramentum, sed instet, ut absoluatur [*& ibi, perpetua*] de emp. & uen. peruenit [*& in fi.*] & est simile, infra de pactis, quamuis, lib. 6. ¶ *In glo. ult. ibi, uel filiorum*] intelligas † directè. nam alias indirectè bene posset esse præiudicium filiorum, qui aliàs successissent [c] in re illa, si non fuisset alienata: sed ex quo aliter non erat illis obligata, puta ex testamento aui, vel aliter, tenet consensus. quod si directè uergeret in in præiudicium etiam extraneorum, non noceret, supra eo. uenientes, ubi dixi de hoc.

habeat præiudicare filijs. sed contra: quia iuramentum non vinculat nisi iurantẽ, vt supra in c. ueritatis, supra eo. et. Ioan. Cal. respõdet, quòd in terminis decr. istius illud iuramentum ex ui iuramẽti non solum obligat iurantem, sed etiam impulit in contractum, & sic tenet, quòd ex uiribus iuramenti non obligentur filij: obligantur tamen ex uiribus contractus roborati ex iuramento. & si secus diceremus, ex hoc ecclesiæ deciperentur, & contrahentes auctoritate I. etiam quia hæredes non tenerentur ad obseruantiã, & sic sentit id, quod dominus Barto. in. l. si quis pro eo, ff. de fideius. ibi, tertio dixi, in tertio membro, do. Anto. de But. tenet quòd contractus non ualidetur per istum tex ibi, mulieres ipsæ, ut plene scripsi in loco præalle. non obstat ratio prædicta: quia iuramentum præstitum per mulierem si non transit ad hæredes &c. quòd sequeretur absurdum: quia fateor, quòd respectu iuramenti non tenentur hæredes: sed per ecclesiam coguntur, ut ualidetur iuramentum. sensit glo. in c. ex parte, supra de consue. in glo. in uer. alienat, & Ioan. And. in c. licet, de pac. lib. sexto, & in uer. firmatum, in glo. fi. Bal.

SVMMARIVM.

1 *Fides etiam iurata seruanda non est ei, qui fidem frangit, & nu. 15.*
2 *Bellum iniustum omne regulariter damnatum. & iniuste motum præsumitur, nume. 3. ad ecclesiam pertinet hoc iudicium, ibid. & quando moueri debet, num. 4.*
Neganti iustum esse bellum non incumbit probatio, ibid.
3 *Ad damnorum in bello datorum restitutionem an & quando bellũ mouens teneatur, & nu. 4.*
5 *Ad bellum iustum, uel iniustum uocati an agunt cõtra uocantem ad impensas, uel damna, quæ propter hoc sustinent: uel contrà, an uocans ad ipsum agat ui bono. rapto. uel furti contra illos, qui spoliarent uocatos, & num. 7. 8. 11.*
6. *Vasalli ad quæ domino præstanda teneantur.*
7. *Casus fortuiti mãdatario non sunt imputandi aliud in commodato, & locato dicitur. Tot sunt ut numerari nequeant, num. 12. uers. Responde, alia de bello uide num. 18. nisi in casibus & quibus, & num. 8. & 12.*
9 *In bello capta quando fiant capientis, & quando repeti queant.*
10 *Spolians spoliantem an pari crimine teneatur spolianti.*
Inuadere alienum, & detinere an intersit, ibid.
Crimina paria quomodo mutua compensatione tolli intelligantur, ibidem.
Compensatio in quibus habeat locum, ibid. uer. alij dicunt.
11 *Mandatori ne detur actio contra spoliatores mandatariorum.*
Actio ui bonorum raptorum, & furti quibus detur, ibid.
Cessionem actionis debet satisfactio præcedere, ibid. uer. in his autem.
12 *Mandator quando teneatur ex casu fortuito mandatario.*
Socius socio ex casu fortuito tenetur, ibid. uer. in societate tamen.
13 *Damna, & interesse ueniunt cum restitutione occupatorum.*
A iuramento si nolit absoluere, cui iuraui, absoluit ecclesia, uel fit compulsio, & quo casu, ibid. ad dictio. absoluens, & nu. 14. ad fi.
14 *Vera si fuerint narrata, clausula hæc, si non fuerit, in rescriptis apposita, intelligitur.*
Excommunicatio cadit in personam, non locum, & qu un, & ratio, ibidem.
16 *Per iuramentum, uel pactum quis non obligatur, nisi consentiat ille, cui fit iuramentum, uel pactum.*
Negligentia non tenetur, si necessitas, uel aliud impedimentum excuset ipsum, ibid.
17 *Epilogus, & additio glossarum. num. 8.*
Bellum quibus modis dicatur iniustum, & de iusto bello. & quando liceat alium impugnare, ibid. nu. 18. alia de bello, supra nu. 9.
19 *Captus in bello, & quo fit seruus capientis. & peccat, si fugiat ab eo.*

CAPVT XXIX.

1 SIcut, & infra Casus. Fides † etiã iurata seruãda nõ est ei, qui fidem frangit. & uera diuisio. q. primò ponitur decisa querela, & consultatio. secundò querelæ cõmissio. tertiò cõsultationis respon. secunda ibi, in prin. si constiterit. tertia ibi, iuramen-

ANNOTATIONES.

a ¶Vides. In hac gl. ibi, sed canon &c. hæc non est bona: quia etiam considerato fine animæ debent seruari: quia qui non seruat legitimas sanctiones, peccat mortaliter, & mandata principum, ut c. s. de maio. & obe. item nec, & 2. quia tex. non facit differentiam, an possit dos saluari, nec ne. item nec. 3. satisfacit: quia & hic uidetur adducta turpitudo, cum sit contra leges. item alia ratione potest cauillari, quia auct. sine à me, in suo stricto casu loquitur de obliga. non alienatione. item ibi quando secũda consensus præstatur ex interuallo, quasi deliberatè præstetur, ut. l. si mulier, ad Velleia. sed hic in iuramento, quod incontinenti præstatur & ea facilitate, qua inducitur ad contrahendum & ad iurandum, nisi dicatur, quòd in iuramento non præsumitur, quòd ueniat nisi deliberatè: quia est magni ponderis, nec debet iurari nisi ex necessitate, ut infra eo. at si Christus, Arch.

b ¶Fideiussor. Adde do. Alex. in di. l. cum lex, & hic per. d. Io. de Imo. in repe. huius capituli.

c ¶Successissent. Et sic hic doc. sentiunt, quòd iuramentum istud

2 mentum [*Conſtiterit*] dicit Hoſt. ꝙ † conſtat hoc ipſo, ꝙ non conſtat contrarium. C. qui mili. non poſſunt, ſuper ſeruis, lib. 12. quia regulariter omne bellum iniuſtum eſt damnatum. C. de act. & obli. l. negantes. C. de gladi. l. una, lib. 11. & de pur. ca. c. 1. & 2. cum ſuis concor. ſecundum Hoſt. qui tamen dicit, quòd uerbum iſtud poteſt determinare uerbum, iniuſtè, quod ſequitur; & tunc procedit lectura, de qua dixi. nam qui aſſerit bellum iniuſtum, negat iſtud iuſtũ: & negans hanc aſſertionem dicit illud iuſtum, & ſic illi incumbit probatio, qui in veritate dicit, non neganti. ff. de proba. l. 2. de quo remittit, ſup. de renun. ſuper hoc, & de elect. bonæ. i. §. contra. poteſt etiam determinare uerbum,
3 Mouit. & eſt ſenſus, ſi cõſtiterit, quòd mouit † bellum, q. d. conſiderandum, cum quæritur de reſtitutione dãnorum datorum in bello, inquiri debere quis fuerit bellum mouens, quaſi illi ſit imputandum totum cõmiſſum in illo conflictu. C. de vi pu. uel priua. l. quoniam multa facinora. ff. ſi qua. pauperi. l. 1. §. cum arietes. ff. ad l. Aquil. ſi ex plagis. §. 1. & ſecundum hoc aſſerenti incumbit probatio. ff. ad l. Aquil. ſcientiam. §. cũ ſtramenta. Ex his collige, quod bellum mouens tenetur ad reſtitutionem, quod verum, quãdo iniuſtè mouit, quod prima facie præſumitur. ſi tamen mouens vult probare, quod iuſtè mouit, in nullo tenetur: ſed facit ſua, quæ occupauit, ut in glo. 2. de quo remittit Hoſti. de homici. pro humani. & ad id, quod infra dicam. & dicit hoc iudiciũ ratione pacis & pacti ſpectare ad eccleſiã. de iudi. nouit, de treu. & pace. c. 1. & 2. unde etiã dicit lex, ꝙ ſi præſes lędat ſubditum ſuũ, recurritur ad epiſcopũ, vt in auct. vt dif. iudi. §. ſi tamen contingit, coll. 9. [*Bellum* a] vt dicit † Hoſti. bellum ſine cau-
4 ſa rationabili, & auctoritate iuris, uel iudicis moueri nõ debet, licet tota die fiat contrarium. tenentur ergo tales ad reſtitutionẽ: quia cenſentur hinc inde prædones, & latrunculi. ff. de captiuis, & poſtli. reuer. l. hoſtes ff. de uerbo. ſigni. l. hoſtes, niſi vbi altera partiũ dat dãnũ ſe defendendo, quod oẽ ius permittit. ff. de iuſti. & iur. vt uim, dũmodo defendẽs non excedat modũ, qđ tunc facit, qũ violentiam infert. qua omiſſa, ſalua ſibi erat defenſio ad arbitrum boni iudicis, de quo remittit ad decre. olim. i. de reſti. ſpo. & de ſen. excom. dile-
5 cto [*Occupata*] de uocatis † ad bellum iuſtum, uel iniuſtum an agant contra uocantem ad impenſas, & dãna, quæ propter hoc ſuſtinent. Item an uocans agat vi bonorum raptorum, uel furti contra illos, qui ſpoliarunt uocatos, no. hic Vin. & Hoſti. dicentes, quod uocatus, ut auxilium præbeat ad bellum iniuſtum, non habet actionẽ mandati, uel aliam contra uocantem ad impendia, uel damna, quæ propter hoc ſuſtinuit: quia in re turpi non contrahitur obligatio, inſti. man. §. illud quoque. ff. man. ſi remunerandi. §. rei turpis, & l. ſi mandauero. §. qui edere, & ſic loquitur glo. in pręalle. l. quoniam multa. C. de ui publica. Sed C. ibi tractat in q. 2. quod ſumptum fuit ex uerbis Inno. quę ſequuntur. Vocati autem ad iuſtum bellum actionem mandati habent contra uocantem, niſi cauſa pietatis, uel humilitatis, ſiue parentelæ hoc faciunt, ar. ff. de nego. ge. Neſennius. 23. q. 3. non inferenda, & c. ſequenti, uel niſi ad hoc ex debito teneãtur. 11. q. 3. ſi dominus, & c. Iulianus, de quibus uidetur, quòd ex quo ex debito uenire tenẽtur, excuſantur, ſi inimicis damnum dederĩt, niſi notorium eſſet bellum iniuſtum, ut in d. c. Iulia. nam in dubio obedire tenẽtur. 11. q. 3. quid er-
6 go. 23. q. 1. quid culpatur. uidetur † etiã quod licet uaſſalli teneantur adeſſe domino pręſtando ei auxilium, & conſilium, ne lædatur. 22. q. 5. de forma: non tamẽ milites uocati tenentur ire cum armis in eorum ſeruitio, uel pro eis aduocare, uel conſimilia ſeruitia facere, niſi ex ſpeciali pacto ad hoc ſint obligati, cum non teneãtur ad munera perſonalia cum ſumptu, vel ſine ſumptu, niſi ex pacto, quod dic ut no. infra de ĩmuni. eccle. non minus, uel niſi in caſibus, qui ponuntur in vſibus feudorum, uel niſi conſuetudine, uel alio iure ſpeciali ſecundum Inno. Tu uerò dic ſecundum Hoſtien. de hac materia, ut no. infra de feu. c. 1. & in ſum-
7 ma, eo. titu. §. quid ſit fidelitas. Contra id † autẽ, quod dixi ſecundum Innocen. uocantem teneri uocatis ad damna, quæ propter hoc incurrunt, ubi eſt iuſtũ bellum, ſic poteſt opponi. ſ. quia hæc dãna caſualia ſunt. caſus autem fortuiti non ſunt imputandi, infra de homici. Ioannes, cum ſuis concor. Sed dicas, quòd hoc uerum eſt, quando pręuideri non potuerunt. Vocans autẽ bene potuit iſtos caſus fortuitos præuidere: imò ſcire debuit, quòd varius eſt euentus belli, & nũc hũc, nũc ca illum conſumit gladius. 2. Regum. 12. & ꝙ vix aut nunquam poſſunt milites venire cum armis, & eſſe in guerris, quin magnas expenſas faciant, & multa damna incurrant. & ſi hoc dicat ſe ignorare, lata culpa eſt, quæ dolo comparatur, cũ iſtud intelligant quaſi omnes. ff. de iur. & facti igno. l. regula. ff. de uerbo. ſigni. l. latæ culpæ. ergo aut nõ debet vocare: aut ex quo uocat. cum bene ſciat, uel ſcire dẽbeat, quòd iſtud pro maiori parte accidit, ad ſatisfaciendum uidetur ſe obligare. nec obſtat. ff. commo. ſi ut certo. §. ſed ſi incertum. ubi dicitur, quòd ſi quis cõmodauerit equum, & arma eunti ad bellum, & ibi amittantur, non competit actio ad ea recuperanda: quia aliud eſt in mãda-
8 to, & aliud in commodato. de natura † enim mandati eſt, quod mandans tenetur mandatarium ſeruare indẽnem, ut in ſupradictis. ll. & ff. de procur. qui proprio § litis impendia, & patet in eo, quod legitur & no. ſupra de procu. cum pro cauſa, & quòd mãdatum de rebus proprijs mãdantis gerendis, ſicut patet in præmiſſo exemplo, fit in fauorem & ad vtilitatem mãdantis, & in onus mandatarij. unde nec tenetur mandatum ſuſcipere mandatarius, niſi uelit, ſed ſuſceptum adimplere tenetur: alioquin obligatur, ut Inſti. mandati. §. mandantis tantum gratia, & §. mandatum ſuſcipere. In commodato uero, quod gratia commodatarij fit, ut in præmiſſo exemplo, ſ. quãdo commodo equum, uel arma eunti ad bellum, agitur ad hoc ut commodatario ſubueniatur: non quod ei commodans obligetur. ſed nec commodatarius tenetur, dummodò re commodata ad eum uſum vtatur, ad quem commodata fuit. ideoque ſi arma & equum eunti ad bellum commodata in eodem amittantur, non tenetur commodatarius, nec etiam conductor ad emendam, qui ſic ea cõduxit, cum & locator ſuſpicari potuerit & debuerit hoc euenire poſſe. ff. locati & conducti, ſi quis domum. §. hic ſubiungi, & l. ſi merces. §. uis maior. ſed dices, eodem modo uidetur imputandum vocato ad bellum, ſi veniat, & expenſas faciat, vel equos, & arma amittat: quia & pręſcire potuit hoc euenire poſſe. Reſpon. uerum eſt: ſed & ſciebat, quòd de natura uocationis erat, ut à uocante, ſiue mandatore per actio-
b nem mandati impedia ſua, & dãna recuperet, b & ideò ſub hac ſpe ſecurius veniebat. ff. de mandati, inter cauſas. §. impendia, & l. qui mutuam. §. fina. ſed & locator debet eſſe contentus mercede ſua. unde nec tenetur conductor, dummodo nec in dolo, nec in culpa reperiatur. ſimiliter nec commodatarius, niſi ſaltem in leuiſsima culpa ſit: ſed conſtat, quòd ille, qui ducit equum ad bellum, & ipſum ad hũc vſum recepit, nec etiam in minima culpa eſt, ſecundum Inno. quod uerum eſt ſecundum Hoſti. ex eo ſolo, quòd ad bellum duxit. ſi tamẽ ipſum equum uel malè cuſtodiuit, adaquando eum cum nimis calidus eſſet, vel non cooperiendo ipſum, vel non dando ſibi auenam ſufficientem, uel alio modo, propter quod equus deſtructus,

uel

uel mortuus est, vel quia transiuit per locum euidenter periculosum nõ prænunciando hoc ei, qui ipsum uocauerat, & qui forsan prouidisset ei de securo conductu, in his casibus & similibus certum est, ꝙ in culpa deprehenditur, & ideò est imputandum. ff. commo. si ut certo. §. 1. & §. si interdum, & §. mortis, & se. l. in rebus, i. responso, & §. 1. & se. & patet in eo, quod no. c in summa. §. & in quantum. In bello c autem † iusto, 9 quod fit ex edicto principis, dicit Inno. ꝙ liberi homines capti serui fiũt capientium, & in eorum dominiũ res transeunt occupatæ. ff. de capti. & postli. reuer. hostes d. ff. de uerbo. signi. hostes. Si uero non fiat ex edicto principis, sed aliàs sit iustum, puta quia fit ad defensionem, uel prosecutionem iuris sui, distinguendũ est, vtrum is, qui tale bellum agit, iurisdictionẽ habeat super illis, quibus guerram facit, & cõtumaces ei sint & rebelles, potest statuere & concedere, quòd liceat unicuique res ipsorum inuadere & capere, & suas facere, & liberos etiam homines rebelles capere & detinere, quousq; sibi. i. domino fuerint assignati, ut no. infra de sen. excom. à nobis, secundum Innocen. & tales possunt dici potius obsides, quàm captiui. & secũdum hoc potest intelligi. ff. de leg. 3. le. 1. §. 1. primo responso. sed & sine aliqua cõstitutione potest tales rebelles, si terram suã inuaserint, & in ea dãna dederint, punire, & dãnare. C. ubi de cri. agi oportet, auct. qua in prouincia, & patet in eo, quod l. & no infra de rap. c. 1. secundum Host. Si autem is, qui tale bellum gerit, nullam iurisdictionem habeat super eo, pro quo bellum geritur, & tamen iustè pugnat, puta quia alius inuadit ipsum, & ipse se. uel res suas defendit, tunc licet ei uim ui repellere, & in repellẽdo hoĩem percutere, & ẽt occidere, sed cum moderamine inculpatæ tutelæ, quod dic, ut legitur & no. s. de resti. spo. olim. i. ad fin. tunc tñ nec bona aduersariũ licet capere, nec capiendo sua facere, nec etiam inuasorem detinere: cui tamen inuasori, si tunc in ipsa inuasione spolietur, uel uerberetur, actio ui bonorũ rap. & etiã iniuriarum denegatur: quia exceptio paris criminis obstat ei, infra de adul. intelleximus, ubi de hoc. sed bene potest res, quibus spoliatus est, uendicare, quarum remanet dominus, sicut prius. ff. de rei uen. in rẽ actio.

10 Sed quid si tu † tenes equũ meum, & ego repero, quẽ quia mihi reddere denegas, uiolẽter tibi eum aufero, nunquid dabitur tibi actio contra me ui bo. rap. uidetur quòd sic, ar. ff. quod me. causa, extat edictũ. sed contra: quia adeò delinquis tu, qui quod meum mihi reddere denegas, sicut & ego, qui te spolio: quia nõ multum interest iniustè detinere, ac inuadere alienum, ut dicit concilium generale, supra de resti. spo. sæpe. & dicit Aug. quod si quod inuenisti, non reddidisti, rapuisti. 14. q. 5. si quid inuenisti. ergo uidet, quod si tu hoc casu agis cõtra me, obstat tibi exceptio paris criminis, ut dictũ est. Sol. circa diuersa sunt hæc delicta, & ideo non compensantur secundum Innoc. sed & quamuis inuadere, & retinere alienum parificentur, hoc tamẽ intelligitur in foro animæ, vt dicit dicta cõstitutio sæpe: secus in iudicio contentioso, in illo enim non punitur detinens ex sola detentione, nec etiam cogitur restituere rem alienam. nisi probanti intẽtione in suã. C. de rei uen. l. si. C. de proba. actor. Inuadens uero ex e ipsa inuasione punitur, e & restituere cogitur. C. unde ui. si quis in tantam. 15. quæstio. 6. cap. 1. sed is, qui detinet, in contentioso foro potius negligens vel culpabilis iudicandus est, quam delinquens. Is uero, qui inuadit, uerè delinquens & criminosus est. de culpa autem, siue negligentia non admittitur compensatio ad delictum, quod culpæ præponderat. ff. ad l. Aquil. si ex plagis. §. 1. secundum Hostien. sed & secundum Inno. exceptio culpæ non impedit prosecutionem actionis de dolo, uel criminis. ff. de solu. ma. si mora. Alii dicũt, & melius secundum Innocẽ. quòd quando spoliatus suum spoliatorem spoliat, & si utriq; contra alterum actio, vi bo. rap. & etiam iniuriarũ competit. obstat tamen alterutri exceptio compensationis, inquantum alterius spolium, uel iniuria poterit æstimari. sic enim intelligitur, quòd dolus dolo compensatur. & ꝙ paria crimina mutua compensatione tolluntur. ff. de dolo. si duo, infra de adulte. c. pe. & fi. adeò, quod non solũ pecuniaria compensatur, quinimmò & redditio debiti coniugalis, & repetitio ac receptio dotis, & donatio propter nup. & sic intelligitur. ff. soluto ma. uiro atque uxore, infra de adulte. intelleximus. quomodo autem ad pœnas temporales, uel etiam spirituales, f siue etiam pecuniarias, quę applicantur f fisco. nulla fit compensatio: imò omnes, & illi tantũ, qui delinquũt, debent luere pœnas suas, ut patet. C. de mo. mulc. per totũ, & in eo, quod legitur, & no. infra de his, quæ fiũt 11 à ma. par. capituli. c. 2. Sed quid † dices in supradicto casu, ubi. s. aliquis nobilis uocauit alios amicos suos, uel etiam subditos, sed liberos, ut uenirent ad eum cum armis, & isti uenientes spoliati sunt equis, & armis & aliis, quæ portabant, nũquid huic mandatori dabitur actio, ui bonorum raptorum, contra spoliatores? Videtur ꝙ sic: quia mandatoris ipsius interest ipsos non spoliari, cum ad satisfactionẽ teneatur eis actione mãdati, ut no. supra ea. gl. in prin. & uer. contra id autem, & sequentibus. tu tamen dicas contrarium, & hoc ea ratione, quia res ablatæ non erant in bonis, & de bonis mandatoris. Alii autem, quàm domino, uel possessori, uel detentori, ut est depositarius, uel commodatarius, & similes, uel aliquod ius habenti in re, ut est ille, cui res est pignori obligata, & si nondũ tradita, non datur actio ui bonorum rap. uel etiam furti. ff. ui bonorum raptorum. l. 2. §. in hac actione non utiq; spectamus, & sequen. ff. de præs. uerbis, si gratuitam. §. si g quis sponsionis. ff. de furtis. le. is cui, & l. si is, g qui rem cõmodasset. Homines ergo spoliati singuli agere debent. est tamẽ ar. contra id, de iniur. c. pe. sed ibi soluitur. & idem uidetur, si etiã mandator eis expressè promisisset, quod ipsos seruaret indemnes. ff. locati, quæro. In his autem casibus & similibus expediens est cõsilium, vt mandator satisfaciat spoliatis: sed ante satisfactionem cedi sibi faciat actiones. sic enim agere poterit contra spoliatores. C. man. l. pe. & fi. Post solutionem autem non prodesset facta cessio, nisi de ipsa facienda antea conuenisset. ff. de solutio. Modestinus. h

12 Quid † si mandaui alicui Genuen. ꝙ mihi faceret ædificium in insula maris circũdata, puta in Sardinia, uel Sicilia, & mandatarius uolens implere mandatum recollegit seruos suos, & pecuniam, & materiam ad ędificationem necessariam, puta ligna, calcem, ferramẽta, & similia, quæ tamen iam prius parauerat, & habebat non ob hanc causam, sed ob aliam, & omnia hæc remittit per mare pro mandato ædificii adimplendo, & naufragio pereunt, annquid tenetur mandator satisfacere mandatario de prædictis? Respon. non mandatori, sed casui est potius imputanda, & ita potuerũt hæc omnia perire domi, sicut & in mari, licet per mare nauigantes pluribus casibus subiacebant, quàm domi remanẽtes, & sic potest intelligi. ff. man. inter causas §. non omnia. & si aliud diceretur, dummodo per vnum passum prædicta portari fecisset, & fulgure, uel alio casu periissent, teneretur mãdato, quod absurdũ est dicere, uel sentire. Si uero hæc emisset, uel pecuniã mutuo accepisset, uel prędicta sibi empta vẽdere omisisset propter prædictũ mandatum ædificii adimplendum, & hęc casu fortuito amisisset, tunc bene tenetur mandator actione mãdati, etiam si eodẽ modo apud mandatarium periissent. probantur hæc. ff. de condi. causa

causa da. si pecuniam. §. fina. ff. mandati. si procuratore. §. fi. & le. se. §. item Papi. & §. itē Labeo ai, & l. si quis alicui. §. impendia. & l. qui mutuam. §. fi. ff. de nego. ge. sed an ultro. In hoc enim casu non propter fortunam tantum hęc amisit, sed propter mandatum: quia nunquam hic emisset, uel pecuniam mutuam recepisset, nisi propter mandatum adimplēdum. sed dices idem uideo & in primo casu: quia nisi mandatum præcessisset, nunquam mandatarius prædicta mari exposuisset, & sic non amisisset. Respō. & si duo præmissa sunt uera, tñ de tertio non es certus: quia infiniti sunt casus fortuiti, quibus hęc domi retinens amittere potuisset, puta incendio, rapina, furto, & multis alijs. tot enim sunt, quòd nec dici nec numerari possūt. C. de usufru. l. pe. circa medium. C. de præl. 30. an. l. si ante fi. In societate tamē secus est: in qua obligatur socius de casu fortuito, si consocius ferat secum ea, quæ nunquam portasset, nisi ad negociādum iuisset. ff. pro socio. cū duobus. §. quidam. & est ratio, quia societas propter uberiorem quæstum fit, & quasi fratres participāt sibi socij lucrum. unde & damnum participare debēt. ff. pro socio, coiri societatem; & ll. sequentibus. & l. cum duobus. §. Papinianus, aliàs est lex, & incipit, si fratres, & §. sequentibus. æquum est enim ꝙ qui partitur lucrum, partiatur & damnum. ff. de reg. iur. secundum naturā. Quidam tamen dicunt seruandum idē esse inter mandatarium & mandatorem, siue prius suas, siue ob hoc de nouo emptas res amiserit, quod utique urbanum est & æquum, imò uidetur & iustum, dūmodo casus fortuitus talis sit, quem non incurrisset, nisi mandatū recepisset, ut in præall. l. si peccuniam, & alijs suis si. in-

i ductis, supra c. glo. net. si uero hæc emisset, & sequen.[i] Sin autem talis sit, qui etiam ei & domi contigisset, uel contingere potuisset, tunc non tenetur mandator, & sic potest intelligi. ff. mandati, inter causas. §. si omnia, secundum Inn. cuius est magna pars totius huius glo. & adde, quod no. de hac materia, infra de hære. excō-

k municamus. i. §. si uero dominus per totum,[k] secun-

13 dum Hosti. [*Restituat*] cum damnis † & interesse, ar. de iniur. cum olim, de resti. spo. grauis, de so. compe. dilecti: quia non dimittitur peccatum &c. secundum regulam, de reg. iur. peccatum. li. 6. [*Iuramento*] forsan ne super his, querelā exponeret, uel quod rediret in uinculis, quod plus placet Hosti. ne uideatur conquerendo deierasse. & tunc secundū cum dicas, quod denun-

l ciauit, allàs non uidet Hostiē. quid ualeret absolutio[l]. [*Absoluens*] quid si nollet absoluere? dicit Hostien. ꝙ ecclesia absoluet, & remittit, supra c. si uero, & cap. debitores. uel fiet prius compulsio, de qua sequitur [*Noluerit*] restituendo, & absoluendo [*Si præmissa*] intelligi-

14 tur hæc clausula † etiam non apposita, de rescriptis. c. 2. [*Per sententiam*] alias, personam. & no. personam excōmunicari, locū interdici. excommunicationis enim non est capax nisi creatura rationabilis, mortalis, & baptizata, de sen. excom. Romana. §. fi. ubi latis dicam de hoc super glo. per hanc, de diuortijs, gaudemus, de usuris, post miserabilem, & c. quanto, secundum Hosti. [*Supponentes*] si hoc non prodest, absoluet ecclesia, ut prædixi [*Iuramentum*] ut dixit Hostien. non apparet

15 hic, quale fuerit iuramentum. Forsan. I. † promisit. H. centum libr. si ipsum non offenderet, & ille. H. promisit, & forte iurauit non offendere dictum. I. & tamen ipsum offendit. non tenetur ergo. I. illi. H. ad illas centū libr. facit de simo. dilectus, infra de pęnis, constitutus, infra de censi. cum olim [*Assensu*] conuentionali hinc

16 inde. & no. per † hoc Pe. per iuramentum. uel pactum nullum obligari. nisi consentiat ille, cui fit iuramentū, uel pactum [*Negligit*] no. culpam ipsius. H. concor. de transac. si quis maior. secus ergo, si necessitas, uel aliud iustum impedimentum illum excusaret, supra eo. tit.

17 breui, & c. querelam, secundum Hostien. ¶ Vlt. † gl. si-

18 gnat contrarium, & soluit, & obscurè tamen. ¶ [*In † glo. 2. ibi, iniustum*] hoc uidetur. 5. modis, qui notantur. 23. q. secunda, in summa, quos posuit hic Goffre. de iusto autem bello. & quando liceat alicui alium impugnare. remittit Innocen. de resti. spo. olim, infra, & Hosti. remittit ad summam, de treu. & pace. §. quid sit iustū bellum, & scripsi de homici. pro humani, in glo. hoc dicit, lib. sexto, & uide per Tho. secunda secundæ, que-

19 stione. 40. articulo primo [*& in fine*] & captus † in tali bello seruus est capientis ita, ꝙ peccaret, si fugeret ab illo, ut no. i. di. iusgentium, in gl. 2. quod intellige, ut dixi in textu in magna gloss. uer. in bello. ¶ [*In glo. ultri. ibi, quod deo*] & 11. quæstio. 3. inter uerba, in fine, Vincen. [*& in fine*] ibi fides data deo, hic homini.

ANNOTATIONES.

a ¶ Bellum. Quod dicatur bellū iniustum, uide glo. 23. q. 2. in sum. & per Hostien. in cap. primo, de homi. in ui. & per Innocen. in c. cum olim, de resti. spo.

b ¶ Recuperet. Vide bonum tex. & ibi glo. qui facit ad materiam huius glo. in l. inter causas. §. non omnia, ff. mandati, & q. de ambasciatoribus derobatis, an damna repetant, ibi Bar. & plenius in l. si seruus. §. quòd uerò, ff. de fur. & uide in spec. de iudi. §. specialia, uer. illud autem.

c ¶ In bello. An autem bellum præsumatur iustum, uel iniustum, uide per. d. Barba. consi. 38. in primo uolu.

d ¶ Hostes. Ibi uide plene Bar. & do. Bar. de Sali. in repe. l. ex hoc iure, ff. de iusti. & iure. & uide Io. An. de resti. spo. olim, lo primo, in glo. quomodo hoc licuit, uer. sed & quilibet, & per totam glo. & uide omnino Bal. in l. cum cognatum, C. de inge. & ma.

e ¶ Inuasione punitur. Nisi forte per iudicem illius aliter consequi non possit, ut de glo. primam. c. iusgentium, in fi. primæ glo. & Io. And. in c. olim, lo primo, in glo. quomodo hoc, circa principium. & uide bonum tex. in le. si alius. §. bellissime, ff. quod ui aut clam, & ibi Bar.

f ¶ Aplicantur. Quia tamen alij debeantur, ut fisco & non petenti compensationem, meritò illa non admittitur, uide moder. in l. fi. C. de compensa.

g ¶ Furtis. l. is at. l. is, cuius interest, & uide plenius per Cy. & Sali. & doc. in l. manifestissimi, C. de fur.

h ¶ Modestinus. Longa est materia illius l. & in duobus mandatoribus, & duobus reis. & alijs. de qua ibi uide plenissime per Bar.

i ¶ Sequen. Et illa opi. de æquitate posset esse uera, prout no. in d. §. non omnia, & uide Bar. in l. si seruus. §. quòd uerò, ff. de fur.

k ¶ Per totum. Ibi non tractatur materia huius ultimæ. q. sed materia captionis bonorum rebellium, ibi uide.

l ¶ Absolutio. Cum iam exposuisset, quæ uellet, & sic iam esset periurus secundum Hostien. qui sic hic dicit, & clarius, quam Io. An. And. exprimat.

SVMMARIVM.

1 *Clerici temporalia non tenentes à laicis fidelitatem eis iurare non debet, & nu. 5. alioquin puniuntur, nu. 6.*

Diuinum pro ecclesiastico, uel canonico, ibid.

2 *Canonicum ius nunquid sit diuinum.*

Interpretationi papæ potius, quàm magistrorū in dubio stādū, ibid.

De papæ potestate quædam, ibid.

Ecclesiasticorum appellatione religiosi & seculares continentur, ibid. in fi.

3 *Fidelitatem quando quis debeat iurare.*

Feudalis non præsumitur esse res, nisi probetur, ibid.

Libera est omnis persona, & omnis terra iure primæuo, ibid.

4 *Ecclesia omnis sita in diœcesi subest episcopo, & est sub ipsius dispositione.*

Allodia non est reperire in ecclesiasticis, ibid.

Acephalam nullam ecclesiasticam personam patitur ius canonicum, ibid.

In temporalibus an idem sit, ibid.

Imperator prouinciam, in qua situm est castrum ad aliquem pertinens, intelligitur sine eius concedere præiudicio, ibid.

Speciale tantùm ualet quò ad quadam quātum ualet genus ad uniuersa, ibid. uer. nam tantum.

Iurare

5 *Iactre peccatorum, stare iustorum est, uer. Hie. ad Dama.*
6 *Additio glossarum.*

CAPVT XXX.

1 NImis. Clerici † temporalia non tenentes à laicis eis fidelitatem iurare non debent. & primò ponit factum reprehensibile. cui secundo prouidet, ibi, Quia uero [*Diuino*] i. ecclesiastico, uel canonico. per quod
2 patet secundum Hosti. ius † canonicum esse diuinum, remittit de iura. calum. cap. 1. uer. nos itaque. Sumptū enim est ex diuinis scripturis, de accusa. qualitet. 2. in prin. & ius, quod papa uicarius dei ꝓmulgat, ipse deus
a promulgasse ª v idetur, ad quod satis facit, de transla. cap. 2. uer. non enim. nam & ab eo habet, quòd posšit etiam diuinas scripturas interpretari, infra qui fi. sint le. per uenerabilem, uer. rationibus. unde dicit Hosti. circa decimarum solutionem, & alia dubia potius fuæ standum iurerpretationi, quàm magistrorum. remittit, infra de decimis, in aliquibus. nec ob. quòd etiam leges sunt diuinitus per ora principū promulgatæ. 16. quæstio. 3. cap. fi. C. de præscrip. lon. le. fi. quia illud largè, quod strictè de solo papa hoc est intelligendū, qui solius est Christi uicarius generalis [*Vsurpare*] no. uitiū. facit, de re. ec. non alie. c. fi. de immu. eccle. non minus, & c. aduersus, secundum Host. [*Ecclesiasticos*] religiosos, uel seculares, de offi. or. licet, Hosti. [*Tenentes*] quia nec
3 recognoscunt, nec conuicti sunt. no. Hosti. quod non hoc ipso, ꝙ aliquis tenet temporalia infra regnum, vel prouinciam alicuius, debet illi fidelitatem. nisi ipse se in feudum habere recognoscat. nec ob. 16. qō. 7. omnes basilicæ: quia nō præsumitur res feudalis, nisi probetur, eū & multa sint allodia, & à iure primæuo om-
b nis terra libera est, ᵇ nisi inquantum uiolentia est illata, insti. de iure na. §. ius autem gentium. & de libertinis. §. 1. & facit secundum eum auctoritas gen. quam uide, infra de censi. quamquam, lib. 6. in gl. legitur per quam patet, quòd nō omnis res temporalis est feuda-
4 lis: sed omnis † ecclesia sita in diœcesi certum est, quod subest episcopo, & est sub ipsius dispositione. 10. q. 1. regenda. nec in ecclesiasticis est reperire allodia, nec patitur ius canonicum aliquam ecclesiasticam personā acephalam. 23. d. nulla. & ex quo subsunt personæ, fortius & res. 12. q. 1. præcipimus. nec rationc ipsius fit homagium, infra de regu. iur. cap. fi. & de temporalibus posset idem dici non quò ad seruitutem, nisi probetur imposita, vel annexa, infra de cēsi. licet. sed quò ad iurisdictionem. & sic potest intelligi. ff. ad munici. incola, & quò ad posšidētes singulas res in aliquo uico, uel castro, ff. de censi. forma. §. si uites. ff. de publica. imperatores. C. ubi in rem actio. l. fi. ff. de offi. præfec. uerb. l. 1. §. cum urbem: secus quò ad posšidentem, & de approbata consuetudine omne ius habentem in ciuitate, vel castro intra prouinciam, maximè si nomine alterius superiotis hoc posšedit, & præscripsit, ar. de præscrip. cum ex officij. potest enim tale castrum cum territorio insolidum ad talem dominum pertinere, & dicetur per se prouincia, uel territorium, ar. ff. de uer. sig. pupillus. §. territorium, ff. de iurisdi. om. iudi. l. fi. & infra de uer. sig. cum in partibus. §. fi. nec ob. si concedat imperator prouinciam, infra quam situm est castrū: quia id facere intelligit sine alterius præiudicio. ff ne quid in loco sub. le. 2. §. si quis à principe, & §. meritò, maximè quando uterque habet ab imperatore. nam tantum ualet speciale quo ad quædam, quantum generale quo ad multa, supra de offi. legati, studuisti. ff. pro socio, actione. §. renun. ff. de admi. tut. si duo, in fi. imo generaliter species derogat generi, infra de regu. iur. generi, cum concor. lib. 6. & dicit Hosti. iungendū hoc ad id, quod notauit in summa, de præscriptio. sub rubrica, de præscrip. rerum. immo. §. quæ exigantur; sub. §. quartum, uer. in rebus uerò temporalibus [*Ab eis*] patet ergo, quod licet teneat ius temporale. dummodo non ab eis, iurare non debet secundum Pe. secundum quem emanauit hoc cōcilium contra principes, qui à clericis terræ suæ talia exigunt iuramenta, quando incipiūt dominari [*Apostolum*] ad Roman. 14.
5 in prin [*Stat*] Hiero. ad Dama. 6. c. peccatorum † est iacere, iustorum est stare [*Ne tales*] nil temporale tenentes, vel recognoscentes ab eis, vt supra [*Cogantur*] quod
6 si fiat, dic ut infra cap. 1. secundum Hostiē. ¶ *In* † *glo.* 1. *in fi.*] & infra de sta. regu. cap. uno, lib. 6. ¶ *In glo. ulti. ibi, domino suo*] quasi non ab alio. & in hoc ad propositum, quod patet ex præ parte auctoritatis, qua dicitur, Tu qui es, qui iudicas alienum seruum &c. Abb. [*Et in fi.*] unde clerici etiā sponte pro ecclesijs suis hoc iuramētum præstantes puniuntur, infra de accusa. ueniens, & caueant a pœna decreta. secundæ, de rebus eccle. non alie. lib. sexto.

ANNOTATIONES.

a ¶ Promulgasse. Et tamen in aliquibus differt ius diuinum à iure canonico de resti. spo. literas, cum fi.
b ¶ Libera est. Adde glo. 1. de ius autem gentium, uide per Innocen. in c. quod super his, de uoto.

SVMMARIVM.

1 *Iurauit qui contra aliquem non esse, contra eum in proprijs, & ecclesiæ causis esse potest, uide nu. 2. ut intelligatur.*
Iuramentum qui præstitit non cognoscere concubinam, cum qua postea contraxit, quid iuris, remiß. ibid.
2 *Extorsio dicitur fieri etiam precibus importunis.*
Metus debet in constantem cadere etiam in iuramento, ibid.
Preces importunæ parificantur metui, ibid.
Persona iurantis non esse cōtra alioquē intelligitur exclusa ex causa, & qua, & obtenta absolutione, ibid. & nu. 6. & quorū aliorum nu. 3. ad uer. specialibus.
3 *Iurasse quædam non intelliguntur iurati, & quæ & nu. 2.*
Coniuncti, & amici parificantur personæ nostræ, ibid. ad uerb. specialibus.
Defendere, pro petere etiam sumitur, ibid.
Coercere, pro abstinere, ibid.
4 *In principem machinatus qua percellatur pœna.*
Conspiratio propriè quid, ibid.
5 *Epilogus, & suffragium glossarum, nu 6.*
Persona loquentis intelligitur excepta in generali sermone sed non semper, Cum multis exemplis. §. 1. & nu. 7. §. fin.
Impersonalis locutio differt à personali, ibid. uer. aliud est.
7 *Additio glossarum.*
Iuramentum seruandum hic fuit in quibus potuit absque animæ interitu, ibid.

CAPVT XXXI.

1 PEtitio. Casus. Qui † iurauit contra aliquem nō esse, contra eū in ꝓprijs, & ecclesiæ suæ causis esse potest. Communis diuisio. secunda ibi, Interpretatione. & facit hæc decre. & infra de sen. excom. ex tenore, ad questionem illius, qui iurauerat non cognoscere concubinam, cum qua postea contraxit, de qua dabo remißiones, in de eo. qui dux. in matri. cum habe-
a ret, super glo. iuramentum.ª [*Vacante*] & ex hoc debuit iuramentum obligare, ad hoc, supra eo. sicut nostris
2 [*Extorsit*] precibus † importunis, & etiam metu, qui debuit cadere in constantem: alias secus, ut no. supra
b. eo. ad nostram, ᵇ Innocen. [*Contra ipsam*] hæc uerba & præcedentia multum iustificāt interpretationem papæ secundū Inno. agebatur enim hic inter eos, quod papa interpretatur, ut ex his uerbis patet. aliud si generaliter

neraliter ageretur, ꝙ in nullo negocio eſſent cõtra ipſum. tunc enim in negocijs eccleſiæ non tenentur ſeruare iuramentum, ſupra c. 2. ſed in proprijs debet obtinere abſolutionem, ſi iuſtus metus erat, uel alia rationabilis cauſa, quare fuit iuramentum extortum, vt no. ſupra quod me. cauſa, ad aures, ſecundum Inno. [*Et infra*] forte quærebant ad quid eſſent per illud iuramentũ aſtricti [*Non teneri*] quaſi hoc † non intelligantur iuraſſe. nam & archiepiſcopus eccleſias, & clericos prouinciæ defendi etiam contra literas papæ, tamen de ipſius ſpeciali mandato, de reſcriptis, ad hoc, ad audientiam. 2. [*Specialibus*] iuribus † uel. 1. perſonis coniunctis, ſecundum Pe. alle. de poſtu. c. 3. C. de execu. tu. l. humanitatis. Abb. intelligit etiam de amicis [*Defendendis*] & etiam petendis. 8. di. quo iure. (defendis). i. petis, Pe. [*coercendo*] quaſi abſtinendo. ſi. ſupra de teſti. intimauit, & ad hoc, quod ſequitur, tenentur etiam ſine iuramento ſecundum Hoſtien. [*Principatus*] qui contra † hoc fecerit, ſi laicus, in monaſterium detruditur, ſi preſbiter, vel diaconus, degradatur. 22. q. 5. ſi quis laicus, pal. eſt poſt ca. de forma. & fortius, ſi ſit inferior, Hoſti. & no. Abb. per hunc finem, quod conſpiratio propriè eſt confœderatio facta in præiudicium perſonæ alicuius, uel dignitatis ipſius. ¶ Prima † glo. no. cõtra iuramentum extortum &c. inducit duo ſimilia de conſe. & conſenſu. tenet contrarium diſtinguendo tamen, & arguit iuramẽtum ualere pro parte tantum. ¶ Vlti. glo. no. quod ſi per ſacramentum &c. & ex hoc arguit, quod ſi promiſi &c. all. cõtraria, quæ dicit ſpecial a. ¶ *In † glo. 2. ibi, uenientes*] & ibi uide leges ſequentes ſuper glo. no. quòd. ¶ *In glo. ulti. ibi, qui inſulam. §. fi.*] ſi colonus promiſit uillam reddere incorruptam, ſaluo quod non teneretur de ui, & uetuſtate, ſi ſeruus coloni illas incẽdit non fortuitò, colonus tenetur, cum ipſius coloni, uel ſui domeſtici non intelligatur excepta [*& ibi, inquiſitio*] ſi procurator meus recepit à creditore meo inſtrumentum obligationis, & illud mihi reſtituit cum ſubſcriptione ſua, ꝙ nil debeo creditoribus, de ſe non uidetur ſenſiſſe. unde ſi de ſuo ſoluit, reſtituere debeo [*& ibi, auct. ſed ita*] aliud eſt dicere ſuper ſortaliter, ſatisfiet tibi, & aliud, ſatisfiet tibi à me [*& ibi, Plautius*] ſi teſtator uni hæredum legauit fundũ, ſi centum hæredibus dederit, deducet de illis centum partẽ ſuam, & reliquum hæredibus ſoluet: ſecus, ſi ex parte inſtitutus eſt, ſi centum hæredibus dederit: quia non aliter hæres eſt, niſi tota centum hęredibus det [*& ibi, cum in eo eſſet*] quia pupillus abſtinere uellet ab hæreditate, tutor cum creditoribus pactũ fecit, ꝙ eſſent certa portione cõtenti. ſi tutor creditor eſt, eſſe debet eadem parte contentus [*& ibi, altius*] uide de na. ex libe. uen. c. uno, ſuper ulti. glo. [*& ibi. §. ulti.*] vide de iudi. dilecti, ſuper glo. 2. [*& ibi, ſi uerò*] refutauerit uide de fo. compe. cum ſit, ſuper glo. 2. [*& ibi. §. ult.*] ſi ſeruus conſentiente domino obligat omnia ipſius bona, etiam ipſe ſeruus obligatus eſt. ¶ *In † glo. 1. ibi, cum alim. x.*] & infra de conuer. coniu. accedẽs [*& ibi, ſine interitu*] imò in ipſius contrario apparet interitus animæ; 11. q. 1. cõiurationum, & c. conſpirationum. tenuit ergo in his iuramentum, licet præſtari non debuerit, ſupra c. proxi. unde per id dixit Gotfr. quòd poterat condici liberatio, cum indebita fuerit exacto, ſupra capitulo primo. ¶ *In glo. 2. ibi, dubitatur*] ad quid obliget, ut hic, & ſic differat ab eo, quod dicit finis glo. ¶ *In glo. ulti. ibi, ſanè cauẽdum*] uer. qui vult, quod alias eſt capitulum [*& ibi. c. uno*] ubi de hoc [*& in fine*] adde quod no. 22. quæſtio. 5. de forma.

ANNOTATIONES.

a ¶ Ipſum, Et illis remiſſionibus adde l. adigere. §. fin. ff. de iur. patro.
b ¶ Noſtram. Ibi uide Ioan. And. in glo. 1, contra. & glo. 1. & ſuper alia per ipſum Ioan. And.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum iudex poteſt à partibus exigere in proceſſu cauſæ, quod ab initio non exegit.*
2 *Publicatio atteſtationum ſuper obligatione, non impedit teſtium productionem ſuper ſorte, & ſic ſuper alio articulo.*
Teſtes obſcurè deponentes iterum poſſunt interrogari, ibid.
Super quantitate ſortis poſſunt denuò teſtes produci, licet alij fuerint ſuper obligatione publicati, ibid.
3 *Super incerto pronunciari non poteſt.*
4 *In uſuraria cauſa ſi liquere non poteſt ſortis quantitas, quo modo ad ueritatis cognitionem perueniri poſſit.*
5 *De uſurarum ſolutione qualiter ueniendum in cognitionem.*
Ex præſumptionibus uenitur in notitiã eius, de quo quæritur, ibid. & nu. 4
6 *Epilogus, ſuffragium & additio gloſſarum, nu. 7. 8.*
Pignus percepti fructus ex eo liberant.
9 *Ob defectum perſonarũ dignitas conceditur ſuſtibus caſo, cui aliàs concedenda non erat.*
Fructus computantur in ſortem in pignoratitia, ibid.
Iuramentum de ueritate præſtatur, cum proceditur ex officio, ibid.

CAPVT XXXII.

1 a EX literis. C. Si † iudex in principio cauſæ iuramentum [a] de ueritate à partibus non exigit, in proceſſu illud exigere poterit. Cõmunis diuiſio. ſecunda ibi, Ne igitur [*Pro G.*] debitore [*Contra. E.*] creditorem [*Per teſtes*] ut dixit Hoſtien. publicatio † atteſtationum ſuper obligatione non impediret productionem teſtium ſuper ſorte, cum ſit alius articulus, de teſti. cum cauſam. 1. & 2. & c. ueniẽs, & c. cum in tua imò & obſcurè deponentes poſſent iterum interrogari, c. titu. per tuas, & c. cum clamor [*Conſtitiſſet*] dicebãt teſtes, quòd. G. obligauit, ſed pro quanto non recordantur, Hoſtien. & forte etiam probabatur quantitas fructuum, ita, quod nil reſtabat, niſi ſcire quantitatem ſortis [*Expediret*] quia ſuper † incerto pronunciari non poterit. 11. q. 3. graue, Hoſtiẽ. [*Quaſi notorium*] hoc dicit, quia factum iſtud non poterat de facili eſſe notoriũ, Hoſtien. forte ſecundum eum uicini clamabant, peccatum eſſe, quod ille Guil. ſic perdebat rem ſuam [*Sortem*] cuius tamen quantitas non ꝓbatur [*Cogātis*] quid ſi † adhuc non poteſt de ueritate liquere: quia creditor dicit de. 100. debitor de. 10. dixit Hoſt. cõſiderandũ uerum precium rei, & conſuetudinem creditoris, ut ſi conſueuit uelle pignus ad ualentiã dupli eius, quod mutuatur. & ſua ſic ſubtilitate iudex ueritatem inquirendo cauſam decidat; arg. ff. de pigno. ac. ſi ſeruos, in fi. & l. uel uniuerſorum, ff. de uſuris, qui ſemiſſes. ſi. mã. Lucius Titius. uel ſecundum eum his conſideratis, & fama utriuſque, iſti uel illi uſque ad certam quantitatem, de qua ſibi uidebitur deferetur iuramentum. infra c. fi. omnibus his deficientibus oportebit reum abſolui. inf. c. ulti. hodie cogitur libros rationum edere, ut in Cle. de uſuris, ex graudi. §. ceterum. quod ualet etiam † ad quæſtionẽ, qua quęritur, an ſi de ſorte conſtaret, & de tempore, quo duraret obligatio. Item cõſtat illum fœnerari ſolere ad tot, pone. 3. den. pro libra: ſed de ſolutione uſurarum non probatur, an ex præſumptione condemnetur pro tempore, quo durauit obligatio ad ſummam, ad quam aſcendit ratio 4. den. & hoc multoties ſeruatũ eſt in foro Bononienſ. epiſcopi, ad quod iura ſuperius alleg. & ff. de proba. ſi chirographum, & C. de apo. pu. quicunque. ſi. to. Iaco. de Are. in l. 1. C. de ꝓba. ubi etiam ponit Cy. dicebat probandam ſolutionem pecuniæ factam ex tali cauſa, ſicut probandum eſt ipſum creditorem tantum ex fructibus percepiſſe, allegabat decr. iſtam, & decre. ad noſtram idest ſupra eo. ſed certè quantitas perceptionis

fructuum

fructnum non sic uenit præsumptiuè, sicut quantitas usurarũ in prædictis terminis. hodie forsan per libros
6 rationum decidentur prædicta. ¶ Prima † glo. ponit duas differentias iuramenti de ueritate ad iuramentummentum de calumnia, per quem præstentur.
¶ Vlt. glo. ponit. 4. casus huius iuris, dubitationem huius casus, & duo approbata hodie per ius nouum. ¶ *In*
7 † *glo. 3. ibi, liberant*] ita, quòd creditor pignus postea di-
8 strahere non potest, ut in l. seq. ¶ *In* † *glo. 1. ibi, de eo, b quod*
b *scit*] etiam si non uidit secundum Innocen. qui ponit exemplum de Christo, Constãtino, & Iustiniano imperatoribus, repetẽs uerbum Augu. quod scripsi post eum, de iura. cal. cap. fina. ante finem magnæ glo. & secundum Archi. glo. ista hic non fuit Innocẽ. [*& in fi.*] de testi. libro sexto. ¶ *In glo 2. ibi, impediendum*] sed non ad dirimendum, infra de eo, qui co. con. super eo. ¶ *In glo. ulti. ibi, per totum*] & est si. 4. quæstione tertia. Item serui respõ. & ff. de decur. l. eos. §. ulti. ibi propter † personarum defectum dignitas cõceditur fustibus cæso: cui alias concedenda non erat, secundum Ia. & Phi. [*& ibi, quasi spiritualis*] sed forte, ut dicit Hostien. agebatur hic pignoratitia, in qua etiam computãtur fructus in sortem. ff. de pigno. ac. le. 1. & 2. unde magis uidetur fuisse dubium, quod ponit finis glo. uel secundum eum iudices forte procedebant ex officio, quo casu non iuratur de calumnia, sed de ueritate, supra eo. ad nostram 2. [*& ibi, quidam dicunt*] S. G. Na. & Pe. quia causa ciuilis [*& ibi, utile esset*] & ita fit hodie, ut infra de iur. calum. capitulo primo, in fi. lib. sexto [*& in fi.*] infra de iur. calum. cap. 1. primo respon. lib. sexto.

ANNOTATIONES.

a ¶ Iuramentum. Et uo. ex isto tex. qui probat, quòd fama faciat semiplenam probationem, & ideò potest procedi ad iuramenti delationem. quod facit ad no. infra eo. cap. fin. & l. admonendi, de iureiuran. & ibi uide Bar. qui dicit per hunc tex. quod & si testes dicunt de mutuo, licet de quantitate non recordentur, potest deferri sacramentum in defectum probationis super quantitate, Bal.

b ¶ ibi de eo. No. glo. primam, ponit quæ sentit, quòd causa usurarum sit spiritualis, etiam glo. in uer. ueritatem, dicit quasi spiritualis. & sic dicit etiam ecc. esiasticum, & sic uidetur, quòd secularis se intromittere non possit, iuxta nota. in c. decernimus, de iudi. & in c. tuam, de ordi. cog. de quo uide glo. in Cle. dispendiosam, de iudi. Item in glo. in uer. & amplius, quæ vult fructus causa forte compensari: die quando. s. consumpti sunt: alias secus, de quo supra c. ad nostram, Bald.

SVMMARIVM.

1 *Alienatio non ualet, si is, qui præest, non alienare iurauit, quam postea fecit, etiamsi iurauit non contrauenire.*
Iuramentum prius praualet, ibid.
2 *Alienatio, uel donatio qua liceat iurato non alienare.*
Interpretatio facienda non est amara, ibid.
Iura regni sui quis etiam miuriatus tenetur illibata seruare, ibid.
Obedire clericus tenetur, etiamsi non iurauerit obedientiam, ibid.
3 *Epilogus, & additio glossarum, nu. 4.*
Contrariorum quandoq; unum bonum, alterum malum, quandoq; utrunque, & in quibus, ibid.

CAPVT XXXIII.

1
a INtellecto. Casus. Si is † qui præest, iurauit a non alienare, non ualet alienatio, quam postea fecit, etiam si iurauerit non contrauenire. & primo ponit factum corrigendum, quod secũdo corrigi mandat, ibi, uos eisdem, submittens causam mandati, ibi, Quia cũ. & no. ꝙ dicit, intellecto, nec dicit per quem, forsan fuit hoc ad regem ueladum, sic supra

2 eo. ad nostram. 2. [*Præiudicium*] graue. nam aliqua † donare, uel alienare posset, secundum Inno. alle. supra e. tua nos. 2. ad hoc alle. Hostien. de dona. cap. 1. 2. & 3. & c. apostolicæ, de simo. & si quæstiones. Durum. n. esset dicere contrariũ, nec facienda est tamen amara interpretatio. ff. de don. inter ui. & uxo. si id quod. §. si quãs serui operas. vide quod dicam, de sup. neg. prela grãdi, super gl. Licet [*teneatur*] etiã si non iurauerit, sicut etiã clericus, licet non iurauerit obedientiam, tenetur obedire, de hoc, supra e. ueritatis, Hostien. [*Illibata*] quasi
3 illæsa. ¶ Prima † glo. dat si. quod fortificat. secundo ponit duplicem causam, quare iuramẽtum non obligat. ¶ *In* † *glo. 1. ibi, præstare*] & inuentarium facere [*& ibi, est malum*] & habet hoc locum in preceptis, & prohibitionibus, in concilijs, & demonstrationibus non. secundum Vincẽ. & Gof. Ia. & Phi. [*& ibi, hospitiolum*] vbi de hoc in fi. & ff. de leg. 3. l. ult. in fi. [*& ibi, unam col.*] & in casu, de conse. di. 2. quotidie. & quandoque utrunq; malum, ut prodigalitas, & auaritia. 41. distin. sæpe [*& ibi, alienata*] nisi iam propter hoc depositus esset. 12. q. 2. monemus. ¶ In glo ss. ulti in fi. & infra de reg. iuris. in malis. libro sexto.

ANNOTATIONES.

a ¶ Iurauit. Iste tex. optimè facit pro eo, quod dicit gl. in c. licet, eo. titu. lib. 6. & Bar. in l. si quis pro eo, de fideiul. de muliere, quæ iurauit prius non alienare. Item contra hunc tex. facit tex. in c. cum uenissent, de insti. & ibi glo. penul. ma. format hoc contra. ad hoc capitulum, vide ibi no. per quæ potes soluere etiam no. supra e. cap. 1. quæ uidentur contradicere huic capitulo, & his, quæ no. glo. in c. si quis presbiterorum, infra de re. ecc. non alie. ubi uide. sed quod ultimum iuramentum sit seruandum, facit supra eo. tua nos. sed ibi primum fuit illicitum. item quòd etiam ubi fuit licitũ utrunque, ultimũ seruaretur per ea, quæ no. Spe. in ti. de conuer. coniu. ad si. & uide in c. ex publico, de conuer. coniu. Sed uide, quę scripsi in l. si quis pro eo, de fideiussori. Archi.

SVMMARIVM

1 *Mulieri, quæ iurauit quem maritum suum esse, & succubuit, non datur, nec denegatur licentia alij nubendi, uide latius nu. 3.*
Iuramentum est probatio, sed non plena, ibid.
2 *Errat ecclesia quandoque in sententijs, & ratio.*
Error ueritatem non mutat, ibid.
2 *Matrimonium secundum contrahere mulieri, si de nuntiatum sit de primo superstite, an et quãdo permittatur, & quomodo. nu. 12.*
Fori pænitentialis, & contentiosi diuersum iudicium, ibid.
Absolutio à petitione infert fuisse reum, qui fuit absolutus, ibid.
Confessioni pro se credi non debet, ibid. contra eam cuique uenire licet post sententiam, nu. 5.
4 *Periurium non est de criminibus impedientibus matrimonium.*
Conscientia relinquitur mulieris uolẽti contrahere matrimonium, & quo casu, ibid.
6 *Epilogus, suffragium, & additio glossarum, nu. 7. 8.*
Cap. attestationes, de despons. impub. cum hoc conciliatio, eo. nu. 8.
9 *Iuramentum in omni causa defertur, etiam si agatur de conditione personæ iudicis arbitrio.*
10 *Iuramenti delatio iterari potest mutata specie deferendi, & ex alia ratione nu. 11.*
Contrarium eius, quod mulier primò iurauit, non præsumitur dictura, ibid. in fin.
12 *Banna, seu denuntiationes antequam contrahatur matrimonium sunt de iure.*

CAPVT XXXIIII.

1 MVlieri. Casus. Si mulier † iurauit aliquem esse suum maritum. & succubuit: quia aliter non probauit, non datur. nec denegatur sibi licẽtia cum alio contrahendi. nec diuiditur [*Asserit*] forte in positionibus, quas fecit suo accusato: aliàs ex relatiuo patet quod

quod iuramentum est probatio, sed nō plena in hoc casu [*Sententiam*] forte erroneam. Errat † enim ecclesia quandoq; in sententijs, infra de sen. excom. à nobis. 2. & id ideo: quia sequitur allegata & ut audit, iudicat. 3. q. 7. iudicet: ueritas tamen non mutatur. ff. de offi. presi. illicitas. §. ueritas, infra de pur. vul. ca. 2. licet ergo deficiat probatio, ius non deficit. ff. de testa. tu. le. duo. dico, quod dicit matrimonium consumatum non dissolui nisi per mortem. 32. q. 7. c. 1. & 2. secundum Goff. qui opponit, quod si † mulier ista uolente contrahere cum secundo, denunciatum fuit ecclesiæ de primo superstite, & tunc ex quo non fuit probatum, debuit dari licentia contrahendi. Si uerò erat in foro penitentiali. si dicit se uerum dixisse de primo, debet prohiberi: si dicit se dixisse falsum, debet ei consuli, ꝙ contrahat, si de lapsu timetur. Dicebat Gof. quòd in iudiciali & penitentiali foro tutius est eam conscientiæ suæ relinquere. quicquid dicat de foro penitentiali, puto in eo uerum, qd̄ supra distinxit. Prima obiectio non procedit: quia hæc mulier prouocauit ad iudicium uendicando uirum, quod patet ex litera, quæ dicit uirum ab eius impetitione fuisse absolutum. confessioni autem mulieris, quā pro se in illo iudicio fecit, credi non debuit: quia potuit esse falsa. eligitur hæc uia media, ut dicit gloss. [*Contrahendi*] viuente primo [*Auctor periurij*] melius dixisset, adulterij. nam vult distinguere, aut iurauit uerum, uel falsum. primo casu daretur uia adulterio. secūdo impediretur legitimum coniugiū, quod faciendum non est. Sed hoc intendit, siue uerum, siue falsum iurauit, dando licentiam uidetur fouere periurium, uel aperire famam periurij [*Nec hoc*] scilicet, quod cum alio contrahat [*Legitimum*] periurium ergo † nō est de criminibus, quæ impediāt matrimonium, ut in gl. quæ sunt illa, no. de pe. & remis. c. 2. [*Conscientiæ*] si. 33. dist. habuisse, de rest. spolia. literas, de sen. excom. inquisitioni, de æta. & quali. ad aures, Gof. [*Relinquenda*] dicunt quidam hoc speciale in matrimonio propter periculum, quod esset, si cōtinere cogeretur, ar. de eo, qui cog. consan. Iordanc. uel dic, quod plus placet, ꝙ † post sententiam cuiq; licet contra confessionem suam uenire, de hoc, infra de excep. cum uenerabilis, Inno. ¶ Prima † glo. quærit, arguit affirmatiuè. sol. contrarium. ¶ Secunda glo. repetens textum, & ipsius rationem, subdit contrariā, olim opi. Lau. cui respondet. ¶ *In † glo. 1. ibi, in bona*] uide c. fi. super 1. glo. ¶ *In glo. 2. ibi, d. 1.*] uide supra e. si uero, super. 4 gl. [*& ibi, l. 2. in fi.*] uide de resti. spo. ex parte, super 3. glo. [*& ibi, dimus*] uide de crimine fal. c. penul. super prima glo. [*& ibi. nihil*] uide de causa pos. pastoralis, in 4. gloss. ¶ *In † gl. 1. ibi, deferendum*] concor. Accur. ff. eo. l. 3. §. quacunque. nec ob. de despon. impu. attestationes: quia non defertur super principali petitione, sed super articulo postea orienti, super quo magna erat præsumptio cōtra, s. quod consensisset post ætatem, cum nisus fuisset ad copulam: uel ibi actus habebat præsumptionē pro se, hic non, secundū Abb. tu dic, ꝙ illa decre. hoc vult, ꝙ præsumptio est contra reum, qui est absoluendus in causa matrimoniali, non tamen absoluetur, nisi iuret ad excludendam illam præsumptionem. & facit quod dicam, infra eo. c. fi. super uer. prætiterit [*& in fi.*] Ho. dicit in † omni causa iuramentum deferri, etiā si agatur de conditione personæ. ff. eo. le. 3. §. quacunque autem. & infra e. fi. uer. nec liceat, ad hoc, supra de proba c. 2. C. eo. in bonæ. Dicit ergo hoc arbitrarium. remittit ad no. infra c. ult. in fi. & in sum. eo. ti. sub rub. de assertorio iuramento. §. super quibus. ver. quid de causa monachanonis, & sequen. usque ad. §. qualiter. Sed obijcit ex quo mulier hic semel iurauit, ergo ulterius non debet deferri: quia si idem dicat, nugatio quædā est, supra de elec. in genesi. Si uerò dicat contrarium, nullus effectus, nisi ꝙ de periurio conuincitur, supra de testi. sicut. Ad hoc respondet, ꝙ licet utrunq; iuramentum sit de ueritate: primum tamen solum præsumptiuum: secūdum uero diffinitiuum. Mutata igitur spē illud iterari non est superfluum, ad hoc, de testi. veniens. 2. aliàs sequeretur secundum ipsum, ꝙ nulla causa, qua de ueritate iuratum est, & positiū, & responsum, esset deferendum iuramentum. & itēm posset argui in causis, ubi iuratur de calumnia: quia licet illud sit de credentia, æquè præiudicat, vt no. supra c. 3. nec præsumitur, ꝙ dicat mulier cōtrarium eius, quod primo dixit, ad hoc, de psumptio. c. fi. 1. q. ult. sancimus. ¶ *In glo. 1. ibi, falsum † iurauit*] Idem eadem ratione de patre, qui contraxit cum ea, quam iurauerat desponsatā à filio, ut in dominicali. 27. & ibi, in præcedenti. 16. dicitur idem, cum uir delatus de stupro vnà cum muliere confitetur matrimonium [*& ibi, Iudai, & excommunicati*] infra de eo, qui duxit in matrimonium, significasti [*& ibi. dimus*] uide quod dixi de cri. fal. c. pe. super fi. t. gl. [*& ibi taceat*] Similiter † uolens contrahere petit poni banna, quod est de iur. de clande. despon. ca. fi. consuluit Hostič. ꝙ episcopus moneat illam ad continentiam, infra de eo, qui cog. con. discretionem. si non potest illam ad hoc inducere, præcipiat banna publicari cum protestatione huius decre. ꝙ per id non intendit dare licentiam, nec denegare, sed illam conscientiæ suæ relinquere. denegare uero banna non debet: quia denegando præambula contractus, denegaret cōtractū, Contra hanc literā dici potest, ꝙ licet protestatio prædicta sit utilis, in hoc casu non est necessaria. ff. de iudi. non uidetur [*& ibi, ratione domini*] cui non dicit contrarium interdictum uti possi. etiam intentando [*& ibi, de præsenti*] cui dicit contrarium petēdo licentiam cū alio ꝯhendi [*& in fi.*] qd̄ capitulū hodie nō habemus.

ANNOTATIONES.

a ¶ Vide c. fi. Adde eo. Fran. Cur. in repe. l. admonendi. ff. de iureiuran. & Ludo. & do. Alexan. ibi, & Archi. in c. uiduas, in fi. 27. q. 1. & Hosti. in summa huius ti. in §. super quibus. Pau. de Ca. & Alexan. in l. 3. in §. 1. ff. eo. & in consi. 222. in 3. col. 2. uolu.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum quando extendatur ad futura, & nu. 2.*
2 *Obligatio porrigitur etiam ad futurum.*
3 *Additio glossarum.*

CAPVT XXXV.

Clericus. Se summat, nec diuiditur [*Edita*] non dixit cdenda. tunc enim † etiam ad futura, dūmodò licita, teneretur per iusiurandum, supra eo. c. ueniens, secundum Innoc. facit. ff. iudica. sol. l. nouissima. Dicit Host. quòd fatuum est iurare statuta fienda, uel facta non uisa, sed de his, dic, vt infra eo. ti. c. 1. lib. 6. [*Promittens*] ex interuallo: aliàs secus, secundum Vin. quia quæ incontinenti fiunt, & c. sup. de elect. offici. ff. si cer. pe. lecta [*per idem*] noua obligatio ē, sicut & dicit, l. de fideiussore. ff. de arbi. Labeo. 2. §. ult. Vin. [*Postmodum*] no. interuallum, ut sup. dixi [*Non tenetur*] contra, si obligas † bona tua, etiam de futuris intelligitur. C. quæ res pigno. oblig. poss. fin. Sol. illud tutum & fauorabile, hoc odiosum, & periculosum est, Host. eodem modo respondetur ad decre. de priui. quia circa. ff. de serui. ur. prædi. si seruitus. Sed hæc solutio ad prædicta non placet: sed puto, quòd uerbum, quod est appositum in iuramento, soluit contraria. facit. ff. de uerbo. oblig. l. cum stipulamur [*Ex debito*] no. ad hoc pro prouincialibus, ut aliquid asserendo per sacramentum, quod fecerunt dño, sint periuri, licet illud sit falsum. notant etiam Pm eum quidam per hoc illū non deiorare,

rare, qui negat aliquid per iuramētum calūniæ, quod à principio non fuerit propositum, quod est falsum, cum iuramentum calumniæ extēdatur ad totam causam. C. eod. auctē. per sacramentum. & idem, ubi iuramentum ad futura extenditur, ut est iuramentum fidelitatis. unde, si dominus præciperet aliquid per uasallum teneri secretum, reuelando deierarer, licet tempore iuramenti illud nō esset exortum, uel secretum
3 tenendum. ¶ [*In † glo. 1. ibi, cum Aquiliana*] uide supra eo. ueniens, super glos. 2. [*& ibi, qui cum tutoribus*] hanc l. & duas sequen. uide de transact. c. 1. super glo. 2. ¶ [*In glo. 2. ibi, dictum fuit*] ad idem. infra de iniur. in nostra. & uide quod dicam, de uerb. signi. cum clerici, in glo. licet ergo [*& ibi, iuramenti*] uide quod ibi not. & dic hanc æquiparationem fieri quò ad genus, non quò ad determinatam quantitatem reatus [*in fi.*] ad hoc, supra eo. debitores. & quod not. supra eod. cum quidam.

ANNOTATIONES.

a ¶ Clericus. Not. quòd in his, in quibus exigitur certa forma & expressio uerborum, nó sunt paria aliquid exprimi specificè, uel aliquid ex consensu extendi per relationem ad illud, & ex hoc nota tex. quòd ex promissione de aliquo seruado uirtute iuramenti antea præstiti quis ex ui iuramenti non obligatur, & sic simplex consensus interueniens post iuramētum de extendendo uinculum iuramenti iuramentum extendere non potest ad prius comprehensum in iuramento. Sed contra uidetur, quia paria sunt specificè qd fieri, uel fieri, uel declarare ad aliud habita relatione, ut supra de fide instru. c. inter dilectos, & l. ait prætor. §. 1. supra de re iudi. dic, quòd illa fuit ratio dubitandi. non ob. contra. quia ibi in his, quæ regulantur ex solo consensu, quædam sunt, in qbus requiritur certa expressio uerborum, tunc non sunt paria, & ita hic, qa certa formalitas & expressio uerborum in iuramento requiritur: & sic ex hoc not. quòd si facio tibi pactum, & promitto tibi dare, & me tibi obligare, sicut talis tenetur tali in tali instrumento, tunc si in illo instrumento continetur stipulatio, in hoc non intelligetur, nec supplebitur. & ad hoc, uide Bar. in l. item quæritur. §. qui impleto, circa fi. ff. loca. quia facit optimè: qa in stipulatione requiritur expressio uerborum, ut l. 1. de uerb. oblig. nisi in casu speciali. l. unicæ. C. de rei uxo. actio. quodnot. quia si dico uolo me obligare ad sensum sapientis tui, uel data est potestas notario, quòd extēdat secundum quod uult, quòd non poterit iuramentum addere: quia requiritur formalitas uerborum. Item uidetur, quòd in isto capitulo talis obligetur, quia per creaturam licet iurare, ut supra eo. c. & si Christus. Sed si dicit per id sacramentum, quod tibi feci, promitto, ergo uidetur iurare per creaturam. dicit Ioan. Cald. quòd non obligatur uirtute primi iuramenti præstiti, & præteriti. Sed uigore iuramenti, quod non subintelligitur. sic istud non placet, nec uidetur de mente tex. propterea non fuit intentus illius uelle nouiter iurare, sed prius iuramentum ad hoc extenditur: sed in princi. tunc non uoluit, & secundum non potuit, ideo sola promissio nō extendit iuramentum. & ideo ibi dixit, licet transgredi &c. & prædicta, quando ex interuallo interuenit promissio, ut dicit Io. And. uide omnino, quod scripsi in cap. quanto. 2. q. 5. Item quod dixi de iuramento. forte possit limitari, nisi sit eadem causa duorum, & facti connexitas, tunc potest fieri suppletio iuramenti, ut si dico de adulterio inuicem cōmisso, qui potest facere, quòd alter iuramento etiam purget alium, ut 2. q. 5. statuit. uel ibi iurans forte fecit, ut procu. consocij, quod potest, sicut dicimus in iuramento calumniæ, quod quis per alium potest præstare habentem speciale mandatum, in c. fin. de iura. calu. lib. 6. & sic nullum esset speciale: quia non suppletur, uel forte suppletur: quia duobus seruit. uide scripta in d. c. statuit. & sic duæ limitationes sunt. Item hoc capitulum facit ad not. in auct. sacramenta, C. si aduer. uendi. de eo, qui iurat non uenire contra aliquem contractum. Archid.

b ¶ De futuris. & est ratio, quia in obligatione agitur de modico præiudicio. l. 1. ff. de aucto. & tuto. & uoluit Bar. in l. stipulatus. §. cum stipulamur, ff. de uerbor. oblig.

SVMMARIVM.

1 *Diuisio capituli.*

2 *Iuramentum à iudice deferri quibus in casibus possit, & num. 4. uide & in suffragio, num. 8. & 12.*

Animæ periculum in quibus causis uertitur, eæ possunt etiam iuramenti delati ratione decisæ, retractari, ibid. uers. tamen fatetur, & num. 4. uersi. sed opponit.

3 *Reus absoluitur etiam si nil præstiterit, actore non probante, & quomodo hoc intelligatur, & quando locum habeat.*

Leg. in bonæ fidei. C. de reb. credi. & iureiu. diuersa lectio, ibid.

4 *Iuramentum suppletorium quibus casibus deferri queat, & num. 6. & cui, eod. num. 6. uide etiam in suffragio, num. 8. quando iurandum. eius genera, nume. 9. quando ab eo possis recedi, nume. 11. quando recusari, num. 12.*

Circunstantiæ considerandæ an sit deferendum iuramentum, & quæ, ibidem.

Magna quædam sunt cuidam generi personarum, quæ alijs parua æstimantur, & contra, ibid.

Iuramento quid decisum est, quando retractetur, ibidem, uersic. sed opponi.

5 *In talionem nunquid actor incidat, qui detulit iuramentum reo postea iuranti.*

7 *Epilogus, & suffragium glossarum. num. 8.*

Iuramenti genera quæ, & quod referri, uel recusari possit, & num. 9. & §. 2. & num. 12. §. 1.

Quando deferatur reo, uel actori in supplementum. §. ulti. & num. 12. §. 2. & num. 3.

9 *Additio glossarum.*

Iuramenti genera quæ, ibid. in prin. habet uim transactionis, nu. 11.

10 *Appellare non licet deferenti iuramentum, per quod aduersarius obtinuit, & an referenti.*

13 *Testis unus facit semiplenam probationem, nisi in casu, & quo.*

CAPVT XXXVI.

1 IVramentum. Se sūmat. & † sunt 5. dicta, quę per se
a patent[a]. uel sint duę partes principales. Prima tractat de recusatione, & relaxatione iu
b ramenti. 2. ibi, sanè, tractat de delatione [*In iudicio*][b]. à contrario. sed non expressè, ponit de iuro, quod extra iudiciū defert pars parti, de quo in prin. 1. gl. [*Referre*] ergo
2 fuit delatū. per † qd̄ patet in famosis, ubi de statu personarū agit̃, iur̃m posse deferri. posset dici, ꝙ hic loquit̃ de delatione partis, cui refert̃. vnde in famosis dñt quidā necessariū non deferri: qd̄ placet G. in Spe. ver. quę, alle. in fi. pe. gl. Dicebat Ho. in oī cā iur̃m deferri reali, personali, pęnali, uel ciuili, ēt si agat̃ de ꝯdōne. vel iniuria p̄sonæ, uel an mulier sit p̄gnās, uel an dēat fieri missio ī possessionē, vel nō, & alia quaecūq;. ff. eo. l. 3. §. qua
c cunq; aūt. & l. iusiurādū. qd̄ & ad pecunias[c]. tñ faret̃. & idem Phil. hic, ꝙ in causis matrimonialib. & similib. in qbus vertit̃ periculū aīę, sicut ibi est spāle, ꝙ nō trāseāt in rē iud. sic oporter ibi spāle fateri, ꝙ si appareret dece ptā ecclesiā. retractabit̃, qd̄ est factū rōne iur̃i delati, arg. j. de frig. fraternitatis. C. eo. l. 1. qd̄ est spāle ꝯ legē. ff. eo. nō erit. §. delato. Sit rō in talibus: qa nec lex p̄ualet, nec cōsuetudo. s̄. de consue. c. fi. per q̄ patet ēt in matrimonio posse deferri, ut dicam. j. §. fi. ita tñ, ꝙ legitimo matrimonio nullo mō præiudicari possit. nec animæ salus impediri, quoti. de ipsius periculo cōstaret [*Sanè*] quia prædixerat delationem iur̃i per iudicem fieri. ne credat aliquis per hoc iur̃m indistinctè deferēdum; iō hoc submittit, quo instruit qñ per iudicē deferri dēat,
3 ꝭm Ho. [*Præstiterit*] i. nec † rem, nec partes rei petitæ, vel i. iurauerit, qd̄ potius facit ad propositum. & fallit hoc ꝭm Inn. qñ iudex accusatur pro diffiniēda cā pecuniā accepisse, in aucten. ut lit. iurent, colla. 9. [*Præsumptione*] concord. de despons. impub. attestationes [*Potest*] non tamen est necessarium. imo arbitrio iudicis committitur, ut sequitur, arg. de offic. præsi. l. sæpe, & l. seq. ꝭm Host. forte intellexit Host. arbitrarium, an deferat, nedum cui deferat. quidam habētes in l. in bonæfidei. C. eod. literam, oportet, tenent contrarium. Sed ego ibi habeo, potest, quæ concordat huic [*Personarum*] ut si
4 reus † uilis est, & deierare consueuit, & actor est bonæ famę, & habet unum testem idoneum, deferetur actori, & non reo, argum. de præsumptio. illud, in fin. cum suis concordantiis, ut in modica deferantur: aliàs nō.

Sed. ut dicebat Host. ex qualitate personarum iudicari opportet causam magnam, uel modicam. Vnde dicūt doctores, & hic Abb. ex qualitate personarum. ex quantitate rerum, & qualitate regionum ista ponderari debere. ad primum, quia 20. sol. quæstio inter aliquos esset magna, quæ tamē inter alios esset modica. unde pōdus auri magno uiro modicum legatum est, quod alteri esset magnum. ff. de iudic. sed & si susceperit. §. 2. & ꝙ ibi de comitissa Mathilda not. ad secūdum facit lex, legitimos. ff. de legi. tuto. ubi dicitur, ꝙ patronus in tutela liberti satisdat, si lata sint bona: alias non. unde uidemus propter paruitatem rerum iura etiam uariare. unde libellus, qui præcipitur indistinctè dari, non datur in modicis. patet primum. 3. q. 3. offeratur. secundum in auctē. de man princ. §. sit tibi. ad tertium de qualitate regionis inducitur, ꝙ alicubi utile est legatum aquæ. ff. de alim. & cib. leg. l. Mela, in fi. Vnde dicit Abba. ꝙ in monte Pesul. emitur, Auinionen. non. Item Perusij emitur, Bononiæ. & uide in Hiero. super patabo. lib. 4. c. 25. Item modicum uinum faceret magnam causam in Anglia, ubi non crescit. Dicimus etiā quo ad hunc casum inspici circunstantias causę & personarum, ut uideas quis melius præsumatur scire uerum, ut si unus de facto suo litigat: alter de alieno, potius deferatur ei. qui de suo, qui præsumitur melius scire, supra de rescriptis, ab excōmunicato. ex his pateat in delatione iuramenti qualitates considerari, scilicet personarum, & rerum, regionum, factorum. redeundo ad Hostien. scias, ꝙ hic renuit etiam in causa matrimoniali propter circunstantias deferri posse sacramētum, & idem hic Philip. Accur. contra. ff. eo. l. 3. §. quacunq;. ponit Hostien. exemplum, mulier honesta, potens & diues petit in uirum sibi inferiorem, uel æqualem, qui sæpius illam de stupro solicitauerat: & probat per unū testem omni exceptione maiorem, ꝙ ille desponsauit illam per uerba de præsenti; ad hoc, de sepul. ex parte, de testibus super eo. 1. Sed opponit, ꝙ ex hoc sequatur absurditas. si enim ueniat postmodum alia probans legitimè. quòd iste prius cum ipsa contraxerat, sibi adiudicabitur, de sponsis inter. Sed fit hoc propter animarum periculum. & sic non obstat, quod dicitur iuramento delato & præstito nō esse amplius de ueritate quærendum. ff. eod. non erit. §. dato, & l. ait, & l. nam postea. Illud enim uerum inter easdem personas, & ubi replicatur eadem causa: aliàs contra. ff. eod. l. 3. ante finem. Sed & tunc propter periculum animæ etiam eadem persona in eadem causa audiretur, ut dixi supra uersic. neque liceat. refert etiam ipse Hostien. quosdā dixisse, quòd pro matrimonio deferri potest, sed nō contra matrimonium. & uide remissio. quam dedi ad summ. supra eodem mulieri, super fine primæ gloss. ubi etiam tractatur, quid de causa monachationis, uel conuersionis & Accur. in præalleg. §. quacunque, tenet non deferendum. Alij dicunt posse deferri. Sed si est iuramentum uoluntarium, uel iudiciale, necessaria erit superioris auctoritas, sicut in alienationibus rerum. 12. q. 2. fine. & 10. q. 2. hoc ius. Secus in iuramēto necessario; ad hoc. ff. de rebus eorum. l. 3. §. Item quæri. Sed q d dicemus de criminalibus? Accur. C. eo.
d in bonæ, uidetur uelle, ꝙ deferri possit [d]. Host. in summa, eod. tit. sub rubrica, de assertorio. §. super quibus, post prin. & G. in Spec. de iuram. dela. uersic. ut autem, tenent, ꝙ deferri potest per partem, sed non per iudicem, uel s̄m Host. deferri potest reo ad ostendendum innocentiam. Abb. hic tenet, ꝙ in criminali non defertur; ad hoc. 2. q. 8. sciant. C. de probatio. l. fin. nec debet quis ex suspitionibus damnari, supra tit. 1. literas; ergo nec per sacramentum actoris. Quidam dicunt ad purgationem innocentiæ posse deferri de calumnia. ca. 2. de purga. cano. per totum. C. de pœ. iudi. qui ma. iudi.
e auctē. nouo iure. Sed ad probationem criminis [e] non defertur actori necessarium. per iudicem. s. C. de pœnis eum qui. uoluntarium, & iudiciale deferri potest per partem reo: potest deferri etiam necessariū. C. de abolitio. fallaciter. Alii dicunt non deferendum, cum criminaliter agitur per iura de hoc inducta: secus, si pecunialiter. ff. de iniur. l. leg. Cornelia. §. hac l. & facit quod
5 dicam de accu. ueniens. super 1. glo. Sed † dato. ꝙ possit deferri, quæro. an incidat in talionem actor. qui detulit, reo postmodum iurante ꝙ non commisit illud crimen. quod uidetur. C. de accu. l. fi. 2. q. 3. qui nō probauerit. Sed tu dic contra, arg. l. ff. de iureiur. cum qui, in prin. C. de plus peti. l. una, de præben. si beneficia, lib. 6. [*Deferendum*] concor. de testib. Romana. 2. respon. lib. 6.
6 Et per hoc † dicit Hostien. delationem arbitrariam [f]. ad
f idem de transact. c. fi. nam quandoque iudex defert ipsum actori in odium rei, supra quod metus cau. c. fi. & quandoque propter calūniosam inficiationem ipsius rei, in auct. de trien. & semis. §. studium, col. 3. quandoque ex honestate actoris, & causa fauorabili, pro qua stat, ut prædixi; ad hoc. ff. de re mil. non omnes. §. à barbaris, de renun. super hoc, in fi. supra de cleri. pere. c. 2. quandoque propter famam, & alias circunstantias, supra eod. ex literis. Sed Abbas quærebat, cum locus est delationi, cui potius est deferendum, & uidetur, quòd reo: quia fauorabilior. ff. de reg. iur. fauorabiliores. cōtra, ꝙ actori: quia iudicium redditur in inuitum. ff. de uerbor. obligat. inter stipulantem. §. 1. Dixit Odoff. dixisse deferendum ei, pro quo facit semiplena præsumptio, cuius uirtute defertur, ut aliquid sibi prosit, argument. ff. de legat. 1. si quando, ubi legatum donationis factum uxori intelligitur de ualida. Contra ipsum facit hæc litera, quæ dicit, quòd præsumptione faciente pro actore defertur reo. Sed ipse dicit hoc casuale, ut quia reus honestior, uel melius nouit factum. dicit etiam, quòd si actor semiplenè probauit intentionem, & reus semiplenè defensionem, adhuc defertur reo; dato, quòd in omnibus quatuor sit paritas, quæ dixi supra gloss. proxim. quare fauorabilior, & quia promptiores &c. supra de probatio. capit. 3. & idem Guil. in Specu. de iuram. delat. ad fin. uersicu. quid si actor habet, ubi etiam recitat super hoc quartam opi. Sed quidam dicunt deferendum actori, quod sic probant; iuramentum deferendum est illi. de quo præsumitur, ꝙ minus facilè deieret Sed uerisimile est reum citius deierare, quàm actorem; ergo &c. probant minorem: ille citius præsumitur deierare, cui id grauius est, super quo iuratur. Grauius autē est à se abdicare, quàm non acquirere. Vnde in persona legatarij potest apponi cōditio, si uolet, sed non in persona hæredis. ff. de legatis primo. Senatus. §. legatum. ff. de condit. & demonstr. l. si ita expressim, de actio. & obliga. l. sub hac. concluditur ergo, quòd reus citius deieraret, & sic actori deferendum. hæc uerba tollit hæc decreta. quæ præsumptione etiam faciente pro actore defert potius reo. Et quia succumbere obbrobriosius est actori, qui prouocauit, ideo de periurio plus suspectus. Si uerò alter plenè, alter semiplenè probat, tunc non est locus delationi, quæ fit tunc solum, quando alter tantum, uel uterque probat semiplenè. Idem G. in Specu. de iuram. dela. ad finem. Quidam moderni legistę dicūt; quòd hoc casū locus est delationi; quod sic probant; semiplena probatio rei tollit dimidiam plenæ probationis, quā fecerat actori, sicut in plena obligatione est uinculum naturale & ciuile, & pactum de non petendo tollit naturalem altera remanente, ergo &c. Inducunt etiam legem, sicut in dubio defertur iuramentum, sic in dubio procurator cauet de rato. C. de procuratoribus, lege prima. Sed pone tutor agens contra me producit instrumentum tutelæ, & sic plenè probat. Ego semiplenè

miplenè probo tutelam reuocatam;dicit lex, ꝙ locus
est cautioni de rato,sicut cum dubitatur de mandato.
ff.de administ.tuto.l.uulgo. quod dicitur plenam pro
bationem derogare semiplenæ,illud uerũ in compati
bilibus.Secus in his, quæ se non compatiuntur, ut de-
bitum,& eius solutio. Vnde securè teneas,ꝙ quãdo in
his,quæ sunt directè contraria,occurrit plena,& semi
plena probatio,non est locus delationi.Sed tunc præ-
fertur plena semiplenæ & plenior plenæ, ut probatur
supra de testi.in nostra. & hoc est, qđ dicimus obtine-
re debere illũ, qui potiora iura habet. C.de edict.diui.
Adria.l.2.& not.de iure patro.suggestum,in ult.glo.&
uide quod dixi supra de fi.instru.cum Io.super glos.&
ita.Sed si plena & semiplena sunt comparibilia,& facit
quod dicam infra tit.proxim.c.1.super glo. si fuerunt;
tunc dico,ꝙ plena manente in suo effectu, & nil com
mune habente quò ad uim probationis, uel suæ fidei
cum semiplena, ut si plenè probaui debitum tèstibus,
instrumento , uel confessione rei , ipse per unum fide
dignum testem probauit solutionem , pactum de nõ
petendo,uel his simile;non uideo,quid impediat iura
mentum deferri, si quantitas causæ, & alia, quæ supra
dixi,hoc suadent: aliàs sequeretur,ꝙ in nulla causa, in
qua fundata esset de iure communi intentio agentis,
posset iuramẽtum deferri per semiplenam probatio-
7 nem factam à reo super defensione sua. ¶ Prima † glo.
distinguit,& prosequitur triplex iuramentum.in fi.po
nit duo notanda.¶ In glo.1.exemplificat.secundò dat
alium casum , ad quẽ inducit quinta iura. tertiò dicit,
8 ꝙ deferens iurat de calum.¶ *In 1.† glo.ibi,in bonæ*] sequi-
tur,fidei contractibus , nec non , & cæteris alijs causis
inopia probationum per iudicem iureiurando causa
cognita res decidi potest [*& ibi , Iusiurandum & ad pecu-
nias,& §.iste,ait prætor*] dicit,quod displicere non debet
conditio iurisiurandi ei,qui detulit[*& ibi,Manifestæ*] se-
quitur , turpitudinis , & confessionis est nolle iurare ,
nec iuramentum referre [*& ibi, Delata*] delato iureiu-
rando per actorem iurantem,ꝙ non calumniosè de-
fert,reus habet necesse iurare,uel referre. ¶ *In glo.2.ibi.
1.respon.*] uide de iuram.calumn.cum causam, super 1.
gloss.& sequen.l.Marcellus.uide eod.tit.in pertractan
dis, super 4.gloss.ubi etiam inuenies. l.uideamus,quæ
bene facit ad propositum. ¶ *In glo.3.ibi. l.ult.*] defertur
iuramentum hæredi fideicommissario,uel legatario,
à quo aliquid dicitur à testatore relictum sine scriptu-
ra , & testium præsentia [*& ibi , licentia*] iurat hæres , ꝙ
omnia descripsit in inuentario[*& ibi.l. ult.*] iurat cre-
ditor super usuris , & damnis[*& ibi. §.sicubi*] iurat ille,
apud quem est suspitio fore res mobiles debitoris ad
ecclesiam fugientis[*& ibi.§.ultim.*] iurat uenditor, uel
trãslator rei hypothecariæ nil factum in fraudem cre-
ditoris.¶ *In glo.pen.ibi.§.sicubi*] uide supra glo.prox.[*&
ibi, in bonæ*] uide supra glo.1.[*& ibi, legitimos*] patronus,
& eius liberi in tutela liberti non satisdant , si personæ
9 sunt honestæ,& substantia modica ¶ *In † glo.1.ibi,iudi-
ciale*] dicit Host.aliud iudiciale, aliud extraiudiciale,iu
diciale uero aliud uolũtarium , aliud necessarium [*&
ibi, referri*] ullo modo [*& ibi , susceptum*] uel à iudice ap-
probatum, Hosti.uel intelliguntur sine iusta causa, &
sic non corrigũtur, ut sequitur in glo.Sed glossantur,
g uel declarantur per l.C.eod.tit.generaliter [g],& scias,ꝙ
Host.hic tangit post Goff. quod in l.prædicta not.cer-
10 tum † est,ꝙ ego detuli tibi iuramẽtum, & tu iurasti,&
per id obtinuisti, Ego,qui detuli,non possum appella-
re,ut præalleg.l.generaliter.§.1.& 2. Sed si tu,cui detu
li,retulisti mihi casu,quo id licuit,& ego iuraui, & ob-
tinui,an possis appellare,est opinio.Pla.dixit ꝙ sic,ſm
Ioann.& Azo. contra, cum omnis relator sit delator,
hoc not.in præalleg.l.§.siue autem.pro Pla.facit, quia
delator sponte detulit:sed relator ad alterum duorum,
tenebatur,scilicet aut iurare,aut referre.cõstat autem
plus subueniri necessario agenti, quàm uolũtario, de
offic.deleg.ab arbitris.& ibi not.in ult gloss.super qua
multas concor.uide ad idem; & hoc communius ap-
probatur. Item ille,cui refertur,nõ appellat: quia iam
elegerat causam per iuramentum diffiniri . sed is , cui
defertur, bene appellat, si contra eum pronunciatur:
quia iurare noluit . & si iudex appellationis uideat iu-
ramentum non iustè recusatum,confirmabit senten-
11 tiam, ut præalleg.l.§.sin autem [*& ibi, non † potest recedi*]
fallit in casu.l.ult. C.eod.tit.scilicet cum quis legatum
petit,& testamento nõ apparente hæres sibi iuramen-
tum detulit , & postea appares nihil illi fuisse in testa-
mento relictum,& ut ibi not.& dicit hic Philipp.ratio
potest esse , quia iuramẽtum habet uim transactionis.
h ff,eod.[h] l.2.sed transactio fieri non potest, nisi cognitis
uerbis testamenti; ergo nec iuramentum deferri.ff.de
transactio.l.de his,quemadmo.testam.ape.l.1.[*& ibi, ad-
monendi*] & quæ sit ratio diuersitatis,ibi not.[*& ibi, man-
datum*] uel datus sit in rem suam[*& in fine*] & infra de
procurato.qui ad agendum,in fine,libr.6.¶ *In glo.2.ibi,
12 dubitat*] esset † etiam actori iusta recusatio iuramenti:
quia plenè probauit, de probatio.capit.2.& reo: quia
actor etiam præsumptiuè nil probauit,ut sequitur Pe.
& Abb.¶ *In glo.3.ibi, famosis*] quę not.1.q.7.§ tria,uersi.
porrò [*& ibi. §. sicubi*] ibi collegit gloss. multos casus ,
quibus locus est delationi iuramenti , & uide in Spec.
de offic.iudi.§.ultimo, uersicu.6. ¶ *In glo. pen.ibi, bonam
præsumptionem*] præter iuramentum proprium,quod in
causa præstitit,secundum Hostiẽs.ad quod uide,quod
dixi supra eod.mulieri,super prima gloss.& Accur. C.
eod.in bonæ, & ff.eod.admonendi,dicit hoc insurge-
re ex domestica scriptura, uel ex fuga, quod aliqui re-
i probant , sed non insto [i] [*& ibi , Testem*] an unus † testis
13 faciat semiplenam, disputauit quidam, teneas cũ hac
gloss.& legistarum glossis;ad hoc decreta.ex insinua-
tione,quam gloss.1.allegat.ff.ad Carbonianum.l.3. §.
causæ. Et sit ratio,quia si duo plenam;ergo unus semi-
k plenam [k], cum fidem de aliquo haberi sit diuiduum;
ergo quod iuro de toto &c. ff.de rei uenditio. quæ de
tota.ff.de usuris,qui scit.non obstat,quod dicitur uox
unius &c.quia illud quò ad plenam probationem[*&
in fi.*] materiam huius gloss.uide in Specu. de iura.de-
la.§.1.uersicu.ut autem,usque ad finem.§.

ANNOTATIONES.

a ¶ Patent. Vtrum autem habeat locum, quod hic dicitur, in causa criminali,uide gl.2.in c.uenmens,supra de testi. quæ sentit ꝙ non. utrum in causa criminali ciuiliter intentata,in gl.quòd non, in c. tam literis, supra de testi. utrum in causa matrimoniali, uide gl.1. in c.multi,supra eo.Item quòd potest dici,quòd regula huius capi tuli fallit in casu capituli,attestationes,& cap.consuluit,de de spon.impu.fauore matrimonij. ubi etiam si præsumptio non hẽt, defertur iuramentum, utrum post iuramentum necessarium pote rit contrarium probari,ad hoc l.admonendi,ff.e.& l.fi.ff.de in lit. iur.& glo.in uersi.affectata,in c.2.de temp.ordin.lib.6. & necdum in decisorijs negocij principalis, sed etiam in incidentibus & præ paratorijs habet locum in iuramentum in defectum probationis, ut in c.ex insinuatione,de procur. in glo.& quod no.Ioan. And.in uer.non ualeant,in c.nonnulli.§.1.supra de rescrip.sed regula fal- lit, quando non esset petitum. Item quando quantitas rei non pe- teretur,not.in c.fi.de success.ab intest. Ad materiam huius c.uide gl.fi.in prin.quæ sentire uidetur,quòd etiam, ubi est præsumptio iuris & de iure,habeat locum illa deci.quoniam ibi ius præsume- bat professam,& tamen dicit admitti in contrarium iuramentum, cum alias bonis præsumptis & probatis solum iuramentum non est causa finalis,in c.ardua,de regula.Archid.

b ¶ In iudicio.de materia huius c.uide plenè per dom.Iaso.& Fran. Cur.in repet.l.admonendi,ff.eod.tit.

c ¶ Pecunias. Vide in l.Marcellus. §.fi.& seq.& ibi Bart. & in l.lege Cor.§.hac.l.& in l.delata, C.de iureiuran.& Bart.in l.admonen- di,& Sali.in sua reper.ff.eod.titu.

d ¶ Quod deferri poſſit, uide Bal. in c. tam literis, de teſti.

e ¶ Criminis. Ad hoc an in cauſa criminali habeat locum delatio iuramenti, uide glo. in c. ueniens, el. 1. de teſti. & quid quando ciuiliter intentatur, not. glo. in c. tam literis, de teſti. & uide quod plenè not. Bart. in l. maritus, ff. de quæſtio. & uide Innoc. ad hoc in c. quo ad conſultationem de re iudic. Bald.

f Arbitrariam. Bart. in l. admonendi, de iureiur. facit unam nouam conſiderationem ad hoc de illa auctoritate, In ore duorum: ſed & de illa, Si frater tuus peccauerit in te, &c. quæ tamen in propoſito non uidetur habere locum: quia illa auctoritas habet locum, ubi tangitur commodum proximi, contra quem teſtifi. ut ſcripſi in c. in omni, ſupra de teſti. tu dic in hoc, quòd iſtud, quòd deueniatur ad delationē iuramenti, eſt cōtra regulas iuris, & præter rationem caſuum iuris. & ideò ſi actor ſemiplenè probat: quia reus per delationem ſacramenti grauatur in hoc, quia deberet abſolui per regulam. l. qui accuſare. C. de eden. & c. cum eccleſia; de cauſa poſſ. tunc in eo releuatur, quia ipſi defertor, arg. l. ſi cum. §. qui iniuriarum, ff. ſi quis cauſ. Si uerò actor plenè probat, ſed reus ſemiplenè exceptionem ſuam, tunc quia actor grauatur: quia reus debet condemnari: quia plenè probauit, etiā releuetur in hoc, quia ipſi actori deferatur, & hoc eſt æquum, ubi uide ad hanc materiam in l. 1. C. qui & apud quos. ubi uidetur uelle, quòd actori deferatur, ſ. illi minori decepto & petenti reſtitutionem, & not. quæ uidentur eſſe contra ſupradicta, ubi dixi, actore ſemiplenè probante reo deferendum, & not. illam glo. etiam dum dicit, ſi aduerſarius probat in alijs fuiſſe induſtrioſum &c. quòd nō defertur minori: quia quaſi uult innuere, quòd ubi actor & reus ſemiplenè probant, quòd non eſt locus illi delationi: quòd tamen hic Ioan. And. innuit contra. ſed poteſt dici, quòd intelligatur illa glo. quando aduerſarius plenè probauit induſtriā, ideo non defertur illi ſemiplenè probanti læſionem, & ideo, quod dixi ſupra, quando actor plenè & reus ſemiplenè, & ex tunc hic poteſt procedere in compatibilibus & non repugnantibus. ut hic dicit Ioan. Andr. & uide Io. in c. in ueſtra, in gl. 1. in prin. ubi uult, quòd ubi unus teſtis cōtradicit alteri, quod ſi alter alteri præponderat, locus eſt huic iuramento, Archid.

g ¶ Generaliter. Vide ibi plenè Cyn. Bart. Bald. & Salic. & Bart. in l. manifeſtè, alleg. in glo. & ibi concor. cum iſtis.

h ¶ Tranſactionis. ff. eod. Quomodo hoc intelligatur, ibi uide per gloſ. & Bart. & in l. furti. §. qui iuſſu. ff. de his, qui not. infa. & uide ſolutionem l. fin. C. eod. præalleg. ad l. ſi legatarius, ff. de dolo, per doct. in prædict. l. ſi.

i ¶ Iuſto. Ibi uide latius Bart. Bald. & Cyn. quæ inducant ſemiplenā probationem & an ſit dare ſemiplenam probationem. & uide Bar. ff. de excuſ. tut. l. 1. §. excuſantur, aliàs eſt l. 2. & de fuga. uide Ioan. An. in Spec. de præſump. §. ſpecies.

k ¶ Semiplenam. Hoc intellige, ſi ſit omni exceptione maior, & ubi duo faciunt plenam: aliàs non facit unus ſemiplenam, uide eleganter Bart. in præalleg. l. admonendi.

SVMMARIVM.

1 *Continuatio, uel diſpoſitio tituli.*
2 *De exceptionibus ubi alibi, quàm hoc in titulo tradatur.*
3 *Per exceptionem peremptoriam non fit litis conteſtatio.*
Exceptiones quædam peremptoriæ impediunt litis conteſtationem, & quæ, remiſſ. ibid.
4 *Titulus hic, uel rubrica quare non appoſita ſit ante titulum de litis conteſtatione.*
Regulare quod eſt, præponderandum caſui, ibid. in ſi.
5 *Exceptio cœpit in Paradiſo, & quomodo.*

De exceptionibus. Rub.

1 Viſo † de probationibus in genere, & in ſpecie, quia is, 2 qui excipit [a]. in ſe onus probationis aſſumit. l. 1. ff. eod. l. 1. ideò &c. ſm Goff. uel aliter uiſo de iure actorū, per quod muniuntur quaſi gladijs, uideamus de iure reorum, quo muniuntur ut clypeis, ſm Azo. C. & inſt. eo. tit. uel aliter fundata & probata intētione actoris, reus opponit peremptoriam, uel excipit contra probationes actoris. ex ordine igitur bene ſequitur tractatus de 2 exceptionibus. de † materia. 3. q. 6. §. exceptio. reperitur autem in 6. & Cle. rubricæ, conueniunt, de offi. deleg. ex part. 2. de indicijs, exhibita, & c. ſeq. de ord. co. c. 1. & 2. & ult. de teſti. c. de teſtibus, de appe. ſuper eo, infra de præb. pro illorum, de cōceſſ. præb. poſt electionem; de cogna. ſpirituali. c. ſi. de acc. ſuper his, & c. accedens; de adult. c. pen. & ult. quæ omnia, quomodo titulo cōueniant, patet ex earum ſummis, & multa ſimilia adduci 3 poſſent, quæ omitto. Item † per exceptionē peremptoriam non fit conteſtatio, de lit. conteſt. c. 2. lib. 6. ſunt ēt quædam peremptoriæ, quę impediūt cōteſtationem, 4 eod tit. c. 1. Et ſi quæras, quare non † poſuit Rubricam iſtam ante titulum de lit. conteſt. reſpectu dilatoriarū, quæ tunc habent proponi, ſicut & poſita fuit rubrica de exceptione fori; reſpondeo hoc eſſe de arbitrariis: uel dic, ꝙ quia peremptoriæ, uel quaſi plus afficiunt principale, fuit æquius illas in ordine pōderari. & ſi dicas ꝙ etiam aliquę peremptoriæ proponuntur ante litem conteſt. infra de lit. conteſt. c. 1. lib. 6. reſpondeo, ꝙ illud caſuale nō fuit præponderandum regulæ; quod 5 dic, vt no. de deſpon. impub. literas. quō † aūt exceptio cępit in Paradiſo Adam excipiēte, ꝙ deceptus ab Eua peccauerat, ponit G. in Spec. in prooemio. §. ſanè.

ANNOTATIONES.

a ¶ Excipit. Adde Rapha. in l. 2. ff. eodem titulo, & Ange. Aret. inſtitutio. eodem titulo.

SVMMARIVM.

1 *Teſtis, ſi de crimine contra olim excepto conuincitur, uel aliàs conuictus apparet, repellitur à teſtimonio, & non punitur, & niſi in caſu, & quando aliàs damnari poſſit, num. 3. uide num. 4.*
Teſti cur obyciatur, ibid. & num. 4.
2 *Infamia facti cum non repellit in ciuili.*
Corporis uitium cum etiam repellit, & quid & quo caſu, ibid.
4 *Pœna non infligitur niſi ſecundum iuris ordinem agatur, & quem.*
Præſertim, particula quomodo hic accipienda, ibidem, ad dictio. præſertim.
5 *Tangere crimen, de quo agitur, exceptio contra teſtem quando dicatur.*
6 *Epilogus, ſuffragium, & additio gloſſarum, num. 7. & 8.*
9 *Deliquiſſe, & pœnituiſſe compatiuntur ſe.*
Innocentia qualiter probetur, ibid.
10 *Officio teſtis, & iudicis fungi quis non debet.*

CAPVT I.

1 DEnique. Caſus. Si † teſtis de crimine ꝯ eū excepto cōuincit̄, vel aliàs conuictus apparet, repellit̄ à teſtimonio: ſed de crimine nō punitur, ſi non tangit negociū principalē. & ſunt tria dicta. ſm ibi, Quòd ſi. tertium ibi, Cęterum [*Dicta*] hoc infra nō proſeq̄tur [*Obiicitur*] ut nō habeat̄ fides teſtimonio per ipſos ferendo, uel iā lato, ut dixi. ſ. de teſti. ex parte. [*Infamia*] iuris, uel facti. & hoc in criminalibus ſm Pet. 2 & Abb. unde dicit Abb. ꝙ † infamia facti nō repellet in ciuili per decr. teſtimoniū, ſupra de teſtib. ſed tu dic, ut ibi dixi [*Suſpitione*] inimicitiæ. 3. q. 5. accuſationes, Pe. & Abb. [*Manifeſta macula*] & corporis, ſi teſtificatur in criminali ꝯ clericū. repelletur enim à teſtimonio tali corpore uitiatus [a] eo caſu, quo repellet̄ ab ordine ſm Pet. & Abb. de hoc. 2. q. 7. ipſi, & ſupra de teſtibus. c. ſi. [*Conuicti*] in modum accuſationis, Hoſti. [*Probauerunt*] ipſi teſtes uel hi, qui eos producunt [*Confeſſi*] contra, ſupra 3 de elect. per inquiſitionē, de confeſſis. c. 2. Sol. ex † confeſſione in hoc damnari non poſſunt, niſi crimen, qđ cōfitetur, tangat negocium, de quo agitur, ut in ꝯriis, & ſic cōcordat literæ ſequenti: vel ibi imponitur extraordinaria pœna, quod hic non negatur, & hoc quādo per ipſorum confeſſionē conſtat de criminibus, ut in ꝯriis; ad hoc. C. de teſti. nullum. ſi uerò per teſtes de criminibus conuincatur, tunc etiam extraordinariè nō puniuntur, ſupra de ordi. cogn. c. 2. ſm Inno. & Hoſt. & uide

uide cum ad dicam super uersicu. præsertim [*Iuris † ordinem*] cum libello accusatorio, & inscriptionis uinculo [*Perhibendo*] uel iam perhibito, ut dixi in prin. [*Repellantur*] ad hoc enim solum instituebatur exceptio, & ipsius probatio [*Præsertim*] idest maximè [b]. nam idem, si contingeret causam crimine probato per testes, vel instrumenta, ut nota. de confess. c. 2. secus, si probaretur per confessionem, ut ibi not. & supra eod. c. fin. Inno. sed Goffr. & Hosti. exponunt pro tantum, & hoc plus placet, & nihilominus fateor glo. Inno. super uers. cõfessi ueram esse quò ad extraordinariam pœnam non imponendam pro crimine, quod nõ contingit principale probato aliter, quàm per confessionem [c] [*De quo † agitur*] dicit Inn. ut si quis accusetur, & ipse accusatus pro se inducit testem ad probandum, ꝙ non erat illo tempore in loco, quo dicitur simoniam commisisse, uel ꝙ non ipse, sed alius fuit auctor; in his & similibus, si testis confitetur se simoniacè aliquid dedisse, uel recepisse, uerè peccatum simonię, quod confitetur, tangit crimẽ, de quo alius accusatur, scilicet simoniam; quo casu punietur secundum eum: sed dicit Hosti. hoc uerum, quando testis confitetur se simoniacum in eodẽ facto fuisse, uel articulo, de quo agitur: & sic loquuntur, de confess. c. 2. de elect. per inquisitionem: secus, si in alio articulo simoniam commisisset; ad hoc de ordina. cognit. c. 2. ad fin. sic intelligit hunc finem; & hoc placet. ¶ Secunda † gloss. signat contrarium, & soluit. ¶ Quarta gloss. ponit opin. Tan. secundo ponit aliam, quam in fi. determinat. ¶ *Glo. si fuerunt*] obijcit ad utranque disiunctam, & soluit. ¶ Gloss. antep. arguit, remittit, argumento respõdet, & iterum arguit ad alium casum. ¶ Vlt. glo. ponit, respondet per obiectio. & soluit, ꝙ hoc speciale, & dat simile. ¶ *In † glo. 3. ibi, si dicatur*] uide de testib. cum causam, in prima gloss. ¶ *In glo. 4. ibi, querelam*] uide de probatu. licet, super glo. 2. [*& ibi. l. 2.*] uide supra tit. 2. cum Ioannes, in ult. glo. ¶ *In glo. pen. ibi, Lucius*] ponit dictum decre. allegatæ in fi. ¶ *In † glo. 2. ibi, super eod. infra*] ubi idem no. ¶ *In glo. quidam, ibi, appellatum*] idem Hosti. ¶ *In glo. ut. q. ibi, præsul.*] & supra de testib. licet 1. & 2. & c. in literis, Host. ¶ *In glo. 3. q. 11. in fi.*] & 2. q. 7. criminationes. Tan. ¶ *In glo. si fuerunt, ibi, pœnitentiam*] ista † enim sunt cõpatibilia, scilicet quandoque deliquisse, & pœnituisse, & hoc teneas, licet Tan. Vincen. Goffr. Philipp. & Inno. hic dixerint, ꝙ probata erat innocentia eo ipso, ꝙ non probatur contrarium; allegat de pręsumptio. dudum, cum sim. sed forte habuerunt intellectum, quem habuit Hosti. qui dixit, ꝙ innocentia probatur præsumptiuè, cum id ad plenum alius, quàm Deus scire non possit. si. de præsump. c. 1. vel forte non retulerunt se ad casum istum. Item nec procedit lectura Abb. qui dixit probari innocentiam probando absentiam à loco tempore commissi maleficij: sed hæc lectura licet procedat respectu illius verbi, Conuicti, se tamen nõ compatitur cum uerbo, Confessi. ¶ *In glo. ex eo, quòd ibi, quæri*] si dicit † sine iuramento, bene procedit: alias cum ipse adhuc sit iudex causæ, nõ uidetur, ꝙ duplici offi. testis, & iudicis fungi debeat, facit uersi. quandoque, statim alleg. [*& in fi.*] de hoc in Specu. de recusat. in fine, Archidia. concordat huic glos. in decr. ab arbitris, de officio delega. lib. 6. & alleg. C. de pœna iudic. qui ma. iudic. aucten. nouo iure. §. sed si, & C. de eden. is, apud. & in aucten. de testibus. §. 1. ¶ *In glo. ul. ibi, si publico*] huius ratio not. de ordin. cognit. c. 2. in fi. pen. gloss. & facit quod ibi dixi [*cum super*] ubi de hoc in prima glos. [*& ibi, super eo* [d]] & cap. per inquisitionem.

ANNOTATIONES.

a ¶ Corpore ultiatus. Adde gl. 4. q. 3. in summa, & do. An. in c. fi. de testib. & Inno. in c. cum P. de accusa.

b ¶ Maximè. Et de ista materia uide, quod plenè no. & scripsi in l. 2. § si publico, ff. de adult. & facit not. in c. cum super, in gl. 1. de concess. præben. & de hoc, uersi. maximè, præsertim, uide in extrauaganti ad reprimendum, in uersi. maximè, Archid.

c ¶ Confessionem. Fallit in Papa, qui crimen punit, qualitercunque de illo sibi constet, uide Io. And. de consue. cum inter, in glo. ex officio, & de excep. ex tenore, in glo. sed quomodo.

d ¶ super eo. In hac glo. in fi. dic, quòd fallit in c. super his, de accus. ubi etiam exceptio deijcit ab obtento, & uide quod not. in c. cum dilectus, supra de ordin. cogn. ultimo. in hoc c. not. glo. in uer. per sententiam, quæ dicit, quòd ista exceptio reprobatoria testium est peremptoria. glo. in c. ex parte Adæ in uersic. per testes. dicit quasi peremptoria. ad hoc glo. in cap. de testibus. de test. scripsi in l. exceptio. de proba. Archid.

SVMMARIVM.

1 *De excommunicatione reo excipiente contra actorem non obstat replicatio communionis, & in qua causa num. 2. ad dict. accusa.*
Dubia declarare spectat ad Papam, ibid.
2 *Cum excommunicato participare in quibus quis dicatur, & non liceat, & quid incurratur idcirco, & quando. & num. 8. remiss.*
3 *Excommunicatus maiori repellitur ab accusando.*
Cum eo communicans incurrit excommunicationem minorem, & quo casu, ibid.
Excommunicatio maior communione priuat fidelium, ibid. minor participatione sacramentorum, ibid. & de his ubi tractauerit, numero 8.
5 *Epilogus, suffragium, & suppletio glossarum, num. 6.*
De excommunicatione actoris contra ipsius replicationem duplicari non potest, eod. num. 6.
Excommunicatus maiori repellit excommunicatum minori ab accusatione sua, ibid. uersi. unde.
5 *Excommunicato quæ dentur exceptiones.*
8 *Quæstiones quæ hic possent à repetente tractari.*
9 *Tituli huius materiæ principalis in quibus consistat.*
De replicationibus in quibus iuris locis habeatur, ibid. uersi. ideo, & de his quæ hic tradere uelit ante præfatur, ibid. uersi. de illa plenius, &c.
10 *Replicatio quid, & eius exempla, num. 11.*
12 *Cui competat, & quando.*
13 *Eius effectus quis.*
14 *Quomodo tollatur, uel uitietur.*
15 *An prius, quàm exceptio probanda.*
16 *An super ea necessariò pronunciandum.*
Regulatur à natura exceptionis, an sit emergens, an non, ibid.
Ab origine rei, quæ sequuntur, iudicanda, ibid. ex mente.

CAPVT II.

perat ultra quadriēnium, quo peti poterat restitutio ad hoc.ff.de peti.hære.si quis libertatem, de inoffi. testa. Papinianus.§.si filius.propter hoc dicūt quidā domini legū, φ ubi per falsa instrumenta obtinuisti contra me aliquod remedium finiēdarum litium, ut sententiam, transactionem, & similia, tunc per iura præalle.necesse sit.inf.quadriēnium me iuuari beneficio restitutionis agendo, uel excipiendo. Si uerò tale remedium non obtinuisti, perpetuò excipiam, ut in l. pure. Alii dicunt, quòd aut fuisti in dolo etiā in obtinendo remedium finiendarum litium sciẽter utendo falsis instrumentis, ex quibus obtinuisti. & tūc quia commisisti crimen falsi, & sic teneris mihi etiam ciuiliter actione in factū ad interesse. C.de falsis. l.damus, & l. fi. ergo & habeo exceptionem sine restitutione, quæ durat ultra quadriennium, saltem quantum durat actio iuxta regulam, cui damus actionem &c.ff. de reg.iuris, inuitus.§.cui damus, & inf.de regu.iuris, qui ad agendum.lib.6.aut non fuisti in dolo: quia ut nec conscius falsitatis; & tunc quia non potest excipi, nisi habeatur restitutio, ut d.l.exceptiones.§.fin.uerū exceptionem non durare.i.ultra quadriennium. & licet ista ad actionem intellectus faciant: non tamē clarificant. & planè de iure nostro uidetur, φ per uiam exceptionis obiiciatur falsitas contra sententiam, ut hic apertè dicit text. & supra de proba. licet, in princ. quæ in exceptione loquuntur, & decre.in nostra, supra de procura.etiam de exceptione loquitur.ad idē. infra de crimine fal.cap.2.& tamen etiam de iure nostro dicitur ualere sententia, quàmdiu probetur falsitas.sup.de fi. instrum. accepimus, sicut & de ciuili.ff. de re iud.diuus.Mihi uidetur distinguendum inter ueram falsitatem rescripti, cuius uirtute profert delegatus sententiam, de qua loquitur decre.2. de crimi.fal. de qua sine temporis præfinitione agitur, & excipitur contra agentem, ubi not.in 1.gloss.& falsitatem procuratoris, de qua in præallega. decre.in nostra, & de his duabus satis dixi post Innocen. & Compo. de rescriptis, super litteris, in fi.& falsitatem probationum, ex quibus fertur sententia. & de his principaliter loquimur, & de hoc potest agi criminaliter. Item ciuiliter actione in factum. Item per beneficium restitutionis.& hic prosunt tempora limitata, ut no.in præallega.decre.licet, in fi.glo.2.Item per uiam exceptionis. Item per uiam replicationis.si per uiam exceptionis, puto uerum, quod no. Accur.in l.querela, quod perpetuò, quando agetur ex sententia, poterit excipi de ipsius nullitate propter falsum, quod placet etiam Guil.in præallega.uer.licet contrarium uideatur tenere in Spe.de senten. execu. in fine, scilicet quòd non excipitur sine restitutione. & idem Compo. de rescriptis, super litteris, in gloss. quæritur hic, uer. intellige tamen, nec distinguam, an uictor fuerit conscius ueritatis, nec ne. & procedit hic propriè, cum sententia lata est pro actore: qui postea petit ipsius executionem. absolutoria enim lata pro reo secum trahit executionem, ut no. de appella. pastoralis. si per uiam replicationis, hic distinguo. aut excipitur de sententia contra actorem denuo repetentē primā actionē, ut quia petebat fundū: absolutus fuit reus per falsas probationes: iterum petit fundum illū: excipit reus de sententia: actor replicat de nullitate, & falsitate, hoc postet locum habere, quòd actor inepte agat.

u debuit.n.prius restitutionē petere, ut in.l.diuus. Si uero excipitur ꝯ actorem non repetentē primā actionem, puta peto electionē casari propter crimen, uel defectū: excipis de sententia absolutoria: replico de ipsius nullitate, & falsitate, puto, φ procedit replicatio, & erit perpetua, ut competat, quandocunq; excipitur.& idem dico de duplicatione; ut si petis electio-

nem

nem confirmari, excipio de crimine falsi: replicas de sententia absolutoria: duplico de ipsius nullitate, & falsitate; procedit duplicatio & sine temporis præiudicio. certum est enim, quod ego, contra quem non fuit principaliter formata sententia, non teneor petere restitutionem cõtra illum. Si autem velles tenere, quòd de necessitate sit petenda restitutio contra illũ, dici posset, quod per uiam restitutionis consequeris reuocationem sententiæ: quam tamẽ non consequeris per viam exceptionis, uel replicationis, quibus erit satis, quòd probatæ suum consequantur effectum, de x ord.cogni.c.2.de rest.spo.solicitè, cum[x] si. Item si opponis, ex quo competit extraordinarium beneficiũ restitutionis, ergo non competit ordinarium nullitatis. respon. hoc non esse præcisum; quod patet per de- y cre.c.2.de resti.in integ.[y]lib. 6. [*& ibi, nunc cessabitur*] facit de restitu. in integ. suscitata.

ANNOTATIONES.

u ¶In glo. Et quid ueniat nomine pertinentiarum; & plura alia utilia circa talem libellum uide per Io.An.in eo.c.in glo.no.libellũ.

b ¶Annuo. Ibi uide Io.An.in gl.nel dic, quòd huic not. uidebatur post Innu.uelle, quòd pro iure, quod habet quis iure, in re, possit in libello proponi rei uendicatio. & sic potest facere pactuus; & uide Bart. ff. de contrahen. empt. qui tabernas.

c ¶Permutari. Adde Rotam in quarta de rerum permutatione, in nouis, & Fed. de rerum permutatione. q. 10. & Domi. in cap. 1. de re. permutatio. in 6.

d ¶Reperitur. Ipse autem producens instrumentum falsum nõ potest illud dicere falsum propter regulam, quæ habetur in l. apud antiquos, C. de fur. in uer. nos autẽ, uersi. qui habet aduersus &c. & hoc in sciente illud producente, & uide Bar. in l. post legatum, in prin. ff. de his, qui. ut indi. & ibi per ipsum, an possit producens illud dicere nullum, de quo inf. in uersi. item si confitetur, & uide infra in glo. quasi dicat, in principio, & in glo. non dicas, & se. & uide plene per Bald. C. de his, qui. ut indi. in l. alia.

e ¶Olim. Hic text. loquitur in confitente contenta in instrumento nullo propter defectum. sed an ex sola productione uideatur exclusus, & dicendo illud nullum, uide Bart. in l. post legatum, ff. de his qui. ut indig. & uide Io. An. in præalle. c. cum olim, super glo. pen. & uide inf. in glo. quasi dicat, in prin. & uide Bald. qui limitat istud dictum Inn. in l. alia. C. de his, qui. ut indi.

f ¶Mulieri. Quasi sententia tollat, quod induxerat productio falsi instrumenti, uide Io. An. in c. mulieri, in gl. dicunt quidam, & per Bald. in l. 1. C. de furtis, in quarta oppositio. & in l. aliam, C. de his, qui. ut indi.

g ¶Vt in fi. No. illum uersi. Porrò, usque ad uer. intelleximus, quomodo ex possessione iste episcopus probare uolebat dominium, quod an sufficiat, uide Barto. in l. quidam in suo, ff. de cond. inst. & Bald. in l. eam res, & in l. 3. C. de prob. & plenius in illis p Sali.

h ¶Auctoritat bus. quid de chronicis, glo. in uerb. magis poterat, in c. inter dilectos, de fide instru. quid de pictoribus, uide in c. quanto, in glo. de iureiu. & uide sup. de proba. cum causam, Bald.

i ¶Contra producentem. uide Panor. in c. cum olim, de cens. & in consi. 60. 2. uol. & Bart. in l. post legatum, ff. de his, qui. ut indig. Alex. consi. 108. in 5. uolum.

k ¶Auctentica. Et in dubio videtur se referre ad instrumenta in iudicio producta: quia ex alijs instrumentis nõ habet se informare, ad hoc, l. ait prætor. §. 1. de re iudi. & c. constitutus, de reli. do. uide quæ ibi scripsi: quia bona verba, Archi.

l ¶In secunda. Versiculo item debet etiam sententia certa, & uide Ioan. And. de exces. præla. tanta. in glo. nu. generalem.

m ¶Capitulo. Et uide ibi glo. & Io. And. & Bart. in l. cum de in rem uerso, ff. de usur.

n ¶Super. Ibi uide, & gloss. no. Inno. in cle. 1. de censi. & omnino uide Ioan. And. in c. qui contra iura. de reg. iu. lib. 6. in Merc. & ibi uide remissiones.

o ¶Ab intesta. Ibi uide, & per Io. And. in c. cum deputati, de iudi. & in c. olim, inf. de testi. spo. in glo. si de iuribus.

p ¶Exceptionis. Hoc credo uerum, nisi ipsius actoris intentio sit de iure communi fundata, ut patet in isto c. ibi, quia uerò nobis &c. & idem etiam uidetur dicere glo. quando ipse reus assumeret in se onus probandi contrarium eius, quod actor probare tenetur, ut dicit glo. fi. in l. circa, ff. de re iu. facit ad prædicta, quod dicit Barto. in l. non solum. §. sed ut probari, ff. de oper. no. nunc. uide quod scripsi in c. unico, in gloss. probante. inf. ut ecc. bene. Archi.

q ¶Excipiendo. Et hoc quando simpliciter exceptionẽ opponit, tũc non uidetur litem conte. ut no. in d. c. 2. sed si dicit se non teneri respondere, & negat narrata, prout narrantur, & exce. opponit, tunc bene uidetur litem cont. ut no. in c. dudum, de decimis, Bal.

r ¶Pignora. Et quid de hypothecaria, an sit bonæfidei, uel stricti iur. uide glo. & Bart. in l. constitu. ff. ueteris. §. 3.

s ¶Petitione. vide circa istam materiam plenius Barto. in l. 1. ff. de ac. empt. & plenius l. stipulationes non diui. ff. de uerb. obli.

t ¶Nulla. Vide Bart. in l. diuus, ff. de re iudi. & in l. si prætor. §. Marcellus, ff. de iudi. & quid de transactione, uide Cy. Bar. Bald. & Sali. in l. si ex falsis. infra alle. & de decreto uide Bar. in l. Seiæ egressæ, ff. de tuto. & cur. da. ab his.

u ¶Restitutionem. Facit ad hoc quod no. Ioan. An. sup. eo. a nobis, post gln. in uersi. quando competat, & uide Bart. in l. nam postea. §. si minor, ff. de iureiuran.

x Cum. Idem no. Bart. in præall. l. diuus, & uide ipsum in l. qui agnitis, ff. de excep. & doct. in l. si ex falsis, præalle. qui idem no.

y ¶In inte. Vel dic, quòd ista competunt ad diuersa, ut per se patet. & unum pinguius est alio, uide Bartu. in l. in prouinciali, ff. de no. ope. nuncia.

SVMMARIVM.

1 *Ob exceptionem non admissam qui appellat, coram iudice appellationis eam ueram probare debet.*
Dietam ultra unam quis trahi non potest, & qualiter hoc intelligatur, ibid.
2 *Appellatio ut precludatur exceptionem proponenti, propter quam si non admittatur, appellatio timeatur, quæ cautela.*
3 *Dietas ultra duas citatus an ire teneatur.*
4 *Dieta una si est à loco per aquam, & quatuor per terram, uel contra, quid iuris.*
Via usitatior, & tutior consideranda in dietis, ibid.
De limitibus probandis ubi habeatur, & ubi melius distinguantur, ibid. uer. item termini.
5 *Epilogus, & additio glossarum. num. 6.*
7 *Appellationis iudices quando in negocio principali supersedeant, iustificata ueritate causæ appellationis.*

CAPVT VII.

1 OLim. Casus. Qui† propter exceptionẽ non admissam appellat, coram iudice appellationis ꝓbare debet exceptionem esse ueram. & sunt duæ partes. in prima appellantis querela. in secunda prouisio, ibi, discretioni [*Treuerensi*] cui commissa fuit causa, quæ inter Vincen. & ipsius aduersarium uertebatur, Innoc. [*Vltra duas*] hodie unam, & cum determinatione decre. de rescrip. statutum, lib. 6. [*Trahebatur*] in hoc consistit ius exceptionis, ut in 1. gloss. [*Recusabat*] & bene, si uerum erat, quod allegabat pars altera [*Qui*] scilicet locus [*Ab illo*] loco domicilij ipsius Vincen. uel dioe- 2 cesis illius [*Probare† poterit*] dicit Pe. notandam bonam cautelam, quòd si aliquis proponat exceptionẽ, propter quam, si non admittatur, timetur, quòd ille appellabit, ut præcludatur uia tali appellationi, iudex dicet, & ego illam admitto, si probata fuerit. vnde ea nõ probata non censetur admissa, nec poterit appellari. salua pace Per. hæc non est magna subtilitas [*Duas* 3 *dietas*] quærunt† Gof. & Host. an citatus ultra duas die- a tas ire teneatur[a]: videtur ꝙ non, ar. ff. de iu. si quis ex aliena, & l. non uidetur. ff. si quis in ius uo. non ie. l. ex quacunque, ff. de peculio. eo tempore, infra de app. si duobus, & c. cum parati. sed cõtra. ff. de arbi. l. arbiter Calendis. sup. de offi. dele. prudentiam. 1. respon. So. dicunt, ꝙ ire tenetur, si dubitetur de dietis, uel an literæ sint obtentæ de consensu procuratorũ, quos partes habent in Curia: alias non tenetur, si nullum du- 4 bium est. quid si una† dieta est à loco per aquam per terram quatuor, uel econtra? Dicunt quidam, ꝙ consideranda est uia usitatior & cõior, & quę frequẽtior est, ar. l. di. sæpe. ff. ad l. aqui. si putator. inf. de homi. ex literis. 2. alle. Hostien. de spon. ex literis. ff. de fluni. l.

l.ff.defun.instruc.cum de lanionis.§ asinam. Dicit tamen Gof.& Hosti. hoc esse frequentius, quòd considerentur uiæ terrestres maximè tempore hyemali, quo solet esse periculosa nauigatio,& sępe incerta.C. de offi.rec.prouin.l.ciuitas.Item termini diœc.in terra melius distinguuntur, quàm in mari, uel aquis. & de limitibus probandis,supra de proba.ex literis.c cũ causam, & facit quod no. in spe.de cita.§.1.post prin.

5 ¶ Prima † glo.no.quærit,soluit, & remittit. ¶ Secunda glo.obiicit, & soluit. ¶ Vltima respondet signando contrarium de decre.ut debitus. ¶ *In † glo.1.ibi, nonnulli*] hęc uera secundum illa tempora.hodie uero inspicimus non solum locum conuentionis, sed etiam cõmissionis, supra de rescriptis, statutum.§.cum uero,& §.de.li.6. ¶ *In glo.ulti.ibi, quod manifestum contrarium*]

7 ad cuius contrarii solutionem † dicebat olim Hosti. quòd quia rescriptum emanauerat à prędecessore,& citatio non tenuerat, quasi res integra esset,expirauerat iurisdictio, ad hoc de elec.bonæ.1.in fi.de offi.deleg. gratum. & est si.de no.ope.nun. significantibus, ubi de hoc secundum eum: uel, ut dicit, hanc gratiã fecit papa reo, qui conueniri nolebat coram delegato,ne uexaretur:sed paratus erat corã ordinario stare iuri. Dcutum tenuit, quod tenet glo. & prædicta prima solutio est contra ipsum Hostiẽ. pro opi.ntea no. de offi.deleg.cum plures,li.6.Pe.& Abb.dicebant cõtrarium locum habere, quando appellatur ab ordinario, vel delegato, cuius rescriptum nõ est nullum, nec annullatur ope exceptionis.& dicunt ipsum contrarium fallere in duobus casibu,s.cũ appellatur propter non admissam exceptionem ueritatis tacitæ, uel falsitatis suggestæ.probata enim causę ueritate appellationis,supersedent iudices appella.nam auctoritate illius literæ nõ procederet principalis iudex,ergo nec iudex app. qui succedit in locum ipsius. secũdo casu, quando appellatur propter exceptionem abusus rescripti impetranti oppositam non admissam. [b] nam illa uerificata coram iudice appellationis ipse iudex supersedet,cum propter abusum perdiderit cõmodũ rescripti. vnde sicut nõ procederet principalis iudex, ita nec iudex appellationis. quòd sit abusus patet, de rescriptis, nõnulli,& propter hoc perdere debeat cõmodum rescripti, probatur.eo.titu.ex tenore, & ca. ult.pro hac lectura bene facit, de of.dele.si à subdelegato,li.6.sed contradicere uidetur, de ap.ex parte.M. & c.significãte. vnde finaliter prædicti tenẽt id, quod hæc gloss. quæ fuit additio, licet prædictas solutiones dicant ueras.

ANNOTATIONES.

a ¶ Ire teneatur. Vide per Spec.de cita.§. 1. post princ. per Imol. in capitu.super literis, in 13.colum.de rescri.per d.Fel.n.in c.cum ordinem, supra de rescriptis.

b ¶ Admissam. Et sic oo. ex illis duabus fallentiis, ex quibus est so. huius contrarii.& est intentio Abba.quòd si est excep.quæ opponitur iurisdi.exclusoria, iustificata appellatione coram iudice, ad quem, ipse iudex, ad quem, debet supersedere negocio prin. ut hic, quia intentio illius excep. & appellationis est excludere processum; ergo operaretur contrariom effectum. quandoq; nõ est exclusoria iurisdictionis,tunc non debet supersedere, ut in cõtrario,c.ut debitus.item uide in c.significauerunt, in fi.inf eo.in glo.fi.ubi simile remittitur,& uide ibi scripta,quia faciunt, in fi. Ad idem etiam no. supra de rescri,significante. & no. quòd dicitur in d.c.significauerunt, ad quod concor.text. in cap. dilectus, el 3. de præben. ubi probatur, quòd ubi iudex pronunciat se incompetentem, iustificata appellatione, remittitur à iudice, à quo & uide ibi scripta, Archidiaco.

SVMMARIVM.

1 *Per excommunicationis uel periurii exceptionem quis à sua, uel ecclesiæ sua defensione repelli non debet,*

2 *Appellatus coram quo iudice debet prosequi causam suam, appellante non prosequente appellationem.*

3 *Citari si mandantur omnes, qui se uolunt opponere, & quorum interest per publicum edictum, non astringuntur ad comparendum.*

Citari si mandatur alicui omnes illos, qui se tali opponunt super electione, uel alio facto, sint citandi, & quæ nam sit in hoc citatoris cognitio, & officium, ibid. §. aliquando mandatur, & nume.4.

Citati an necessariò uenire debeant, ibid.

4 *Rescripta præteritum non respiciunt, sed futura, uer. Alii uerò.*

5 *Voluntarii qui dicantur ad iudicium uenire, qui necessarii.*

6 *Excommunicatus an & quando possit excipere contra petentem confirmationem.*

Ad iudicium qui uenit, qualiter firmet personam suam, ibid. uer. uoluntarius autem.

Edictum citatorium ad opponendum electioni, & electo differt ab edicto, quo citantur creditores, cum minor abstinet, uo.num. uer. Si uerò contra, circa fin.

7 *Excommunicatus maiori repellitur ab agendo.*

Excommunicati minori electio non ualet, ibid.

Periurium quos, & à quo repellat, ibid. ad dictio. periurii, & nume.8.

8 *Criminosi, ecclesiæ, suas, & suorum causas prosequi possunt,*

Obedientiam electo si subditus negat, dicitur defendere ecclesiam suam, ibid.

Opponere non sufficit, nisi probetur, ibid. ad dictio. probata.

9 *Epilogus suffragium, & additio glossarum. nu.10.& 11.*

CAPVT VIII.

1 Dilecti. Casus.Per † exceptionem excõmunicationis,vel periurii à sua uel ecclesiæ suæ defensione qs repelli non debet.& prima pars ponit petitionem appellantis.secũda dat iudicem,ibi, Quocirca [*Traxisset*] ergo erat electus originalis actor: sed dicit Inn. quòd forte electus iste petebat obedientiam ab istis tribus

2 canonicis,& ipsi illam denegabant;uel illi † appellauerunt,& appellationem non prosequebantur.unde petere poterat electus, quod procederetur in causa. inf. de app.oblatæ, ad fi. vel quòd imponeretur eis silentium,& etiam aliás punirentur,infra de elec. c.1.lib.6. sed hodie non sunt super hoc literæ impetrandæ: sed debet appellatus expectare apud iudicem appellationis, & ibi prosequi causam suam, licet papa, uel alius superior quandoq; concedat literas ex certa scientia.

3 & tunc ualent: quia aliter non ualerent.interdũ † etiã mandat iudex citari omnes, qui se uolunt opponere. & quorum interest, per publicum edictũ; quod dic, ut de elec.c.fi.lib.6.& facit,qui matrimonium ac.pos. cum in tua.nullum tamẽ arctant talia edicta: sed quilibet sibi relinquitur, ut compareat,si uoluerit, & sibi crediderit expedire;& vide,quod dicam,de rescriptis, in multis, super 5.glo.lib.6. & in Spe. de cita.§.sequi-

a tur.in vlt.colum.aliquando [a] mandatur alicui, ꝙ citet omnes illos, qui se tali opponũt super electione sua, uel super alio facto, de quo agitur. in quo casu dixerunt quidam, sed male, ꝙ citatoris est aliqua cognitio,hæc.s.ut uocet eos,quos impetrator citari petit,& quærat ab eis,utrum se uelint opponere,uel non.& si responderent,ꝙ uelint se opponere, citet ipsos. Si uero dicant, ꝙ nolint se opponere, tunc absoluat eos à citatione.& pro istis, qui sic sentiũt,est ar.in eo, quod dicitur,quod omnia iudicia sunt absolutoria,ut insti. de of.iud.§.fi. ẞm Inn.& ꝙ dicitur,ꝙ nemo de domo sua in ius uocari debet.ff.de in ius.uo.pleriq;, & l.se.& quia nemo præcisè cogitur se defendere: sed satis est, quod aduersarius mittatur in posses. bonorum eius,

uel

vel alias pœnas patiatur is, qui se non defendit, ut ibi
patet. & in eo, quod le. sup. ut lit. non conte. tuæ frater
nitatis[b]. nec ob. ff. de verb. obli. inter stipulantem. §. 1.
vbi dicitur, quod iudicium redditur in inuitum: quia be-
ne redditur iudicium in inuitum, si ex quo venire te-
nuit, proceditur contra ipsum, secundum Host. ueruntamē
Inno. non placet hæc opinio: quia cum hæc clausula,
citet omnes, qui se opponunt, intelligenda sit de his,
qui ante datam literarum citatoriarum se opposue-
runt, & illius, cuius negocium agitur, intersit, uel in-
teresse possit, eos se sibi non opposuisse, quamuis di-
cant, quod se nolūt amplius opponere, nisi primò satisfa-
ciant de interesse secundum Inn. ar. ff. de interr. act. de ætate.
§. fi. ff. de condi. causa da. dedi, & l. si pecuniam. cuius
satisfactionis cognitio ac diffinitio non est citatoris,
sed iudicis. Si ergo citator uult bene & plenè suo offi-
cio fungi, sine alia interrogatione inquisitionis citet
illos, quos impetrator dixerit sibi nominādos. sed &
impetrator in nominatione sibi caueat: quia si facit
citari illum, qui nunquā se opposuit, uel non interest
sua, ut citetur, & sic in nullo est sibi obnoxius, condē-
c nabitur in expensis[c], ar. in eo, quod legitur & no. sup.
4 de rescrip. c. fi. §. 1. secundum Host. Sed nunquid per †tales li-
teras citari possunt illi, qui primò post datam littera-
rum se opposuerunt, uel qui nunc de nouo uolunt se
opponere? Dicunt quidam quod sic: quia præsens tem-
pus appositum litteris, ubi dicit, qui se opponunt, cō-
fusè est intelligendum, ut includat in se non solū præ-
teritum, sed & præsens pariter, & futurum. nam & præ-
sens confusum præsentis non tenet usum. Alij uero
dicunt quòd non, nisi illi, qui ante datam literarum
se opposuerunt, citari possunt secundum Inn. & hoc uidetur
uerius secundum Host. Considerata natura rescriptorū, quæ
de natura sui præteritum. i. datam, præcedentia tantū
respiciunt, non futura. ideoq; & dicitur, quod data litteræ
est consideranda; quod dic ut le. & no. sup. de rescrip.
cam te. §. pen. & c. ad hæc sumus, & c. significauit & c.
d fi. §. autem literas[d]. nec mireris secundum Inno. si di-
xerim, quod ad nutum impetratoris debent omnes cita-
ri, & sic poterunt multi iniustè vexari, quod uidetur
absurdum. nā & si papa illos omnes in suis literis no-
minasset, omnes citasset; & tamen illa eadem absurdi
tas accidere posset, videlicet quod multi iniustè uexaren-
tur: sed in utroq; casu si hoc appareat, & citatus com-
pareat, condemnabitur ei impetrator, ut dictum est,
ad expensas. si uerò citatus non compareat, non sta-
tim condēnabitur ad expensas, uel ad aliud quicquā.
imò contra ipsum præmissis iuramento calumniæ. &
cognitione summaria, & non aliter, sicut iustum fue-
rit, procedetur. sed dici potest, quod non citabuntur om-
nes illi indistinctè & indifferenter, qui ab impetrato-
re fuerunt nominati: sed attendet citator qualitatem
personarum, & causæ, & sicut delegās moderaretur,
sic & ipse moderabitur qualitatem citandi, & nume-
rum citādorum, ar. in eo, quod le. & no. de rescriptis,
super litteris. §. fi. secundum Inn. cuius est magna pars mentis
huius glo. quia nec semper, nec in omnibus obedien-
dum est, ut patet in eo, quod le. & no. sup. de temp. or.
ad aures. §. 1. & c. dilectus, uersi. cum igitur, secūdum
5 Host. [*Opponunt*] forte †agendo; & tunc planum, quod uo-
luntarii ueniebant ad iudicium. C. ut nemo inuitus,
in rubro & nigro. forte excipiendo; & tūc licet uideā-
tur uoluntarii, ipsorum exceptio replicatione nō tol-
litur, ut sequitur. per quod dicit Host. non simpliciter
6 †standum distinctioni Inno. no. sup. eo. cum inter, ubi
e dicit, excommunicatum non posse excipere [e]contra
petentem confirmationem, ne defensio trahatur ad
impugnationem. & quia cum sit extra ecclesiam pro
pter delictum suum non interest sua, nec potest excō
municationem, uel aliud crimen alteri obiicere, ar.

15. dist. primum. 26. dist. una tantum: nec auferet de
oculo proximi sui festucam, qui in suo trabē gestat
3. q. 7. §. tria, in fin. nec obst. quòd paria delicta & c. ad
quod respondet per nota. de adulte. c. pen. ad hanc de
cre. respondetur, quòd loquitur in reo necessario: quod
probet littera. Traxisset in causam. uoluntarius antē
primò firmabit personam suam in iudicio, quod ex-
communicatus facere non potest. necessarius autem
firmabit personam suam hoc ipso, quòd uocatus est,
cum necesse habeat respōdere, de iudi. intelleximus,
& iudicium redditur in inuitum. ff. de uer. oblig. inter
stipulantem. §. 1. & quid dixerit de aliis iudiciis, ubi per
officium iudicis fit generalis uocatio, non specialis,
ibi dixi. Sed Hostien. ponens ibi causam de translatō,
cui per canonicum ad impediendam possessionem
opponitur crimen cum infamia, contra quem ipse
translatus replicat excommunicationem, dicit Cle-
mentē. IIII. diffinisse cum transtuli Visonieñ. ad eccle-
siam Colubrieñ. quòd replicatio nō elidat exceptio-
nē, licet ipse sit reus uoluntarius prouocans, non pro
uocatus. unde dicit ibi Hostien. hanc distinctionem
Innocen. de reo uoluntario, uel necessario non pro-
cedere, nec iure probari: quam tamen si sustinere ue-
lis secundum eū, quis magis est necessariò excipiens,
quàm uolens malum prælatum repellere? quid enim
grauius, intolerabilius, & periculosius, quam quod
detur lupus loco pastoris? dissipator loco cultoris?
homicida pro medico? tyrannus pro defensore? ini-
micus pro aduocato? certe nihil. ut patet, de elect. ni-
hil est, & c. ne pro defectu. de restitu. spo. conqueren-
te. 40. distin. multi. Item cum excommunicato reser-
uetur exceptio de temporali iudice delega. suspecto,
fortius de ordinario, qui perpetuus est. hic autem
dictum Hostien. dicit Goffre. quòd seruat curia. scili-
cet quòd excommunicatus pro ecclesia sua possit se
opponere contra petentem confirmationem etiam
f uoluntariè ueniens. hoc not. in spec. de actore[f]. §. 1.
uer. item quòd est excommunicatus. Sed his ob. sup.
de iudi. exhibita, per quam dici potest, quòd si cano-
nicus excommunicatus prouocat in iudicium, dans
libellum, ut cassetur electio, repelletur per exceptio-
nem. Si uerò contra prouocantem ad confirmatio-
nem excipit, si sponte ueniat, admittetur, maximè,
quia confirmationem necessario præcedit edictum,
quod citat nolentes opponere, de elect. c. fi. lib. 6. un-
de non est simile illi edicto, quo citantur creditores,
cum minor abstinet, ut uideant bona hæreditaria, de
quo dixi. sup. cap. cum inter, & no. sup. de offi. iud. c. 2.
[*Supradictæ*] s. sanctæ Mariæ. Host. videtur dicere, quod
alii erant canonici Gratiaceñ. & alii sanctæ Mariæ Gra
tiaceñ. & ad Gratiaceñ. spectabat electio præpositi il-
lius sanctæ Mariæ. Idem Pet. & Abb. [*Excommunicatus*]
7 maiori, ut † repellatur ab agendo. sed idem de mino-
ri quò ad hoc, ne ualeat electio de ipso facta, de cle.
a [a]excommu. ca. fi. [*Periuri*] hoc non impedit agentem
sed confirmationem petentem, cuius intentionem
perimit, sicut repellit ordinandum, de tempo. ordi. c.
fi. & testem, sup. de test. testimonium [*Exceptionem*] quā
proponebant contra cōfirmationem petentem. uel
iste electus uolebat elidere exceptionem canonico-
rū, qua dixerāt illū excōicatū esse. replicādo de excōi-
catione. & ideo non audiēdū sup petitione obie., quā
fecerat. uel sup procedēdo in principali, & imponen-
do illis pœnā, ut sup. in prin. magnæ gl. secundum Inn. [*Sua † ec-
clesiæ*] imo nec á propria. nā criminosi, & periuri suas,
& suorum causas prosequi possunt sic & ecclesiæ, ad
hoc de iureiuran. petitio, & no. secundum Inn. quod ubi
dicens se electum petit à subdito obedientiam. quam
ille negat, subditus dicit defendere suā ecclesiā, & ele-
ctus impugnare [*Adiecit*] procu. eorum [*Probata*] nec

enim sufficit opponere, nisi probetur, de concess. præben. cum super [*Replicatione*] excommunicationis, & 9 periurii [*Appellatum*] per ipsos canonicos. ¶ Vlti. † glo. no. alleg. unam concor. in contrarium alle. 5. iura, & 10 soluit. ¶ [*In † glo. 3. ibi, ad probationem*] uide in c. cum con- 11 tingat, infra allegato super glo. pen. ¶ [*In † glo. 3. in fine*] de simo. licet Heli, & c. per tuas. ¶ [*In glo. ulti. ibi, intelleximus*] uide, quod ibi scribam post Inno. & inf. de rebus ecc. non alie. si quis presbyterorum, super vlti. glo. [*& h in fine*] de hoc in spe.[h] eo. titu. §. fi. uer. sed nunquid.

ANNOTATIONES.

a ¶ Aliquando. Vide in c. cum in tua, prælleg. & in auct. si omnes. C. si ut se ab hæredi. absti. per mod. ubi uidetur no. contrarium: quia imo scientibus talis citatio præiudicat, & idem no. Io. And. de re iudi. quamuis, in glo. hoc uerum.

b ¶ Fraternitatis. Pro illis bene facit, quod no. Io. An. And. in c. quoniam, de offi. delega. in gloss. super, uersi. in hac parte, uersiculo, dicunt etiam quidam.

c ¶ Expensis. Et tenebitur actori iniuriarum. uide tamen, ff. de iniuriis, iniuriarum. §. si quis per iniuriam, & ibi Barto.

d ¶ Autem literas. Pro hoc, quod no. gl. sed uide & super illa Io. An. in c. si. hic alle. & uide ad materiã Bar. in l. si ita, ff. de au. & ar. leg.

e ¶ Excipere. Adde do. in c. ut circa, §. 1. in 5. col. de elect. in 6. Abb. & Imo. in cap. exhibita, de iudi. & Ludo. in l. cum mulier, in 26. colum. ff. solu. matri.

f ¶ De actore. ad hoc facit, quod dicit Inno. in ca. super his, de accu. & glo. in cap. exhibita, de iudi. & ideo quando uenit iste uoluntarie ratione priuati interesse, tunc censetur etiam defensor, sicut dicimus de appellante, ut in c. significauerunt, infra eo. tunc admittitur nisi esset delictum, ubi admittitur compensatio per eum. e. cum ecclesiastici. eo. titu. quandoque uenit uoluntarie, & pro speciali interesse ecclesiæ; tunc admittitur, si uenit in formã except. ut hic: si uenit in formam actio. tunc repellitur, ut in cap. exhibita, de iudi. & no. sup. eo. e. cum inter. si non ueniat ratione interesse priuati, tunc debet repelli, siue uocetur specialiter, siue generaliter ex edicto, ut patet ex no. in c. super his, de accu. Bald.

g ¶ De cleri. Ista ergo exceptio potest esse dilatoria & peremptoria, uide de rescri. constitutus. & sup. eo. cum ecclesiasticæ. sequẽs autem de periurio est peremptoria, ut sequitur.

h ¶ In spe. Vide Bart. in l. mulier, & l. viro atq; uxo. ff. sol. ma. & Bal. in d. l. cum mulier, & C. de ser. pi. da. l. si creditorem.

SVMMARIVM.

1 *Absolutio fit ad cautelam, si per exceptionem suspensionis, contra quam replicatur de nullitate, ordinatio ecclesiæ retardatur.*
Diuisio capituli, ibid.
2 *Suspensio perpetua uel ad longum tempus quo modo differat ab altera, & quo delegatus episcopi primam non faciet, remittit.*
Amotus à beneficio per sententiã, non desinit statim possidere, ibi.
Possessio multum iuris habet, ibid.
Amotio à beneficio quibus fiat modis, ibid. uer. amouetur.
3 *Amotio hic memorata fuit suspensio, & à iudice potest infligi, & qua de causa.*
Sine solemnitate & ordine infligi potest, & ita reuocari, ibid.
Amoti temporaliter non debent intra suæ amotionis tempus communibus ecclesiæ negotiis interesse, ibid.
4 *Absolutio ad cautelam quibus casibus impartienda.*
5 *Ad diuersos fines peti potest, & quos, & quare sic fiat, num. 7. & à quo. 8.*
6 *Suspẽsionis, & amotionis à beneficio sentẽtiæ quãdo nullæ, remis.*
8 *Aequitatem quilibet iudex vigori præferre debet circa fi. & quo casu hic, & num. 7. in fine.*
9 *Epilogus, & additio glossarum. num. 10.*
Laicus potest esse procurator in causis etiam spiritualibus, ibid.

CAPVT IX.

1 APostolicæ. Casus. Si per exceptionem suspentionis, contra quam replicatur de nullitate, ordinatio ecclesiæ retardat, fit absolutio ad cautelam. & pars huius de ele. ex. mi. apostolicæ. & nõ diuiditur; tamẽ & dici potest, ꝙ primò ponit exceptionem. secũdò ibi, Quas licet, replicationem. tertio ibi, Nõ tamen, relaxationis causam. quartò relaxationẽ, ibi, sentẽtias [*Vobis*] qui debebatis interesse electioni, uel electionem celebrare, Inn. [*Suspensionis*] ab officio, 2 ut differat ab eo, quod sequitur. & quo † differt suspensio perpetua, uel ad longũ tempus ab alia, & quomodo delegatus epi primam non facit, dixi post Inn. inf. de exces. præla. c. 1. super 4. gl. [*Amotionis*] quærit Goff. an amotus à beneficio per sententiam, statim desinat possidere, & dicit ꝙ nõ: quia possessio multum iuris habet, inf. de conces. præben. cum nostris, & c. literas. a ff. ex quibus cau. ma. denique[a]. amouetur autem quis à beneficio & per sententiam, & per cõsequentiam eo ipso, ꝙ amouetur ab offic. 81. di. si quis ammodo, & b c. si quis sacerdotium[b], Goff. [*A beneficiis*] dicit Inn. ꝙ 3 ista † amotio fuit suspensio, quæ potest infligi per iudicem ex culpa coram eo cõmissa, ar. ff. de pœnis. l. moris. & l. si ãdem notauit de exces. præl. c. 1. ut ibi dicam super 4. glo. & quia hæ pœnæ sine magna solemnitate & ordine possunt infligi, ideo sine magna solẽnitate & ordine possunt reuocari; ad hoc. inf. de reg. iur. c. 1. ex quo tamen à beneficiis sic temporaliter sunt amoti, non debent. inf. suæ amotionis tẽpus cõibus ecclesiæ negociis interesse, quod est dignum no. ſm Inno. [*Exceptionis*] ad repellendum uos ab electione, Inno. 4 uel à limine iudiciorũ, Host. [*Proponeretis*] dicit † Inno. quosdam dicere, ꝙ quñcunq; quis petit absolui ad cautelam, ut alii sibi securè cõicent; à sententia. quã nullam asserit, quia proferens non erat suus iudex, uel dicit eam latam post app. uel allegat aliam iustam nullitatem; semper est absoluendus. sup. de offi. ord. grauem, nisi opponatur, ꝙ sit manifesta offensa, de sent. excommu. solet. & dicit Inn. ꝙ hæc uidetur probabilior opinio, quàm contraria, quam prætulit in prædicta decre. solet, scilicet ꝙ in duobus tãtum casibus sit 5 huic locus, & no. ꝙ † ad diuersos fines peti potest hæc absolutio, scilicet ad cautelam eius, qui dicitur excõmunicatus, ut quia dubitat, an sentẽtia teneat: firmius tamen & probabilius credit, ꝙ non teneat, nec dici debet isti, dimitte ius tuum, & facias te absolui, ar. ff. de peti. hæredita. illud. imò, dummodò per sententiam, confessionem, uel rei euidentiam non constet illum excommunicatum pro manifesta offensa, sine alia satisfactione absoluetur ad cautelam, & postea prosequetur iustitiam suam, ar. de sententia excõ. sacro, §. 1. & 2. quandoq; fit ad cautelam aliorum, ut securè sibi communicent in sacramentis, & in aliis, quod aliter licitè fieri non posset, de cleri. excõ. c. fi. sup. quod me. causa, sacris. quandoq; fit ad cautelam opinionis suæ, ne sædatur propter infamiam excommunicationis prælati. qñq; fit ad cautelã futurorũ, s. ne cuius facta in posterum irritentur, vt hic, & in similibus, quæ per se adinuenire poterit studiosus, secundũ Inn. dicit Host. ꝙ hic fit ad cautelã ecclesiæ, ut patet per sequentia, & idem Inn. in ult. gl. quandoq; fit ad subuentionem ꝓbãdæ ueritatis, & hic potius quò ad hominem, quàm ad ipsum deum, sicut & illa, quam curia Ro. confert ambasiatoribus ad ipsam uenientibus, quàm diu sunt in curia, ut interim posint adire præsentiã papæ, quæ denegatur excõicatis, & tractare de recõciliatione illorum, quorũ legati sunt, de quo remittit. sup. de test. c ueniens[c] 2. in fi. & uide sum. quam formaui in decr. so 6 let, post glossas [*Nullas*] forte allegabant † alterã de causis, quæ habentur, de of. dele. cũ contingat, uel aliquã de notatis, de sententia excommuni. præsenti, li. 6. [*Ordinationem*] fiendam coram nobis, ſm gl. uel factã prosequendam, secundum Host. utrunq; ponunt Pe. & Abba. [*Retardari*] plus debito, uel plus, quàm expedi-

ret

7 ret [*Ad cautelam*] i. ita, ꝙ † non fiat præiudicium ipsis amotis ex nostra relaxatione, si forsan interim administrationi spiritualium, uel temporaliũ se immiscuerint. uel. i. sine præiudicio alterutrius, idest ꝙ nec amotis, nec aduersariis fiat præiudicium, quin facta ordinatione de amotione & aliis possint dicere, quicquid uelint. uel melius fit ad cautelam ecclesiæ, ne diu uacet. & hæc æqua prouisio, meritò præfertur rigori iuris, secundum quem prius esset discutiendum de sententiis, & ipsarum causis, quàm procederẽt ad electio
8 nẽ. & hoc ipsum † posset facere quilibet iudex de sen-
d tentijs per se, uel sua auctoritate[d] latis: non tamen auctoritate huius decre. posset relaxare sententias aliorum, ſm Inno. sup. Host. nisi in suis casibus, remittens ad decre. ad reprimendam, & decre. pastoralis, de of. ordi. & dicit Host. talem æquitatem in his, quæ suæ iurisdictionis sunt, debet quilibet iudex præferre rigori. C. de iudicijs, placuit: de hoc de transac. c. fi. & est si. de app. ad præsentiam, de senten. excom. per tuas, & c.
9 uenerabili. ¶ Glo. s arguit. alleg. duo iura in contrariũ alleg. alia duo, & soluit. ¶ *In † 1. gloss. ibi, uel pro alio*] per hanc glo. dicebat hic Pe. ꝙ laicus non poterat esse procurator in causis spiritualibus, nisi in matrimonialibus; quod est falsum, ut patet de procu. c. 1. lib. 6 & uide quod ibi no. in 4. glo. [*& ibi, per istos*] ti. supra de electio. cum Vintoñ. Goffre. & forte procedebat hoc ex uiribus interdicti facti per papam secundum Pet. & Abb. ad hoc. sup. de elect. cap. fin.

ANNOTATIONES.

a ¶ Denique. Vide plenius per Io. And. in c. cum nostris hic alle. in gl. multum autem iuris. & de scientia iuris probatur in c. licet, de præben. lib. 6. & Bart. in l. miles. §. pen. ff. de re. iudi.

b ¶ Sacerdotium. Vide Io. An. de ætate, & quali. cum bonæ, in gl. moderate, & uide in clem. de pœnis, cupientes, in glo. no. nouã.

c ¶ De testi. ueniens. Adde d. Feli. in c. ad reprimendam, de offi. ord. & idem de absolu. quæ ponitur in impetrationibus beneficiorũ; de quibus prouisum est per Inno. VIII.

d ¶ Auctoritate. Et an dele. etiam Papæ hanc faciat, uide glo. 3. & ss per illa Ioan. And. in c. solet, præallega. & in cap. per tuas, super uer. consueuerit, eo. titu. infra.

SVMMARIVM.

1 *Per excommunicationis exceptionem quis repelli non debet à prosecutione appellationis.*

2 *Grauamen sufficiens ad appellandum quod dicatur, remiß.*
Appellatio iusta impedit processum iudicis, à quo, ibid. uide num. 4. ad dictio. Legitimam.

3 *In rescripto de quibus debeat fieri mentio, de quibus minime.*

4 *Excommunicatus quibus casibus rescripta possit impetrare.*
Rescriptum potest habere bonam formam, sed surreptitiam, & quomodo, ibid. uer. & ut dicit.

5 *In literis tertijs quid continebatur.*

6 *Attentata post appellationem ante sententiam quando reuocentur, & qualiter sit formandus libellus in eorum retractatione post appellationem à sententia, ibid.*
Appellationis iudex de quibus pronunciet.

7 *In attentatorum reuocationis petitione cauendum, ne litem contesteris, & ut ante omnia reuocari petantur.*

8 *Appellatione pendente quibus casibus nihil nouandum, & quòd etiam partes respicit hæc regula.*

9 *Additio glossarum.*
Appellatio si fuit à partibus multiplicata, ultimus eius iudex, ut hic quartus, quid & quo ordine cognoscet, ibid.

CAPVT X.

1 Dilecte. Casus. Per † exceptionẽ excõicationis, à prosecutione appellationis quis repelli non debet. & in prima appellantis narratio. in 2. appellationis cõmissio, ibi, Quo circa. & de facto huius decre. loquitur inf. de priuil. dudum [*Conueniebantur*] moniales [*Ab illis*] monacis [*Quæstio*] principalis. fuerunt enim isti primi iudices impetrati per monacos [*Sufficienti*] pone
2 † exemplum. sup. eo. olim. infra de appel. ex parte. i. cũ si. [*Postmodum*] i. post appellationem [*Tulerunt*] & male, ex quo præcesserat iusta appellatio, Inno. supra de offi. dele. cum olim, Abb. Host. & dicit Inno. repetendum, quod no. de offi. dele. pastoralis. §. 2. [*Mentione*]
3 no. Gof. quòd licet † debeat fieri mentio in rescripto de processu, infra de re iudi. inter moñ. & de serie negocij, de cohabi. cler. super eo, de rebus, super quibus est actum, de do. & contu. ex literis, de excep. opposita in primo iudicio, de procur. in nostra; in his tamẽ, quæ post appellationem fiunt, uel innouantur, hoc fieri non potest. cum enim per app. à iudice sit recessum, non teneor scire, quid ipse faciat. unde non facta mentione de illis ualet rescriptum, ut hic, & infra de cõfirma. bonæ. & per illam decre. dicebat hic Phi.
a ꝙ sicut de literis, quæ sunt nullæ[a], non est necesse fieri mentionem, ut ibi, ita nec de excõmunicatione, quæ
4 nulla est, ut hic. quibus † casibus possit excommunicatus impetrare rescripta, habetur de rescrip. ca. 1. lib. 6. [*Eundem nuncium*] missum per moniales, de quo præmisit [*Pars aduersa*] i. monacorũ [*Ipsi iudices*] prior de Anglescete, & collegæ, secundi iudices impetrati super prima appellatione monialium [*Prædictæ*] latæ in moniales per iudicem prin. causæ post appellationem ipsarum [*Impetrauit*] pars aduersa, quæ est. sup. s. monacorum. & fuit ista tertia commissio super 2. appella. & ut dicit Inno. has literas elidebat exceptio surreptionis: quia si expressisset qualitatem excommunicationis, & quomodo excommunicatæ agebant, s. prosequendo appellationem suam, literas non habuissent sed impetrarunt in genere dicendo, ꝙ iudices exceptionem excommunica. nõ admiserant contra actorem, uel contra rescriptum. unde literæ istæ habuerũt
b bonam formam, sed surreptitiam[b] [*Ipsarum*] monialiũ [*Legitimam*] idem quò ad hunc casum, & si non fuisset legitima, non sic tamen quò ad reuocationem attentatorum, ſm Goff. [*Lata fuerit*] à primis iudicibus [*Iudices*] secundi. s. prior de Anglescete, & collegæ [*contraria*] monacorum [*Coniudices*] s. tertii iudices [*Earum-*
5 *dem*] i. priorissæ, & conuentus [*Si est ita*] scilicet ꝙ † tertii iudices allegationem monialium. sup. positam nõ admiserint. dicit Inn. ꝙ papa per alias literas commiserat causam appellationis emissæ per monacos, & sub forma iuridica, nec cõstabat illas adhuc surreptitias, ergo inquiretur secundùm eum, an secundi iudices repellerint excommunicatio. exceptionem eo casu, quo erat admittenda, & sic iusta fuisset appellatio monacorum: an eo casu, quo erat repellenda; & sic fuisset iniusta; & hic continebatur in literis ter-
6 tiis ad priorem de Gernemoe [*Reuocato*] no. hic † Innocen. & Hostien. quòd in appellatione interposita ante sententiam, probata veritate grauaminis, reuocantur attentata, prosequendo etiam de appella. interposita à sententia, quod est hodie expeditum, de app. non solum, lib. 6. ponunt etiam formam libelli, quam dat appellans à sententia, scilicet talem; Peto domine iudex reuocari, quicquid factum est post talem sententiam contra me latam, à qua appellaui, & per uos prohiberi iudici, à quo appellaui, ne aliquid occasione illius sententiæ attentet contra me, quàm diu pendent tempora causæ appellationis meæ, & quamdiu per uos fuerit appellatio diffinita. & ꝙ procedat petitio, probatur: quia etiam ex officio iudex hoc facere debet, ut in præalle. decre. nec obstat petitioni, ꝙ dr iudicem appellationis hoc solũ pnũciare, bene, vel malè appellatũ. C. de app. eos: quia hoc verũ

principaliter. iure autẽ accessorii etiam hac petitionẽ admittit, & exequitur: & facit de offi. dele. c. 1. & c. prudentiam. §. fin. nec obst. quòd si postea iudicetur appellatio non legitima, renouabuntur attentata. nec obst. l. cum ex causa. ff. de app. ad quæ respon. ut no. in præall. decr. non solum, in 4. glo. & in gloss. ult. in fin. 7 Caueret tamen debet secundum Guil. qui dat libellũ super causa app. quo petit etiam antè omnia reuocari attentata, ne contestetur litem, de quo uide in spe. de appella. non solum, lib. 5. super tertiate ante omnia. dicit tamen hic Inno. quòd licet appel. pen. nil sit innouãdum, si tamen agitur actione personali, ut ex empto, uel consimili, si res petita alienetur, alienatio tenet: nec obstant iura, quę dicunt ap. pen. nil nouandum, uel statum causæ non mutandum: quia in personali non mutatur status: nec præiudicat appellationi meę factæ, si res petita alienetur. nõ enim afficitur res per actionem, quę dirigitur non in rem. sed in personam quæ persona condemnari potest re alienata, sicut nõ alienata. nec ob. in aucten. ut nulli iudi. §. super hoc autem iubemus. & §. præce. & se. col. 9. quæ prohibet possessionem rei petitæ ab uno litigantium in alium transferri. respicit enim illa prohibitio iudicem, nõ litigatores, ut ibi patet. & sic in regula app. pen. &c. 2. q. 6. appellatione, cum si. suppleri debet per iudicem. ubi uero agitur reali, fatetur Inn. quod non ualet alienatio non ea ratione, quia pendeat appellatio, sed quia res est litigiosa. dicit Host. quòd illa regula app. pen. &c. respicit etiã partes, ne uidelicet aliquid innouent in cã in præiudicium aduersariorum ad minus uiolenter. nec mirum; quia etiam nulla lite, uel app. pen. non datur licentia parti inuadendi possessionem, quam tenet pars ab ea, uel circa illam inferendi aliquã uiolentiam. imò per ius prohibetur expressè. C. unde ui, si quis in tantam. 16. q. 6. c. 1. ff. quod me. causa. l. extat. fortius ergo intelligitur prohibitum, app. pen. de materia litigiosi remittit ad no. sup. ut lite pen. ecclesia; uide quod dixi de constitutio. cum M. in gloss. nunquid in hac [*Appellationem*] interpositam per moniales a tertiis iudicibus [*Procedas*] tu decane, ad quem dirigitur hæc tertia commissio. 9 [*In gl. ultima, in fine*] benè dicit gl. licet Host. reprehendat, dicẽs hic expressè dici, quod ex quo constitit grauamen tertiorum iudicum, procedit iste quartus secundum formam literarum secundorum iudicum. & dicit, quòd Papa noluit hic causam remitti ad secundos, forte ex officio ad uitandos circuitus, & lites citius finiendas. uerissimũ est, quod dicit glossa, nec finis iste in textu dicit, ad priorem de Anglesete, qui fuit secundus: imò dicit de Gernemoe, qui fuit tertius, quod male põderauit Host. & hic teneas, quòd quartus iudex datus ad appellationem interpositã à tertio, si inuenit malè appellatum, remittit ad tertium, nisi detulerit: si inuenit bene appellatum, succedit in eius locum, & facit, quod ille facere debebat. Sed ille debebat cognoscere de app. interposita. secũdo: hoc faciet quartus. & si inuenerit à secundo malè appellatum, remittit ad secũdũ: si bene cognoscet de eo, quod cognoscere debebat secundus. quod fecisset tertius, in cuius locum successit, ut prædixi. Secundus autem debebat cognoscere de ap. interposita à iudice. Primo: de hoc in eum cognoscet quartus: & si inuenit male appallatum, remittet ad primum: si bene, reuocato grauamine cognoscet de principali. Ponendo autem, quòd narrata in textu sint uera, iste erit finis: quia pronunciabitur à tertiis bene appellatum per moniales: & demum cognito de app. interposita a secundis per monacos, pronunciabitur illos male appellasse, & remittetur causa ad secũdos: qui secundi postea cognoscent de app. super principali per moniales interposita; & sic litera plana.

ANNOTATIONES.

a ¶ [Sunt] missæ. Imò, & de illis, quæ possunt elidi per exceptionem, non est facienda mentio; uide glo. 2. in fi. in cap. ex tenore, de rescrip. & ibi opi. contrarias in hoc.

b ¶ Surrepticiam. Moniales enim de excommunicatione in ipsas lata si tenebantur facere mentionem per rationem, quam ponit supra gl. no. Goffre. Sed monaci sic: quia de excommunicatione monialium, quæ posset esse talis, quæ illas repelleret à iudicio, & talis, quæ non, ut hic, quia non ab appellando.

c ¶ In glo. Et uide gl. & Bart. in l. chirographis. §. fi. ff. de admi. tut. & in l. furti, in prin. ff. de his, qui not. infa. & uide bo. text. in c. cũ uenisset. de eo, qui mitt. in poss. ubi uidetur probari cõsi. illius gl. fi.

d ¶ Appellatione pendente. Vide Abb. in c. fi. 3. col. ut lit. pen. & Inno. in ca. cum M. de constit. uersus finem, & d. Propositum in c. cum apostolica, de sponsa. Bald. in aucten. litigiosa, C. de litig. Lud. consilio 270.

e ¶ Iudicem. Vide in l. chirographis, ff. de admi. to. & uide ho. text. in l. 1. C. de bo. poss. secundùm tabu. ubi appellatio suspendit non dum quæ sunt iurisdi. sed etiam quæ sunt uoluntatis.

f ¶ Nunquid. Et uide supra, ut lite pen. c. 4. & in gloss. 3. & super illa Ioan. And. & plenius. eo. titu. cap. fin. super glo. & Barto. in l. 1. ff. de liti. & Cyn. & Sali. in aucten. litigiosa, C. de liti. & Bart. in l. quamquàm, ff. de aqua plu. ar.

SVMMARIVM.

1 *Per excommunicationis exceptionem à persecutione appellationis etiam originalis actor repelli non debet, & num. 6.*
2 *In facto quæ consistunt, non semper Papa memoratur.*
Reconuentioni locus non est coram iudice appellationis, di. bi.
3 *De appellationibus interpositis facienda mentio in rescripto.*
Minus pro non, ibid.
4 *Excommunicato appellationis extra iudicium prosecutio denegatur, secus in iudicio, & num. 8.*
5 *Excommunicatus an petere possit restitutionem contra sententiam, à qua non appellauit.*
Inanimarum periculo sententia non transeunt in rem iudicatam legis, iuramenti, & consuetudinis uinculum cessat, ibid. uer.
Quid si conqueritur.
6 *Actor quando repellatur exceptione excommunicationis à iudicio, & potest appellare à sententia contra se lata, ibid. & numero 12.*
Capituli exceptionem. infra eo. intellectus.
7 *Procurator alicuius si excõicetur post, quàm à sententia contra se lata appellauit, an & quando possit prosequi appellationem.*
8 *Appellationem à se interpositam extra iudicium etiam post ratificationem principalis excommunicatus, & non excommunicatus etiam sine mandato prosequi non potest, nisi in casibus, & quibus.*
Capitulum non est capax excõicationis, ibid. uer. Dicit Hostien.
9 *Epilogus, & additio glossarum, num. 10.*
Verbi resolutio, eod. num.
Victor an appellet ab omissione condemnationis expensarum, ipso uicto appellante super principali, & quid si uictus non appellauit? ibid. §. in glo. 2.
11 *Excommunicatus quod fecit, si actio ipsius perit tempore, saltem ad interruptionem ualeat.*
12 *An excõicatus actor post appellationem à se interpositam à sententia contra se lata repellatur ab eius prosecutione, & sup. nu. 6.*
13 *Excommunicatio an obstet appellato, qui non prosequente appellante prosequitur appellationem, remiss.*

CAPVT XI.

a Significarunt. [a] C. Per exceptionẽ excõicationis à psecutione [b] appellationis & originalis actor repelli nõ debet. Et prima pars ponit querelam appellantis. secũda instruit iudicem, à quo, ibi, Mandamus [*Mediolanensis*] loci ordinarius, ad quẽ spectabat confirmatio [*Ipsis*] scilicet capitulo [*Dicimur*] 2 istud sic ponitur in rescriptis: quia non semper memoratur papa de his, quæ consistunt in facto. 23. dist. præterea [*Ipsorum*] de capitulo factã de Petro [*Pertinere*]

d ¶ Princeps. No. hanc glo. ibi prin. dum dicit, quòd tempore prælati male alienantis non currit præſcriptio, ad hoc, quòd eſt glo. ſingu. in c. unico, de in inte. reſti. lib. 6. pro hoc facit tex. in l. qui fundum. §. ſi tutor, ff. pro empto. ubi hoc etiam dicit Bar. Bal.

SVMMARIVM.

1 *Præſcribit eccleſia per quietam 30. annorum poſſeſsionem.*
Decretalis hæc in quibus habeat locum, ibid. & nu. 3. in fin.
Synodalis pro iudiciali, ibid. in fin.
2 *Suffragium gloſſarum.*
Ad præſcriptionem interrumpendam non ſufficit reſcripti impetratio, uel eius allegatio, & quid opus ſit ad ſufficientiam.
3 *Suppletio gloſſarum.*
Bona fides non cenſetur in petitione hæreditatis, & cuius.

CAPVT III.

SAnctorum. Caſus. Per † quietam 30. annorũ poſſeſsionem præſcribit eccleſia. non diuiditur [*& omnes poſſeſſiones*] i. oĩa iura prouincialia, ſecundum Innocẽ. qui uoluit dicere hanc præſcriptionem procedere [a] in iuribus prouincialibus ab uno archiepiſcopo contra alium. Sed finaliter tenet, quòd loquatur hoc ſecundum antiqua iura [*Abſque*] hic duplex punctatio, ut reſpiciat uerbum, Poſſeſſæ ſunt, uel ut reſpiciat uerbum, Teneatur, quod ſequitur [*Synodali*] i. iudiciali. ¶ [*In † glo. ulti. ibi, ut perſ. ctus*] uide ſupra c. proxi. [*& ibi, ſicut iurem*] non ſufficit ad interrumpendam præſcriptionem. 30. annorũ reſcripti impetratio, vel eius allegatio, niſi interuenerit executoris conuentio. ¶ [*In † glo. 3. ibi, ſuper ſeruis*] uide de teſtibus, præſentium, ſuper. 3. glo. in glo. ulti. [*ibi, bonafide*] quæ in petitione hæreditatis non cenſetur in eo, qui audit ſibi litem mouendam. ff. de peti. hære. itẽ ueniunt. §. à quo, Vincẽ. [*& in fi.*] uel loquitur hæc decre. quando eccleſia præſcribit rem priuati, ſecundũ Tan. Hoſt. Pe & Ab. & facit quod no. 13. quæſtio. 2. cap. primo, 16. quæſtio. tertia, placuit, & infra eo. illud, hoc puto falſum, ut ibi dicam.

ANNOTATIONES.

a ¶ Præſcriptionem procedere. Intellige hunc tex. quando eccleſia præſcribit rem priuati, non contra aliam eccleſiam per. c. ſequẽs.

SVMMARIVM.

1. *Quarta contra epiſcopum quando præſcribatur.*
2. *Eam poteſt donare cuicunque, & quo caſu nõ egeat præſcriptione.*
   Clericus pro rectore, uel habente dignitatem, uel officium in eccleſia, ibid. ad dictio. clericus.
3. *Præſcriptionem quartæ epiſcopus, an clericus excipiens habeat probare.*
4. *Præſcriptio quando, 10. uel 20. uel. 40. uel plurium annorum ſufficiat, & quot in quarta & ſeruitutibus & conſimilibus, nu. 4. & 5. & 7.*
5. *Inter ſeruitutem ruſticam, & urbanam in amiſſione eius quæ differentia.*
6. *Seruitutes, & conſimilia quomodo acquirantur, & nu. 7.*
   In ſeruitutibus, & iuribus acquirendis non requiritur titulus, ibid. nu. 6.
   In immobilibus requiritur, ibid.
7. *Decimas de fructibus fundi ius percipiendi, & de alijs rebus quã cauſam continuam, an non habeat.*
8. *Epiſcopus iura ſua eccleſiæ debet exigere.*
9. *Epilogus, ſuffragium, & additio gloſſarum, nu. 10. 11.*
   Quarta decimarum an competat epiſcopo in eccleſiis inferioribus, eod. nu. 11.
   Præſcriptio tanti temporis, cuius contrarij & c. quando habeat locum, ibid. uer. ſed non quò ad.

CAPVT IIII.

DE quarta. Caſus. Præſcribitur † cõtra epiſcopum quarta, [a] ſi. 40. annorum ſpatio non ſoluatur, & cathedralis eccleſia interim non uacauit. Et primo ponit dictum. ſecundo caſum exceptum ibi, Niſi. tertiò ius antiquum reprobat ibi, Romana [*Quarta decima*] hãc † donare poteſt cuicunque eccleſiæ. 12. q. 3. c. fi. uide quod dicam de dona. paſtoralis, ſuper gl pe. & ſi hoc fecit de conſenſu capituli, non eſt neceſſaria præſcriptio, ſecundum Hoſti. [*Et oblationis*] repete quarta [*Clericus*] i. rector, uel habens dignitatẽ, uel officium in eccleſia, propter quod præſcribat nomine eccleſiæ, nõ proprio, ar. de iure pa. de iure, ſm Hõ. [*In petitione epiſcopi*] quis † habeat hoc caſu probare, an epiſcopus agens, an clericus excipiens, uide plene in Mercu. ſuper regula, ſine poſſeſsione, de reg. iur. lib. 6. [*Quadragenaria*] Dicit Innocen. notandum † eſſe, quòd ſecundum leges ſeruitus ruſtica, quæ non habet interuallum, uel habet modicum, puta aliquarum horarum, uel dierum, perditur ſpatio. 10. annorum inter præſentes. 20. inter abſentes. Si autem habeat interuallum annorum, uel menſium, tunc duplicatur tẽpus, uidelicet ut inter p̃ſentes neceſſarij ſint. 20. anni, & 40. anni inter abſentes, ar. ff. quẽad. ſerui. amit. ſi ſic conſtituta ſit aqua, & C. de ſerui. l. 1. Idem eſt intelligẽdum, ſi habet interualla ſeptimanarum. ſunt enim odia reſtringenda. ff. de libe. & poſthu. cum quidam. Alij tamen dicunt, quòd non ſunt neceſſarij etiam inter abſentes niſi. 20. anni. ſunt & qui aſſerunt, ꝙ hæc diſtinctio non habet locum ſecũdum canones. nam certum eſt, quòd hoc ius, de quo hic loquitur, ſ. perceptionis decimarum, habet magnum interuallum, ſ. de meſsibus unius anni uſque ad meſſes alterius, & de uindemijs uſque ad uindemias, & tamen in eo non duplicatur tempus, ut hic apparet. tu dicas. quòd hoc ius non habet interuallum aliquod etiam horarum: imò quaſi continuam cauſam habet; cum quotidie poſſunt & debeant recipi decimæ nõ ſolum perſonales, ſed etiam prædiales: quia prædia quotidie aliquos fructus producere poſſunt, de quibus & quarta epiſcopis eſt ſoluenda, ar. in eo, quod legitur & no. infra de decimis, ex parte. 2. & c. non eſt in poteſtate. Idẽ etiam dicendum eſt de iure eligendi. nam & ſi quotidie non eligant: quia nec quotidie uacat eccleſia, eſt tamen aptum hoc ius ad quotidie eligẽdum: quia & quotidie apta eſt ad uacandum, ar. eius, quod dicitur de ſtillicidio. ff. de ſerui. ur. prędiorũ. foramẽ. & in hoc iure ſufficiunt. 40. anni, ut legitur & no. ſupra de cauſa poſ. cum eccleſia. §. fi. uer. nec ex eo, & c. cum olim, & ſupra de elec. Cumana. §. pen. ad fi. Si autem ſit ius, quod interuallum certum & deputatum ab homine; uel à iure recipit, quale eſt, quòd quis omni anno in dedicatione, uel alicuius feſtiuitate, uel aliõ certo die partem oblationum; uel aliud ſeruitium certum recipiat. 10. q. 3. nec numerus. 18. q. 2. Eleutherius, infra de cenſi. cum uenerabilis, in hoc caſu ſecundum eos, qui dicunt tempus eſſe duplicandum, neceſſarij ſunt 80. anni. ſeruitutes etiam urbanorum prædiorum tẽpore amittuntur. Sed hæc eſt † differentia inter ſeruitutem ruſticam, & urbanã: quia ruſtica perit certo tempore non utẽdo: urbana uerò per ſolũ non uſum nõ perit omnino, ſed ita demũ, ſi uicinus ſimul uſucapit libertatem, veluti ſi ędes tuæ ędibus meis ſeruiant, ne tuæ altius tollantur, ne luminibus mearum ędiũ officiant. in hoc enim caſu, ſi ego per ſtatutum tempus feneſtras meas perfixas habuero, uel obſtruxero, ita demum ius meum amitto, ſi tu per idem tempus altius ſublatas habueris ędes tuas: alioquin ſi nihil noui feceris, retinet ſeruitutem, vt. ff. de ſeruitu. urba. prędi. hæc autem iura. [b] Sed † & circa acquiſitionem ſeruitutum, vel cõſimilium iurium notabis, quòd ſi ius, de quo agitur, habeat cauſam perpetuam & continuam, ſicut eſt ſeruitus aquæductus, quæ ſine intermiſsione ducitur, uel quaſi perpetuam, ut eſt uidere in caſibus ſupradictis; acquiritur ſeruitus per præſcriptionem. 10. annorum inter præſentes, & 20 inter abſentes ad ſimilitudinem rerũ immobilium. C. de ſerui. l. 2. C. de præſcrip. lon. temporis. le. fina. Sed hæc eſt differentia: quia in rebus immobilibus requiritur titulus, ut ibi: ſed in ſeruitutibus, ſiue in iuribus non requiritur, imò ſufficit ſolus uſus, ut patet. ff. ſi ſeruitus uẽ. ſi quis diuturno, & in eo, quod no. infra c. ſi diligenti.

ligenti.& incipit hoc tempus currere,ex quo quis cœpit uti illo iure non ui,non clam, non precario,sciente uidelicet illo,cui sic fiebat præiudicium,& non cōtradicente,sed tacente.& hoc ipsum probare debet secundum quosdam,& sic intelligunt.ff.quemadmodū serui.amit.l.fi.& ff.de iti.actuque priua.l.1.§.Iulianus. Si autem non habeant causam perpetuam & continuam.ut seruitus uiæ,& seruitiorum extraordinariorum præstario, hæc & similia non præscribuntur nisi tanto tempore percipiantur, cuius contrarij memoria non existat.10.q.3.qa cognouimus.too.di.contra morem, & patet in eo,quod legitur & no.infra de uer.sig.super quibusdam. §.1.uer.fi.ad idē. ff.de aqua plu.arcen.l.1. §.1.& l.2.§.antepen. ff.de aqua quoti. & æsti.hoc iure §.ductus aquæ.uel ibi ideo exigitur tam longa præscriptio:quia & aqua ducitur de flumine pu-
7 blico,& hoc scias. † φ ius percipiendi decimas de fructibus fundi continuam habet causam. Sed ius percipiendi decimas de uino , uel grano , uel de omnibus minutis, uel consimilium non habet causam perpetuam : quia hæc percipiuntur temporibus certis tantum.ut legitur & no. infra c.ad aures, secundum Inn. de materia glo. satis. ff. de seruitutibus.l.seruitutes. 3. Dicit Hosti. quod hæc glo. quantum ad canones potius est subtilis, quam utilis. siue enim agamus de corporalibus, siue incorporalibus continuam causam habentibus,nel non,regulariter est tenendum,quod sola præscriptio quadragenaria currit contra ecclesiā, & nulla minor,ut no.infra. Sed in ecclesiasticis currit præscriptio sine titulo contra illum ad minus, qui de quo agitur,de iure communi agere potest, ut no. hic in glo.2.quinimo etiam hi, qui contra ius commune petunt se admitti ad eligendum, necesse habent exprimere, quo iure hoc petant; quod dic,ut legitur & no. supra de elec.constitutis. & dic quadragenaria cum titulo.argumen.contra.infra eo.si diligenti,secundum
8 Hostien.[*Qui*]scilicet pastor[*Exigere*]ad† quod tenetur etiam sacramento,supra de iureiu.ego,secundum Hostien.[*Debuisset*]supple,nec sufficeret tricenalis,& modo bene continuatur, quod sequitur, Hosti. [*Non admittit*] hodie: admittebat tamen olim, supra cap.pro-
9 xi.cum concor. ¶Secunda glo. obiicit, & dupliciter soluit.¶*In glo.2.ibi,causam*]sequitur nil.an id,quod pete-
10 batur,deberet.¶*In† glo.1.ibi, Gratianus*]uolens antiqua iura,quæ correcta sunt,locum habere.T.¶*In glo.2.ibi, de iure communi*] & sic falsum est, quod no.infra de deci-
11 mis,cum contingat. ¶In † glo. 2.scilicet quod episcopis non competat quarta decimarum in inferioribus ecclesiis,quod fuit dictum Io.& uide quod ibi dicam Goffr. autem ponebat hic , quod not de censib.cum olim,in glo.3.[*& ibi,bonam fidem*]sufficiens hæc solutio quo ad malam fidem excludendam, Sed non quo ad
d ualidandam præscriptionem in hoc casu ^{d} si tāto tempore possedisset, cuius initij,uel contrarij non sit memoria, huius ratio: quia ius commune hic est contra præscribentem,infra eo.c.1.lib.6.[*& in fi.*]de hoc, infra de iure pa.cura.¶*In glo.ulti.in fi.*]secundum. T. qui etiam hic reprehendit eos,qui dixerant morte prælati præscriptionem interrumpi.

ANNOTATIONES.

a ¶Quarta . De materia huius quartæ,& quotuplex sit habetur per Petrum de Perusio,de quarta canonica .

b ¶Autem iura. Et sic in rustica non requiritur bona fides , in urbana sic, uide ibi glo. & Bar.& glo. in l.fi.ff.quemadmo. serui. ami. & ibi Bart.& in l.sequitur. §. si quis uiam.ff.de usucap.& in omnibus istis locis uide,ad quid illa inducit ipse ad materiam capituli possessor,de reg.iur.in 6.& uide Cy.Bal.& Sali.in l.1.C.de ser,

c ¶Continuam. Quando cognoscatur seruitus continua,& discontinua,ponit Butr. in c.cum ecclesia, de cau. poss.& proprie.in a, colum,

d ¶In hoc casu . Et intelligas hanc glo.facit oppo.quia aut concessit episcopus istam quartam , & tunc non erat necessaria præscriptio:aut non concessit, & tunc uidetur, quòd non posses præscribere spatio. 40. anoorum, quoniam contra talem præscriptionē facit ius commune , nisi esset tanti temporis, cuius contrarium initij memoria non existit,ut c.1 .eo.ti.lib.6.so.dic quòd tempus concessit,sed titulus deficit,& minus iustus erat:quia forte defecit consensus capituli in hac concessione: & hoc intellige, quando fuisset errore facti:secus, si iuris ,.ut l. nunquam.ff.de usur. & Bar.in l.Celsus,eo.ti.& glo.,sing.in c.apostolicæ, de dona. quæ limitat.omnia iura dicentia, quod ex inutili titu. non currit præscriptio , ad hoc no.infra eo.c. si diligenti,in glo.& ad prædicta . uide quæ scripsi in c.peruenit, de empt. & uend.& quæ scripsi in l.Celsus,de usuc. Archi.

SVMMARIVM.

1 *Possessor malæ fidei non præscribit.*
2 *Studenti competunt uigiliæ.*
Fides bona , uel mala an præsumatur, remissiuè ibid.
3 *Contra desides, & iuris sui contemptores exceptiones odiosæ propositæ sunt .*
Anima rebus præponderandæ à Christianis ,ibid.
4 *Epilogus, & suffragium glossarum, nu.5.*
Post præscriptionem finitam si quis incipiat habere malam fidem, an restituere teneatur.§.1.& nu.6.
Possessor malæ fidei præscribere non potest.§.ulti.
Animum prædonis qui habuerit siue à principio , siue ex post facto, non refert, ibid.
6 *Additio glossarum .*
Conscientiæ satisfaciendum,ibid.nu.6.
7 *Cognitum, & latens hic quem respiciat .*

CAPVT V.

1 VIgilanti. Casus. Possessor † malæ fidei non præscribit. Et primo ponit dictum. secūdò ibi, Ephesinus, rationem legis contrariæ. tertiò corrigit ibi,Nobis autem[*Studio*]sic infra,de homi.pro humani,lib.6.ff.de his,quæ in fraudem creditor um.l. pupil-
a lus.& per hoc patet † quòd studenti competunt uigiliæ, fm Hostien.uide pulchrè de hoc in Hiero.in uigiliatū libro[*Antiqua*]quantūcunq; sit,ēt si ipsius cōtrarij non sit memoria[*Malæ fidei*]an præsumatur fides bona,uel mala,no.infra eo.si dilecti, cum sup.ex quo habet conscientiā remordentē[*Non possit*]sup.nec obstat lex contraria,& sic continua,quod sequitur fm Host.
3 [*Segnitiem*] nam † contra desides , & sui iuris contemptores odiosæ exceptiones propositæ sunt.C.de annali.ex l.ulti.in fi.Vin. [*Primus*]quē secuti sunt alij impe-
a ratores, & iuriscōsulti[*Præscriptiom*]ēt cum mala fide[*Nobis*].s. qui præponderare debemus rebus animas, & sic hoc ab omnibus Christianis,& in omni foro de-
4 bet recipi:de hoc,infra eo. ca.fi.¶Secunda glo. quærit,arguit pro & contra. ponit tres opi.& mediam ap-
5 probat.¶*In† glo. 1.ibi, si quis emptionis*] cano.in §.fe. ¶*In glo.2.ibi, Lucius*] si possessio uendita sine culpa uenditoris præcepto principis partim distrahitur,partim ueteranis in præmium datur, hoc non imputatur uenditori,& agit ad precium[*& ibi,bene à Zenone*]ibi dicitur, quòd omnia principis esse intelliguntur[*& ibi, si quid cum pupillo*]quod in fraudem creditorum translatum est in pupillum titulo lucratiuo reuocatur. ¶*In glos.ue rerum , ibi , incerta*] supp. introductæ sunt usucapiones, & præscriptiones, ut in l.sequen.¶*In glo.ulti.ibi.§.de eo*] non refert , siue à principio apprehendens res hæreditarias habuit animum prædonis, siue ex post facto. ad hunc enim senatus extenditur, licet non ex uerbis,
6 tamen ex mente. ¶*In † glo. 2. ibi, quid dicam*] alij ius dictum [*& ibi,quidam*]scilicet Hugo[*& ibi,alij*]scilicet Io. Vincen.Tan. Goffr. & Inno.infra ca.fi.ut etiam idem Io.And.super 2. Decre.

 repetit

repetit hoc in princ. ulti. glo. dicit tamen Hosti. quòd si conscientia eius inde fuisset læsa, satisfacere deberet conscientiæ. & remittit ad sum. eo. ti. sub rubrica, de præscrip. rerum immobilium. §. quæ exigantur, sub. §. uerum quicquid, & uide in quæstione, quam posui super rubrica, possessor, in ultimo membro, de reg. iu. lib. 6 [*& ibi, Alanus*] cuius distinctio reprobatur secundum Hostien. C. de præscrip. long. temporis. l. pe. & infra de dona. apostolicæ [*& ibi, si quid cum pupillo*] argumen. 54. dist. generalis, in fi. de hoc 14. q. 6. si res si 34. q. 2. si uirgo. ¶ [*In glo. imperator, ibi fuit*] & Græ-
7 cus. ¶ [*in* † *glo. pe. in fi.*] uel hic cognitum & latens respicit possessorem, qui cognoscit, uel cui latet rem esse alienam, secundum Hostien.

ANNOTATIONES.

a ¶Mala fide. Adde Pe. de Ancha. in regula, possessor, de reg. iu. in 6. in 25. col. Ludo. in rub. de arbi. & in l. filiusfa. ff. de donatio. & Inno. latè in c. fi. infra eo.

SVMMARIVM.

1 *Decimas una ecclesia præscribit in parochia alterius. 40. annorum spatio.*
2 *Possidentis est melior conditio, & in quibus.*
Possessori etiam malæ fidei datur actio in quibusdam casibus, & quibus, ibid. uer. nam et.
3 *Epilogus, suffragium, & suppletio glossarum. nu. 4. & 5.*

CAPVT VI.

1 AD aures Casus. Vna † ecclesia in parochia alterius. 40. annorum spatio decimas præscribit. Communis diuisio. secunda ibi, Tua [*Super de-*
a *cimis*] nor. expressum. 40. annorum spatio decimas[a] præscribi, cum uideretur requiri tempus duplicatū: quia ut frequentius semel in anno soluuntur, de quo remittit Innocen. supra eo. de quarta [*Quas*] decimas [*Earum*] scilicet ecclesiarum [*Possedit*] cum titulo, infra
2 eo. c. 1. lib. 6. [*Conditio*] in † tantum, quòd si caderet à possessione, & perueniret ad alium, quam ad illum, ad quem de iure pertineret, daretur ecclesiæ, quæ illas præscripserat, utilis rei uendicatio contra ipsum, ex quo in præscribendo habuerat bonam fidem. nā & secundum leges etiam mala fide præscribens haberet etiam actionem in quibusdam casibus, scilicet cō tra furem, contra raptorem, contra eum, qui ob suā contumaciam passus est missionem. hæc probantur, C. de præscriptio. 30. annorum, si quis emptionis, se-
3 cundum Innocen. ¶ Secunda † gloss. signat contrarium. & remittit. ¶ Vlti. glo. respondet per duo contraria, & in utroque remittit. ¶ [*In glo. 1. ibi, quoti.*] uide
4 de spon. dudum c. fi. in 1. glo. [*& ibi, cum par*] uide de pœ nis, constitutus, super glo. 2. [*& ibi, si ob turpem*] uide de
5 magistris c. 2. in glo. 1. ¶ [*In* † *glo. 1. ibi, cum par*] & eo. ti. in pati, lib. 6. ¶ [*In glo. 2. in fi.*] dic ut infra eo. c. 1. lib. 6.

ANNOTATIONES.

a ¶Decimas. An autem possit spatio temporis acquirere libertatē à solu. decimarum, consue. uel præscriptione, uide plene per Hostien. in summa de deci. §. & utrum præscribi posset, But. & Imo. late in c. statumus, ad fi. de transac.

SVMMARIVM.

1 *Decimas laicus non præscribit, licet concedi possint in alimoniam laicis pauperibus. num 2.*
2 *Præscriptio octo casibus non currit, & quibus, remiss. in fin.*
3 *Suffragium glossarum.*
Vsucapio quid, ibid. & quot in ea requirantur, num. 5.
4 *Suppletio glossarum.*
Detentio ponitur pro possessione possessio pro detentione, ibid.
5 *Possessionem germinare prolem quomodo intelligatur.*

CAPVT VII.

1 CAusam. Casus. Laicus † decimas non præscribit. Communis diuisio. secunda ibi. Ideo [*qu[od] sic Archidiaconum*] agentem [*Virum G.*] defendentē, & præscriptionē opponentē [*Et infra*] deciditur consultatio, quæ fuerat an delegatus, cui fuerat hæc cā commissa, deberet admittere exceptionē præscriptionis
2 [*Vel concessione*] in titulū † facta. [quia] illam habeat ut clericus, nā in alimoniā cōcedi posset laicis pauperibus. 10. q. 1. c. pe. in fi. Inno. quod dixit hic Ala. dixit de clericis con. Io. in l. obiectione [*Non possint*] no. hic Inn. 8.
3 casus, quibus nō currit præscriptio. de quibus plenius infra eo. cum non liceat. ¶ [*In* † *ulti. glo. ibi, Sed bona fide*]
a uide infra in supp. [*& ibi l. 3.*[a]] usucapio est acquisitio dominii per continuationē possessionis tēporis iure
4 diffiniti. ¶ [*In* † *glo. ulti. ibi ciuiliter*] & sic ponitur detētio pro possessione. sicut interdū ē conuerso. 12. q. 1. c. 2. [*& ibi, ciuilis possessio*] de hoc satis per d. Di. de regu. inr.
b in 3. regula[b], lib. 6. [*& ibi germinat prolem*] Dicit † Pe. 1.
5 ad hanc possessionē duo requiruntur, l. bona fides. & possessio. proles igitur ibi est bona fides secundū eū, Abb. exponit. i. habet duo impedimenta, quia nō possidet spiritualia, & quia habet malam fidem. & procedit expositio ista, si habes, Germinat. ego credo. [quod] gl. intellexit, quod ciuilis & iusta possessio germinat. i. fructum parit, s. acquirendi dominij: unde. §. statim alleg. hoc uult, quòd si usucepi seruum bona fide, per eum mihi acquiritur [*& in fi.*] de hoc 14. q. 1. §. 1.

ANNOTATIONES.

a ¶Et ibi. l. 3. Ad materiam huius glo. an laicis decimæ possit concedi aliquo modo, uide no. in c. cum apostolica, de his, quæ fiu. a præla. & ibi scripsi, & c. 2. de loca. & glo. in c. quamuis. & c. prohibemus, de deci. & an laicus uel clericus decimas possit possidere, uel præscribere, uide not. infra de deci. c. cum homines. item hanc decre. ad aures, uidetur limitare glo. fi. in c. cum sit, infra de deci. quòd intelligatur de decimis, quæ non sint positæ in limitibus, uel adhæren. quæ non sint adhærentes limitibus alterius parochiæ, quia tunc illæ præscribi non possent, sicut nec ipsi limites, uel adhærentia limitibus parochiæ, ne confundantur termini parochiæ hic, & etiam no. infra eo. quia indicante, & ca. super eo, de paro. item an laicus præscribere possit decimas, & quid de clerico etiam, nota in c. tua nos, & in c. tua nos, & in c. in aliquibus, de deci. & ibi bona glo. an laicus præscribere possit decimas, & quid de clerico, est glo. in c. nuper, de deci. Archi.

b ¶Regula. Vide Bar. in l. possideri. in §. ex contrario, ff. de acquir. pos. & Cy. & moder. in l. corruptionem, C. de usufru. & in l. fi. C. de præscrip. Io. And. & an sint plures posses. uel una: & an sola ciuilis, uel sola naturalis sufficiat ad præscriptionem, uide Iaco. But. & Bal. in l. nemo, C. de acquir. poss.

SVMMARIVM.

1 *Interruptio si opponatur contra præscriptionem. 40. annorum, quæ sola currit contra ecclesiam, uterque probabit.*
Admittere minor index non debet, quod ecclesia Romana non admittit, ibid.
2 *Epilogus, & suffragium glossarum, nu. 3.*
Possidere desinimus quod à mari, uel flumine occupatum est.
Præscriptio in contractibus, in quibus sunt usuræ promissæ, quando incipiat.
Præscriptionis interruptio quibus fit casibus, ibid. & nu. 5.
4 *Additio, siue suppletio glossarum, & nu. 5.*
Præscriptio ecclesiæ contra laicum quot annis finiatur, ibid.
Ad fauorem quod est ecclesiæ inuentum, non est ad eius retorquendum læsionem, ibid. uer. item ratio.
5 *Præscriptio si interrumpitur, an debeat denuò inchoare, uersicu. & dicit.*
Aliquando dormit, aliquando procedit, & quando, ibid.

CA-

CAPVT VIII.

1 ILLud. Casus. Si † contra præſcriptionem. 40. annorum, quæ ſola currit contra eccleſiam, opponatur interruptio, uterq; probabit. Et ſunt duo dicta. 2. ibi, uerum [*Romana eccleſia*] ergo nec minor iudex ad mittat, infra ti. 1. in cauſis. Et repete illud. Te ſcire uolumus, & tenere, quòd eccleſia &c. [*Mota quæſtio*] quia
a alter dicit ſe preſcripſiſſe: alter dicit interrupiſſe [a] [*te-*
2 *ſtes*] uel quæcunque aliæ probationes. ¶ Secunda † gl. reſpondet per quæſtionem. Vlti. glo. diſtinguit interruptionem naturalem, & ciuilem. de prima ponit
3 duos modos, & 8. de ſecunda. ¶ *In* † *ult. glo. ibi, item quod amari*] ſequitur, uel flumine occupatum eſt, poſſidere definimus. & idem. §. Sed [*& ibi. l. pe.*] quæ incipit, ſi pater. & uide de pur. ca. ex tuarum, ſuper 4. glo. [*& ibi, ut perfectius*] cano. in uer. ſtatim alle. [*& ibi, ſi quis emptionis, in fi.*] 30. uel 40. annotum præſcriptio in contractibus, quibus ſunt uſuræ promiſſæ, incipit, ex quo debitor uſuras non ſoluit [*& ibi, factum*] interrumpitur præſcriptio creditoris tam ſuper perſonali, quàm ſuper hypothecaria [*& ibi. l. 2.*] cuius caſus habetur in §.
4 præal. ¶ *In* † *glo. 3. ibi. 30. annorum*] imò 10. ſecundum Accur. qui hoc no. C. de ſacroſan. ecc. au&ten. quas actiones, & in au&ten. de ec. tit. §. pro temporalibus; & hoc placet; & ſic olim diſputaui, & terminaui, quod uideas in regula, qui ad agendum, de regu. iur. lib. 6. & hoc tenuit Hoſtien. in ſumma huius tituli. §. quæ exigantur, uer. nunquid ergo eccleſia. nec placent ſolutiones, per quas falsò conamur ſaluare antiqua iura, quæ conſtant eſſe correcta, ut in noſtra materia, ut etiam dicam, infra de priuile. accedentibus. hoc dico, quia quidam per hunc caſum ſaluare uolunt decret. ſupra eo. ſanctorum. Item ratio, quæ ſequitur in glo. facit pro hoc dicto, ne ſcilicet fauor conceſſus eccleſiæ, quòd res ſua non præſcribitur minori ſpatio, quã 40. annorum, retorqueatur in eius læſionem; quod eſſet, ſi non præſcriberet eo tempore, quo laicus rem laici cum bona fide. preſcriptio uerò 30. annorum legalis non poteſt prodeſſe eccleſię: quia procedit cũ
5 mala fide, ſupra eo. uigilanti. ¶ *In* † *glo. ulti. ibi. l. naturaliter*] & hoc omnibus prodeſt, ut ibi. tertiò ſecundum canones, ſi preſcribens, dum eſt in præſcribendo, in-
b cipiat habere malam fidem, infra cap. ſi. ſecundum [b] Hoſt. [*& ibi, multis modis*] 8. caſus enumerat. & dicit Inno. quòd in his oportet præſcriptionem de nouo inchoari. q. d. ſecundum Hoſtien. quod non proſunt tempora præcedentia præſcribenti; uide quod no. 16. q.
c 3. ca. 1. interdum uerò dormit præſcriptio, [c] infra ea. 2. interdum uerò procedit in caſibus notatis, infra eo. cum non liceat [*& ibi, principi oblatum*] per exceptio
d nem uerò non interrumpitur [d] ut no. de ordi. cogni. cap. 2. in glo. hic patet [*& ibi, ſuo iudice*] de hoc infra de appel. ut debitus, de pur. cano. ex tuarum [*& ibi, conuentio*] de hoc, & an ſit neceſſe hic libellum producere, ibi no. & uide in ſpe. de executione. §. 1. uer. executoris, & uerſi. ſeq. [*& ibi, §. ſed & ſi quis*] ubi de hoc [*& in fin.*] hanc gloſſ. quære. 16. q. 3. §. hæc de præſcriptionibus: aliàs eſt uerſi. ſub. §. poteſt. Hoſtien. remittit ad ſumm. cod. titu. ſub rubri. de præſcrip. rerum immobi. §. quibus modis.

ANNOTATIONES.

a ¶ Interrupiſſe. Circa interruptionem naturalem adde Pe. de Ancha. in c. 1. pe. col. de præſcrip. in 6.

b ¶ Secundum. Ibi uidebis Bal. no. in l. 2. C. de ſerui. quòd iur. cauo. omnis præſcriptio per miſſionem nuncij citantis interrumpitur ſecus in iure ciuili: & an ſuperueniens mala fides corrumpat Publicianam, uide ipſum in l. ancilla, C. de fur. & ibi. d. Bart. de Sali.

c ¶ Præſcriptio. Et no. quòd etiam dormit ſiuente prælato, & præſidente, qui rem male alienauit 16. quæſtio. 3. ſi ſacerdotes, & ibi no. glo. & idem no. glo. ſupra c. 2. & idem Bar. in l. qui fundus, §. ſi turor, ff. pro emp. & no. Io. And. infra c. 2. in glo. ma.

d ¶ Interrumpitur. Adde unum caſum, in quo nec citatio, nec litis conte. nec alius proceſſus interrumpit præſcriptionem, ut per glo. fi. in c. ſignificauerunt, de teſti.

SVMMARIVM.

1 *Fines prædiorum eccleſiaſticorum 40. annorum ſpacio præſcribuntur.*
2 *Agrimenſoris iudicio quando ſit locus, & nu. 3. uerſi. & eo caſu, contra eum, & cui detur actio, nu. 6.*
Per, Hortor, uerbum iuriſdictio mandatur, ibid.
4 *Epilogus, ſuffragium, & ſuppletio gloſſarum, nu. 5. & 6.*
In ſinium negocio libelli, & poſitionum conceptio qua, remiſſ. ibid.
7 *Quando præſcribantur.*

CAPVT X.

1 QVia indicante. Casus. Fines † prædiorum eccleſiaſticorum. 40. annorum ſpatio præſcribuntur. Et primò ponit dictum, quod ſecundò exequendum committit, ibi, Hortamur. 3.
a circa exceptio. inſtruit. ibi, † Ltantum [*Agrimenſoris* [a]].
2 tunc locus eſt huic iudicio agrimenſoris, quando cõſtat, quot iugera habere debet uterque; puta unus 15. ex parte ſuperiori; alter. 10. ex parte inferiori, aliàs ſæpe contingit, quòd quæſtio finium per agrimenſores diffiniri non poterit [*Hortamur*] per hoc uerbum mandatur iuriſdictio: de quo uide concord. infra de teſtamen. cap. 1. [*Terminari*] id eſt terminus deſignari,
3 ſecundum Pe. & Egi. [*Tantum*] aſtruit † negatiuam, ſupra de cauſa. poſſeſ. cum eccleſia, quò ad minorem præſcriptionem excludendam, ſupra ca. proxi. [*Vtrique parte*] quæ probet ſe uſque ad certos fines poſſediſſe; & eo caſu non eſt neceſſaria agrimenſorum menſuratio: poſſet tamen eſſe utilis ſecundum præſcriptionem probatam ipſorum terminatio. Eſt autem iſtud commune iudicium, & ſi uterque probaret æqualiter, uel inæqualiter quid iuris, ſupra de proba.
4 ex literis. ¶ Vltim. glo. † inducit. 4. concord. & allega. 4. iura in contrarium, & ſoluit diſtinguendo inter fines parochiarum &c. & prædiorum. Primo caſu aut conſtat de limite, aut non. Et ſi conſtat, aut quæritur de limite, uel adhærentibus, aut de non adhæren-
5 tibus. ¶ *In* † *glo. 2. ibi. ſubiciat agrimenſor*] & hoc uolunt leges ſequentes. ¶ *In ulti. glo. ibi, qua religioſis*] uide de iudic. quanto, ſuper 3. gloſſ. [*& ibi. in modicis*] uide, infra
6 titu. 1. cum Bertoldus, ſuper ultim. glo. ¶ *In* † *glo. 1. ibi, de culpa*] niſi ſit lata. ff. ſi menſ. fal. mod. dix. l. 1. Goffr. [*& in fi.*] & ut dicitur in ea. l. in fin. hæc actio datur hæredi, ſed non contra hæredem, licet regulariter ſecus. ff. de actio. & obli. l. ex contractibus, Goffr. Libellum, & poſitiones in hac materia uide in Specul. de parochi. uerſi. & quia limitibus. ¶ *In glo. 2. ibi. oculis*] de quibuſdam ſimilibus notaui in arbore conſanguinitatis, in princ. [*& ibi, non ſecundum allegata*] ſicut etiam in ſuſpecto tutore remouendo, ff. de ſuſpectis tuto. l. tutor. §. præterea. ad idem quod no. C. de teſti. l. nullũ, Ala. Sed Hoſtien. remittit de poſtul. bonæ. infra de officio or. ſi ſacerdos [*& ibi, uel contra*] copulatiuè enim loquitur decre. prima alle. [*& in fi.*] hodie li. 6. ¶ *In glo. ultima, ibi, quicunque*] ibi de hoc [*& ibi, prouinciarum*] dioeceſium, uel parochiarum [*& ibi, præſcribuntur*] Dixit hic,
7 † Goffr. & poſtquam fines ſunt terminati, & alter incipit fines poſsidere, ut ſolum proprium, non ut fines, tunc incipit præſcribere: ante terminationem autem

non præscribit: quia uterque finibus communibus tunc utitur ratione suæ partis. ff. pro socio. l. merito [*& ibi, auditis*] & infra eo. c. 1. lib. 6.

ANNOTATIONES.

a ¶ Agrimensoris. Adde, quòd debet iurare, per l. comparationes, §. omnes autem, & ibi glo. & Bar. C. de fi. instru. Ang. in l. quædam, ad fi. insti. de actio. & Bal. hic.

SVMMARIVM.

1 *Præscriptio non currit hostilitatis tempore, & qualis, nume. 3. & in quibus alijs non currat casibus eod. num. 3. & quando aduersus eam restitutio detur, eod. nu. 4. 5. 7. & 9.*
2 *Parochialia iura quæ sint.*
Matrix ecclesia pro baptismali, licet alibi sumatur aliter. ibid.
3 *Hostilitas cuiusmodi esse debeat ad impediendum præscriptionem.*
5 *Restitutionis beneficium est extraordinarium, & restringendum.*
Præscriptio similiter est odiosa & non dilatanda, ibid.
6 *In quibus casibus non currit, licet ei, cuius res præscribitur, eam interrumpere, & quibus rationibus.*
7 *Absens causa reipublicæ qui fuit, quo casu sit aduersus præscriptionem restituendus.*
8 *Suffragium glossarum.*
Postliminij iure quæ competant reuersis ab hostibus, & nu. 9. §. 3.
9 *Additio glossarum.*

CAPVT X.

1 EX transmissa. Casus. Tempore † hostilitatis non currit præscriptio. Et prima pars ponit querelam. secunda dat iudicem, ibi, discretioni. & erat hæc decreta. olim sub titul. de statu regul. [*Eorum*] Abbatis, & monacorum [*Et Vinto.*] sunt no-
2 mina locorum [*Parochiani sint*] idest parochialia † iura illi reddere debeant, sicut oblationes, decimas, & similia secundum Innocen. de quibus post eum dicā, infra de paroc. super rubrica [*Ecclesiæ*] de Camemone [*Habuerunt*] successiue [*Matrici*] idest baptismali. aliter
a sumitur, supra eod. capitu. 1. [*Hostilitatis* [a]] hoc quan-
3 do † talis erat hostilitas, quòd ius non reddebatur in terra, unde non potuerunt peti decimæ, uel alia iura, & sic fuit præscriptio naturaliter interrupta. ff. de acquirend. possess. qui uniuersas. §. 1. & 2. & ff. de usuca. l. naturaliter. Alij dicunt, quòd nec isto casu, nec sequen. huius glo. fit interruptio: quia sic oporteret, quod finita hostilitate de nouo inciperet præscriptio & continuaretur usque ad 40. annos, ut dixi, supra eod. illud, super ultim. glo. Dicunt tamen, quòd hoc tempore non currit præscriptio, sed domit ita, quòd finita hostilitate, tempus sequens hostilitatem continuabitur cum præcedente, & sic perficietur præscriptio. 40. anno. subducto tempore medio, infra eod. audiuis. & habet hoc locum non tantum secundum
b canones, & in ecclesiis, sed etiam secundum leges, [b] & in laicis. & siue una die tantum, siue pluribus annis hæc hostilitas interuenerit, semper hoc tempore præscriptio dormibit, & hoc tempus quantumcunque magnum, uel modicum sit, de medio subducetur: secus autem, si propter usitatas ferias indictas, scilicet solemnes, uel, quod plus est, repentinas non redda tur ius: quia tunc temporis bene currit præscriptio licet in repentinis dari possit restitutio tanti temporis, quanto fuit causa reipublicæ absens; si feriarum
c repentinarum tempore præscriptio sit completa [c]. In usitatis autem non datur restitutio: quia præuidere potuerunt, secundum Innocen. argument. ff. si quis cauti. l. 2. ff. loca. & conduc. si quis domum. §. hic subiungi potest, & patet in eo, quod no. de ser. non ordi. capi. 1. & de offic. deleg. consuluit, in fin. ergo sequitur, quòd etiam in hoc casu restituendus est, si sibi non potuit præcauere, ut patet in eo, quod legitur & not. supra de proba., licet. §. 1. uer. indulto, secundum Hostien. Item secundum Inno. non currit præscriptio ubi ius non redditur propter defectum iudicis, uel rei ff. ex quib. cau. ma. l. sed & si per prætorem. per totum
d usque [d] ad §. quod uerò. necesse est tamen, quòd doceat se uoluisse agere, sed non potuit propter dictas causas impeditus, ff. ex qui. ca. ma. sed & si per prætorem. §. si feriæ. unde & utile est, quòd super hoc protestetur. C. de anna. exceptio. ut perfectius, & legitur & no. supra de officio ordi. pastoralis. §. fi. totum etiam tempus prælati dilapidantis, uel male alienantis, de præscrip. subducitur. 16. quæst. 3. si sacerdotes & tempus hostilitatis, & captiuitatis, ut hic. 16. q. 3. capi. 1. & cap. porrò. & tempus puerilis ætatis. C. in quibus causis restitutio. in integr. non est necessa. l. fin. C. de præscript. 30 ann. sicut in rem. & tempus uacationis ecclesiæ, & hæresis prælati, & scismatis, supra eod. cap. 1. ubi dixi de tempore excommunicationis prælati, & cap. de quarta, uersi. nisi forte, infra eo. cum nobis, & cap. auditis. supra de elect. quia diligentia, de ma. & obed. inter quatuor. & suspensionis, infra de concess. præben. quia diuersitatem. §. sic tamen. sed & tempus uitæ patrisfami. quo ad filium: & uitæ mariti quo ad uxorem. C. de bonis, quæ liber. quæcunque, C. de iure do. in rebus. sed & in rebus, quæ sub conditione debentur, non currit præscriptio, nisi à die extantis conditionis, C de præsctip. 30. anno. cum notissimi. §. sed
4 illud. Illud autem † quæri consueuit, utrum in prædictis casibus, scilicet scismatis, hostilitatis, & similibus subducatur tempus ipso iure. Et dicunt quidam, sicut Bul. & sequaces quòd non: sed per beneficium restitutionis, argumen. ff. ex qui. cau. ma. ab hostibus. §. fin. & l. seq. C. de restitu. in integ. l. 2. & l. ignorare. Tu uerò dicas secundum Innocen. contra, scilicet quòd ipso iure sine restitutione aliqua subducitur illud tempus, ut patet in suis concor. supra signatis. nec ob. iura proxi. inducta, quia loquuntur de restitu. in integr. quæ datur absenti causa reipublicæ. in quo casu bene currit præscriptio, sed datur restitutio absentiæ temporis, si completa sit præscriptio in eius tantum absentia, uel in modico tempore post reuersio-
5 nem, & non aliter [e] nam beneficium † restitutionis in
e integ. cum sit beneficium extraordinarium, non est laxandum, sed potius restringendum, ut patet. ff. de mino. in causæ. 2. similiter præscriptio, cum odiosa sit, ut patet in eo, quod legitur & no. supra eod. uigilanti. §. 1. non est laxanda, sed potius restringenda, & quātum potest fieri, retardanda, argumen. ff. de liber. & posthu. cum quidam. bene est ergo, quod ex causis supradictis retardetur usucapio, nec currat, per consequens nec restitutio necessaria sit. & iustum est in absente causa reipublicæ, ex quo currit præscriptio contra ipsum, quod per beneficium resti. in integ. debeat adiuuari, ex quo aliter ei mederi non potest adiuuabitur autem, quanto minus iuuari potest, saluo tamen iure restitutionis in integ. & ideo si non post modicum, sed post magnum tempus post reuersionem computandum completa sit præscriptio, nō restituetur, secundum Inno. quia in magno tempore conueniendo aduersarium coram iudice, & sic per consequens interrumpendo præscriptionem per uiā ordinariam sibi potuit prouidere. uel melior ratio secundum Inn. quare non datur restitutio in hoc casu est: quia nec in absentia, nec in modico tempore post reuersionem fuit completa præscriptio. uide quod dicam, infra in fin. huius glo. unde patet, ꝙ nec propter

absentiam

abſentiam reipublicæ fuit læſus, & ideò non datur reſtitu.in integ. quia non reſtituitur niſi læſus, C. de re. in integ.mino.l.minoribus, ff.de iureiurand.nam poſtea.§.ſi minor.ideoque & in caſibus ſupradictis,quia non currit præſcriptio, ſed dormit, non eſt neceſſaria reſtitutio. Sed de præſcriptione ſine reſtitutione aliqua ſubducitur illud tempus. Sinautem uelis tenere opi. Bul. inter reſtitutionem in integ. & deductionem temporis non eſt diuerſitatem aliquam reperire. & not. quòd 6 † in prædictis caſibus, in quibus diximus non currere, ſed dormire præſcriptionem, licitũ eſt ei,cuius res præſcribitur, ipſam præſcriptionem interrumpere,ſiue aduerſarium conueniendo,ubi agere poteſt, ſiue etiam ſolummodò proteſtando in caſibus illis, in quibus proteſtatio ſufficit. ut patet. C. de anna. excep. ut perfectius, ſecundũ Innoc. cuius eſt mens quaſi totius huius glo.& in eo. quod legitur & no.ſupra.de officio ordi. paſtoralis. §.ſi.& in ſum. eo. ti.ſub rub.de præſcri.rerum immobi.§.pe.ante ſi.uerſi.in 4.tamen caſibus,& ſequen.Hoſtien. Scire debes, 7 quòd Goffr. materiam huius glo.inquantum de abſente cauſa reipublicæ loquitur, tractauit, infra. c. cũ nobis. & recitans opinionem prædictam, quæ placet Inno.ut tunc ſolum ſit locus reſtitutioni, quando tẽpore abſentiæ, uel parum poſt completa eſt præſcriptio, inducebat uerba prætoris,qui ait, ſi quid ex bonis abſentis cauſa reipublicæ præſcriptum fuerit, cũ is abeſſet. poſteaue reſtituam.dicens quòd illud; Poſtea f ad modicum tempus refertur. ſ. dum reuerſus componit ſarcinulas, & aduocatum quærit, quæ modica præſentia pro abſentia reputatur,ut præalle.l.ab hoſtibus.§.ſed quod ſimpliciter.facit.ff.de uerb. ſigni.hæc adiectio. ubi ergo in uera, uel ficta abſentia completur præſcriptio. Sed poſt præſentia tunc læditur,cum completur.Alia opinio,quæ habet non ſolum unum tempus,ſed etiam plura tempora talis abſentiæ per reſtitutionem de præſcriptione ſubduci.Reſpõ.ad hoc, quod ex totali temporis præſcriptione læditur, non tantum ex ultimo, quo cõpletur: aliàs ſolum ultimi diei, uel momenti præſcriptionis haberetur ratio, & ad illud ſolum reſtitui deberet, quod eſt abſurdum. dicunt hoc tenentes,quòd hæc opinio æquitatem habet, & iuuatur legibus. C.de reſti.in inte.l.quod tempore.ff.ex qui.cau.ma.nec non.§. ſi quis ſæpius. C.de tem.in integ.reſti.l.ulti. & C.quibus non ob.lon.tem. præſ.l. præſcriptione.ſubdit Goffred.quod dominus ſuus dicit in ſumma,quòd licet iſta opinio ſit æquior, prima ſecundum leges eſt ſecurior[*Tempore*]erant forte duo caſtra contigua inter ſe guerram habentia.matrix eccleſia erat in uno; capellæ uerò erant in alio. unde matrix eccleſia ius ſuum non poterat percipere 8 propter guerram. ¶[*In † glo. ulti. ibi, poſtliminium*] reuerſus ab hoſtibus habet poſtliminium, ideſt perinde omnia iura ſibi reſtituuntur, ac ſi ab hoſtibus captus non eſſet[*& ibi, ab hoſtibus.3.*]reuerſus ab hoſtibus habet directam in his, quæ ſunt in prima cauſa in uſu captis, uel præteriptis, infra annum utilem olim, hodie 9 infra quadriennium reſtituitur.¶In † gl.1.ibi,in fi. [*& ibi, de ſucceſſ.ab inteſta.cap.ſi.*]de uerb.ſig. cum inter, g de no. oper. nunc.ca,1.alle. Abb.de elec.querelam. ¶[*In glo.3.in ſi.*]& 12.q.1. & 2. per totum. ¶[*In glo. penul. ibi, cum contingat*] ibi ſatis de hoc[*& in ſi.*]& capi. ſtatuimus, ubi de hoc. ¶[*In glo. ult. ibi, ſubducitur ipſo iure*] nec ad tale tempus ſubducendum eſt neceſſarium beneficium reſtitutionis in hoc caſu, uel ſimilibus ſecundum Innocen.& Hoſtien licet Hug. & ſequaces contra; de hoc.ff. qui ex ca.mai. ab hoſtibus. §.fin.& dixi plenius hic in textu [*& ibi, prima actione*] & ibi, de his caſibus.

ANNOTATIONES.

a ¶Hoſtillitatis. Adde,quòd allegans impedimentum non excuſatur niſi probet ſe adhibuiſſe diligentiam; ita Inno. hic, & omnes, & glo.in c.cupientes.§. quòd ſi per 20.in uer. propoſita,de elect.in 6.Bar.pulchre in l.2.§. & quod diximus,ff.ſi quis cau.

a ¶Secondum leges.Hoc etiam tenet Bar.in l.naturaliter, ff.de uſuca.& alle.l.unicam.C.de fun.l.mitro.& de pace Conſtan.§.poſſeſſiones.& inducit eadem æquitate.dicit in mortalitate tanta,quòd propter illam non fiat iuſticia, quod eſt notan.

c ¶Completa. Tempore ergo hoſtilitatis, uel in ſimilibus caſibus ipſo iure ſeruatur illæſus, tempore autem repentinæ feriæ reſtituitur,quod dicit Bar.bene no.in l.naturaliter,præalle. & uide,infra in uer. ille autem.

d ¶Totum uſque.Et 00.ibi,uer.item, per magiſtratum,qui producit,reſtitutionem etiam dari, quando iudicat per ſordes, uel per gratiam,& uide ibi Bar. & in l.ſeruo inuito, ff.ad Treb.

e ¶Aliter. Vide pleniſſime per Bar.in l.ab hoſtibus.§.ſi.præalle.quia materia difficilis eſt,& habet uarias opi.& Cy. Bal.& Sali.in l.qđ tempore,C.de reſti.mili.& idem Bar.in l.naturaliter, ff.de uſuca.

f ¶Modicum. Et iſtud poteſt induci ad teſtis dictum, quòd talis poſſedit.10.annis, & plus, quid importet illud plus, uide Barto. in prædi.§.ſi.d.l.apud hoſtes, præalle.

g ¶Querelam. Secundum expoſitionem glo. iſtius matrix hic non agit pro capellis: ſed illas & ſe defen. ab Abbate. aliter intelligit Io. And.in prin.c.iſtas eccleſias,& iſta nomina: quia ſentit, quod erat ſolum una eccleſia.

S V M M A R I V M.

1 *Procurationes, quæ debentur legatis & nuncijs apoſtolicæ ſedis præſcribi non poſſunt.*
Ordinarij pro canonicis.ibid.
Cardinales etiam ſumuntur pro canonicis, ibid.
2 *Priuilegium de facili conceſſum eſſe non creditur.*
Capitula an teneantur expenſas contribuere pro conſecratione epiſcoporum ſuorum.ibid.
3 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum, nu.4.*
In aquæductu, uel hauſtu qui conſentire debeant.
Damnum pati debet, qui habet emolumentum, & contra, & nu.5
omnes quod tangit, ab omnibus comprobandum, ibid.
5 *Suppletio gloſſarum.*

C A P V T X I.

1 ACcedentes. Caſus. Procurationes † quæ debentur legatis,& nuncijs app.ſe. præſcribi nõ poſſunt. Et prima pars ponit querelã. ſecunda dat iudicẽ.ibi. uolẽtes.& de eodẽ facto loquitur,infra de cenſi. cũ inſtantia[*Et procuratores*]pro eodẽ accipit. unde & ad cautelã ſic ſcribitur hodie, conſtituit. T. ſyndicum & procuratorem [*Ordinarijs*]i. canonicis. & eſt uulgare illius loci, ſicut Rauen. dicuntur cardinales a [*Ipſi*]ſ.primicerius,& clerus a[*Et procurant*]ut debent, ſupra de iureiu.ego.N.[*Et infra*]deciditur ipſorũ allega b tio,qua dicebant ſe nunquã cõtribuiſſe[*Priuilegium*] 2 quod de † facili conceſſum eſſe non credit, de cenſib. cum inſtantia[*Et cum in talibus*]quærit Hoſt.quid de capitulis nolentibus contribuere ad expenſas,quę fiunt pro conſecratione epiſcoporum ſuorum prætendentes ſolã præſcriptionem,uel conſue. arguit,ꝙ non iuuentur per hoc capitulum cum ſuis concor. demum remittit ad not.de elec. ut pręteritę [*Ordine debito*]ſcilicet ponderatis facultatibus,ne plus reliquis aggrauen c tur, de officio ordi. conquerente, de ſtatu mo.in ſin3 gulis, de cenſi.cum inſtantia, Hoſtien. ¶Vltim.glo. 4 dat unum ſimile, & duo diſſimilia. ¶[*In † glo.1.ibi,in concedendo*] in concedendo ductu, uel hauſtu aquæ conſentire debent non ſolum hi, in quorum fundo aqua oritur, ſed etiam alij, quos res tangit[*& ibi.l.ulti.*] uide de iudicijs, exhibita, ſuper gloſſ. prima[*& ibi.§.1.*] plerunque ubi ſucceſsionis eſt emolumentum, ibi & tutelæ onus eſſe debet [*& ibi.§.ſinautem*] commodatarius pœnam, quam conſequitur ex furto, non

restituit domino: ut sicut patiebatur damnum, sic assequatur lucrum [*& ibi. §. pro secundo*] ibi non est ferendus. qui lucrum amplectitur: onus autem subire recusat. ¶ [*In † glo. 1. in fi.*] de hoc, infra de censi. procurationes, & c. uenerabili.

ANNOTATIONES.

a ¶ Et clerus. Sed quid ad primicerium, & clerum, si ista non soluunt: sufficit, si soluant alij suas portiones. d c quòd alij in tanto plus grauabantur. quid autem si papa eximit unum, an portionem illius alij soluant, uide in specu. de censi. §. nunc dicendum, uersi. quid si uniuersitas, & Bar. in l. ab omnibus, ff. de leg. 1.

b ¶ Priuilegium. Adde glo. in d. c. 1. in uer. excep. de censi. & bonus tex. in l. neminem, C. de sac. san. ece. Oldra. consi. 129.

c ¶ Instantia. Et probat ille tex. quòd procuratio potest ab uno pro omnibus exigi, & ille pro rata ab aliis exiget, & qua actione, ibi uide Io. glo. cessis, & facit. l. cum possessor, ff. de censi.

SVMMARIVM.

1 *Obedientiam subditus non præscribit contra prælatum.*
2 *Caput est honorabile corporis membrum, & quædam alia de eo.*
3 *Epilogus & suffragium glossarum. nu. 4.*
Præscriptio in quibus non currat §. 1. & nu. 3. §. 1.
5 *Suppletio glossarum.*
Simonia, & fornicatio qualiter inquinent.

CAPVT XII.

1 CVm non liceat. Casus. Subditus † non præscribit obedientiam cõtra prælatũ. & sunt duæ partes. prima reprehendit factum istorum. quibus scribitur exprimendo causam. secundò a illud corrigi precipit, & exceptionẽ remouet [*Capite*] 2 caput † est honorabile membrum corporis. unde sine aliis membris facit locũ religiosum. ff. de reli. & sump. fu. l. cum in diuersis. Et amputato capite frustra quis iactat se habere reliqua membra. 1. q. 1. illi offerunt, in fi. [*Non sufficimus admirari*] exponunt Gof. & Egi. i. admirando deficimus [*Et infra*] deciditur allegatio ipsorum dicentium quòd præscripserant obedientiã [*Et ecclesiæ*] forte quando uacat de ma. & obe. his quæ, & c. cũ olim [*Sicut alij*] concor. de offi. ord. Archi. c. fin ubi de 3 hoc. Hosti. ¶ Prima † glo. ponit tres casus exceptos: demum obiiciendo quærit. & soluendo quæstionem reperi. ¶ Vlt. gl. ponit 26. casus, quibus uel non præscribitur. uel præscriptio dormit. & 5. personas, quæ non præscribunt. in fi. signat cõtrarium, & soluit. & primo 4 respondet fini. ¶ [*In † glo. 2. ibi. l. ulti.*] uide de rescrip. olim super ulti. gl. [*& ibi, cogi*] uide de procur. ex insinuatione. super ulti. glo. ¶ [*In glo. 3. ibi, uiam*] sequitur, publicã populus non utendo amittere non põt [*& ibi, præscriptio*] sequitur lon. temporis iuri publico non debet officere [*& ibi, qui pignori*] sequitur, rem dat, usucapit, quã 5 diu res apud creditorem est. ¶ [*In † glo. 1. ibi. si quis à simoniaco*] de hoc. 2. q. 7. sacerdotes [*& ibi, cano. dicit*] hoc est, quod querebam, quare cano. hoc dicit? Respondeo illa ẽ ratio specialis in simoniaco in ordine: quia intus ortus occidit quantumcunque occultus, ut not. de si. tanta, fornicatio autem inquinat animam, & corpus, & magis frequẽtatur 32. q. 7. quid in omnibus. & ideo magis persequendam. ff. de pœnis, aut facta. §. fi. Host. idem Gof. infra de si. tanta. ¶ [*In glo. ulti ibi. c. proxi.*] melius diceret. infra eo. cum ex officij [*& ibi liber homo*] uide quod dixi de Iudæ. ca. 2. super glo. 3 [*& illud*] ubi de hoc [*& ibi, colonus*] de hoc uide aliquas quæstiones in spe. eo. ti. uer. quid si colonus, & tribus uer. se. [*& ibi. q. 19. clerici*] & ibi hæc glo. [*& ibi, de longissima*] Item dicit Accur. secundum Io. in l. creditores [*& ibi, cum olim*] 2. §. spe. & eo. ti. cum personæ, lib. 6.

ANNOTATIONES.

a ¶ Capite. Adde Ludo. pulchre consi. 37. & dum dicitur, quòd caput est membrum honorabilius, adde Bal. in c. 1. §. ad hoc, de pa. iur. fir. facit tex. in l. si quis in metallum, C. de pœnis, & ibi Ar. g.

SVMMARIVM.

1 *Contra Romanam ecclesiam, & eius uasallum præscriptio centum annorum sola currit.*
Diuisio capituli, ibid.
2 *Comestiones, banna, & placita quid.*
3 *Priuilegii non usus quando noceat.*
4 *Cardinalis camera præsumitur fidelis, ut papæ.*
5 *Camerarij papæ officium quid, & non expirat per obitum papæ.*
Camera beati Petri intelligitur papa, ibid. in fin.
6 *Notario soli creditur in actis, nisi probetur contrarium, & quid si testes dicant se aliter dixisse, quam scripserit notarius.*
7 *Principaliter, pro propriè.*
Mensa, & patrimonium Romanæ ecclesiæ ab alijs est exclusum, ibidem.
Romana ecclesia an se possit opponere contra omnem quadragenariam præscriptionem factam contra minorem ecclesiam, ibid.
8 *Tributum, & censum non idem habentur in præscriptione.*
Per se qui non potest quid consequi, per alium consequitur, ut hic, ibid. uer. cum sibi.
9 *Epilogus, suffragium, & additio glossarum, nu. 10. & 11.*
Forisfacta quæ dicantur, ibidem.
Scrinarij unde dicti, ibid. § in glo. 3.

CAPVT XIII.

1 AD audientiam. Casus. In † feudo Ro. ecclesiæ contra ipsam ecclesiam, & uasallũ currit sola præscript. 100. annorũ. Et sunt duæ partes. In prima processus narratio. In secunda diffinitio. ibi. Nos igitur. Prima subdiuiditur: quia primò ponit petitionem actoris. secundò responsionem rei; ibi. sed ea. tertio probationes actoris, ibi ad quod. quarto probationũ ipsarum impugnationes. Ibi. sed inter [*ibi*] s. in castro Palacioli [*Commestiones*] i. † albergarias, & procurationes, quas à singulis. uel à certis percipere poterat [*Banna*] i. ius indicendi bannum, Io. uel edictum [*Placita*] alludit uulgari. sic, infra ne clerici. uel mon. cap. 1. 1. 5. q. 4. placita [*Castellanus*] i. dominus, uel possessor castri [*Asserebat*] facta fuit ergo litis contest. & sic locus erat probationi, de qua sequitur [*Ad quod probandum*] iste uasallus ad probandam concessionem sibi factam inducebat priuilegium. ad probandũ aũt illa iura debita ecclesiæ inducebat reliqua, de quibus a tex. loquitur sm̃ Inno. [*Censualem*] per quem apparebat dictum censum debitum, & solutum [*Annis. & infra*] de hoc uide, quod dixi, supra de proba. licet [*Solutum*] non dicit ex qua causa: quam tamen causam probant priuilegiũ, & liber censualis, & pro tanto forte dicit, infra. Magis auctoritatẽ priuilegij & c. (*Admisso*) s. ex 3 parte. s. castellani (*Ipsius † non fueris*) non nocet hoc, nisi negligentia deprehendatur. quid enim si semper uiolenter fuit repulsus, & sic non ob. infra, de priuil. si de terra, & ea. accedentibus. accedat. C. de diuer. rescrip. 4 falso, Hosti. (*Cardinalis*) quasi di. præsumendum † est. quòd camera cardinalis sit fidelis, sicut & nostra. ar. de sen. præfec. præto. l. una, de app. nouit sm̃ Host. qui etiam remittit ad no. de fide instru. quòd super his, de testi cum à nobis. Et dicit Pe. quòd hoc posset habere locũ in epis5 copo, de proba. post cessionem [*Camerarius*] no. Io. 8. q. 1. c. 1. quod ad officium camerarij papæ spectat temporalia pauperibus erogare. ipsius autem officium non expirat per mortem papæ, ut in clemen. de elect. ne Romani. §. 1. [*Beati Pet.*] idest nostra [*Nec credentes*]

diceebatur

6 dicebatur† notarium falſaſſe dicta teſtium quos produxerat Mathafelon. & quibus multum innitebatur ſed ſpeciale eſt in actis, ut credatur ſoli notario, niſi probetur contrarium, de proba. quoniam contra, ſecundum Inno.[*Diceretur*] hic uidetur ſolui dominicalis quæſtio. 47. quæ incipit. cum tabellio publicaret, de teſte, qui dicit ſe aliter depoſuiſſe, quàm tabellio ſcripſerit; & de ipſa in ſpe. de teſte. §. 1. C. uer. ſed pone, b ecce iudex, & de inſtru. editio. §. reſtat, [b] uerſi. quid ſi, dum atteſtationes, & duobus uer. ſequentibus [*Princi-* 7 *paliter*] i. † propriè quo ad propriam menſam, uel patrimonium, quod tanquam principale & proprium ab aliis eſt excluſum. in auct. hæc conſtitutio, colla. 8. ſecundum Hoſt. & ſic non colligitur hic eccleſiam Ro. ſe poſſe opponere contra omnem quadragenariam præſcriptionem factam contra minorem eccleſiam, quaſi illa ſibi primo & principaliter ſit ſubiecta; de hoc dixi. ſupra c. 2. [*Centenaria*] innuit, ꝙ centenaria be- 8 ne currebat. nec ob. quòd contra† tributa non præſcribitur. C. de præſcrip. 30. an. l. comperit. nam aliud in cēc ſu [c], aliud in tributo. uel hic allegabatur præſcriptio, non tantum in cenſu, ſed in aliis, ſecundum Goffr. uide quod no. in prædicta. l. contraria, in ulti. glo. & plenius ibi per Cy. in princi. [*Currit*] cum ſibi curreret præſcriptio. 30. an. conſequitur hic per eccleſiam Ro. qđ per ſe non poſſet. ff. quemadmo. ſerui. amit. l. ſi communem, Inno [*Petitorum*] ſcilicet bannorum. placitorum. forisfactorum, & aliorum iurium [*Tanquam tibi*] Iuxta illud non tibi, ſed Petro, Hoſti. uide quod dixi, ſupra de iureiur. & ſi Chriſtus, poſt principium. ¶ Et 9 † in quarta glo. ſignat contrarium, & ſoluit. ¶ Vlt. glo. arguit de cauſa, quam, & inducit. 6. concor. ¶ *In 3. glo.* 10 † *ibi, in exercendis*] litibus parem uim &c. [*& ibi, cenſus*] hanc, & l. ſi alterius, uide in c. 3. infra alle. ſuper ultim. glo. [*& ibi. l. una*] uide de priuile. cum olim. ideſt ſuper ulti. glo. ¶ *In glo. 5. ibi. ad hoc*] uide de probat. quoniam, ſuper glo. 3. [*& ibi, plures*] uide de teſti. ſignificauit, ſuper glo. 3. [*& ibi, cenſus*] hanc & ſe. uide in decre. 3. in ulti. glo. [*& ibi, proſpexit*] uide de ſenten. c. 2. ſuper glo. 1. ¶ *In glo antepe. ibi, competit canon*] in ſe. §. poteſt, uerſi. porro. ¶ *In glo. ult. ibi, qui duos*] uide de elec. cum inter uni. ſuper ulti. glo. [*& ibi, ſed nec impuberis*] uide de ordi. cog. c. 2. fi. ſuper glo. 1. [*& ibi. §. ſolent*] uide de appell. dilecti, 11 ſuper ulti. glo. ¶ *In † glo. 2. in fi.*] eſt idem uer. infra de priuile. ex parte. 2. & uide quod ibi dicam ſuper gloſſ. 1. alibi dicuntur emendæ, ſupra de offic. ordi. dilectus. ¶ *In glo. 3. in fi.*] concor. infra de hæret. ſi aduerſus, cum concord. C. de teſtamen. milit. l. ſcrinearios. & ſic dicti ſunt, quia præerant olim ſcriniis rationum, & chartarum. ¶ *In glo. 4. ibi, in exercendis*] & ſupra, de fide inſtru. cum Ioan. [*& in fi.*] uel reſpicit factum; quia teſtes ſolum dicebant ſe uidiſſe cenſum ſolutum. priuilegium uero aſſerebat illum debitum. & facit, infra de priuileg. ſi papa, lib. 6. ¶ *In glo. ſit enim, ibi, cum cauſam*] ubi de hoc in glo. 1. & uide quod ibi dixi [*& in fin.*] ſupra de feri. ca. 2. ¶ *In glo. ſic ergo, in fin.*] ſupra de procura. in noſtra, circa fi. & infra de præben. niſi. ¶ *In glo. ſecus ibi, nolumus*] uide quod ibi no. & quod dixi de poſtu. bonæ, 2. ſuper 3. glo. uerſi. contra. papæ uero. Et quod remittam, infra cap. proxi. [*& in fi.*] hoc non credit Hoſtien. ne Romana eccleſia habeat uaſallum, quem nollet, uel quem ſibi habere non expediet. ¶ *In glo. pen. in fi.*] & aucten. ibi ſignata. ¶ *In glo. ult. in fin.*] ad idem, ſupra de offi. ordi. ſi ſacerdos.

ANNOTATIONES.

a ¶Inno. Licet ergo priuilegium concederet iſti actori cenſus, & alia, quæ ibi percipit Romana eccleſia; non tamen probat illum cenſum, & alia deberi, niſi aliter probetur, de quo uide in cle. 1. de proba.

b ¶Reſtat. dic quandoque notarius atteſtatur aliquid dixiſſe, & partes ſolæ aliter dicunt; tunc non eſt credendum ſoli parti. quandoque etiam teſtes extra iudicium atteſtantur aliter, quam notarius tunc etiam notario magis ſtatur, arg. c. ſicut, de teſti. ad hoc etiam optime tex. in c. cum dilecti, in medio. §. fi. de accuſa. quandoque teſtes in forma teſtimonii atteſtantur aliter, quam notarius: tunc ſi fides notarij in aliquo ſuperat fidem teſtium, ideo ſtatur dicto notarij: aliàs, ubi pares eſſent, tunc teſtibus, quia etiam ubi unus contradicat inſtru. fides inſtrumenti tunc uacillat, iuxta no. in c. cum Ioannes, de fide inſtru. Bal.

c ¶Aliud in cenſu. Adde Abba. in c. cum contingat, in §. calum. de fo. compe. & in c. ſignificauit, de cenſi. & aliquid per glo. in c. tua, el. 2. de decimis.

SVMMARIVM.

1 *De præſcriptione centenaria, quæ ſola currit contra Romanam eccleſiam, tempora ſciſmatum deducuntur, ab & quibus modis probari poſſit, nu. 4. & 6.*

2 *An papa præſcribat contra inferiores eccleſias, remittit.*
Ordo iuris pro traditione iuris hic, ibid.

3 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum, nu. 4.*
Aqua pluuiæ arcendæ quando ceſſet actio.
Memoria non extare quando dicatur.
De præſcriptione quæ tempora deducantur, §. in ulti glo. & nume. 6 §. 1.

5 *Suppletio, uel additio gloſſarum.*
Nonantula quod habeat priuilegium.
Teſtificari nunquid pubes poſſit de his, quæ uidit ante pubertatem, ibid. §. in glo. hæc præſcriptio.

6 *Priuilegium Romanæ eccleſiæ, & etiam priuati minui & lædi non debet.*

CAPVT XIIII.

1 CVm uobis. Caſus. De centenaria † præſcriptione, quæ ſola currit contra Romanam eccleſiam, tempora ſciſmatum deducuntur, & patet in anti. quod debet incipere, cum uobis aliis literis dederimus in mandatis. Et in prima deciſa conſultatio. In ſecunda reſponſio, ibi. Licet [*Speciali*] quo ad ſingulare patrimonium, ut dixi, ſupra capitu. pro- 2 xi. ad fi. & quod hic no. Vincen. an † papa præſcribat contra inferiores eccleſias, uide ad literam in ſpecu. eo. titu. uerſi. illud etiam [*iuris ordinem*] ideſt ſecundum iuris traditionem; aliter ſumitur ordo iuris, ſupra de 3 iureiuran. ad noſtram. 3. ¶ Prima † glo. ponit caſum. ¶ Quarta glo. reſpondet per obiectio. & ſoluit. ſecun- 4 do obiicit, & quærendo ſoluit. ¶ *In 3. glo. † ibi, §. ductus aquæ*] uide de uerbor. ſignifi. ſuper quibuſdam, ſuper glo. no. [*& ibi, ſi arbiter*] uide de pur. cano. de teſtibus, ſuper glo. 1. [*& ibi. §. idem*] licet opus, per quod arcetur aqua, fuerit manu factum: ſi tamen non extet memoria facti operis, ceſſat actio aquæ pluuiæ arcendæ. dicitur autem non extare memoria, cum non extant, qui audiuerunt eos, qui memoriam teneant, ut in alio. §. idem Labeo [*& ibi, proſpexit*] uide de feriis, cap. 2. ſuper. 1. gloſſ. ¶ *In ulti. glo. ibi, quod ſi quibuſdam*] deducitur tempus abſentiæ. & eſt, infra cap. proxi. & tempus militiæ, quo abfuit cauſa reipublicæ, ut l. ſe. [*& ibi, ſi quis ſæpius*] uide, ut lite conteſta. accedens. 2. ſuper glo. pe. 5 ¶ *In † gloſſ. 1. ibi, trium ſciſmatum*] de quibus, infra de ſciſma, capi. 1. ¶ *In glo. 2. ibi, ut inter diuinum*] & aucten. ibi, poſita [*& in fin.*] & ut ibi no. idem priuilegium habet a Nonantula. ¶ *In glo. hæc præſcriptio, [a] ibi, nulla ratione*] glo. Vinc. & adde no. infra de priuile. accedentibus [*& ibi, haberent*] ad minus ſuppoſito, ꝙ nulla cauſa interueniſſet, quæ faceret præſcriptionē dormire [*& ibi. 114. annot*]

nos] quasi uelit sentire Io. cuius fuit hæc glo. quòd pubes de his, quæ uidit ante pubertatem, non posit testificari. & hoc etiam not. 3. q. 9. testes. Sed dic. ut dixi supra de cor. ulti. ex parte.[b] i. [& ibi, ductus aquæ] & infra de uer. sign. super quibusdam [& ibi, antiquitate] de hoc, infra eo c. 1. lib. 6. in ulti. glo. [& in fi. glo.] Tan. idē 5 † Vin. & Host. dicens hoc priuilegium per nullam gl. lædendum, maximè quia respicit honorem dei, & fauorem ecclesiæ. nam etiam priuilegium concessum priuato non debet minui, uel lædi, infra de reg. iur. decet, cum suis concor. lib. 6. Sed si bene aduertis p hæc uerba Tan. & sequacium non soluitur obiectio. unde dic, ꝙ licet sit difficile, non tamen impoßibile, cum interdum inueniantur tam antiqui testes. Item per instrumenta benè posset hoc probari, ut dicam, infra eo. si diligenti, in fi. Item per confeßionem. licet ergo hoc sit rarum; satis est tamen, quòd esse posit, ut uitetur obiectio. ¶ [In glo. ulti. in fi.] sm Io. & hoc exponitur infra de uer. sig. dilecti, in glo. & ita. & uide quod dixi post Inn. & Gos. supra eo. ex transmissa, in magna glo.

ANNOTATIONES.

a ¶ Præscriptio. In hac glo. in uer. centum annorum, ibi, per instrumenta non posset hoc probari &c. ad hoc, an per instrumenta possit probari possessio, uide quod no. in l. prædia, per Bar. ff. de acquiren. pos. & no. in l. 2. C. eo. facit quod scripsi, supra de consue. c. 3. Archi.

b ¶ Ex parte. Adde eundem Io. An. in addi. spec. melius omnibus, in titu. de teste. §. 1. uer. sed nunquid factus pubes, & do. Anto. in c. relatum. 37. col.

SVMMARIVM

1 *De præscriptione subducitur tempus, quo uacauit ecclesia, contra quam præscribitur.*
Capituli diuisio, ibid.
2 *Pleno iure possidere qui dicantur, remiss.*
Probandum prius est, quod requirit faciliorem sensum, ibid. ad dictio constiterit.
3 *Exceptio pro replicatione.*
Præscriptio iuris episcopalis in expressis capitulis an aliter procedat, ibid. uersi. & dicit Inno. & utrius partis testes, & quando præferantur, ibid.
Ius commune fortius & fauorabilibus præscriptione, ibid.
Testes utri præferantur, si sint pares, ibid. uer. So. dicit Inno.
4 *Debitum ne tollatur per cessationem solutionis per aliquos annos.*
5 *Præscriptionis interruptio quando & quibus modis fiat, & num. 6. in fin.*
6 *Præscriptio iuris episcopalis, uel alterius hic expressi procedit, si Abbas, uel alius in dignitate ecclesiastica constitutus exercuit annis. 40. quibus episcopus, uel alius, contra quem præscribitur, eo non fuerit eo tempore usus.*
7 *Ius aliquod qui petit in aliquibus ecclesiis, id exprimere debet, & etiam quo iure petat, & ex qua causa.*
8 *Epilogus, & suffragium glossarum. nu. 9.*
De subiectione cum agitur aliquorum, non illi, sed ille, qui dicit illos sibi subiectos, conuenire debet, & pro eis agere potest, in prin. & nu. 10, 11. & 12.
Exceptionibus pluribus non prohibetur quis uti, quamquam diuersæ sunt, ibid. §. in glo. 5. nisi in casu, ibid. & nu. 13. §. 1.
Iudicium adulto non nocet contra eum factum, cum defensore curatoreque carebat, ibid. §. in glo. sic supra.
De præscriptione tempus quod subducatur, ibid.
Partem unam si habeo & cæteras dicet habere per eam, & quando, ibid.
Interruptio in quibusdā an prosit & in aliis partibus, & n. 16 §. 1
Taciturnitas non uidetur nocere successori. §. in glo. ulti. in prin.
Præscriptio currit impeditis agere, sed restituentur, & semper, ibidem. & nu. 17. §. 1.
Prorogationem admonitionis absque damno precedere creditoris oportet, ibid. ad fin.
· *Tempora dolo tuo si labantur teneris mihi quanti mea interest, ibid. in fin.*
10 *Additio glossarum.*
Res inter alios acta quando mihi tacent præiudicet, ibid. nu. 10.
11 *Ecclesiæ defensio ad quem primo loco spectet, & nu. 2.*
12 *Detentionis ratione quis reali conuenitur.*
Contra subditos detinentem, & ipsos subditos, qui non obediunt, an agi potest, ibid.
Contra possidentes iura quædam, an eos, in quibus quid possideo, an contra utrosque, possim agere, ibid. & utri eorum admittantur ad defendendum, ibid.
13 *Episcopalis ordinis quæ sint, remiss. an præscribi nequeant.*
Episcopalis iuris quæ præscriptioni subiaceant, ibid. uer. Dicit Inn.
Obedientia, & uisitatio an & quomodo præscribantur, ibid.
14 *Priuilegium allegatum in hac decretali quid continebat.*
15 *Probatio generalis non sufficit, nisi fiat specialis eorum, de quibus agitur, & exempla adducit.*
16 *In præscriptionis probatione qualiter capitula formanda, & arctare se quis non debeat ad tempus tantum, quod sufficit præscriptioni, & ratio.*
17 *Præscriptio si sit in uno secuta capitulo, an in alio præscriptum intelligatur, & quando.*

CAPVT XV.

1 AVditis. Casus. De † præscriptione subducitur tempus, quo uacauit ecclesia, contra quam præscribitur. Et pars huius, supra de resti. in inte. auditis. & diffinit hæc quæstio. infra de priuile. ex ore. Et primò ponit processum, & conclusionem negocij. secundò in decisa narrat & restitutionem ab utraq; parte petitam & concessam. tertio in uer. Quocirca, committit probationes recipiēdas super restitutione, & causam diffiniendam [Exemptas] & præscriptas ut sequitur [Ple-2 no † iure] Hosti. de hoc uerbo remittit de supplenda nego. præla. c. 2. & infra de præben. de monacis, infra de priui. quoniam [Libertatem] ab exactione iurium regalium secundum Inno. uel dic libertatem. s. exemptionis, secundum Hosti. [Constiterit] uide, quòd papa primò uult probari id, quod requiret faciliorē sensum. nam si super illa priuilegia apparebit exemptio, non est plus instandum in probatione præscriptionis, & interruptionis, cum satis sit mon. per priuilegiū exemptionem probasse: aliàs circa illa oportebit instari, ut a sequitur; concor. de ele. si forte, lib. 6. [Pleno iure[a]] quia sic continebat priuilegium Cęlestini [In hac probatione] ad quam admissus est beneficio restitutionis post cōclusionē, ut in decre. præalle auditis, de resti. in integ. c. auditis. ad hoc etiam fuit admissus episcopus per be-3 neficium restitutionis [Exceptionem] i. † replicationem, Pe. scilicet uacationem tanti temporis, quo subducto non sit completa quadragenalis præscriptio. Et dicit Inno. quod quidam hic colligunt, quòd si Abbas probar generaliter se pręscripsisse ius episcopale in aliquibus ecclesiis, etiā non expreßis capitulis, & episcopus dicat se medio tempore aliqua ibidem exercuisse, & sic, in aliquibus præscriptionem interrupisse, illam probare debet. Sed contra, quia si pro Abbate facit præscriptio, pro episcopo facit ius cōe, quod fortius & fauorabilius est; unde uidetur in omnibus iudicandum pro episcopo, exceptis illis capitulis, quæ probauit Abbas specialiter præscripsisse, ar. infra eo. c. in fi. & c. cum olim. So. dicit Inno. si testes episcopi dicant ipsum exercuisse iura episcopalia, & testes Abbatis illud idē, & in eisdem capitulis dicerent de Abbate, dummodo in aliis esset parilitas, præferentur testes epi, qui concordant iuri cōmuni, & sic dicunt uerisimiliora, argu. de proba. licet, uersi. ex præmißis. Si uerò testes Abbatis generaliter dicant Abbatē exercuisse omnia

jura

iura epiſcopalia. & teſtes epiſcopi probent ſolũ eccleſiam ſitam in diœceſi. & ꝙ exercuiſſet ibi epiſcopalia, non tamen dicunt omnia; tunc omnia adiudicabunt Abbati, illis exceptis, de quibus probauit epiſcopus, & exceptis his, in quibus probauit interruptionem interueniſſe; quod forte ſufficit probare per duos teſtes, li-
b cet Abbas generaliter probauerit hoc per plures [b], argu. ſupra eo. illud. Dicit tamen Inn. ꝙ prudenter faciet examinator, ſi de ſingulis capitulis epiſcopalis iuris ſigillatim interroget teſtes Abbatis. Dicit Hoſtië. ꝙ hoc debet eſſe cautela aduocati epiſcopi, contra quem teſtes producuntur; ad hoc. de teſti. c. 2. lib. 6. & tunc ſm Inno. non proderit præſcriptio Abbatis niſi in capitulis probatis, ut infra in fi. & c. cum olim. Item ſecundũ eum dici poteſt, ꝙ epiſcopus probauit interruptionẽ in capitulis hic poſitis: quia licet Abbas probauerit ſe illa per 40. annos exercuiſſe: tamen epiſcopus probauit ſe infra illud tempus pluries exercuiſſe illa iura, & ſic probauit interruptionem. remittit etiam ad not. de
4 relig. do. cum dilectus [*Solutionem*] quid ſi ſingulis † annis debes mihi 10. & ceſſem petere, tolletur ne debitũ præſcriptione? dicit lex, ꝙ non tolletur in totum: quia non incipit præſcriptio à tempore obligationis cõtractæ, ſed à principio ſingulorum annorum, uel temporum, quibus debentur. C. de præſcriptio. 30. anno. cum notiſſimi. §. in his. contrarium dicit alia. l. ꝙ ſtipulatio de aliquo annuo præſtando unica eſt. ff. de donat. cau-
c ſa mortis. l. ſenatus [c]. §. fi. ff. de uerbo. oblig. ſi Stichum, aut Pamphilum. ergo ſi una eſt, & unam obligationẽ inducit, una præſcriptione tolletur. Sol. ſtipulatio una eſt, & elidi poteſt per exceptionem præſcriptionis; ſed legata ſunt plura. unde tot ſunt neceſſariæ præſcriptiones, quot ſunt petitiones; & ſic tale legatum non perit non utendo. ff. quibus modis uſuſfruct. amit. l. ſi uſuſfructus alternis annis. Goffr. & uide plenius in Spec. de locato. §. nunc aliqua, uerſicul. 41. [*Sancti Petri*] infra de cenſib. ea, quæ. Et repete circa. & idem facias, infra ibi, & interdictum [*Si tamen*] conditionaliter loquitur: quia non pronunciat, ſed pronunciandum committit [*In-*
5 *fra 40. ann.*] antequam † compleretur præſcriptio. 40. anno. ſecundum Innocen. dicit Hoſtien. ꝙ hæc eſt mens literæ, ꝙ ſi 40. anni fluxiſſent poſt factam interruptionem, uel etiam ante completa eſſet præſcriptio, tunc interruptio non obſtaret [*Facta fuit*] hæc interruptio in iuribus, & alijs incorporalibus fit eodem modo, quo fit in corporalibus, ſcilicet per lit. conteſta. & aliis modis nota. ſupra eod. illud. & fit etiam in his ſpecialis interruptio, ſcilicet ſi epiſcopus una uice ſaltem fuiſſet uſus his iuribus ante completam præſcriptionem Abbatis, argum. C. de præſcriptio. 30. annor. cum notiſſi-
d mi [d]. Idem dicit Innocen. ſi prohibuiſſet epiſcopus per uiolentiam Abbatem uolentem exercere iuriſdictionem, quam præſcribebat, ita ꝙ timore epiſcopi dimiſit illam exercere: quia cum poſſeſſio perdatur ſolo animo, multo fortius interrumpitur. ff. de acquir. poſſ. poſſideri. §. in amittenda, & l. quemadmodum, & qua deiectus uidetur, qui non utitur: quia ſuſpicatur poſſe
e repelli. ff. de acquir. poſſeſſ. ſi id quod. §. fina. [e] ſed con-
6 tra licet † epiſcopus exercuerit iura epiſcopalia, non minus potuit Abbas illa exercere, cum uiſitatio, excõmunicatio, & ſimilia poſſint eſſe inſolidum apud plures, ſicut ſunt apud archipreſbyterum Archidi. epiſcopum, & archiepiſcopũ, qui in proprios ſubditos exercent prædicta, infra capi. 1. de officio Archidi. cap. 1. & cap. cum ſatis, de officio archipreſbyt. cap. 2. & 3. ſic ergo & Abbas cum prædictis poſſidere poterit hæc iura, nec præſcribet ius alterius, ſed præſcribet ſibi ius cõſimile. & ſi aliud dicatur, ſequi videtur abſurdum: quia non occurrit, qua ratione præſcribit ius epiſcopi, archidiaconi, uel alterius. dicit Innocent. ꝙ Abbas bene

præſcribit contra ſingulos, & contra omnes. nam quicunque fuerit ille, archiepiſcopus, vel quiuis alius, qui iure uiſitationis, excommunicationis, uel alio nõ fuerit uſus 40. annis, & Abbas, uel quiuis alius in dignitate eccleſiaſtica conſtitutus, per idem tempus illud ius exercuit; bene præſcripſit illud contra omnes & ſingulos, ad quos illud pertinebat: ſecus, ſi per aliquem prædictorum modorum fuit præſcriptio interrupta: quia tunc non perficeretur deinceps. & dicit hoc probari
7 hic, & infra eo. cum olim. dicit † etiam, qui ius aliquod petit in aliquibus eccleſiis, debet illud exprimere, & etiam quo iure petat, uel ex qua cauſa; ad quod allegat Hoſtienſ. not. de electio. querelam, & capi. conſtitutis,
f de offic. ordin. quanto, & cap. conquerente [f], & de libelli oblat. capit. 3. in certis, de quorum interruptione
8 non apparuit. ¶ Secunda † glo. reſpondet per quæſtionem ſcilicet quis conueniendus ſit &c. ¶ Quarta glo. not. & remittit. ſecundò obiicit, & ſoluit. ¶ Quinta gl. obijcit, & dupliciter ſoluit. ¶ Pen. glo. obijcit, & ſoluẽdo obiectionem repetit. ¶ Vltima glo. ſignat contrarium, & ibi remittit, quærit, alleg. pro & contra. & ſol.
9 ¶ *In* † *glo. 2. ibi l. ut ſi*] contra illum, apud quem filiusfa. ſua ſponte manet, non competit interdictũ: ſed ſi duo ſe patres dicunt, alteri cõtra alterum competit, & not. de ſpon. non eſt, in 1. glo. [*& ibi, l. ult.*] Si dico ædes debere mihi ſeruitutem oneris ferendi, conuenio proprietarium ipſarum, non uſufructuarium [*& ibi, is, cuius familia*] ago cõtra dominum, cuius familia me prohibet aquam ducere [*& ibi. §. penul.*] fructuarius ſubit functiones, quæ debentur fiſco, uel municipio. & l. ſequen. ꝙ ſubit tributa rei, niſi teſtator hoc onus impoſuerit hæredi [*& ibi. §. hactenus*] uide de fide inſtrum. G. perpetuus, in glo. 1. ¶ *In glo. 5. ibi, nemo*] ſequitur, prohibetur pluribus exceptionibus uti. quamquam diuerſæ ſint [*& ibi, interpoſitas*] dico tranſactionem metu factam, & cum ſeruo [*& ibi. §. nihil*] uide in præalleg. cap. paſtoralis, in 4. glo. [*& ibi, nemo ex his*] ſequitur, qui negat ſe debere, prohibetur etiam alia defenſione uti, niſi lex impediat. ¶ *In glo. ſic ſupra, ibi, præſes*] non nocet adulto iudicium contra eum habitum, dum defenſore & curatore carebat. ¶ *In glo. pen. ibi l. ult.*] ſi ex uno fonte unus eſt contractus plurium creditorum, interpellatio unius prodeſt aliis, & idem, ſi plurium debitorũ; quia unius interpellatio prodeſt quò ad alios [*& ibi, una eſt uia*] una eſt uia, licet per plures fundos eatur & ſi per unum fundum itinero, per alium non, totam retineo; ſi nullo utar, totam perdo [*& ibi. §. ult.*] qui per partem itineris uadit totũ ius uſu retinet [*& ibi, ut pomum, ad fi.*] per partes ſeruitus retinetur, licet per partes non acquiratur. ¶ *In glo. ult. ibi, l. ult. in fi.*] uide de accuſat. ad petitionem, ſuper 1. glo. [*& ibi. §. ſi quidem*] aut bonæ fidei poſſeſſor hæreditatis non tenetur de eo, ꝙ omiſit ſumptus neceſſarios facere: quia quaſi rem ſuam neglexit, & hoc ante petitam hæreditatem: ſecus poſt [*& ibi, ſi quis propter*] ſi propter inundationem, uel uiolentiam, uel aliam iuſtam cauſam itinere, & actu ſua die uti non potuit, ex generali clauſula reſtituitur [*& ibi, & Attilicinus*] uide de uerb. ſigni. Abbate, ſuper glo. fi. [*& ibi, ſi pupillus ſine*] uide de adult. c. fi. ſuper 1. glo. [*& ibi, lecta eſt*] ibi ad fin. dicitur non eſt in mora is, à quo pecunia propter exceptionem peti non poteſt [*& ibi. l. 1. in fi.*] ibi, ſi qua iuſta cauſa mihi uiſa fuerit &c. & §. ſequentes ponunt exemplum de his, qui ſunt in uinculis, uel apud hoſtes [*& ibi, præſcriptionis*] in filiofamil. dum eſt in poteſtate patris [*& ibi. §. pen.*] ibi dicitur: in omnibus autem, quibus admonitio protelatur, hoc procedere ſine temporali damno creditoris oportet [*& ibi. §. dolo*] ſi dolo tuo tranſacta ſunt tempora, & ſic lis perit, ago contra te, quanti mea intereſt id factum non eſſe [*& ibi, ſi dolo*] pen. §. eſt, & uide de cauſa poſſ.

cum

10 cum olim, super 2. glo. ¶ *In† glo. 1. in fi.*] & 10. q. 1. in sum
ma. ¶ *In glo. 2. ibi, is, cuius familia*] & supra de mai. & obe.
inter quatuor, ubi de hoc [*& ibi, conuenitur*] & agendo
& obtinendo contra unum alteri non fit præiudiciũ,
infra de re indic. cum super, & c. suborta. Tan. Vin. nisi
g in casu, infra titu. 1. quamuis g, cum, scilicet is, qui dicit
eos subditos, sciret causam suam agi, & taceret, Philip.
dicit hic Innocen. quod tunc nocet taciturnitas hoc casu,
quando lata est sententia cõtra illum, ad quem primo
loco pertinet defensio, sciente illo, ad quem pertinet
secundo loco per decret. præ. quamuis, & per l. sæpe. ff.
de re iudic. secus è conuerso, infra de re iudic. cum su-
per. Sed Host. dicit, quod per illa iura dicendum uideretur
h potius e conuerso h. & dicit Inno. quosdam dicere, quod
11 primo loco † spectat ad prælatum defensio ecclesię, de
cuius subiectione agitur, qui subiectionem possidet;
secundo ad ministrum illius ecclesiæ, siue rectorem:
secus, si ageretur de possessionibus ecclesiæ. Alii dicũt
forte melius secundum Innocen. quod his casibus non di
citur pertinere primo ad unum, secundo ad alium, sed
plene & æqualiter defensio pertinet ad utrumque. C.
de lib. cau. principaliter. nec sententia contra unum la
ta præiudicat alteri ignoranti, sed scienti per iura præ-
alleg. Cõpositio uerò, uel transactio facta ab uno non
præiudicat alteri etiam scienti, arg. in eo, quod legitur
& not. supra de transactio. contingit [*& in fi.*] sic etiam
12 † conuenitur quis reali ratione detentionis. ff. de rei uẽ
i di. officium i, in fi. de fide instrum. in glo. perpetuus ex
hac glo. collige, & hoc teneas, quod agi potest, & contra il
lum, qui detinet subditos, & contra subditos, qui non
obediunt. Et est ratio, quia qua ratione faciunt, quo-
minus non possideam, dum mihi non obediunt, ea-
dem ratione possidere uidentur iura, quæ in eis peto,
ut dicitur in confessoria. ff. si ususfruct. pet. l. 1. in prin.
si serui. uen. sicuti. §. sed si quæritur, & l. si quis diutur-
no, in fi. Contra possidentes autem cõstat, quòd rectè
agit, ut hic, & patet in eo, quod legi. & not. supra de iu-
di. examinata. Sed & hoc est notandum, quod aliquando
possidet quis iura aliqua: aliquãdo nõ possidet, sed ta-
men in eo possident, inter quæ duo differentia est no
tanda, uerb. gratia, quandoque est aliquis in possessio
ne, quod non teneatur ire ad concilium, uel quod possit ordi
nari, uel benedici à quo maluerit episcopo, & cõsimi-
lia, infra capi. ueniens. quandoque uerò non possidet
hæc iura; sed ab alio possidentur in eo, sicut monaste-
rium, de quo hic agitur, dicebat se habere, & posside-
re quædam iura in quibusdam ecclesiis, quæ tamen eę
dem ecclesiæ non possidebant, nec possidere erat in
seipsis: quia nullus potest in seipso ius, uel seruitutẽ ha
bere, nec mirum: quia nec in re propria. ff. de serui. ur.
prædio. iure communi. & in hoc ultimo casu locum
habet, quod dixi supra ead. glo. secundum Inno. scili-
cet quod ad hæc iura sic possessa competit actio contra u-
trumque. ꝯ possidentem uidelicet pro eo, quia possi-
det, & contra non possidentem, sed possessum: quia a-
ctorem nõ patitur uti iure suo. & ideo in tali casu uter
que, scilicet tam prædicto modo possidens, quàm pos
sessus admittitur ad defendendum litem, & ad assisten
dum defendenti, & appellandum, ut not. infra tit. 1. cũ
super. & est ratio: quia non tantum prælatorum inte-
rest nõ perdere iura, quæ habent in subditis: imo quã-
doque subditorum interest dominos non mutare. In
primo uero casu, scilicet quando agitur contra aliquẽ
tanquam contra possidentem iura aliqua, uel liberta-
tem suam defendentem non potest prelatus talis acto
ris, uel rei conuenire, uel conueniri, nec assistere con-
uenienti, uel cõuento, nec appellare, cum nec eius in-
tersit. 2. q. 6. nõ solent. Quid enim interest episcopi diœ-
cesa. si clericus suus uadit ad cõcilium, siue synodum
alterius, dummodo sibi nihil detrahatur? uel si enim ab
eo aliquid, quod diœcesanus nõ contendit suum, nec
à se teneri. sed & si de hoc agi posset, alia uia esset agen
k dum k, ut not. infra de appella. dilectis, secundum In-
nocent. cuius est mens huius gloss. Dicit Hostiens. ego
non possum capere uerba ista, nec uideo, qualiter pos
sit esse, quòd meus subditus teneatur ire ad alterius sy
l nodum, uel non possit ab alio l, benedici, uel ordina-
ri, uel quòd alius possit in eo habere aliquam seruitu-
tem, quin & mihi aliquod præiudicium generetur. &
est si. quod dicam, infra de donatio. inter dilectos, in fi.
& de excess. prælat. dilecta. ¶ *In glo. 3. in fi.*] quod habe-
tur supra de restitutio. in integr. auditis. ¶ *In gloss. 4. ibi,*
13 *enumerantur*] & sunt † ordinis episcopalis, & sic ab infe-
rioribus præscribi non possunt, supra de consuetudi.
quanto, & uide quod dicam infra de excessib. prælat.
accedentibus [*& ibi, ad utramque*] de lege diœcesana pa
ret supra eod. de quarta, secundum Ioan. [*& in fi.*] se-
cundum Innocen. Dicit Innocen. institutionem & de
stitutionem prescribi posse per Abbates, & inferiores
m ab episcopo. & Hostien. non fatetur m in auctorizabi-
li institutione, sed in corporali, uel collatoria bene, de
quo remittit, de officio Archidi. cum satis, de priuileg.
uolentes, libr. 6. Demum refert Innocen. quosdam di-
cere tunc demum Abbates præscribere in capellis epi
scopalia, quando tempore præscriptionis de illis iuri-
bus alii respondent. uel quando subsunt aliis, infra de
priuilegiis, cum olim. C. de fundis patri. l. ult. lib. 11. ali-
ter nomine proprio non possent hæc præscribere cõ-
tra suum diœcesanum, supra eod. cum non liceat, &
capitulo accedentes. sed Innocen. dixit non esse neces
se, quòd Abbas præscribens aliis subsit, sed tantum ca-
n pellæ n, in quibus hæc præscribuntur, infra eodẽ, cum
olim, ubi apertè tenet in fi. Abbatem subditum episco
po prescribere in capellis, quòd potest possidere de iu
re episcopali. unde, ut hic dicit, si capellæ non subsunt
alteri, potest tamen Abbas præscribere ea, quæ potest
possidere, sicut quartam decimarum, mortuaria, & si
milia, supra eod. ex transmissa, & cap. de quarta, infra
de sepultu. certificari. non tamen poterunt Abbas, uel
capellæ præscribere obediẽtiam, uel uisitationem no-
o mine o suo: quia in se non possunt talia possidere. ne-
mo enim de necessitate sibi ipsi obedit, uel seipsum ui
sitat, & sic de si. ff. de arbit. l. pen. ff. ad Treb. ille à quo. §.
tempestiuum. unde requiritur, quod nõ suo nomine, sed
alterius, cui exinde respondẽt, & ei subiacent, illa præ-
scribant; ad hoc infra cap. 1. Dicit Hostien. quod & tũc
necessarius erit titulus; ad hoc in c. 1. lib. 6. ¶ *In glo. sic er*
go, ibi, ueniens] ubi de hoc, & infra de uerborum signifi-
cationibus, Abbate, & uigesimatertia distincti. quam-
quam [*& ibi, ad aliam*] etiam contrariam, infra de relig.
do. cum dilectus, ubi plenè de hoc, & plenius, infra de
p regulis iuris, nullus pluribus, libr. 6. p. ¶ *In glo. nisi forte,*
in fi.] quod habetur, supra de restitut. in integr. auditis.
¶ *In glo. Celestinus, in fi.*] hoc intendit gloss. quod Celesti
14 nus † nulla loca expresserat in priuilegio, uel expresserat
aliqua, secuta generali clausula. in terminis dixit sic,
Loca, quæ tales Reges donauerunt mona. nostro, &
exemerunt quo ad temporalia, nos mon. uestro dona
mus quò ad spiritualia, & eximimus à diœcesani epi-
scopi potestate, uel sic, Tale castrum, & reliqua loca,
15 quæ tales reges & cet. ut supra. Istud ergo † priuilegium
solum licet probaret quorũdam locorum exemptio-
nem in genere, non tamen istorum, de quibus ageba-
tur in specie. Incautè igitur fecit aduocatus monast. à
principio nõ producendo regalia priuilegia, sine qui-
bus istud priuilegium non iuuabit. concor. quod not.
in Specul. de locato. §. nunc aliqua, uersicu. 58. in fine,
& uersic. sequen. & aliter practicaui similes casus. Qui-
dam bidellus conduxit equum ad certum locum, qui
mortuus est in uia naturaliter, ut dicebat. locator pe-

tebat

tebat emendam equi, conductor probauit equum naturaliter mortuum sic in genere: quia probauit per illos, qui secum erant, quod equus, quem equitabat die tali, mortuus erat naturaliter. dicebat locator probasti unum equum mortuum, sed non illum, quem tibi locaui: quare probatio te non iuuat, & bene dicebat, ut hic patet. debuerat ergo formasse articulos super insignis equi, & probare illum equum mortuum. sic uidi etiam in quodã infortiato, quod scholaris debitor, post annum petebat à creditore uniuersitatis mercatore, qui dicebat se uendidisse, quod licebat ex pacto, & probauit, quod uendiderat unum infortiatum, sed probatio non profuit; quia nõ probauit de illo, cuius intersignia debuerat in capitulis expressisse, ut supra dixi de equo; & sint hæc ad instructionem nouitiorũ aduocatorum, quos etiam instruit hæc decret. in alio 26 scilicet, quod non arctent se, uel clientulos habentes probare præscriptionem solũ ad tempus præscriptioni necessarium; puta 40 anno. contra ecclesiam: quia si sic se arctant, facilè inuenietur aliquid interim occurrisse, quod fecit dormire præscriptionem; puta uacationem, scisma, hostilitatem, uel his simile, de quibus dixi supra eod. titu. ex transmissa; quo probato inutilis erit illa probatio. Nam si probasti possessionem. 40. anno. tantum, & ego probo, quod per annos aliquos, menses, septimanas, uel dies uacauit ecclesia; ecce, quod nõ est completa præscriptio, ut hic. sed si probasses de 45. annis, dato, quod ex aduerso probetur quatuor interim annorum uacatio, adhuc remanet probata integra præscriptio. Vnde moderni aduocati sic formant articulos. Intendit probare, quod possedit rem talem, 40. 50. 60. annis, & plus, & tãto tempore, quod eius initii, uel contrarii nõ est memoria, ut sic testes deponãt de quàm remoto tempore noscunt. ¶ *In glo. pen. ibi, in alio*] infra eodem, cum olim, & facit, quod not. 10. q. 2. 27 relata [*& in fi.*] secundum Vincent. non est †, solutum contrarium. Hostien. dicit, quod hoc ius, & similia loquuntur de diuisibilibus & separatis: contraria de indiuisibilibus, & contiguis; ad hoc. ff. de neg. gest. cum actum. ff. pro socio, qui fundum. §. qui fundum. ff. de usucapio. rerum mistura, C. finium regundo. l. 1. & ad hoc faciunt. de præben. quia sæpe. & capit. antepen. de consecra. eccle. uel alta. capi. uno, de senten. excommu. si ciuitas, in fine. lib. 6. & adde, quod dicam, de capell. mona. cap. 2. quo ad casum nostrum dici potest, quod hic constabat Abbatem possedisse: aliàs per possessionem aliquorum tenuisse episcopum possessionem q omnium per iura prius allegata in gloss. ¶ *In glo. ult. ibi, lecta est*] & ff. de reg. iur. non est in mora, lib. 6. [*& ibi. §. si dolo*] adde quod not. ff. de restit. in integ. ex literis [*& infra quadriennium*] & nec restitutio solum ad tempus læsionis; quod dic. ut in Clem. de resti. in integ. c. uno.

ANNOTATIONES.

a ¶ Pleno iure. Quæ dicantur pleno iure subiectæ ecclesiæ ultra Ab. adde Inno. in c. pastoralis, in fi. de priui.

b ¶ Plures. Pro quo facit, quod not Io. And. in c. fi. de iureiur. in sua glo. ma. ad fi. & Bar. in l. admonendi, ff. eod. tit.

c ¶ Senatus. Ibi uide Bart. & in l. si sic hum. §. 1. infra allegato, & in l. de pupillo. §. si pluribus, ff. de no. ope. nun. & in l. si in singulos, ff. de ann. leg. per gloss. & Barto. & Cyn. & Salice. in l. cum notissimi, præalleg.

d ¶ Notissimi. Intelligitur Abbate sciente & patiente, quia tunc amittit poss. ut infra sequitur, & est ista naturalis interruptio secundum theor. cum Bart. in l. naturaliter, ff. de usur.

e ¶ Quod. §. fin. Et illa inductio per ablationem possessionis prodest nedum interdum parti, sed omnibus alijs, quorum similiter interest: secus in interruptione propter superuenientiam malæfidei: alios defectus capituli & rationem ponit Bart. in l. naturaliter, ff. de usur. & hoc infra uidetur sentire Inno.

f ¶ Conquerente. Vbi uide in prin. glo. & super illa Io. And. & uide per ipsum, supra de excep. cum uenerabilis, in glo. sed nonne.

g ¶ Quamuis. Ibi uide glo. & super illa Io. And. & per Bald. in l. 2. C. de libe. cau. qui est bonus tex. ad hoc.

h ¶ E conuerso. In utroque casu præsupposita scientia uidetur idem iur. ad hoc quod not. gloss. in c. quamuis, præallegato, & in l. sæpe, ubi uide Bart. & in l. si mater. §. fi. ff. de excep. rei iudic. & in l. si superatus, ff. de pigno. & hic prox. tenet Inno. Si autem principalis, & is, qui causam habet ab eo, simul ueniant ad iudicium, an protestatio unius, quòd iudicii sibi non præiudicet, illi prosit, uide Bar. in d. l. sæpe, & bonam. l. in l. si pariter, ff. de lib. cau.

i ¶ Officium. Vide pro intellectu istius. l. Io. And. in c. quoniam, ut lit. non contest. §. quòd si super, uer. alieno, uer. commodatarius.

k ¶ Agendum. Et uide in c. authoritate, de priuileg. lib. 6. ubi bonus tex. & glo. & Io. And. in c. inter quatuor, de maio. & obed. & infra tit. 1. quamuis, super glo.

l ¶ Ab alio. Host. forte non intellexit Inno. quia forte si ex isto iudicio prætenderet subditus se liberari, tunc bene præiudicaret episcopo, & tamen hoc non negauit Inno. sed uult, quòd ex alio iure prætendat se liberum; ad hoc uide Innocen. in cap. inter quatuor, de maio. & obed. ita d.

m ¶ Non fatetur. Adde tex. in c. cum satis, de offi. Archi. & per illum tex. tenent ibi Host. Io. And. & Bur. idem in c. cum olim, infra eod. Nicolaus Millius in repertorio, in uersiculo præscriptio, contra Abba. hic.

n ¶ Capellæ, scilicet alii episcopo subsint, quàm diœcesano, clarius enim loquitur in lectione sua Innocen. quam iste exprimat, hic uide ipsum.

o ¶ Nomine. Idem uoluit hic glo. 4. & uide in decisi. Rotæ, conclu. 264. & Ioan. And. in Spec. de præscrip. super rubrica.

p ¶ Lib. 6. Et uide Bar. in l. nemo, ff. de excep. an autem probationes contrariæ admitti possunt etiam in probatione exceptionum contrariarum, uide Io. An. in c. imputari, super glo. 2.

q ¶ Possessionem. Ad materiam uide Ioan. And. in c. in literis, de restit. spolia. in glo. magna, uersi. generalis. & uersi. præcedenti, & Bar. in l. possideri, in princ. ff. de acquir. poss. & plenius in l. 1. §. si quis hoc interdicto, ff. de iti. actuque priuato.

SVMMARIVM.

1 *Procuratio, quæ debetur ordinario uisitanti, præscribi nequit, & num. 3. 8. 12. & 13. §. 1. & num. 14.*
Diuisio capituli, ibid.
2 *Visitare prouinciam suam archiepiscopus quomodo possit.*
Metropolitanus causa uisitationis habet in prouinciales iurisdictionem, & in quibus, ibid.
Debetur ei charitatiuum hospitium, ibid.
3 *Inhumaniter, quid hic significet.*
Visitatio si fit ab absque procuratione, præscripta, quid iuris, ibid.
4 *Subditus præscribi potest, non autem præscribere.*
Decretali huic uetita quædam destructi sunt, & quæ, ibid.
5 *Auctoritate, uel potestate cum archiepiscopus sua, & Papæ procedit, ad Papã non ad Patriarchã est appellandum, & quando.*
Auctoritate, uel potestate duplici, qui procedere potest, non cogitur alteram eligere, & si eligit, ualet, ibid.
Quid si errat, num. 6. quid si delegatur ab incongruo iudice, & quid si non à principio, sed postea iurisdictionem habuit, num. 7.
6 *Error in iurisdictione si sequatur, quid iuris.*
7 *Delegatus ab incongruo iudice si partibus scientibus procedat, & quid si non ab initio, sed postea habuit iurisdictionem, & erat ordinarius, an teneat quod gestum est coram eo.*
8 *Consuetudine ius quæsitum in prouincia sua per archiepiscopum, an contraria consuetudine tolli possit.*
Procuratio archiepiscopalis in prouincia an, & quomodo tolli possit, ibid. & num. 14.
9 *Spiritualia seminanti, an cuicunque temporalia debeantur.*
10 *Sententia, nunquid per unam si feratur rationem, per aliam postea rescindatur.*
11 *Epilogus, & suffragium glossarum, num. 12.*
Hausium qui habet, & aditum habet, & è contrario, ibid.
In hospitijs proconsul grauare non debet prouinciam, ibid.
13 *Additio glossarum.*
Visitatio, & correctio sunt iuris publici, præscribique nequeunt, eod. num. 14.
15 *Ex noto quod soluitur, an præscribi queat.*
16 *In concursu præfertur archiepiscopus episcopo, & qua in re.*

CAPVT

CAPUT XVI.

a Cum ex officij. [a] Casus. Procuratio † quæ debetur ordinario visitanti, præscribi nõ potest. & pars prima narrat factum, & allegationẽ reorum. secunda ibi, Nos igitur allegationem reprobat, & processum contra eos factum seruari præcipit. tertia ibi, Si quid, reseruat alias allegationes, si quas ha 2 bent, legitimas [*Visitaret*] quod facere † poterat seruata forma decret. c. primæ, de censi. lib. 6. ut eod. titu. capitu. finali [*Faciens*] nisi tando [*Necesse*] non necessitate corporis, sed iuris; ut crimina corrigant, & mores reforment: aliàs sententiæ latæ non tenuissent, cum non sit iudex nisi in casibus notatis supra de offic. ordina. pastoralis, Innocen. Hostien. Dicit tamen Innocẽt. quod eo casu, quãdo inhumaniter suo archiepiscopo negarent charitatiuũ hospitium, & si non per ipsum archiepiscopum, tamen per suum episcopum puniri debe-
b rent, ad quod allegat Hostien. de empti. & uenditio. [b].
3 capitulo primo [*Inhumaniter*] forte † clauserunt ianuas, & hora tarda erat, uel tempus pluuiosum, uel secundum Hostien. idest irrationabiliter. Petr. exponit, idest, indiscretè. & idem uerb. infra de censibus, licet, & in Clemen. de reli. domi. quia contingit, in princip. [*Non meminerint*] ergo, ut dicebat Vincen. etiam tempus, cuius contrarii non est memoria, non iuuat in hoc casu [*Contra visitationem*] de Abbate, qui præscripsit uisitationem sine procuratione, & præscriptione completa uult procurationem exigere; quod nota. hic Hostien. & not. infra de regulis iuris, odia. lib. 6. [*Aliquo modo*] contra, infra de religio. dom. capitulo penultimo. Sol.
4 ibi Hostiens. [*Et si aliter*] præscribi † ergo potest subditus, præscribere uero non [*Præscribere*] eo nihilominus durante prælato, Innocen. [*Sententiam*] adde quod habes de pœnis, capitulo primo, libro sexto [*Contemptores*] dicebatur in an. commu. tamen nostri auctoritate rescripti. Quam secundum antiquam &cet. hanc literam posui: quia aliàs glos. quam posuit hic Innocen. uidetur impertinens, & etiam est signata super uersic. auctoritate. dixit enim not. quod simul procedit utraque auctoritate, sic supra de corpor. uitia. significauit,
5 & infra de præbend. nisi essent: & tunc † quando simul utraque auctoritate procedit, ad Papam, non ad Patriarcham appellãdum est, postquam auctoritati Metropol. admista est auctoritas Papæ, ut magis dignum ad se minus dignum trahat, sicut infra de consecratio. ecclesiæ, quod in dubiis: ad hoc, infra de officio deleg. si duo, libro sexto. Notat etiam ex hoc, quod qui duabus auctoritatibus potest procedere, non cogitur alteram eligere: sed si eligat, ualet electio, & illa auctoritate utetur, argumen. supra de officio delega. significantibus. Item posset eligere, quòd in una parte causæ uteretur ordinaria, in alia delegata, supra de arbitr. innotuit. Melius facit secundum Hostiens. infra de præben.
c nisi [c] qui dicit, quod non valet eo casu appellatio interposita ad ordinarium in eo, quod procedit potestate delegata. ualet autem in eo, quod procederet ordinaria, & si ad Papam, & proximum ordinarium appelletur; remittit infra eodem titulo secundo, si duobus, &
6 hęc uera, ubi quis habet duas auctoritates. sed † ubi credit se habere duas, & non habet nisi unam, quod facile accidere posset, supra de officio lega. licet, & in Clemen. de statu mona. attendentes, de religio. dom. quia contingit, de supp. neg. prælat. quia regulates; tunc uidetur aliquibus, quod licet eligat, & protestetur, quod tantùm Papæ auctoritate vult procedere; tamen valet processus habitus cum tali errore, quia procedere uo
d lebat, licet nõ auctoritate [d] ordinaria, & ita, quod principale est, scilicet processus, tenet, argument. optim. ff. de iniur. l. cum. §. si iniuriarum. ff. ad legem Aquiliam. ff. famil. ercisciund. cum putarent. Item iste error, qui est iuris, non debet impedire verum processum, argumen. 8. distinct. ueritate. ff. de officio præsid. illicitas. §. ueritas rerum. imò plus credunt, quod si diceret, Nolo procedere auctoritate ordinaria; tamen ualet processus auctoritate ordinaria prædictis rationibus, & quia protestatio est contraria facto, unde factum præualet, infra de appellatio. solicitudinem, in fin. & quia nemo à se potest abdicare imperium, ff. de officio præsid. legatus. de hac l. uide quod dixi de electio. in causis, super gloss. ergo si res, in fine. Alii dicunt contra in duobus proximis casibus, & allegat pro se. quia quod potuit &c. de officio delegat. cum super. & quia nil sic contrarium consensui sicut error. ff. de iurisdi. omnium iudicum, si per errorem. argument. pro eis. ff. de arbit. sed si in seruum; & duabus legibus prælleg. nec ob ff. de iniur. eum: quia hic est principalis auctoritas, ex qua procedit, siue Apostolica, siue delegata, qua deficiente deficit processus. non autem esset principale, si erraret in sensu legis, indulgentiæ, uel priuilegii, uel huiusmodi. ff. de re iudic. cum prolatis, & not. infra de priuileg. ex parte Abbatissæ, secundum Innocen. & in ultima quæstio. hoc ultimum tenet Hostiens. per prædictam decret. cum super, & G. uoluit pro materia huius gloss. remittere in Speculo de iurisdictio. omnium
7 iudicum. uersicu. ult. not. De aliàs iurisdictionem † habente, qui delegatur ab incongruo iudice, & partes scienter coram illo litigant. & quid si à principio delegationis non habebat iurisdictionem, sed postea habuit? not. C. qui pro sua iurisdictione. l. una. & in prima quæstio. tenet ibi glos. per l. 1. C. de iurisdi. omnium iudicum, quod tenet sententia ab eo lata. Sed alii, ut Pet. contra, nisi processerit ut ordinarius; & sic loquitur l. illa. Si uero processit ut delegatus, ut quia expressit hoc in actis. licet quidam dicant iurisdictionem delegãris peristum, ut per ministrũ protogatam, ipse tenet contra, cum actus talis per ministrum exerceri non possit, C. de senten. ex breui. reci. l. 2. & infra de re iudic. cap. fi. lib. 6. In 2. uero q. licet gloss. ibi teneat, quòd processus ualet, ut ex nunc, alleg. ff. de iudi. licet. ff. de officio procon. observaret tamen Iaco. de Areti. dicit illud procedere, quando iurisdictio delegantis iam erat radicata, puta quia licet exercitium non haberet, iam tamẽ electus erat. ut in l. obseruare. ad idem. ff. de pigno. actio. si rem. §. fina. ad Trebe. sed si ante. aliàs si radicata non erat tempore delegationis, non ualet delegati processus, cum delegatio nulla fuerit etiam sine radice. inducit, quod de dominio no. ff. de rei uendi. si à Titio [*Con*
8 *suetudine*] nonne ius † per consuet. archiepiscopo acquisitum per contrariam consuetudinem tolli potest? qđ uidetur, infra de regulis iuris, cap. primo. ff. de legib. de quibus. dixit Innocẽ. quod uniuersalis prouincia possit hoc ius præscribere. sed singularis ecclesia, uel diœcę. hoc non posset; quod turpis est pars. 8. distinct. quæ contra, de sponsa. duo. capit. fina. uel dic melius secundum ipsum, & Hosti. hic de plano fatendum per contrariam cõsuetudinem posse tolli procurationem sola consuetudine introducta: sed ista, de qua loquimur non solà consuetudine, sed iure communi publico etiam debebatur. unde nec pacto, nec consuetu. etiam præscripta poterat tolli, infra de censib. sopitæ, & capi. cum uenerabilis, & cod. titul. Romana, libro sexto, & not. supra eod. accedentes, in glo. fina. [*Apostolum*] 1. ad
9 Corin. 9. cap. [*Seminat*] ex † debito, quod probat uersic. cogatur, quod sequitur: aliàs quilibet sponte prædicãs posset procurationem exigere, quod constat falsum esse, Hostien. [*Stipendys*] concor. huius alleg. glos. pen. [*Obycere*] super procuratione non debita, & uisitatione non facienda, non super excommunicatione, cum
10 illud iam sit diffinitum, & puerile † ac absurdum esset,

quod

quòd sententia per unam rationem feratur, & postea per aliam rescindatur. infra titulo primo, inter mona. quamuis satis posset dici talem rationẽ uel exceptionem, uel ius impedire, quominus sententia pro aliquo, uel contra aliquem sit ferenda, secundum Innocent.

11 ¶ Prima † ponit causam, contra quam unam legem al legat. ¶ Tertia glos. ponit opinio. quam reprobat. ¶ *In*

12 † *glo. 1 ibi, litibus*] uide de Iudæis, capitulo secundo, in 3. gloss. ¶ *In glo. 3. ibi, debet habere*] & è conuerso, ut ibi, Si enim habeo ius hauriendi, inest aditus. & si aditus ad fontem, inest haustus. ¶ *In 4 glo. ibi, plebiscito*] hanc & sequen. uide de uita & honest. cleric. cum ab omni, in 3. glo. & super ea lex, obseruare, præcipit, quòd procon

13 sul in hospitiis non grauet prouinciam. ¶ *In † gl. 1. in fi.*] Vincen. dic. ut not. infra de censibus. peruenit. 18. quæstio. secunda seruitium. ¶ *In glo. tertia, ibi, quidam*] scilicet Vincen. [*& ibi, relatum*] quod dic, ut infra de censibus, capitulo primo, & capitulo exigit, & capitulo fœlicis, libro 6. per quæ sint expedita nota. hic per Innocen. &

14 Hostien. dicebat enim † Innocen. procurationem expressè posse remitti, cum in iure priuato & temporali tate consistat, septima quæstio. prima, quàm periculo sum: sed non tacitè, scilicet multo tempore non recipiendo procurationem, cum nec præscribatur contra ipsam, ut hic. procuratio enim debetur accessoriè propter uisitationem, in qua uisitatione retenta tenetur accessorium, scilicet procuratio; sed uisitationi, & correctioni, quæ consistit in iure publico, etiam expressè non posset renunciari; ad hoc, quod not. de foro competent. si diligenti. imò non licet alicui paciscì, quòd non aget, nec accusabit alium de crimine. ff. de pactis, si unus. §. illud, & facit quod statim dicam post Vincenti. Hostien. autem dicit per has rationes procurationem etiam expressè non posse remitti, cum sit iuris publici, sicut id, cui connexum est, scilicet uisitatio: facit de constitutio. translato. Dicit etiam Innocen. quòd posset pactum fieri, quòd pro ipsa certa pecunia præstaretur annuatim; pro hoc capitul. relatum, dummodo fraus excludatur, argument. C. de transaction. l. præses. Hostien. contradicens, quòd in capitulo relatum, statutum fuit ad tempus, & ex causa, nec ibidem conuentio cõfirmatur. Sed circa hoc ultimum tene id, quod

c habes in iuribus, quæ in princ. ᶜ allegaui [*& ibi, ergo & remitti*] Hoc autem dixit Vincen. uerum, nisi remissio fiat per uim, prima quæstio. tertia, quæsitum, uel precario. C. de præscripti. 30. anno. male. his enim casibus non præscribitur: aliter uerò sic. & si dicatur, quòd sicut præscribere procurationem, esset præscribere obediẽtiam. Respondebat, talem non esse tutum sola præscriptione, sed quia tanto tempore non petens renũciasse uidetur, posset hanc præsumptam renunciationem præscribere potuit, sicut potest priuilegium, infra de priui

15 leg. cum olim. Idem † dicit in uotis, ut qui nil soluit, non possit se tueri præscriptione: secus, si aliquid, licet modicum, infra de censibus, ex parte. ¶ *In glo. pen. ibi, negligens*] imo & si non est negligens; quod dic, ut infra

16 de censibus, capitu. fina. libro 6. dicebat † hic Innocen. quòd si concurrunt archiepiscopus, & episcopus, præferatur archiepiscopus. 11 quæstio. 3. qui resistit; de quo remittit Hostien. de tempo. ordin. ad aures, de offic. ord. pastoralis, de appella. cum parati: dicunt tamen, quòd caueré debeat, ne impediat episcopũ temporibus con gruis; uide quod plenius dicam, de censibus, capi. primo. §. primo, libr. 6. in glos. si concurrant.

ANNOTATIONES.

a ¶ Cum ex officii. Contra de c. 1. de offic. ordina. lib. 6. ubi intrare non potest prouinciam. fol. ut ibi glo. & sic est casus, in quo archiepiscopus habet iurisdictionem in subiectos, de quo in c. pastoralis de offic. ordin. Archid.

b ¶ De empt. & uendit. Tenentur enim clerici ad hospilitatem omnibus, ut ibi. fortius suis maioribus; & uide gloss. 1. q. 7. eaigunt, & in Spec. de instru. edi. §. nunc aliqua, uersi. 86.

c ¶ De præb. oisi. Adde Bal. in l. 1. ad fi. C. de fur. Ang. in l. si uacantia, C. de bo. uacan. lib. 10. Ludo. in rub. de arbitris.

d ¶ Auctoritate. Hanc opinio. Innocen. sequitur Specula. io titu. de iurisd. omnium iudic. §. 1. uersic. ult. not. idem dom. Bal nam facit ratio, quia iudex necessitate iuris astringitur ad iudicandum & procedendum. C. de iudi. l. properandum, in auct. ut diffe. iudic. & in auct. iusiuran. quod præsta. de mune. & ho. l. munerum. §. iudicandi, unde sua principalis intentio sit procedere, hoc tanquam principale consideratur, non autem eius capitalis opin. sed secundum hoc dictum est tex. l. 2. §. conuenire. ff. de iudic. ubi si iudex, cuius iurisdictio prorogatur, processit ex primitiua, non ex prorogata, quam ignorabat, tamen tenet processus ex capite prorogatæ: dos Ang. de Peru. in repetitione l. falsus. C. de fur. dicit, quòd illud est contra casum. l. sed si instrumentum. § si quis iudex ff. de arbit. iudex fuit electus in arbitrum, & sic de iure ciuili non tenet cõpromissum, sed bene ex auctoritate ordinaria, sed arbitraria, per quã etiam notio competit. l. ait prætor, de re iud. non tenet processus, nec sententia; & tamen arbitria ad instar iudiciorum sunt redacta, ut l. 1. de arbitr. & ita arbiter, sicut iudex compelli potest laudare, eod. tit. l. 2. & idem dicit ipse, quòd si partes litigant coram eo tanquam delegato, & non est, tunc non ualet ut ordinaria, nec pars, nec iudex ea uti noluit, & iudicium fundatur ex consensu partiũ. l. solemus, de iudic. §. si quis. Sed si litigabant ut coram ordinario; tunc iud cis intentio nil operatur in qualitate processus respicientis iurisdictio. radicem, & in §. conuenire, nota. & uide. C. qui pro sua iurisd. l. 1. Bart. Archid.

e ¶ In princ. Et ibi uide Ioan. Andr. in nouella, & glos. in Clem. 1. de censi. quæ incipit. compositio, & Lapum in Clem. 1. eo. ti. ubi per ipsum plenius, & uide etiam ibi Pan.

SVMMARIVM.

1 *Non præscribit, qui alieno nomine possidet: nec etiam is, qui proprio, non habens bonam fidem, & iustum titulum.*
Diuisio capituli, ibid.

2 *Vasalli utilem proprietatem habent.*
Ad beati Petri proprietatem quæ insulæ, quæ regiones & ciuitates pertineant, ibid.

4 *Exemptio plena per quæ uerba demonstretur.*
Pro te, id est nomine tuo, & sic in cæteris mutata persona, ibid. & num. 4. ad uersi. pro sede Apost.
Subnixa, quid hic habeat significationis, ibid.

4 *Probare, quod dicitur, necesse est.*
Præscriptio non procedit sine possessione, ibid.
Violatum non dicitur iuramentum ignoranter, ibid. in fi.

5 *Acquisita quæ quis retinere non potest.*

6 *Fides mala comincitur ex scientia.*
Ecclesiasticæ res non omnes præscriptibiles, ibid.
Præscriptioni sufficit sola bona fides præscribentis; nisi in casibus, & quibus, ibid. ad uersi. bona fides.

7 *Præscriptio centenaria possit ne & qua ratione probari.*

8 *Epilogus, & suffragium glossarum, num. 9.*
Possidere intelligitur, cuius nomine alius possidet.
Fides bona præsumitur, nisi in casibus, & quibus. §. in glo. pen. & num. 10 §. 1. quis bona malæue fidei dicatur, ibid.
Vsucapio procedit quandoque habenti conscientiam rei alienæ, & quo casu, ibid. ad dictio. generaliter.
Auctoris uitium non nocet, neque prodest, ibid.
Error iuris in usucapionibus prodest possessoribus, ibid.
Emptor bonæ fidei quamdiu quis dicatur, ibid. in fi. §. 1.
Pro emptore, & pro legato quando quis usucapiat, referuntur qui dam casus, ibid. §. 1. in glo. ult.
Titulus, an necessarius præscribenti, & qualis sufficiat, ibid. & nume. 12. §. 1.

10 *Additio, siue suppletio glossarum.*
De toto ad partem, ibid. num. 10.
Eadem res non debet diuerso iure censeri, ibid.
Comites, & domini temporales fundant intentionem de iure communi, quo ad res sitas intra limites suæ terræ, ibid.
Intra limites si quod est terræ meæ, fundo intentionem de iure communi, ibid.

11 *Errans*

11 *Errans in facto, uel in iure, uel utroque, an dicatur bonæfidei. Iuramento statur super bona fide. & titulo, ibid.*

12 *Animæ quod utilius est, sequendum est, secundum canones.*

CAPVT XVII.

1 SI diligenti. Casus. Qui talieno nomine possidet. nō præscribit nec etiā is qui proprio, non habens bonam fidem, & iustum titulum. & primò inducit rationem unam contra archiepiscopū. secundo reprobat excusationem ipsius per locum à diuisione. & pars huius, de foro compe. si diligenti, de iureiu.

2 eam te [*Proprietatem*] directam. utilis enim est circa na fallos, Innocen. & Hostiens. alleg. de donat. inter uit. & uxo. nuper [*Sardinia*] & Siciliæ concord. dedi supra de præsumpt. mandata. idem de ciuitate Romana, & quibusdam regionibus, de quibus. 63. dist. tibi domino, & cap. ego Ludouicus. 26. dist. Constantinus, infra de electio. fundamenta. lib. 6. [*Nullo pertinet mediante*] hæc uer

3 ba † & præcedentia sapiunt plenam exemptionem. infra de priuileg. si Papa, lib. 6. [*Pro te, uel ecclesia tua*] idest nomine tuo, uel ecclesiæ tuæ, Innoce. [*Subnixam*] idest munitam, uel defensam, Vincen. [*Non ostendas*] quam forsan allegabat sibi, & successoribus cōcessam fuisse realiter, sicut aliàs dicitur, de hæreti. ad abolendam. in

4 fine. not. etiam † quod necesse est probare, quod dicitur. de concessio. præbend. cum super [*Possessione*] sine qua non procedit præscriptio, infra de regulis iuris. sine possessione. lib. 6. [*Pro sede Apost.*] idest nomine sedis apostolicæ [*Receptum*] per prædecessores tuos, & te [*Per quod*] idest per quam confessionem [*Exactum*] pro iudicatu Calaritano nam aliàs posset iudex habere aliquod castrum in feudum ab ecclesia Pisana, pro quo posset archiepiscopus ab ipso exigere iuramentū [*Præ-*

a *stitum*] à te in promotione tua, de iureiur. ego. N.ᵃ [*Violatum*] si sciebas iudicatum ad sed. Apo. pertinere [*Re-*

5 *tineri*] not. Hostien. quod † nullus acquisita cōtra suum

b iuramentumᵇ retinere potest, quod metus cau. ad audientiam. Idem de aliis cum peccato acquisitis, infra

c de Iudæis. cum sit, ubi de hocᶜ [*Scienter*] per quod con

6 uincitur mala fides [*Ecclesiasticarum*] præscriptibilium, non in his, quæ not. supra eod. cum non liceat [*Bona fides*] sola, si ius commune, uel præsumptio non est cōtra præscribentem. & de præscriptione, quod hic dixit. Innocent. dicam infra eod. titu. cap. 1. lib. 6. super uersi. præsumptio [*Præscriptio*] puta, quia possedisset nomine proprio, & habuisset bonam fidem, & aliqualem ti

7 titulum [*Posse † probari*] factum speciale quo ad hunc casum ponderat hic Papa, non ius. nec ob. nota. supra eod. cum uobis, uel secundum Hostien. not. probationem testium, per quos non credit hoc posse probari: aliàs tamen probari posset per instrumenta de fideli-

8 tatibus factis per 200. annos, & plus. ¶ Prima † gl. ponit casum. ¶ Pen. glo. respondet per quæstionem, an præsumatur bona fides: & tenet, quòd sic, nisi in quatuor casibus. ponit demum casum, quo scientia rei alienæ &c. Subdit, quòd mala fides tradentis non nocet. allegat contrarium & soluit. subdit etiam de illo, qui errat in iure, uel habet conscientiam dubiam. ¶ Vltim. glo. alleg. unam concord. & unum articu. obijcit per quatuor capitula, & per rationem: soluit primorationem: demum ponit opin. Ioan. quam reprobat, soluens po

9 stea principalem obiectio. ¶ In † glo. & ita. ibi *usu retinetur*] usu retineo seruitutem utendo per me, uel illum, qui meo nomine sit in possessione. ¶ In glo. pen. ibi, *distrahendi*] puta credit illum procuratorem [*& ibi, si fundum*] uide de cleric. excomm. illud, super gloss. scilicet quia [*& ibi, contra leges*] puta emendo originarium, uel rusticum ascriptum sine gleba [*& ibi, qui sciens*] non usucap. emens ab illo, quem prætor, ut suspectum hæreditatem diminuere uetuit l. sequen. dixit, quod præmisit glo. [*& ibi, generaliter*] loquitur in seruo, qui cum non defenderetur, iussu prætoris possidetur pro noxa [*& ibi, an † uitium*] uitium auctoris non nocet, nec prodest. unde vsucapere possum, quod ille non poterat [*& ibi, malæfidei*] sequitur. possessore alienāte cessat longi temporis præscriptio [*& ibi §. scire*] loquitur in illo, qui inutile testamentum putabat utile, uel cum præcederet alius agnatus, putabat sibi deferri. nō enim est prædo, qui dolo caret, quantuis erret in iure [*& ibi, nunquam.* 2.] & sequitur. in usucapionibus iuris error possessoribus prodest [*& ibi, bonæfidei*] quò ad fructus percipiendos dicor bonæfidei emptor, quādiu fundus non fuerit euictus. sic & seruus, quē bona fide emi, ex re mea, uel operis mihi acquirit, quamdiu sit euictus. ¶ *In ult. glo. ibi, sic itaque*] uide in capit. proxim. alleg. super gloss. sic institu. [*& ibi, ex pluribus*] uide de causa possess. capitul. fina. super gloss. secunda [*& ibi, quod uulgo*] usucapit quis pro emptore, si procurator, uel seruus, cui emendum mandaui. retulit se emisse, & tradit [*& ibi l. 4. & ult.*] si legata est res aliena, uel testatoris, sed adempta per codicillos. & hoc ignoranter usucapitur pro legato. & idem, si Titio legatum est, & duo sint Titii, & al-

10 ter recepit æstimans de se dictum. ¶ *In † glo. 2. in fi.*] & infra de sponsa du. capitulo fina. Item argum. de toto ad partem, de officio delega. pastoralis. § primo. Item argumē. quòd eadem res &c. infra de decimis. cum in tua. Item argumē. secundum Hostien. quod Comites, & domini temporales fundant intentionem suam de iure communi quo ad res sitas infra limites suæ terræ, de hoc dixi supra de officio Archidia. capitu. fina ¶ *In glo. pen. ibi, in facto*] Din. in regula, possessor, de regulis

11 iuris, libro 6. circa finem, tractat, an † errans in facto, uel in iure. uel in utroq; dicatur bonæfidei [*& ibi, semper præsumitur*] uide quod not. 16. quæstio. 3. dilectio, in gloss. fina. ubi not. Ioan. super bona fide, & titulo stari iuramento [*& ibi, nemus*] infra de regulis iuris, præsumitur, libro 6. [*& ibi, quemadmodum*] & de rebus eccles.

d non alienan. capit. 2. lib. 6. [*& ibi, placuit*] & supra eo.ᵈ cap. 1. [*& ibi, exigitur*] de hoc infra de re iudic. Abbate, libro 6. in 3. glo. [*& ibi. §. scire*] diuersis modis intelligitur. §. ut ibi not. [*& in fi.*] dicit Hostien. illud uerum secundum leges: secus secundum canones infra capitu.

12 penultimo, & ultim. secundum † quos sequendum est, quod est utilius animæ, infra de sponsali iuuenis ¶ *In*

c *glo. ult. in fi.*] dic, ut infra eod. capitulo primo,ᵉ libr. 6. & uide quod ibi not. in magna gloss. per quæ decido prolixè not. hic per Innocen. & Hostien.

ANNOTATIONES.

a ¶ Ego. N. Ibi non apparet episcopum præstare tale iuramentum, nisi dicamus hunc articulum includi in aliquo illorum generaliū capitulorum, ibi uide.

b ¶ Contra suum iuramentum. Adde gloss. in c. fin. de procura. in 6. Bart. in l. cum precario. ff. de preca. Arge. in l. imperpetuum, ff. de procur. Abb. in c. cum dilecto, de præbeo.

c ¶ Vbi de hoc. Et de iudic. ad abolendam, ubi uide Ioan. And. super 3. gloss. & an actus factus contra iuramentum, ipso iure sit nullus, uel teneat, uide Io. An. de præb. dilecto, super uer. iuramentum, & in Mercur. super c. quod semel, de reg. iur. lib. 6.

d ¶ Placuit, & supra eod. Glos. illa dicit, quòd decretum iudicis malam fidem possessoris purgat, quod an sit uerum, uide glo. in c. pastoralis, quæ est pe. de offic. ordina. & in l. Pompo. §. si sutlu, ff. de acquir. possess. & in l. generaliter, hic alleg. in glo. & tunc glos. dicunt quòd sic, Bart. dicit contrariū. uide ipsum in d. l. & in l. si definita. §. si de uectigalibus, ff. de damno infect. & in præscriptio. centenaria an titu. requiratur, si statutum oil dicat, u. de l. 1. & ibi Bal. C. de long. tempo. præscrip.

e ¶ Vt infra eod. ca. 1. Et uide quod not. supra eod. ad aures, & infra de deci. cum sit, in glo. fi. & an in scrip. quis debeat allegare tit. uide quod not. in c. dudum, infra de deci. Bald.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *E piscopalia potest Abbas in suis præscribere capellis, & in quibus, & an si non est exemptus, num. 2.*
Præscriptio non obtinet nisi in his, quæ quis præscripsit, ibid.
Diuisio capituli, ibid.
2 *Præscribere an potest Abbas, qui non est exemptus, episcopalia, & quæ, num. 4.*
3 *Adiacentia quæ dicantur.*
Compromitti de spiritualibus potest, & in quos, ibid. num. 2.
Componi quoque, ibid.
4 *Institutio ad quæ referatur hic.*
5 *Præscripta quot erant ad Abbate hic.*
Ordinationes qualiter hic capiantur, ibid. ad dicti. ordinationibus.
6 *Secundum officium seculare debet monacus regere ecclesiam secularem, nisi aliter habeat auctoritatem.*
7 *Iurisdictionis quæ sunt episcopalis, præscribi possunt, & acquiri per consuetudinem.*
8 *Titulus necessarius in præscriptione, non in consuetudine.*
In consuetudine sufficit usus, ibid.
8 *Episcopale ius siquis dicat in ecclesiis præscripsisse, quæ forma sententiæ erit.*
10 *Additio glossarum.*
Arbitri quandoque ut iudices eliguntur, ibid. & quomodo hoc procedat, num. 11.
A compromisso si recedatur, committitur pœna & an potest eo non obstante agi; sed si sine pœna sit, quid iuris, eod. num. 10.

CAPVT XVIII.

a 1 **C**Vm olim.[a] Casus. Abbas † in capellis præscribere potest episcopalia: obtinet tamē in his, quæ præscripsit. & primò ponit petitionem ipsius actoris, & ipsius iura. secūdò ponit iura Abbatis ibi, Ad elidendā. tertiò diffinit ibi, Quia prædictus. & partim pro Abbate usq; ibi, super aliis. ab inde pro episcopo: Posset etiam sic diuidi in duas tantum [*Abbate*] exempto: 2 aliter † non potuisset præscribere nomine proprio cōtra episcopum, secundum Hostien. quod dic, ut nota. supra eod. auditis, super 4. glos. Innocen. hic in fine, tenet Abbatem etiam subiectum episcopo præscribere posse ius episcopale in capellis. Item uides, quòd non contra plebanum, sed cōtra eum, qui dicebat plebem sibi subiectam, formatur petitio, & ibi etiam de hoc. 3 [*Adiacentibus*] per † annexionem, vel subiectionem [*Episcopale*] de officio ordinari. conquerente [*Principaliter*] secundariò enim allegabat arbitrium. de quo sequitur [*arbitrium*] potest ergo de spiritualibus compromitti, & componi, de arbitris, cum tempore; de transaction. super eo, & in clericos, & clericum & laicum, supra de 4 arbitris, per tuas, Hostien. [*Iucanis*] not. cordi † tenendum, quòd in personam ecclesiæ potest de iure ipsius ecclesiæ compromitti. Papa enim hic arbitriū approbat, ut patet in fi. c. & uide quod dicam infra tit. 1. cum inter, super uersicu. præscribi, & facit ad not. in Specu. de arbitro. §. sequitur, uersicul. sed nunquid Abbas. In b contrarium facit. ff. de arbit. l. penultim.[b] per quod ibi not, uide tamen, quod infra dicam, super finem, ulti. gloss. [*Abbas*] qui forte solus defendebat mona. quod dic, ut supra de rescript. edoceri [*Donatæ*] quantum ad episcopum, non quantum ad Abbatem, cui plebs suberat cum capellis secundum Innocen. [*Obtentis*] nec de ipso faciētibus mentionem [*& infra*] hic deciditur, quod quò ad quædam præscriptionem allegauit, & probauit Abbas, de qua sequitur [*Ostendit*] S. enumerat, quæ præscripserat Abbas contra episcopum; remittit de his Innocen. & Hostien. supra eod. auditis, & ca. sequen. infra de excessi. prælat. Accedentibus [*Institu-5 tionibus*] quo † ad beneficia curata. dicit Hostien. hic sumi pro collationibus, nam auctorizabilis institutio in illis præscribi non potest secundum eum. Est enim necesse, quòd curatus auctoritate episcopi ingrediatur, & egrediatur, de quo remittit de officio Archid. cum satis, de cleri pereg. cap. fina. de renun. admonet, uel secundum ipsum referendum est hoc ad simplices clericos, uel capellas sine cura. de priuileg. uolentes. §. fina. lib. 6. [*Ordinationibus*] quòd liceret Abbati ordinare plebanum, & clericos ad eos ordines, quos conferre possunt Abbates, quod aliter non possent, infra de priuileg. Abbates, in fi. lib. 6. uel quod posset, à quo uellet facere ordinari, infra cap. proxim. [*Baptismo*] hoc est tertium; & sic infra de capella mona. capit. 2. [*Pœnitentia*] quartum [*Culpis*] sub hoc. uide quod not. de pœniten. & remissio. si episcopus, libr. 6. [*Sepultura*] scilicet libera; & est quintum [*Perceptione*] forsan nullam partem episcopo tradendo, supra eod. de quarta; & est sextum 6 [*Diuinis † officiis*] monacus, qui præest ecclesiæ seculari non reget illam secundum officium monacale, ut nota. 16. quæstio. prima, capit. 2. uide quod nota. in Clem. de celebra. missa. cap. 2. in glos. penult. & est septimum [*Celebrandis*] nota. forte libertatem ibidem celebrandi secundum Innocē. uel quòd celebrare possent secundum officium monacale, secundum Hostien. [*Excommunicando*] hæc, & sequentia ponuntur pro octauo. & 7 est † hoc iurisdictionis, quę præscribi potest, & per consuetudinem acquiri, supra de electio. dudum. 2. uersic. tandem [*Legitima præscriptione*] idest consuetudine legitimè præscripta. supra de officio Archid. cap. fi. uel præ c scripserant legitimè allegando, & probādo titulum[c], 8 quod dic, ut infra eod. capit. primo, libr. 6. dicit † tamen hic Hostiens. ꝙ licet in præscriptione sit necessarius titulus, in consuetud. sufficit usus cum præscriptione, infra cap. 1. de causa possess. cum ecclesia, & cap. cum olim; de consuetudi. cum dilectus, de hoc in præalleg. decret. fi. de officio Archi. [*Super his*] super quibus nec priuilegio, uel præscriptione munitus erat, Vincen. uerius uidetur, ꝙ habebat priuilegium, sed non iuuabat, 9 ut in gloss. [*Ius episcopale*] dicit Innocen. hic † notādum formam sententiæ de iure episcopali, quando agitur contra illum, qui possidet ecclesias, in quibus dicit se præscripsisse iura episcopalia [*Arbitrii*] & rigorem iuris communis, supra primo respon. & supra tit. 1. cum 10 uenerabilis, Hostien. ¶ [*In † ult. glo. ibi, recessum fuit*] infra de pactis, cap. 1. lib. 6. [*& in fi.*] dicebat etiam Innocen. ꝙ isti arbitri fuerunt electi ut iudices sine pœna, & cōpromisso: aliàs non ob. sententia potuisset Abbas agere; alleg. ff. de arbit. si quis rem, C. de arbitr. cum antea. sed, ut dicit Hostiens. pœna fuisset commissa. C. de arbit. l. 1. Item si sine pęna, & stip. compromissum fuisset simpliciter, ex sententia arbitrorum daretur actio, & exceptio. C. de arbit. l. pen. de quo remittit supra de ar-11 bit. per tuas. sed quærit Hostien. quomodo † procedat dictum Innocē. quod isti fuerunt electi ut iudices? Respondet, quòd aliter præerant iurisdictioni; de quo remittit, de foro competen. significasti. Item & si priuati essent, & electi communiter ab episcopo conquerente de subdito, & ipso subdito, licet uocentur arbitri, iudices sunt & iurisdictionem habent à lege, uel iure scripto. 11. q. 1. si clericus. ff. de iurisd. om. iud. & quia.

ANNOTATIONES.

a ¶ Cum olim. In cap. cum olim, ibi ordinationibus plebani &c. & sic nota. ꝙ de iure communi episcopus fundat intentionem suam prouidendo in plebibus, quod intellige, quando non sunt collegiatæ: aliàs spectat ad capitulum, siue collegium, ut capitulo primo, de electio. Archidia.

b ¶ ff. de arbitr. l. penult. Adde istud non procedere in compromisso facto in prælatum super re ecclesiæ. adde But. ita tenentem in cap. cum inter. §. 1. infra tit. proxi. & Flor. in l. si societatem. §. arbitrorum, ff. pro socio.

c ¶ Titulum.

c ¶ Titulum. Et ſic aut allegatur tempus in modum præſcriptionis, tunc debet allegari titulus. aut in modum conſuetudinis, tunc non, quia ſufficit uſus. ſed poteſt dici, quod iſta non poteſt dici conſuetudo: quia conſuetudo ordinatur ad finem publicum, ut Innoc. in cap. fi. de officio Archidia. & Ioan. And. in cap. fi. de conſuetu. ideo dic, quòd Abbas habebat titulum, cum ignorabat ignorantia facti, quòd laudum latum eſſet, quæ ignorantia facti prodeſt ad præſcriptio. not. ſupra eo. ſi diligenti, Archid.

SVMMARIVM.

1 *Præſcriptioni, ſi eſt completa, renunciat, qui priuilegium impetrat contrarium, & utitur illo, & in ſuffragio.*
Fidem malam habet, qui præſcriptione non completa impetrat priuilegium ei contrarium, & ideò non præſcribit, ibid.
Diuiſio capituli, ibid.
Comitatus parochiaque ponuntur hic pro uno, ibid. in fi.
2 *Parochia multis modis accipitur, & quibus.*
3 *Confeſſoria uidetur agere, qui utitur clauſula hic memorata.*
4 *Interdicta, uti poſſidetis, &, unde ui, poſſunt eodem tempore & ſuper eiſdem rebus intentari, à diuerſa tamen parte, & quando, & quæ ſententia feratur in hoc caſu.*
5 *Spoliatus an reſtituatur conuentus interdicto, uti poſſidetis.*
Interdictum uti poſſidetis quando competat, ibid. & num. 4. & 6. & quando obtineat in eo poſſeſſor, nu. 7. ſententia in eo lata non parit exceptionem rei iudic. num. 8.
Reſtitutio nulla fit regulariter ſine petitione, ibid.
6 *Contra turbantem poſſeſſorem quæ actio competat poſſidenti.*
7 *Leg. 1. primo reſpon. & §. fi. ff. uti poſſid. intellectus.*
8 *Rei iudicatæ exceptionem non parit ſententia ex interdicto uti poſſidetis, lata: ſecus ſi confeſſoria actum ſit ſuper moleſtijs, nu. 9.*
11 *Deciſio hic fuit mirabilis, & ſic alibi & ubi, & ratio.*
Epiſcopalis ordinis quinque hic enumerantur, & quæ ſint, ibid.
Ordines ſacri quandoque largè accipiuntur, ibid. & à quibus minores auferri queant, ibid.
12 *Sententia ferri non poteſt contra eos, quorum nomine agitur ſine mandato.*
Petitiones partium quæ erant, ibid.
13 *Gratiam Sedis Apoſtolicæ non habet excommunicatus.*
Alioquin, dictio. uis, ibid.
14 *Priuilegium poſterius non faciens de priori mentionem quare non ualeat, & quibus caſibus, uide num. 6.*
15 *Priuilegium contrarium primo ſi impetro, uideor renunciare iuri mihi quæſito per priuilegium, uel præſcriptionem, & num. 18. ſecus eſt in quibuſdam caſibus, & quibus, num. 16. & 18.*
16 *Renunciatio iuris fit expreſsè, & tacitè & quocunque iudicio.*
17 *Abbas, uel prælatus an & quantum donare, uel alienare poſſint, & an ignorante conuentu.*
Conſenſus conuentus ſemper præſumitur, ibid.
18 *Huiuſmodi, dictio quam uim habeat.*
Præſcriptio quo caſu impediatur à priuilegio, ibid. & num. 23.
Contrarius ſibi reijcitur, ibid. & ſupra num. 15. & in ſuffra.
19 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum, num. 20.*
Priuilegium, & præſcriptio contraria ſunt, ex quo ingreſſus unius alterius operatur egreſſum. §. 1.
Priuilegio utens, an renunciet iuri communi, & contra, ibid. & nume. 22. §. ultim.
21 *Suppletio, uel additio gloſſarum.*
Priuilegiorum mentio in libello quando non neceſſaria, ibid.
22 *Rex Stephanus hic memoratus, Sanctus.*

CAPVT XIX.

1 VEniens. Caſus. Qui † præſcriptione completa priuilegium contrarium impetrat, & utitur illo, præſcriptioni renunciat. ſi præſcriptio nõ erat completa, malam fidem habet, & ideo nõ præſcribit. & primo ponitur conuentio Abbatis, ſecundo recõuentio epiſcopi, ibi, Præfatus. tertia diffinitio ibi, chriſma, in qua duo ſoluit obſtacula. primum ibi, Nõ obſtante. ſecundum ibi, Nec obſtare, & erat olim hoc capitulum in

a 4. compil. primum in tit. de priuileg. [*Vel comitatu*[a]] ponit hęc duo pro uno. unde † quandoque ponitur parochia pro parte diœce. ut hic: quandoque pro una eccleſia tantum. infra de paro. cap. 2. de eccl. ædifi. cap. 3. quandoque pro toto epiſcopatu, de donat. Apoſtolicæ, circa princ. ubi de hoc, ſecundum Hoſtien. [*Continetur*] petebat etiam adiudicari ſibi libertatem percipiendorum ſacramentorum, ſuper quo infra pronunciatur [*Decimas*] ſuper hoc uide, quod not. de decimis, dudum, in 1. gloſ. & loquitur de eodem epiſcopo. uel dic, quod petebat quartam tantum [*Niſi aliquo*] ille † epiſcopus uidetur hic agere confeſſoria, & ideo bene ponitur hic clauſula, Niſi aliquo &c. vel ſi dicis, quod agebat poſſeſſorio recuperãdæ, tunc ſuperabundat hæc clauſula. & eſt ſenſus, licet ſim ſpoliatus omnibus decimis, quibus prius poſſidebam; tamen non intẽdo reſtitui ad illas, quas aduerſarius aliquo iure ſpeciali oſtendat ſe poſſidere[b]. & ſecundum hoc † uidetur, quod poſſeſſor eodem tempore, & ſuper eiſdem rebus poſſit contra aduerſarium, uti poſſi. poſſeſſorium intẽtare, & aduerſarius eodem tempore & ſuper eiſdem rebus intentabit contra eum, Vnde ui, interdictum, vel quod vi, aut clam, uel precario, quod fateor, niſi excipiatur contra agentem[c] de ſpolia. ſupra de ordin. cognitio. cap. fi. & procedetur ſic, quod ſuper utroque fertur ſententia, ſi de utroque conſtat, ſed executioni non mandabitur ſententia, niſi ſuper interdicto, Vnde ui, argumẽ. ſupra de cauſa poſſeſſ. cum dilectus. ſed ſi primò liqueat de turbatione, quàm de ſpoliatione, primò fertur ſententia ſuper interdicto, uti poſſi. & compeſcetur reus à moleſtatione, quouſque ſententietur ſuper interdicto, unde ui. ut not. in d. decret. cum dilectus, & argum. infra de Inſtit. cum ueniſſent. uel dic, quod quãdo ſimul liquet, quòd reus turbat actorem, & quod actor ſpoliauit reum, nulla tunc ſuper interdicto, Vti poſſid. ſententia eſt ferenda, & ſic intelligunt quidam. ff. uti poſſid. l. 1. §. fin. ubi dicitur, quòd ſi aliquis vi, vel clam, vel precario ab aduerſario poſſidet, non debet uincere interdicto, uti poſſid. 1. nulla pro eo ſententia eſt ferenda. hi tamen, qui tenent primam opin. ſcilicet, quod ſuper utroque eſt ferenda ſententia, quod eſt tutius, aliter intelligunt eãdem. l. & dicunt, quòd poſſeſſor non debet uincere; intelligas tamen cum effectu: quia illa ſententia non mandabitur executioni, & ſic parùm prodeſt, argumen. infra titulo prim. cum aliquibus. quod tamen tunc tantum obtinet, quando conuentus. Vti poſſid. interdicto, cõuenit actorem, Vnde ui. ſi enim aliter uis intelligere. d. l. ut ſi dicas, quòd interdictum uti poſſid. non competit contra ſpoliatorem in effectu, & quod reus poſſit excipere de ſpoliatione ſua, hæc exinde ſequitur abſurditas, quòd probata ſpoliatione nulla ſuper interdicto uti poſſid. ſententia ferri poteſt: quia ſi feratur ſententia, quòd reus, qui probauit ſpoliationem, ceſſet à moleſtia, expreſsè prædictus §. contradicit. Si uerò abſoluatur reus ſpoliatus ab impetitione actoris, nec iſtud ſtare poteſt: quia per cõſequens uideretur ei concedi, quod poſſet moleſtare poſſeſſorem: ſed hoc eſſet iniuſtum: quia etiam prædo eſt reſtituendus, ſupra de reſtitutio. ſpoliator. in literis. multo fortius ergo eſt defendendus. ff. de ſuperficiebus. l. 1. §. quod ait prætor, ad finem. Item ſi huic ſpoliato liceret turbare, per conſequẽs & eadem ratione liceret ei ſpoliare; quod falſum eſt. C. unde ui, ſi quis in tantam, & quia etiam ipſi priori ſpoliatori competit interdictum contra ſecundum ſpoliatorem, quamuis ab illo ſpoliatum. ff. de ui, & ui arma. cum à te, & notat. in dicta decreta. in literis. nec 5 † per prædictum modum agendi, ideſt ſi quis agat, uti poſſi. qui moleſtatur, & ex altera parte excipiat de ſpoliatione, quia ſpoliatus eſt, fiet reſtitutio ſpoliato: per modum actionis non, cum agatur, Vti poſſide. quod

non

non datur ad poſſeſ recuperandam, ſed tantum retinendam, inſt.de interdict.§ retinendæ[d]. per uiam exceptionis non: quia qui excipit, nihil petit, & ſine petitione regulariter nulla reſtitutio ſequi debet, ut patet in eo quod legi & not.ſup.de ordi.cogni. cum dilectus[e].§.fin.ſed & ſi† conſtat, quòd male fecit iſte ſpoliatus qui turbat poſſeſſorem; ergo debet puniri. ſed forte, ſicut aliqui inaniter ſomniarunt, uerum eſt, ꝙ punietur. ſed per ſuas alias actiones, puta iniuriarum, uel officio iudi. Sed certe hoc nõ procedit: quia actio iniuriarum[f] eſt tantum prodita ad uindictam. unde per hanc non cõſequeretur poſſeſſor, ꝙ aduerſarius ab eius moleſtatione ceſſaret. ſed nec officium iudicis, quod extraordinarium eſt, ubi auxilium ordinarium ſupereſt, locum habet. ff. de mino. in cauſæ. 2. In hoc autem caſu proditum eſt auxilium ordinarium ſpeciale & propriũ, ſ. interdictum[g] uti poſsi. per quod poſſeſſor defenditur contra moleſtatores. ff. uti poſſ. l. 1. reſpon. & §. fi. ubi dicitur, quòd† poſſeſſor non obtinebit in interdicto, uti poſsi. contra illum, quem ſpoliauit; quod eſt intelligendum, quando conuentus, uti poſsi. excipit contra agentem, & dicit ipſum non eſſe audiendum, niſi ei prius reſtituat rem, de qua agitur, & qua ipſum ſpoliauit. & iſte intellectus expreſsè comprobatur, ſupra de ordi.cog.cap.fin. uel etiam ſi directè proponatur interdictũ, unde ui, contra agentem interdicto, uti poſsid. & licet Azo in ſumma, uti poſ. multum laborauerit ad exponendum, quomodo poſsit ab illo ui, uel clam, uel precario poſsidere, Ego tamen ſimpliciter ſic expono, poſsideo à te ui. i. uiolenter tibi abſtuli, & ſic de aliis. & quamuis iſta, quæ dixi, noua ſint; tamen à nullo negantur eſſe uera; & ideò ſecurum eſt ſic tenere. Illud autem† ſatis indubitatum uidetur, ꝙ ſententia pro poſſeſſore lata in interdicto uti poſsi. non parit exceptionem rei iudi. etiam ſi idem, contra quem iudicatum eſt agat interdicto, unde ui pro eiſdem rebus: quia patẽs eſt, ꝙ alia eſt actio, & ad aliud agitur nũc. quàm prius. ff. de excep. rei iudi. cum quæritur, & l. ſe. ſup. de teſt. cum cauſa, quæ inter œconomũ, & quia ſententia iudicis non prohibet moleſtationem iuris, ſed facti, ſed nec moleſtationem facti, niſi quãdiu poſsidet. hoc autem conſtat, ꝙ re euicta ab eo iam non poſsidet, Illud autem certum eſt. ꝙ is, qui in interdicto, uti poſs. ſuccubuit, poſſet proponere rei uen. quare ergo ſimiliter proponere non poterit interdictum, unde ui, uel aliam cõpetentem actionem? diuerſitatis ratio non occurrit, ergo idem eſt ſentiendum. C. de lib. præte. & exhære. l. 1. quod ſi non agat† uti poſ. ſed confeſſoria petit aduerſarium à ſua moleſtatione cõpeſci, & feratur ſententia pro actore, tunc ulterius nõ poteſt reus agere, unde ui, uel alio interdicto. & eſt ratio: quia in primo iudicio, in quo fuit confeſſoria intentata, actum eſt de proprie. quæ præiudicat de omnibus poſſeſſoriis[h] ſup. de cauſa poſ. cum dilectus. & hoc† eſt notãdum, quod licet aliquis corporalem poſſeſsionem habeat alicuius rei, quamdiu tamen ille, qui poſsidet, nõ expellitur de poſſeſsione, nõ competit interdictum, uti poſsi. nec contra ipſum uerum poſſeſſorem, nec contra alium. ff. uti poſ. ſi duo. §. item uideamus, & l. Labeo quoque. ſecundum Inn. cuius quaſi ad litteram hæc gloſſ. quam etiam poſuit Hoſtien [*Et inf. a*] mirabilis† fuit hæc deciſio hic enim ſuper expreſsis non pronunciatur, ſed ſuper deciſis. & eſt ſi. de appell. c. 1. [*Chriſma*] quod de iure à diœceſis epiſcopo peti debet. 25. diſtin. §. Chriſma, & cap. ſequen. [*Ordinationes clericorum*] quinque enumerauit, quæ ſunt epiſcopalis ordinis [*Ad ſacros*] quaſi de mino. non ſit ius à quo recipiãtur; quod eſt falſum, infra titu. 1. cum inter, de ord. ab epiſcopo. capitu. 1. nec ob. hæc littera: quia ſubaudiendum eſt, maxime, uel ſic iacebant uerba priuilegii, quæ papa ſequi uoluit, ut debuit, infra uer. alioquin, ſecundum Hoſti.[i] uel dic ſacros ordines hic ſumi large, ut not. 22. diſtin in ſumma. uel eſt dictum propter illos minores. quos conſerre poſſunt abbates presbyteri & benedict. his. in quos habent epiſcopalem iuriſdictionem, uel quaſi. ſup. de æta. & quali. cum contingat de priuileg. abbates, in fin. libro ſexto [*Clericis*] uel de† mandato clericorum egerat abbas: aliàs non poſſet ferri ſententia contra eos. C de ſenten. & inter. l. 1. C. res inter alios ac per totum. uel dic, quòd clerici poſtulabunt hoc ab epiſcopo. ſupple, non obſtante cõtradictione abbatis; & ſic fertur hic ſententia cõtra abbatẽ, qui dixerat in libello ſuo, quòd clerici nõ poterant ſine ſua licentia petere ab epiſcopo huiuſmodi ſacramenta. Epiſcopus uerò petebat, quòd clerici mona. ab ipſo peterent ſacramenta: ut patet in regiſtro, Innocen. [*Et† gratiam*] hanc excommunicatus non habet. ſic ſup. de offic. ordi. quod ſedem, Hoſt. & ibi uide in glo. fin. [*Alioquin*] id eſt ſi defecerit aliquod de tribus ſupra proxi. numeratis [*Ea quinque*] ſupradicta [*Habeant*] ſcilicet clerici [*Mentionem*] tenendo cum gloſ. quòd hoc priuilegium fuerit monacorum, miratur† Innocen. quare priuilegium mihi plus concedens tenetur facere mentionem de alio meo priuilegio, quod minus concedit. cum teneret ſecundum, ſi nullum aliud prius habuiſſet, & ſic contra. C. de legi. quod fauore. reſpondet, ꝙ hoc priuilegium non ualet: quia obtentum fuit ſuppreſſa ueritate hac, ſ. quia epiſcopus conſueuerat eis conferre eccleſiaſtica ſacramenta: ſed & ideo fidem nõ facit, quia abbas exhibuit in iudicio aliud priuilegium huic contrarium. C. de fide inſtru. ſcripturæ. uel dic, quod plus placet, ꝙ ubicunque aliqua iuriſdictio, uſus, uel libertas, uel quicquid aliud conſimile cõceditur alicui in caſu ex priuilegio & in alio caſu ille idẽ uſus, uel iuriſdictio, uel aliud relinquitur illi, cui debetur de iure communi, ſicut hic patet de perceptione ſacramentorũ, quæ in caſu liberè concedebatur mon. & in alio caſu relinquebatur epiſcopo, ad quem de iure cõmuni ſpectat ſacramentorum collatio, quandocunq; hoc accidit, ſi priuilegiator poſtea uſum. uel libertatẽ, quæ in caſu ſuo remanſerat epiſcopo, uelit concedere eidem, cui primo in alio caſu hoc cõceſſerat, ſiue etiam alii, ut quidam dicunt; non ualet ſecunda conceſsio, niſi de prima conceſsione, ſiue priuilegio fecerit mentionem. ut hic. & ratio, quia ſi concedens ſecundum priuilegium ſciuiſſet, & recordaretur ſe, uel prædeceſſorem ſuum aliàs ſic dediſſe priuilegium moderatum[k] ſcilicet, quòd quis haberet in caſu libertatẽ, & uſum, & non in alio caſu; nõ mutaſſet primum priuilegium moderatum per ſecundum immoderatum, ar. ſup. de offi. dele. ex parte, & infra de deci. ex multiplici. & bene facit de fi. presby. c. 2. lib. 6. & inſ. tit. 1. cum olim. Et ex hoc uidetur, ꝙ ſi papa, uel alius primò cõceſsit partem alicuius rei, ut decimarum ex priuilegio, & partem reliquit iuri communi, & poſtea partem relictã iuri communi iterato concedat eidem, uel alii, nõ ualebit iterata conceſsio, niſi de priori fecerit mentionem; quod dic, ut de deci. cap. 2. lib. 6. ſecus eſſet, ſi ab initio concederet uſum, uel libertatem in omnem caſum, & in rem integram: quia tunc de iure communi non tenetur facere mentionem, arg. ff. de leg. non eſt nouum, & 31. q. 1. peruenerit. C. de teſta. omnium. C. de inoffi. teſta. ſi quando, & ſupra de reſcri. c. 11. ubi de hoc ſecundum Inno. [*Nec obſtare*] hic ſoluit ſecũdum obſtaculum, & in hoc facit ad titulum [*Contradicit*] habes hic ſecundum Inno. quòd† contrarium priuilegium impetrando renuncio iuri mihi quæſito per priuilegium, uel præſcriptionem, & quòd no a

possum præscribere cõtra id. quod in meo priuilegio
continetur, quod satis potest concedi. quamuis secũ-
dum eum responderi posset, quòd hoc ideò contin-
git: q̃a priuilegio in iudicio fuit usus: secus, si non fuis
set: uel dic, ꝙ cũ episcopus esset quasi in possessione
conferendi hęc sacramenta, & quasi uerus dominus,
quia diœcesanus: non datur præscribenti cõtra eum
m uendicatio uel Publiciana. ut no. s. eo. ad aures[m]. hoc
tamen est uetius, quòd impetrando secundum priui
legium primo cõtrarium uideor primo renunciare.
16 renunciatio † fit non tantum expressè, sed etiam taci-
tè, & quocunque iudicio. C. de restitu. in inte. mino.
l. 1. ff. de acqui. hæredi. recusari. secus autem esset, si se-
cundum priuilegium impetraretur ad corroboratio
nẽ primi priuilegii, uel primæ præscriptionis, uel iu-
ris: quia tunc utrunq; valeret, sup. de fi. instru. inter di-
lectos. sup eo. audiris, infra de priui. cum olim, & c. ex
17 tenore. Est † etiam notandum, ꝙ hæc renunciatio de
tam parua libertate. s. quia à quocunq; uoluerint, ac-
cipient clerici ecclesiastica sacramẽta, ualet, etiam si
cõuentus hanc ignoret, ar. in eo, quod legi. & no. inf.
n de dona. cęterum, & hic[n]: uel potest dici. ꝙ hic inter-
uenit consensus conuentus: quia hoc semper præsu-
o mitur. inf. de his, quæ fi. à præla. ea noscitur[o]. sed con-
tra. C. de transa. præses. infra de dona. c. 2. ff. de pa. con-
tra iuris ciuilis regulas. ff. de dona. filiusfa. ubi dicitur,
quòd concessa libera administratione alicui, non in-
telligitur ei data potestas dilapidandi, uel donãdi, uel
pactum gratuitum faciendi. Sol. maior & liberior est
potestas prelatorum, quàm aliorum administratorũ
sicut apparet ex præalle. decre. de dona. cęterum, ſm
Inno. uel est distinguendum inter donationem ma-
gnam & paruam, ut ibi legi. & no. inf. de dona. aposto
licæ. hæc enim fatemur, ꝙ quãdocunq; per dona. ab-
batis, uel alterius prælati enormiter læditur moñ. uel
ecclesia; reuocatur, ut ibi no. uel restituitur, supra de
restitu. in inte. c. 1. secundum Inno. & de hoc not. sup.
de elect. cum nobis olim. §. fi. potest etiam dici, quod
ideò teuuit hæc renunciatio: quia ex causa facta fuit,
ut. s. abbas fugeret indignationẽ diœcesani, arg. 100.
di. contra morem. ff. de separationibus. l. 1. §. illud sciẽ
dum, secundum Inn. qui alle. pro & contra iura, quæ
18 alleg. glo. antepen. [*Huiusmodi*] no. † Host. & Abb. hoc
uerbum quasi non cuiusq; priuilegij impetratio im-
pediat cursum præscriptionis, sed priuilegii habentis
formam contrariam. & sic exponunt, Huiusmodi, s.
præscriptioni contrarium. nam, ut dicit Host. quan-
doque id, quod est de iure communi, sine contrarie-
tate aliqua per priuilegium impetratur. supra de pro-
cu. quia in causis, de iureiuran. & si Christus. prima fa
cie uidetur, quòd licet ab impetratione priuilegii pos
sit inchoari præscriptio ex illo titulo cum bona fide;
tamen cursus inchoatæ præscriptionis uidetur impe-
diri per priuilegium impetratum simpliciter, cũ im-
petrando simpliciter uidetur fateri se non credere rẽ
ad se pertinere: & hoc forte uoluit glo. pen. & antepe.
secundum canones. sup. eo. uigilanti; concor. inf. eo.
19 c. proxi. ¶ Secunda † glo. arguit: sed tenet contrarium.
¶ [*Gloss. sic patet*] no. & remittit: ponit opi. & contrario
respondet. ¶ Antepen, gloss. no. obiicit, & respondet.
¶ Pen. gl. primo declarat, in quo erant cõtrarietates.
& quasi dicat præsertim. secundo quærit, arguit, &
20 soluit. ¶ [*In † glo. sic patet, ibi. omnium*] uide de testi. cum à
nobis, super ult. gloss. ¶ [*In gloss. antepen. ibi, illud sciendum*]
creditor, qui ab hærede debitoris nouandi animo sti
pulatus est, uel ab eo usuras ea mente exegit, separa-
tionis commodum perdit [*& ibi, in causa. 2. in princi.*] si
commune auxilium cõpetit, ut quia sine tutoris au-
ctoritate contraxit, nec locupletior factus est. nõ da-
tur restitutio [*& ibi. l. 1.*] uide de testi. causam. 2. super
ulti. glo. hanc, & l. unam. de thesau. [*& ibi, si quando*] ui-
de de priui. in his, super ulti. gl. [*& ibi. l. 2.*] uide de con
stitu. cum accessissent, super glo. penul. [*& ibi. §. falsus
procur.*] uide infra eo. tit. 1. c. 1. glo. 2. [*& ibi. antepen.*] du-
rat ius pignoris, licet priuilegium recepit creditor in
21 bonis debitoris. ¶ [*In † gl. 1. in fine*] & secundum hoc uer-
ba posita in libello, sicut in priuilegiis &c ex super-
abundanti ponuntur secundum Inno. dicit Host. ꝙ si
p ex priuilegio fundabatur abbatis intentio, nõ videt[p],
quod illa uerba superabundent, imò sunt necessaria,
de libel. oblat. cap. 3. de fide instrumen. inter dilectos.
puto Innocen. id dixisse, quasi agens possessorio reti-
nendæ non habeat necesse probare dominium. sed
possessionem tantum. uel secundum eum egit abbas
confessoria, ut de episcopo dixi super uer. nisi aliquo
22 ¶ [*In glo. 2. in fine*] dic † quòd iste rex sanctus erat. & apo-
stolicæ sedis legatus secundum Innoc. uel secundum
Host. rex donauit temporalia, Paschalis spiritualia, su
pra eo. auditis: uel non examinatur hic ille articulus:
quia super parte libelli decisa fertur sentẽtia: sed hoc
non soluit ob. Innoc. qui opponebat, quomodo talis
causa fuerat in libello recepta, quæ patenter ostende-
bat libellum ineptum, contra id. ff. de asse. l. 1. ¶ [*In gloss.
idem uidetur, ibi, non esse apposita*] idem hic Goffre. sed Ho-
stien. contra per decre. Romana. de sup neg. præla. lib.
6. & hoc credo. & facit quod no. eo. lib. de temp. ordi.
eos qui. ult. respon. quod uidetur contra; hoc probat
hæc decre. in qua fuit hoc concessum per priuilegiũ
[*& ibi. significauit*] casus est specialis, ut ibi no. ¶ [*In gloss.
dato, in fin.*] uel forte erat datum episcopo, ut omnes
clerici diœce. suæ ab eo reciperent sacramenta, Host.
secundum quem specialia priuilegia moñ. præiudica
bant huic generali, sit prius, uel posterius, de rescr. c.
1. ¶ [*In glo. sic patet, ibi. non debet facere mentionem*] de con-
stitutio. libro sexto. ¶ [*In glo. not. quòd. ibi, quamquam*] ubi
de hoc. dic plenè no. de regulis iuris. nullus pluribus,
libr. 6. scilicet quòd hic tenores priuilegii, & præscri-
ptionis erant cõtrarii, & ibi uidere poteris quasdam
opinio. quas hic recitant Pet. & Abb. & uide, quod di
cam de priuile. cum personæ, lib. 6. super gloss. & sic
23 [*& in fine*] satis † uidetur, quod licet ab impetratione
priuilegii possit præscriptio inchoari ex illo titu. cum
bona fide; tamen cursus inchoatæ præscriptionis ui-
detur impediri per priuilegium simpliciter impetra-
tum, cum simpliciter impetrando fateri uideatur se
credere rem ad se non pertinere: & hoc forte uoluit
hæc gloss. & sequens.

ANNOTATIONES.

a ¶Vel comitatu. Quid sit comitatus ultra Abb. hic adde do. Felin. in cap. Rodulphus, in 22. colum. supra de rescriptis.

b ¶Possidere. Voluit ille renunciare priuilegio interdicti, unde ui, quod potuit, de restitutio. spolia. cap. 1. ubi uide.

c ¶Agentem. Scilicet interdicto, uti pos. contrarium not. Inn. in c. 2. de or. cog. ubi uide Io. And. super glo. hoc patet, & uide ipsum. in c. fin. eo. titu. in glo. hoc dicunt, & in Specu. de peti. & pos. §. 1. uer. sed nunquid intentati, ubi uide, an ista exceptio expoliationis excludat agentem uti possessi. hic dicit quòd sic, ibi contrarium dicit.

d ¶Retinendæ. Quoniam tamen est etiam istud interdictum restitutorium, ut no. in l. clam possidere. §. qui ad nundinas, ff. de acqui. possess. per Barto. & probatur in l. si duo, ff. uti possi. & no. in l. 1. §. interdictum, ff. eo. titu.

e ¶Dilectus. Exceptio tamen quandoque parit officium actionis. l. quod mihi, ff. de lib. leg. l. si cum ante, C. de dona. ante nup. & no. glo. in l. sed & si possessori, in princi. ff. de iureiuran.

f ¶Iniuriarum. Scias, quòd pro ui turbatiua datur actio iniuriarum l. iniuriarum, §. si quis, & l. item apud §. si quis bona, ff. de iniur. nulla autẽ actio publica & criminalis pro tali inquietatione datur, ut not. Docto. in l. hoc iure, ff. de re. iuris, & l. sane. ff. de iniur. per Barto. uide Bald. in l. fina. C. fin. re.

Inter-

g ¶Interdictum. Contra hoc, quòd dicit hic Inno. quòd agens iniuriarum non conſequitur, quod turbàs illum in poſſeſsione eſſet à moleſtia, uo. Barto. in l. item apud. §. ſi quis bona. ff. de iniur. & ſic quod ipſe no. ff. de fur. l. interdictũ, & in l. defuncto, ff. de pub. iudi. & in l. 1. ff. ad Turp. & uide Io. And. de accen. qualiter, el a. in glo. 2. q. 7. & eo. titu. um oporteat, in fi. glo. &c.

h ¶Poſſeſſorius. Et ſi ipſe ſuccubuit, notorius eſt per ſententiam, merito agere non poteſt interdicto recuperandæ, ar. c. conſtitutus, & quod ibi not. de fi. presby. Bald.

i ¶Scripturæ. Et ipſe abbas erat actor, q non auditur producens contrarias ſcripturas, ut in c. imputari, de fid. inſtrum. & an idem ſit in reo, uide Ioan. And. ibidem ſuper gloſſ. 2.

k ¶Priuilegium moderatum. Adde Domini. ultra omnes hic, in c. quoniam. 18. di. & Pet. de Aueh. in repeti. c. ſi propter, in 11. col. de reſcriptis, in 6.

l ¶De reſcri. c. 1. Ibi uide Io. And. ſuper 1. gl. & per ipſum in c. 1. de exceſſ. præla. lib. 6. & Barto. in extrauа ad reprimendum, ad fi.

m ¶Ad aures Io glo. in taorum, & uide plenius Cy. Bart. Bal. & Sali. in l. ſi quis emptionis, C. d. præſcrip. 30. anno. & ibi glo.

n ¶Et hic. Cum agatur de libertate eccleſiæ, uidetur magna & non parua res, ad hoc, de teſti. cum olim, & quod ibi no. per gloſſ. & Ioann. And.

o ¶Noſcitur. Ibi uide gloſſ. 5. & ſuper illa Io. And. & caue, quia conſenſus iſte, uidetur ſolennitas intrinſeca, quæ non præſumitur, uide Barto. ff. de uerb. oblig. l. ſciendum.

p ¶Videt. Et an tunc ante litem conteſtatam priuilegium reo ſit prohibendum, uide Ioan. And. ſupra de proba. c. 1. in glo. ſi quæratur. & Barto. in l. ſi legatum, ff. de eden. & in l. pactum. § ſi. ff. de ut le. no. ca. & Bal. & Sali. in l. 3. C. de eden. & in deci. Rotæ, conclu. 44.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſor malæ fidei ullo tempore non præſcribit, quis dicatur eſſe talis in ſuffrag. in §. 1. in princ. & num. 7. §. 1.*
Diuiſio capituli.
2 *Eccleſia uniuerſalis errare non poteſt.*
Vniuerſale negatiuum omnem excludit præſcriptionem, ibid.
Præſcriptio malæfidei nulla ualet, tam canonica, quàm ciuilis, ibid. uide. num. 6 §. 1.
Leges per concilium eccleſiæ corriguntur, ibid. & num. 3 uide nume. 6. § 1.
3 *Imperator cœleſtis in quibus recognoſcendus.*
Sine peccato mortali, quæ obſeruari non poteſt, conſuetudini, & aliis, quorum hic meminit, derogandum, ibid.
Conſcientia rei alienæ quæ requiratur, ibid. in fine.
Et contra eam ne faciat, uel mandet fieri, caueat prælatus numero ſuo, in fine.
4 *Epilogus, & ſuff. agium gloſſarum. num. 5.*
Poſſidere quem nullo malo ſi aduerſarius docere uelit, auditur, & num. 6. in prin.
Submiſſio, uel ſubiectio perſonæ, qui petat quid in iudicio in caſu hic expreſſo, non dicitur fraudulenta, § in glo. ult. & nu. 7.
Contra mandatum pudori ſuo parcens fideiuſſor qui ſoluit uſuras, reocet à reo, ibid.
Additio gloſſarum.
7 *Præſcriptiones malæ fidei ante hãc conſtitutionem, completæ quã ratione ualeant; inchoatæ uerò an ualeant.*
Conſtitutio noua præterita non comprehendit: inchoata an comprehendat, ibid.

CAPVT XX.

1 QVoniam. Concilium eſt: & regu. poſſeſſor† malæ fidei ullo tempore nõ præſcribit. ſic ſumma ipſius, & primò ponit conſtitutionis cauſam: ſecundo conſtitutionem, ibi, Synodali: tertio infert ex cauſa, ibi, Cum generaliter: quartò concludit ibi, un-
2 de oportet [*Iudicio*] quo concordauit† uniuerſalis eccleſia in concilio congregata, quæ non poteſt errare. 24. q. 1. pudenda, & carrecta, Hoſtien. [*Nulla*] uniuerſale negatiuum omnem excludit præſcriptionem etiam inter laicos [*Quam ciuilis*] nec mireris, ſi per hoc leges corriguntur, cum generaliter &c. ſecũdum Hoſt. ſecundum quem dic generaliter. i. in omni foro, & inter omnes Chriſtianos, cuiuſcunque ſint ſtatus. &
3 quod ſequitur, Omni conſtitutioni. exponit, ſiue ſit imperialis, uel alia, cuiuſcunque ſint ſtatus. nec† enim poteſt ſeruus contra dominũ: imò ſemper in talibus recognoſcendus eſt imperator cœleſtis. 11. q. 3. Iulianus. & c. 2. [*Conſuetudini*] ut ſup. de conſue. c. fi. & pacto uel iuramento, in auctẽ. ſceni. mul. coll. 5. & priuilegio, & cuilibet uinculo; remittit Hoſt. de præbẽ. extirpandæ, uer. cum igitur [*Obſeruari*] talis autem eſt illa, quæ admittit præſcriptionem cum mala fide. unde illa ſublata oportet &c. & ſic continuatur quod ſequitur [*conſcientiam*] durantem. de pœ. diſt. 1. diuortium, & non ertoneam, ſecundum Vincen. & de hoc in glo.
4 ¶Secundat gl. ſig contrarium. & remittit, quærit, arguit pro & cõtra. & ſoluit. iterum quærit, & remittit. ¶Tertia gl. ponit opi. Io. cui opponit demum approbat illam. & dat ſimile. finis reſpondet per quæſtionẽ. ¶Vlti. glo. format. 3 quæſtiones. quas ſoluit, & in ult.
34 † casu probato iure tertij, qui se miscuit ad reum defendendum, iudex absoluet reum ab impetitione actoris; sed non condemnabit ipsum illi tertio: quia non d egit ad hoc. & hoc quidā intelligunt, ubi tertius erat in possessione iurium petitorum. Alii dicunt idem, & si non sit in possessione, dummodò ad eum de iure pertineat. Contra istos est, ut dicit Inno. ff. de rei uendi. is, à quo, & l. sequen. ff. de peti. hære. l. penul. ubi nō ob. contradictione tertij fit executio sententię. Solu. ibi non intererat, nec interesse poterat tertiæ personæ quo ad principalem causam, siue possessionem ipsius: quia ibi non possidebat. & ideò sibi non præiudicabat, si in alium transferebatur possessio, quam nō habebat. sed nec super proprietate fit præiudicium: quia ita fertur iusta sententia pro eo, & contra eum, cum quo lis contestata est, ut si possideret, ut in l. præ q alleg is, à quo. tamen quantum ad instantiam q iudicii posset interesse. adhuc tamen uidetur contra: quia si couentus sine dolo desiit possidere, ulterius non tenetur. ff. de rei uendi. si autem. §. 1. supra de excep. c. pe. solu. in illis. ll. is, à quo, & se. in culpa fuit condemnatus ex eo, quod transtulit possessionem in primum & in uictorem causæ sine cautione, de qua ibi, loquitur, scilicet quòd reum condemnatum seruabit indemnē contra alium agentem. ad idem. ff. ad l. Fal. l. dolo, & ff. si cui plusquam per l. Falci. leg. fu. hæc autem. §. hæc cautio. nam qui cautionem prædictam habet, rem ipsam habere uidetur quantum ad hoc, ut is, qui cauit, pro eo respondere cogatur. argumen. earundem. ll. r dolo, & hæc autem, r licet secus sit, quādo agitur noxaliter. ff. de noxali. si plurium. & l. si quis à multis. ueruntamen, si prior uictor uelit suscipere defensionē causæ præferendus est illi, qui nunc de nouo cœpit eam mouere, sicut & emptor possessor præfertur uēditori. ff. eo. tit. sæpe. & potest etiam appellare, si sentiat, quod feratur sententia contra eum, à quo habuit possessionem, argumen. hic, & ff. de appel. ab executore. & l. sequen. Si uero non offerat se defensioni, sed primum reum permittat agere, & feratur sententia contra ipsum reum, sufficit, si illi, qui de nouo obtinuit, cedat actionem ex stipulatione, quam habet cō tra eum, qui primò obtinuit, & per eam obtinebit, quòd restituat sibi rem, pro qua cauit; & si uelit probare de iure suo, non audietur: quia in culpa fuit eo, quia si confidebat de iure suo, defensionem causæ non assumpsit, uel quia non appellauit, & appellationem prosecutus non fuit non nomine suo, sed nomine condemnati. Si uerò primus reus condemnetur, ambobus, scilicet primò secundò actori antequàm à primo prædicta præstetur cautio, tunc ipse reus ei, qui primo cauebit, rem restituet, & alii contra illum qui cauit, cedet actionem. Alii tamen aliter dicunt; uide quod dicam in fine huius gloss. post Goffred. Item alia ratione non obstant prædictæ leges. ff. de rei uendic. is, à quo, & sequen. quia ibi neuter immiscuit se causæ alterius: imò uterque contra eundem

25 agebat super eisdem s rebus. & bene † fatemur, quòd s si unus uellet se immiscere ad adiuuandum reum cō tra alterius actionem, non esset admittendus propter præmissam rationem: sed & si ante litem contesta. tertia persona uelit se immiscere, & impedire, ne lis cum reo incipiat, non est audienda, dummodo actio competat contra reum. & eodem modo dicimus in causa matrimoniali procedendum, quando tres uel plures personæ simul occurrūt in ea, ut no. infra de spon. ueniens. i. Tertia tamen persona, & si non ad impediendum processum admittatur, ad auxiliandum saltem admittetur. poterit enim auxiliari nedum reo, sed actori etiam, dummodo sua intersit. ut si aliqua ecclesia prouocet in libertatem, dicens, quòd soli papę subeit. tali enim poterit papa assistere, ut patet in eo, quod le. & no. de confirma. uti. cum dilecta. §. quia uero. sed siue ecclesia appellet, siue non: tamen is qui assistit ei, causam suam super principali poterit de nouo incipere, & prosequi non per modum appellationis, sed à capite incipiendo & prosequendo, ac si nunquam fuisset appellatum, nisi in casibus, infra eo. quā uis, ſm Inno. cuius est mens totius huius gl. [*& in fi.*] duplex est hic litera: quia hic agit modo tantum ecclesia Oueren. glo. Ioan. & Vincen. sic erat, quia tantum Aurien. ecclesia hic agebat. formabat Goffre. hic talem

26 quæstionem, Pone, quòd † Abbas in propria persona defendebat contra unum episcopum, & contra alium in alio iudicio defendebat per sindicum, & eisdem die & hora uicit uterque episcopus; cui obediet Abbas? Respon. ꝙ ei, qui melius probauit, arg. de proba. licet, uel erit locus gratificationi, de iure pat. cum autem, & ibi concor. uel uterq; alterum impediet ex concursu. ff. de usufr. l. quoties, ut neutri obediat, donec inter se agant uel per quasi uti poss. uel per confessoriam, uel quasi negatoriam actionem, ut si appareat, quis sit potior in iure subiectionis: hæc procedant, ubi prius neuter possidebat.

ANNO-

ANNOTATIONES.

a ¶ Vt infra §.fi. Si monasterium non appellat,& sic tacitè cõfirmat sententiam contra se, tertius appellare potest,& proderit ipsius uictoria monasterio.l.si separatim. ff.de appell.si autem expressè illam approbat,appellatio tertij non proderit.l.non tantum,ff.eod.tit.argumen.à casu speciali,uide Barto.in d.l.à sententia,& in d.l.si separatim.

b ¶ Ex causa. Vide Bar.in l.qui repudiantis.§.fi.ff.eod.tit.& Io.An.in c.causam,qui fi.fint legit.in glo.ad ecclesiam,& Bart.in l.ingenuum,ff.de statu.homi.

c ¶ Superiori. Contra,quia appellatio etiam extraiudicialis deuoluit causam ad iudicem,ad quem ;& hoc tenet Ioan.Andr.de maio.& obed.dilecti,ad fi.suæ magnæ glo.& in decret.prima,de his,quæ fi.à maio.parte ca.

d ¶ In iudicio. Illam rationem de iniuria reprobat Bart.per l.eum,qui nocentem.§.fi.ff.de iniurijs:quia incognito non fit iniuria:sed ibi ponit alias rationes, ibi uide.

e ¶ Tertia persona. Vltra Ab.hic adde Ang.in l.si suspecta,ff.de ino.test.& Bar.in l.si perlusorio, ff.de appell.

f ¶ Cœptam. In quo statu,quo illam cœperit in esp.s.§.sanè,ut li.pen.lib.6.& poterit iste testes,& probationes producere,not.glo.in l.si suspecta,ff.de inoffi.testam. etiam post præclusam uiam primo agenti ad illos producendos,si ignorauit ante causam agi, uide Bart.in l.si perlusorio.§.fi.ff de appell.

g ¶ Suspecta. Potest remoueri actor à tertio, ad quem principaliter spectat negocium: aliàs non. & hoc,si ignorauit causam agi, uide Bart.in l.sæpe,ff.de re iudic.& in l.si perlusorio.§ fi.ff.de appel.& uide bonum tex.ad materiam in l.Titia,ff.so mat.uide tamen Io.And.infra in gloss.scilicet ex causa.

h ¶ Mihi præiudicat. Adde Alex. latè in d.l.sæpe, & Abb.consil.87.in 1.uol.& consi.3.1.uol.2.in c.auditis,de præscrip.

i ¶ Litem contest. Quemadmodum ex illo,qui detinet, & non possidet,usque ad sententiam potest dicere alium possidere,ut not.in l.is, qui se obtulit, sic & ille possidens id dicere potest.

k ¶ Defendente. Illa est prima expositio:quia tunc si succumbo,mihi præiudico.sed in eadem glo.demum dicit idem in sciente,& illam tenet Bart.quem ibi uide in pluribus q.ad materiam.

l ¶ Auditis. Quia hæc res,in quam fienda est executio, nõ uacabat: secus,si fuisset uacans;uide Ioan.And.in c.ueniens, el 2.in glos.in uersi.incontinenti,& Bart.in §.si super rebus,infra alleg.

m ¶ Perégre. Hoc ibi tenet Bart.alleg.l.quamuis,ff.de acqui.poss.& l.rebus.§.Iul.ff.ad exhi.sed Io.And.loqui in c.quoniam.§.quòd si super,in glo.quid si non nominat, ut lite non contest.

n ¶ Loquitur. No.hanc gl.in fi.quæ limitat.l.is, à quo,de rei uendi.uidelicet,quòd procedit,quando duo agunt cõtra unum, & unus eorum obtinet,tunc ille debet præstare cautionẽ:quia unus obtinuit,uenit postea alius,dicit,quòd non tenetur præstare illam cautionem,nec habet locum illa l.quod not.Bald.

o ¶ Impediretur executio. Adde Cardi.in Clemen.1.in 4.col.uersi.generaliter autem,de re iudic.& per Felin.in c.ueniens,el 2.de testi.& per Alex.in l.admo.§.si super rebus, de re iudic.

p ¶ Non egit. Facit,quod not.Io.An. supra in glo.quæritur,in prin.uersi.quid si,enim metus.

q ¶ Instantiam. Istud intellige prosequens dictum,& per no.per Bar.in prædicta l.pen.ff.de peti.hæred.

r ¶ Autem. Quia ex eadem instantia uictor huic tertio cogetur respondere,& non habebit tertius actor nouam instantiam inchoare,& hoc uoluit hic Innoc. & uide Bart.in prædicta l.pen.

s ¶ Eisdem. Hoc melius colligitur ex prædicta lege penulti. quàm ex lege is, à quo.

SVMMARIVM.

1 *Sententia contra absentem lata reuocatur absentiæ causa iusta probata, maximè ubi apparet iudicem circumuentum, & num.6.*
Diuisio capituli, ibid.
2 *Successor ut causam prosequatur inceptam, qualis esse debeat.*
Præsentatus ad ecclesiam, sufficit, si sit in minoribus, dummodo sit idoneus, & intra tempus debitum promoueri possit, ibid.
3 *Institutio clericorum potest ad Archidiaconum de consuetudine spectare.*
Inuestituram potest idem facere suo iure, ibid.
4 *De eligentis, uel præsentantis iure quo tempore constare sufficit.*
Electio, uel præsentatio si duplex sit, utra præferatur, ibid.
5 *Legatus potest audire prouinciæ causas, & eas delegare.*
Instructa minus sufficienter quando causa dicatur, ibid.ad dicti.memorati,& num.7.in fi.
Absoluere quis iudex possit ad impetitione, ibid.in fi.
6 *Absentiæ causa quæ esse debeat ad sententiæ cassationem.*
Alioquin, dictionis significatio, ibid.
7 *Appellatio ad Papam relictis inferioribus an & quando liceat.*
8 *Opinio ueritati an præiudicet, remiss.*
Causæ commissio quo casu hic de partium consensu dicatur facta, ibidem.
9 *Post sententiam definitiuam nulla appell. suspensam quibus casibus reaudiatur causa,& num.10.& 12.*
10 *Relatio duo debet, & quæ habere.*
Error iudicis in sententia si sit, quid iuris, remiss.ibid.
11 *In sententijs fatuum est exprimere causam, nisi in casu, & quo.*
Possessio sufficis præsentanti, ibid.
12 *Obtinere debet ille, qui probat.*
Sententia quæ ipso iure irrita, & quæ irritanda, ibid.
13 *Electiones, uel præsentationes duorum si fiant ad idem beneficium,*
Libellus earum qualiter conceptus admittendus, & quæ exceptiones contra eum, & quæ probare teneantur.
Ex non iure aduersarij, sed meo non sum admittendus, & quando, & quæ in causa, ibid.
Instituisse, uel confirmasse quem in beneficio Papa intelligitur per eius adiudicationem, ibid.uersi.& quia not. paulo post initium.
Sententia principis ius plenum confert, nec alijs eges adminiculis, ibidem.
14 *Epilogus, & suffragium glossarum, num.15.*
Sententiam suam, uel prædecessoris quis reuocare, non potest nisi in casibus, & quibus.§.in glo.sed qualiter, & num.18.§.2.
Contra sententias suas qui restituant, ibid.
Per pensionis perceptionem dominium nõ probatur.§.in gl.antep.
Cum uniuersitate quæ transeant.§.4.& num.21.& 22.
Creditor quibus iuribus utatur in pignore, eod.§ ad uersicu.sed an uia,& num.21.& 22.
Accedant quæ in uenditionibus.§.in glo.ult.& num.21.& 22.
Pignoris liberatio duobus modis hic contingere scribitur, ibid.
Vrbem cui committis princeps, quid ei dicatur commissum, ibid.circa fin.
Seruitus inutilis est quandoque, ibid.in fi.
15 *Additio glossarum.*
16 *Præsentatus à patrono quid iuris habeat, etiam quando secundus ab eodem præsentetur, non admisso primo.*
Potior quis sit, à pluribus si multi præsententur, ibid.
Variare an patronus possit, ibid. & num.17.
17 *Non præsentatum à patrono si instituat episcopus, quando cassabitur institutus.*
18 *Peremptorium exprimi ubi necessarium.*
19 *Delegatus uices suas an & quando committere queat.*
Testium receptio ab eo nunquid possit subdelegari, & cui, ibid.
20 *Subdelegatus non potest subdelegare.*
Per partem quando retineatur totum, & an acquiratur.
21 *Cum uniuersitate quæ transeant.*
22 *In genere licet, quod non licet in specie.*
Præsentare potest creditor nomine debitoris.

CAPVT XVIII.

a 1 Cum Bertoldus. Casus. Probata iusta causa absentiæ reuocatur sententia cõtra absentem lata, maximè ubi apparet iudicem circumuentũ.& sunt duę princip.partes.in prima processus narratio. in secunda ibi,licet autem, partis restitutio, auditoris datio, ipsius relatio, & Papæ diffinitio, suum motiuum cõtinens.Iterum prima subdiuiditur in tres: quia primo ponitur creditum, uacatio ecclesiæ,pręsentatio creditoris,institutio,& inuestitura pręsentati. secundò ibi, prædictus, præsentatio debitoris, & repulsio præsentati, mota per ipsum controuersia, & cõtra ipsum facta diffinitio.tertio ibi,Post modum cõtra sententiam petita restitutio,causæ delegatio,delegatorũ subdelegatio, & uictoris appellatio [Curiam]

forte

forte manerium. infra de sim. querelam, in prin. [*Eius*] scilicet Petri creditoris [*Successit*] uniuersaliter, † uel in obligatione hypothecæ; & non curo ex testamento, uel ab intestato successerit [*Asserens*] & mentiens [*Clericum*] sufficiebat, quòd esset in minoribus, dummodo sit idoneus. & infra debitum tempus promoueri possit, infra de institu. cap. 2. libr. 6. [*Eiusdem loci*] diuersa punctatio prius & post. & secundum alteram est sensus. quòd clericus erat de loco, quod est honestum, de cleric. pereg. cap. fina. [*Archidiacono*] ad quem † spectare poterat de consuetudine. infra de excessi. præla. cap. 2. & 3. sed ad episcopum de iure. de institu. cap. 3. [*Consensu episcopi*] hoc respicit uerbũ, Instituit. corporalem autem inuestituram potuit Archidiaconus facere suo iure de officio Archid. ut nostrum & cap. ad hoc [*dominus fundi*] asserens, quòd sibi retinuerat ius patronatus expressè, cum fundum obligauerat creditori, in an. [*Præsentauit*] [b]. & † licitè. ex quo primus elector, uel præsentator ius nõ habebat, quamuis de hoc non constaret. sufficit enim, quòd nunc de hoc constet; & sic soluitur, supra de electio considerauimus: secus, quando constat. quòd primi eligentes ius habent, licet priuati sint hac vice, vel priuari possint propter delictum suũ, ut & ibi not. & supra de electio. dudum. 1. & cap. auditis. at hic constat, quòd creditor in eligendo, uel præsentando nullum ius habet secundum Innocent. ut in sit. glo. [*Quæstione*] coram substituto superioris episcopi tunc mortui, à quo fuit appellatum ad legatum, ut patet in an. [*Legatus*] poterat ergo † audire causas prouinciæ, & illas etiam delegare, de offic. lega. cap. 1. [*Remisissent*] inclusas sub sigillis suis, infra de fideiuss. constitutus ad fin. supra de electio. dudum. 1. [*Memorati*] & sic fuit causa minus sufficienter instructa, ut infra sequitur [*Absolutum*] quod forte potuit: tum quia erat iudex appellationis. C. de temp. appell. l. ulti. tum quia de electione agebatur. supra ut lite non contesta. quoniam, frequenter. [*Eidem*] T. præsentato per uetum patronum [*Iustam † causam*] dixit Ioan. hic reprobari distinctionem legistarum, qui distinguunt. an absens cõstituerit procuratorem, an non. Item an habeat necessariam causam absentiæ. an probabilem. T. reprehendit Ioan. dicens hic nullam distinctionem reprobari. Non enim audietur, nisi probet iustã causam absentiæ [*Alioquin*] idest si sacerdos ille non ostenderet iustã causam [*Committentibus*] lite prius corám se contest. Vincen. [*Articulo*] scilicet an iusta fuerit absentia [*A quibus*] scilicet subdelegatis, uel forte delegatis [*Ad nos*] forte † finita erat legatio, & delegati forte subdelegauerãt in totũ, uel non fuit exceptum: unde dixit Innocen. ꝙ si petiuisset ad inferiores remitti, obtinuisset, ad quos ordinaria uia fuerat appellandum, licet & appellatio facta ad Papam tenuisset, uel ex certa sciẽntia & de plenitudine potestatis Papa recepit hanc appellationem forte, quia presbyter uolebat per curiam expediri. & sic non obs. de officio deleg. super quæstionum. § porrò. uel dic illã loqui in subdelegatis delegatorũ Papæ datorum cum clausula appe. re. & ibi de hoc [*Minus sufficienter*] forte, quia per non iudicem fuerat processum, supra prox. & sic colligitur, quòd non tenuit subdelegatio, uel qa de facto nõ plenè probauit; & tunc colligitur contrarium, secundum Hostien. [*Opinio*] concepta ex minus sufficienti probatione, Vincen. [*Veritati*] de hoc † supra de biga. nuper. & dic ueritati causæ principalis [*Concessimus*] forte de partium uoluntate, quamuis non tenuisset subdelegatio, uel appellatio: alias uidetur approbare acta coram subdelegatis habita, secũdum Hostien. Sed Innoc. not. per hanc literam, quòd † post diffinitiuam nulla appe. suspensa datur auditor, & examinatur, & cognoscitur de ipsa, quod est speciale, quando de beneficijs agitur, cum in ipsorum collatione adesse debeat omnis puritas, & abesse omnis surreptio, supra eod. cum olim, de electi. cum dilecti. nec ob. secundum eum, infra eod. cum inter. & cap. suborta: quia non loquuntur in beneficiis. uel dic, quod hic dicitur, locum habet, cum in tenore sententiæ ipsius deprehenditur iniquitas euidens, ut hic erat. nam falsum reperiebatur in eo, ꝙ A, habuisset possessionem iuris patron. Item in eo, quòd dicebat, quòd T. in probatione defecerat, ut infra, argu. ad hoc infra de purg. uulg. cap. 2. & uide quod nota. de frigi. fraternitatis, in gloss. propter quem, & quod super ea dixi, & quod dixi de probatio. quoniam, super ult. gloss. uel contingit hoc ideo, quia iudex ab aduersario dolosè circunuentus [c] fuit, ut patet ex sequentibus; & ideo bene potest sententia retractari. ff. de iudic. si prætor. uel dic hoc solum sufficere ad cassationem sententiæ quòd ordo iudiciarius non fuit hic seruatus. scilicet quia iudex probationes condemnati non uidit. C. de sent. & interloc. om. l. prolatam. uel dic. quòd ex quo apparet sententiam diffinitiuam per obreptionem. & dolum malum elicitam, ipse idem iudex, qui tulit, si ordinarius est, eã reuocare potest, argumen. ff. de dolo. cum à te. 35. q. 9. ueniam, & cap. sententiam. sed si sine dolo malò dicatur lata; tunc non reuocatur, ff. de iudi. li prætor. Idem dixi post ipsum Innocen de rescrip. cum dilecta, in gl. dicuntur, ad finem. uel dic, quòd licet à principio posset & deberet repelli is, qui petebat sententiam reuocari; si tamen admissus est de facto, & apparet sentẽtiam iniustè latam, reuocabitur. Et est ratio, quia ex quo cognouit, pronunciare debet. ff. de iudic. de qua re, & iustè & secundum allegata, siue probata. ff. de offi. præsi. illicitas. §. ueritas rerum. 10. q. 3. illa & ca. siue in opere, & capit. tunc iura; & hoc iurat iudex in auct. iusiurand. quod præstatur. §. & æquus ero, colla. 2. Si ergo ex allegatis apparet eam reuocandam, ipsam reuocabit, arg. ff. quæ sententiæ sine appel. rescin. l. 1. §. 1. uel dic, quòd hic admissus fuit beneficio restitutiõis. uel potius supplicationis contra sententiam propter absentiam, quæ licet minus sufficienter probata fuerit: tamẽ ex illa minus sufficienti probatione data fuit restitu. in integ. ad audientiam causæ, sic supra de restit. in integ. ex literis, ubi de hoc secundum Innocẽ. [*Fideliter omnia*] per hæc

10 duo † uerba not. Hostiens. quòd relatio debet esse plena, & fidelis. ad idem, supra de electio. dudum. primo [*Circumuentum*] cum iudex errat in sententia, vel processu; uide quod not. & dicam de pur. uul. capi. 2. not. Hostiens. retractandum, quod per circumuentionem factum est, ex quo de ipsa constat siue per tenorem sententiæ, & acta, ut hic, de restitu. spoliat. cum ad sedem, ad fi. ad hoc supra eod. causam: siue, quia aliàs liquidũ

11 est, supra eo cum olim [*In illa*] collige, secundum Hostien. quod fatuum est in sentẽtiis exprimere causam; de hoc supra eodem sicut. Item collige, quòd in causa appellationis exprimitur causa, quare prima reuocatur, ut ibi not. [*Possessione*] sufficeret enim possessio. secundum Pet. infra de iure patro. consultationibus, supra de electio. querelam [*Acceperunt*] non tanquam iuris patronatus possessores, sed ut in sortem illos computarent, secundum Vinc. [*Tum quia*] secunda ratio [*Attestationes*] quas nec uidit archiepiscopus, ut sequitur

12 [*Probasse*] & sic debuit † obtinere, de probati. ex literis; & ob hoc corrigitur sententia [*Tum etiam*] tertia ratio [*Partis*] scilicet illius B. clerici. & not. T. presbyteri [*Irritandam*] non dicit, Irritam. imò si in talib. sententijs non appelletur, transeunt in rem iudicatam. cum latæ sunt solum cõtra ius litigatoris, supra eod. cum inter: secus, si expressè contra ius scriptum, supra eod. capi. 1. uel si contra ius litigatoris, & communis boni republicæ, ut quia dicitur quis promotus simoniacè, argum. infra de simo. tanta, & quod ibi nota. & in causa matrimoniali,

moniali. & aliis. quibus seruata sententia damnaretur animæ: quia & tunc uolens probare contrarium, sem per audiuit: de hoc supra eo. consanguinei. Idem, si dicatur lata cōtra ius litigatoris & boni iudicialis reipublicæ: putta per falsos testes. uel falsa instrumenta, infra eod. cum I. & A. tunc enim nulla est in ueritate, sed ali qua in opinione: & de hoc dixi de excepr. cum veneta bilis. & his duobus ultimis casibus statur sententiæ donec fuerit nulla pronunciata, supra de fide instru. ac-

d cepimus. propter quæ not. hic Hostië. quatuor casus [d]. Vnus est, quando sententia est iniusta contra ius litigatoris, & transit in rem iudi. & sine peccato seruatur. 23. q. 4. qui peccat. quādoque est nulla. nec seruatur: ut si exptesse contra ius constitutionis lata sit, supra cap. primo, quandoque nulla est, sed seruatur, donec &c. vt prędixi. quandoque nulla est, & transit quasi in rem iudic. ut si dicitur lata per falsos testes, & triginta anni sunt lapsi; de hoc in præalleg. decreta. cum uenerabilis

13 [*Memorato. T.*] uidetur mirabilis hæc sententia, cum in princ. pateat sacerdotē pręsentatum & repulsum egisse contra clericum institutum, & possidentem, & hic Papa adiudicat ecclesiam presbytero nō confirmato; & certum est non confirmatum administrare nō posse, de electio. qualiter, de præben. cum iam dudum. Dicit Innocent. quòd presbyter primò perijt institui per diœcesanum, repulsus petijt hoc à legato. qui legatus discretè agens, ut dixi supra de transactio. decætero, in glos. not. quòd si quis. uocauit D. possessorem, qui excepit petitionem presbyteri repellendam propter suā canonicam præsentationem & institutionem, & allegauit locum non uacare, de concessio. præben. cap. 1. presbyter e contra negabat illum canonicè præsentatum; quia per nōn patronum, dicens suam præsentationem factam per uerum patronū: & quia mota hac quæstione finaliter. T. probauit intētionem suam, Papa adiudicat illi ecclesiam, per quod intendit illū con

e firmasse, uel instituisse [e], cum non sit uis in uerbis, de uerbo. significa. in his. Nam, vt dicit Hostien. sententia principis plenum ius confert, nec aliis adminiculis eget. C. de sen. pass. l. 1. & fi. & C. de testam. omnium. ff. de manumissio. l. apud eum. uel dic secundum Innocen. ꝙ presbyter ab initio perijt suam electionem cōfirmari per legatum, non obstante præsentatione, & confirmatione facta de possessione, ꝙ non tenebant. in hoc casu bene debuerūt admitti probationes istius. T. non solum super non canonica repræsentatione possessoris, sed etiam super sua canonica. alioquin, quantumcunque constaret possessorem minus canonicè institutum, nunquam adiudicaretur ecclesia petitori, nisi de iure suo probaret: sed potius esset possessor absoluendus, argum. ff. si ususfr. petatur, uti frui. 1. responso. & in eo, quod leg. & not. supra de probatio. ex literis, secundum Innocē. uel si uelis sic dicere. speciale est in beneficiis, quod male institutus ex officio remoueat, ex quo cōstat de minus canonica institutione; & ille, qui ius habet, instituatur, ut patet in eo, quod le. & no. supra de officio vica. capit. 1. §. fi. supra de cleric. pereg. cap. fi. infra de instit. cap. 2. ad minus pro petitore non dabitur sententia, nisi & de iure suo probet, ut patet in eo, quod leg. & not. supra de rescrip. olim, ad finem, secundum Hostien. sed & secundum Innocen. probationes. T. super mala præsentatione possessoris non sunt admissæ. nisi ad hoc, ut iustificetur præsentatio ipsius. T. unde si. T. nō iustificasset suam pręsentationem, uel si non probasset ipsam canonicā, non prodessent probationes suæ super mala repræsentatione possessoris habitæ, quātum ad ipsam cassandam: quia nec ad hoc fuerant inductę; & ideo videtur, quod tales petitiones nō essent admittendæ inter huiusmodi repræsentatos, Peto electionem meam cōfirmari, & electionem aduersarij cassari. inter præsentatos potius diceretur, Peto præsentationem admitti, & me institui &c. vt etiam dicit Guil. in uersicu. quem statim allegabo. in fi. Nam si super tali petitione contestetur lis, ex quo principaliter petitur cassatio esto. quòd actor nō probet in hoc de iustitia suæ electionis: tamen cassanda erit electio aduersarii. dūmodo probet aliquid. per quod debeat cassari, licet actor forte. uel ad hanc petitionē non fuisset admissus nisi ratione iuris sui: quia & multi sunt, q repelluntur. ut not. infra de accusa. super his. hoc & totum, quod sequitur in hac glo. uide in Specul. 4. parte, de electio. §. 1. pen. col. uersic. si verò duæ. & ibi; placet, quod statim sequitur, scilicet, quòd tales petitiones ad mittantur; alleg. de electio. dudum. 1. in fi. & capi congregato, de causa possess. cum ecclesia, in fi. cum enim sententia debeat conuenire petitionibus, ex sententiis latis in prædictis iuribus patet petitiones fuisse tales. Redeo ad uerba Innoc. secundum quem quidam dicūt, quòd & talis petitio admittenda est: sed tamen iudex non cassabit electum reum, nisi actor probet intētionem suam. est simile, quod dixi de offic. deleg. cum contingat, in gloss. quia melius. Sed & quicquid dicatur, & not. infra de iure patro. cum dilectus, & hic, hoc debet aduertere discretus & diligens aduocatus, quòd quando datur talis libellus, Peto electionem meam confirmari; & electionem aduersarij infirmari, statim contradictor potest dicere, Exprimas, quo iure petis electionem tuam confirmari, & meam infirmari. Si dicat actor, Peto meam cōfirmari, quia canonica est, statim potest subiungere contradictor, Charissime, multi sunt modi canonicæ electionis, scilicet per scrutinium, per compromissum, supra de electi. quia propter. quandoque etiam elegit quis iure suo; quandoque de uoluto, supra de electio. bonę. I. & C. cum Vinten. & cap. ne pro defectu. certifica ergo me de his, ut deliberare possim. ff. de edend. l. 1. & patet in eo, quod leg. & not. supra de libelli obla. cap. 2. & 3. uerum amē modica uis est in hac parte, & ei secundum simplicitatem canonicā non tenetur actor istos modos electionis suæ exprimere: sed sufficit, quod simpliciter proponat electionem suam canonicam; & ideo petit ipsam confirmari argum. in eo, quod leg. & not. supra de iudic. dilecti. ¶ In secunda uero parte libelli, in qua petitur electio aduersarij infirmari, est magna uis facienda. & ualde utile est, quòd petatur exprimi causa cassationis: quia si exprimat talem causam, quæ uergat in præiudicium ipsius actoris, puta quia facta est de homine illiterato, uel irregulari, uel criminoso, & ideo electio de ipso facta nulla est, & per cōsequens electionem de actore factam quamuis subsecutam non potuit impedire, audiendus est, supra de elec. cum in cunctis, & cap. congregato, infra tit. 1. constitutis, idest sin autem exprimat talem causam, quę quamuis legitima sit, tamen nō interest sua, ut si dicat eum ineligibilem, uel cassandum propter irregularitatem, uel crimē aliquod, sed non subiicit, in quo sibi prosit, uel obsit cassatio, non recipietur hæc secunda pars libelli huius; & si recipiatur, restringenda erit sententia ad pręiudiciū, uel utilitatem actoris, ut prædictum est: si tamen hoc fieri posset. alioquin, si hoc fieri non posset, & inueniatur electio iam confirmata cassanda, cassabitur, & imputet sibi reus, qui talem libellū recepit, & actorem non repulit, quod ante litem contesta. facere potuit, & non fecit. C. de anna. exceptio. l. fina. Institur. de exceptio. §. fina. secundum Innocen. Sed quicquid dicat Innocent. dicit Hostiens. quòd quilibet canonicus potest petere cassari electionem electi minus canonicè in sua ecclesia, uel quòd remoueatur prælatus minus canonicè institutus, esto, quod petens non sit electus, uel non intersit sua quo ad priuatam utilitatem.

sufficit

sufficit enim ei publicũ interesse; ut patet in eo, quod leg. & nota. supra de electio. statutum. quinimò uidetur, quòd non solum canonicus, sed etiam patronus, nec non & parochianus cuiuslibet ecclesiæ in hoc sit admittendus, saltem propter periculum animarum, argumen. 16. quæst. septima, filius, & in eo, quod leg. & nota. infra de rebus ecclesiæ non alienan. si quis presbyterorum, ad finem, & infra de cohabi. cleric. & mulier [f]. uestra, & si non dirigendo actionem contra electum, siue prælatum, ad minus tamen quo ad denunciationem superiori faciendam. argument. ff. de offic. præfect. urb. l. 1. §. quod autem dictum est, & institu. de his, qui sui iuris sunt. §. fin. & superior ad talem denunciationem, ut hic, inquiret secundum Hostiens. qui & sine aliqua denũciatione ex puro & mero officio suo idem facere potest, ut patet in eo, quod leg. & nota. infra de simo. licet Hely. quidam tamen secundum Innocenti. dicunt, quòd non est admittendus talis libellus, Peto cõfirmari talem electionem, uel processum meum, non obstante electione alterius. uel processu. uel peto electionem meam cõfirmari, & electionem aduersarii cassari. & ponunt exemplum in similibus dicentes, quòd nec talis libellus esset admittendus, Peto talem fundum, non obstante aliqua traditione, uel uenditione aduersario facta, uel peto centum ex causa mutui, non obstante pacto de non petendo; uel nõ obstante sententia contra me lata super hoc: sed certe isti minus bene dicunt. nam omnes isti libelli recipiendi sunt, ut talis colligitur: ff. de priuileg. credit. imperatores. ff. quod metus causa metum. secundo §. uolenti, & lege si mulier. §. fina. & l. sequen. quia & ueteres actiones utiliter competunt, quamuis extinctæ sint. ff. si ex noxali causa agatur, lege secunda. §. fina. ff. de capitis dimi. tutelas. §. si libertatem. C. si aduersus transactio. l. 2. C. de acceptila. l. finali. & hoc idem dicendum est in restitutione in integr. ut supra de restitutio. in integr. ex literis. In omnibus tamen istis causa exprimenda est in libello, scilicet quare nulla sit electio, uel processus, uel uenditio, siue pactum, uel etiam sententia: quia causa semper exprimenda est in libello, ut patet in eo, quod leg. & nota. supra de libelli oblatio. capitulo finali, & quia si super prædictis officium iudicis imploretur, ipsum nõ debet impendere, nisi & iusta causa exprimatur, de qua est cognoscendum, ut apparet. ff. de mino. l. 1. §. prætor edixit, & l. ita est. 1. & 2. dicunt tamẽ aliqui, quod in talibus libellis prius est cognoscendum de secunda parte libelli, quàm de prima. Sed tu dicas, quod de utraque cognoscetur simul, ut not. supra de restitutio. in integ. ex literis, & argumen. C. de loca. & conducti. l. si conductoris, & l. ne cui, & l. conductoris. prædicta locum habent, ubi aliquid accrescit actori ex dicta adiectione; & hoc etiam debet exprimere in libello. alioquin, si in libello non exprimat, quid sibi accrescit, nunquam est recipiendus libellus cum adiectione, quæ aduersario obest, & sibi nõ prodest, argum. ff. de rei uend. in fundo, & in eo, quod leg. & not. supra de rescriptis, plerumque. §. cum igitur, in princip. & hoc idem dicendum est de positionibus, & probationibus super eisdem faciendis, & si de ipsis nihil contineatur in libello, secundum Innocen. & adde hic, quod de supfluis & onerosis positionibus, & probationibus nota. supra de electio. bonæ. 1. §. contra legati, & de officio deleg. cum contingat. §. 2. & 3. secundum Hostien. & satis de confessi. capitu. 1. & 2. libro 6. [*Adiudicantes*] uide, quod dixi, de rescript. mandatum, in ultima columna. ¶ Tertia † glossa obiicit, & soluit. ¶ Quarta glo. respondet per obiectionẽ. glo. alioquin signat ↄ̃rium, & soluit. ¶ [*Glo. sed qualiter potuit*] obijcit, & soluit. ¶ [*Glo. sed qualiter deleg.*] obiicit, ponit opinionem, & soluit. ¶ Antepenultimam. gloss. obiicit, & soluit.

¶ Vltima gloss. respondet per quæstionem, an scilicet ius patro. transeat cum uniuersitate in creditorem [h]. allegat pro, & contra, & quid sentiat, non apparet. ¶ [*In † gl. 1. ibi, dolia*] hanc & prædictam uide infra, super ult. gloss. ¶ [*In glo. 4. ibi, §. ex eo*] uide ut lit. non contest. quoniam. super glo. si non potest. ¶ [*In glo. sed qualiter potuit, ibi. l. 1.*] non potest quis reuocare suam, uel prædecessoris sententiam: quod si fecerit, non est necesse appellari [*& ibi. §. ult*] præfectus urbis, & magistratus, & præfectus prætorio restituunt contra sententias suas [*& ibid. 4.*] si accusatore absente non contumaciter absolutus est accusatus, eo nõ obstante, apud eundem, uel successores causa tractatur. ¶ [*In glo. antep. ibi, una est uia*] uide supra titulo primo, auditis, super glos. penultima [*& ibi. §. 1.*] si conductor uendit rem, & eam ab emptore conducit, & uterque mercedem soluit, primus locator per conductorem possessionem retinet [*& ibi. §. ult.*] uide de obser. ieiu. capitu. primo, super glo. prima. ¶ [*In ult. glos. ibi, in modicis*]. emptioni maioris partis accedit modicũ loci sacri, uel religiosi [*& ibi, alia*]. l. aquæductus fistulæ, per quas ducitur. hoc dicũt primæ duæ leges, scilicet dolia, dicit, quòd uenditis horreis dolia in horreis defossa transeunt, si non sint nominatim excepta [*& ibi, cum uniuersitate*] ueluti in hæredem mariti, ut in hac l. [*& ibi, sed an uia*] ualet pactum, quòd creditor utatur uia, & actu, uel aqueductu, quàmdiu precium sibi solutum non sit: sed dicit Petr. & Abb. quod melius facit l. præ. si is qui. ff. de pign. ubi creditor tamdiu pignus tenet. quàmdiu pecunia soluatur, & in usuras fructus computat, siue illos percipiat, siue locet, siue inhabitet [*& ibi. l. 1.*] si amicus debitoris absentis citra emptionem liberauit pignora, ius pristinũ restitutum est domino. & l. 2. si creditor pignus obligauit secundo creditori, debitor soluendo, quod debebat, pignus recipiat [*& ibi, uersicu. cum urbem nostram*] ad eum, cui princeps urbem committit, pertinet, quicquid cõmittitur intra urbem, uel intra centesimum miliare. [*& ibi, obligatione*] hanc & duas sequen. uide de priuile. pastoralis, super ult. glo. [*& ibi. l. 1*] uide de iureiurand. ueniens, super glos. 2. [*& ibi, inutilis*] respicit experientiam, ut quia constituitur seruitus de aqua ducẽda per fundum, qui uenditur, cum tamen id nõ expediat cõstituenti, ut hac l. ¶ [*In † glo. 3. ibi, pastoralis*] dicebat Ioan. non fuit obiectum, uel agebat, ut procurator in rem suam [*& in fi.*] de electio. dudum. 1. & 2. dicebat Host. quamuis laici de gratia tolerentur in iure patro. tamẽ quãdiu tolerantur, præsentatus per eos habet ius non administrandi, sed petendi institutionem, donec alius præsentatus admittatur: sed admisso. 2. perdit primus ius petendi institutionem, & agit de iniuria contra ordinarium, qui illum repulit, ut in cap. pastoralis. ubi uerò diuersi à diuersis in eadem uacatione præsentãtur, sed semel tantum, potior est præsentatus à uero patrono; adeo, quòd remouet institutum ad præsentationẽ alterius, ut hic, nisi forsan ex quasi possessione putatiui patroni ille iuuetur, de iure patronatus, consultationibus. Sed Innocẽ. dicebat hic patronum post præsentationem per se factam superiori nõ posse uariare cũ effectu, sicut nec postulans, de postu. bonę. 2. ex quo sequitur, ꝙ ius habet præsentatus saltem ad implorandũ iudicis officium pro institutione ecclesię, maximè qñ uacat, uel habenda est pro uacante: quia institutus nõ est in ea canonicè institutus, ut hic. & idẽ putat in postulato, postquã superioris consensum haberet, quòd posit tale officium implorare; prius nõ: secus est, ubi esset alius institutus ad secundam præsentationem patroni etiam cum iniuria primo præsentati, infra de iure patron. pastoralis. tunc enim si non uacet ecclesia, implorationi iudicis officii nõ est locus: sed ubi alium non præsentauit, uel præsentauit, & institutus non est,

uel

uel minus canonicè habet locum imploratio iudicis officii, ut dictum est. nec ob. quod quidam opponunt dicentes, patronus potest mutare præsentatum. ergo, dicunt ipsi, præsentatus non potest petere ecclesiam. non enim dicimus, sicut & præmisimus, quòd præsentatum possit mutare sine superioris licentia, & etiam episcopus, qui non admittit idoneum, peccat, & exinde ei remanet obligatus, infra de iure patro. pastoralis.
i Sed nec sequitur hoc argum. patronus potest uariare, siue mutare uolũtatem suam, ergo præsentatus ab eo non potest agere, sicut & uides in uenditore, qui rem
k uni uenditam alii uendere potest; & tamẽ antequam alii ipsam uendat, pœnitere potest [k]. siue enim uenditor pœniteat ipsam uendendo, & tradẽdo alii. C. de rei uenditi. quoties, siue non; semper tamen emptor contra ipsum actionem habet. ff: de actio. empti. & uendit. ex empto, & de hoc supra de fide instrumẽ. cum Ioan. in gloss. a. & super ea dic, ut dicam infra de iure patro. cum autem, quòd patronus laicus nõ uariat, sed accu
17 mulat; & sic cessant aliqua ex prædictis. Sed qd † dices, si episcopus instituat alium, quàm representatũ à patrono? Respon. cassabitur institutus ab episcopo. 16. q. septima, decernimus, nec ob. infra de iure patro. pastoralis: quia ibi loquitur, quando secundò præsentatum ab eodem patrono instituit. nam & patrono uariare licuit, vt ibi. sed nec ob. supra de officio legati, dilectus. responde enim, ut ibi not. Alij dicunt, quod agit tanquam procurator in rem suam. & est hic expressum, ꝙ si episcopus sine representatione patroni aliquẽ instituit, factum episcopi cassatur, infra de iure patro. illud, uel dic hoc contigisse, quia constat institutorem errasse, uel in facto, uel in iure. nam habens rem obligatam representare non potest. Institutor autem contrarium credebat, & ideo eius præsentatum admisit, secundum Inno. unde secundum Host. per consequens patet, quod in iure errauit; quare processus eius est reuocandus, ut patet in eo, quod leg. & not. infra de concessio. præben. ex parte Asten. illud autem indubitatum est, quòd institutus ab ordinario sine representatione patroni regulariter est ab ecclesia amouendus, ut hic patet, & 16. q. 7. decernimus. infra de iure patro. illud. regulariter ideo dixi, quod fallit in casibus, puta propter delictum patroni, qui minus idoneum præsentat; quod dic, ut plenè not. supra de suppl. neg. prælato. cap. 2. §. fin. uel propter eiusdem negligentiam, scilicet quando infra quatuor, uel sex menses non representat; quod dic, ut leg. & not. infra de iure patron. cap. 1. & 2. & cap. eam te, & ca. cum propter discordias, secundum Hostiens. ¶ [*In glo. 4. ibi, statutum peremptoria*] est er
18 go † necesse, quòd exprimatur hoc casu peremptorium, ubi unica fit citatio; de hoc. 24. q. 3. de illicita, in fi. magnæ glo. & in Spec. de cita. §. uiso de temporum, uersi. aliàs autem, & uersic. quid si lata, & scripsi de ac
l cusa. ad petitionem 1. non sic in causis, in quibus sine figura proceditur per Clem. de uerbo. signifi. sæpe, circa finem. ¶ [*In glo. alioqnin, in fi.*] caueat etiam delegatus, ne nimium tardet, de offi. deleg. consuluit, secundum Hosti. ¶ [*In glo. sed qualiter potuit, ibi, in integ. restit.*] eo modo potest, cũ sit generalis legatus: secus, si esset specialis delegatus secundum Vincẽt. & de hoc dixi, infra de accusa. qualiter. idest super glo. 1. ¶ [*In glo. sed qualiter de-*
19 *legatus, ibi, uices † suas*] certum enim articulum. puta receptionem testium sine iurisdictione committere potest secundum Innoc. puta, si articuli, interrogatoria, & omnia sunt plenè examinata, & numerus testium li
m limitatus ita, quod nudus auditor est is, cui fit [m] commissio, de offic. delega. super quæstionum, secundum Hostien. & uide quod ibi dixi super gl. si ergo. uel dic, ut uidetur melius secundum Inno. ꝙ aliud est recipere testes: aliud scribere attestationes. is, cui cõmissa est testium receptio, illam alteri committere non potest: quia in hoc electa est eius industria. de offi. deleg. cap. ult. sed scribere attestationes, committit alteri: quia eligit tempora, argum. infra de appell. cum causam, Hostiens. in hoc contra, quia licet electa sit opera: non tamen substituet sine consensu eligentis. ff. de solutio. inter artifices. & certum est, ꝙ multa potest in his tabellio. Item talis confidit de electo, qui non cõfideret de substituto. sed secundum Innoc. receptor testiũ habet discernere, & iudici scribere, quanta fides &c. ff. de testibus. l. 3. de fideiussio. constitutus, & refrenare multitudinem. ff. de testibus. l. 1. testem uacillantem capere, & punire. C. de testi. l. nullum. examinare articulos, interrogatoria, & si. ex quibus patet industriam eius electam. quare nõ committit tabellio, & quandoque ad mandatum receptoris secundũ hoc interrogat & examinabit testes etiã in absentia receptoris. & si aliqua adiiciat contingentia factum. & respondeatur, bene ualebit. Tu dic, ꝙ quamuis iudex possit committere tabellioni receptionem testium quantum ad scribendum, non tamen quantum ad examinandum, infra de consan. & affin. cap. 1. & Inno. hoc ultimum non placet, & de facto seruatur contrarium; ad hoc. C. de fide instru. iudices, & auct. ibi signata, Hos. & Clem. de offi. deleg. iudices, & de his in Spec. de teste. §. nunc tractandum, uersi. item ad officium [*& ibi. quidam*] Azo & Vin. quibus uidetur consentire Guil. in Spec. de lit. conte. in fi. [*& ibi, nulla*] infra de procura. cap. 1. & 2. responso. lib. 6. [*& ibi, uel dic*] secundum Lau. & Tan. [*& in fi.*] uel dic, ut not. de offi. deleg. is cui, lib. 6. in ult. glos. Quidam di-
20 cebat † subdelegatum subdelegare posse, secundum cano. sicut coercere, supra de offic. deleg. literis; quod est falsum. ¶ [*In glo. sed uidetur, ibi, ubi de hoc*] & uide quod ibi
n dixi super [n] glo. pen. [*& ibi, quamuis. §. 1.*] dixit hic Tan. Ego dico cum Vincen. quod ubi prius quis habet possessionem totius, per partem retinet totũ: sed per par-
o tem [o] non acquiritur totum, argu. ff. de seruitutibus. l. pro parte [*& ibi, patrono*] & non patrono, ut infra de
21 censi. quanto p. ¶ [*In glo. ult. ibi, cum † uniuersitatem*] hoc tenet Tan. Vinc. & Goff. [*& ibi, alia iura*] non tamen uasalli, nisi id exprimatur, in lib. feu. si de feu. contro. fu. c. in generali, & de capita. qui curiam uendit, an intelligibe. uen. capi. 1. ubi satis de hoc [*& ibi, de fun. do. l. 1.*] & ff. de acqu. rerum dominio. l. quædam. Item in casu. ff. de leg. 3. patet. §. fundum. uide in suffr. de test. Rainaldus, super glo. in forma. ad idem. ff. de decur. l. decurio, quã uide in suffragio, ne ele. uel mona c. 1. & ff. man. si mandauero. §. Iulianus. ff. de act. empt. si mercedem. §. si cũ fundum, pro empto. l. 2. §. Stichum. C. de reli. & sump.
22 fu. si sepulcrum. his concor. quod dicitur, licere † in genere, quod non licet in specie; de quo uide supra de officio ordina, cap. si sacerdos. in 2. & super glo. 2. [*& ibi, sed alia ratio*] Idem Phil. Innocen. & Host. sed Dama. in quæstione sua prima, de iure patro. dicit, quòd præsentare potest creditor nomine debitoris [*& ibi, ei, qui fundum*] illud intellige, ut nota. cod. titul. quoties. dicebat Tan. post gloss. Ioann. quæ hic finitur, allegando dicta sunt, quæ dicuntur ultimo: sed quod prius dictum est simpliciter uerum est. Glossator uero sic loquitur in parte, quæ sequitur, ꝙ quid sentiat, non apparet. credo tamen, ꝙ adhærere uoluit Tan. & sequentibus.

ANNOTATIONES.

a ¶ Probata. Not. hic ultra alia, quòd deducta nullitate sententiæ ex una causa, si sententia potest detegi nulla ex alia, nulla pronunciatur, licet nulla non detegatur, & deducta etiam dicitur in appellatione, ut l. suo. ff. de appell. nam dicitur ad causam hoc deductum: quia impedimentum legitimum nõ fuit probatum, se uelle restringere. Item quòd ubi ex relatione sententiæ habita ad acta ex actis

incerta

in certa sententia colligitur euidēs iniustitia, si iudex expressè pronunciando se retulit ad acta, sententia est nulla. facit pro his, quæ scripsi supra eod. inter cæteras. & sic uidetur casus pro not. in cap. quoniam, supra in fi. de proba. sed mihi uidetur, quòd uerbum, Iterandam, hic positum sonet in contra. & quòd super eo scribit Ioan. Andr. de quo etiam Cyn. in l. 1. C. de erro. aduo. item, quòd sententia lata, quia non est probatum, si ex actorum productione apparet probatum esse, sententia est nulla. item quòd sententia lata sola parte actorum recepta, & sic causa non sufficienter instructa, est nulla, ideo in cap. cum nobis, & capitu. dudum, de electio. dicit, quòd debet supersedere, dic, ut supra glos. uersi. irritandum, sonat contra, sed duobus modis potest intelligi, Archid.

b ¶ Præsentauit. Quod ius habeat præsentatus nondum admissus, ponit hic latè Abb. adde Egi. Belle. cōclusione Rotæ. 177. item Rota, de præbendis. 16. in nouis, & Oldr. consi. 182. in fi.

c ¶ Circumuentus. Fuit ergo sententia nulla, quia lata contra absentem: secus, si contra præsentem: quia tunc opus est appellar. uide Bart. in l. si is, ad quem, ff. de acqui. hære. & in l. si prætor, infra alleg. & de re iudic. l. diuus.

d ¶ Quatuor casus. In hoc an possit retractari sententia, quæ transijt in rem iudicatam, de cuius iniustitia apparet, quia de hoc tangitur in cap. cum dilecta, de rescrip. in cap. fraternitatis, de frig. & in cap. ex tenore, de appell. quod potest, gloss. in Clem. si appell. de appell. & facit not. in cap. quoniam contra, in fi. de probat. & cap. quia plerique. de immu. eccles. potest dici, quòd quandoque postquam sententia transiuit in rem iudicatam, de iniustitia constat ex confessione partis, tunc potest retractari, ut in cap. quia plerique, per Innocen. quandoque constat ex probationibus de uoluntate partium, tunc si fiant coram iudice appell. tunc non potest retractari, ut gloss. in Clemen. si appell. & Hostien. in capitulo ex tenore, de appellat. quia sententia transiuit in rem iudicatam, ergo appell. nulla, & sic iudex incompetens. si uerò alias competens, tunc bene posset retractari, quia licet præsumatur pro sententia; tamen istæ proba. inducunt notorium, secundum Archid.

e ¶ Instituisse. Contra hoc facit cap. super eo, de offic. deleg. & Clemen. auditor de rescrip. ubi post pronunciationem, quod beneficium sit uni debitum, habet sequi collatio: sed dici potest illa iura in inferioribus à Papa loqui, hic in Papa. sed adhuc contradicit, quòd dicitur, quòd sententia non quæritur dominium sine traditione, ut not. institu. de offi. iudic. §. fina. per glo. uide pro solutione Ioan. And. in cap. cum nostris, de concessio. præben. in glo. multum iuris, uel solue, quòd hic in Papa.

f ¶ Et multe. Vide glo. quæ incipit, quorum interest, in cap. ut circa, de electio. lib. 6. & super illa Ioan. Andr.

g ¶ Sibi non. Quia causa actionis debet concludere ad actionem necessariò, ut not. de libelli oblatio. cap. 1. & per Bart. ff. de eden. l. 1. & per Cyn. Bart. Bald. & Salic. in l. edita, C. eod. titu. præiudicium ergo rei, si non concludit ad utilitatem actoris, non debet in libello admitti, & hoc uoluit tota illa glo. Innocen.

h ¶ In creditorem. Adde, ut non procedat, quando creditor pignoris habet restituere fructus, uel eos computare secundum Rofredum Beneuentanum in suis libellis iuris canonici in quarto, de iure patro. & idem Abb. in c. ex literis. 2. col. eod. tit. & Pau. de Cast. consi. 55. incip. uenerabilia uit.

i ¶ Procurator. Idem not. infra in proxima additione, uersic. alii dicunt. & ex hoc apparet, quòd agit nomine patroni ad utilitatem tamen suam, uide glos. & Bart. in l. si quis rem. ff. de procur. & in l. præcedenti. §. fi. & in l. qui stipendia, C. de procur.

k ¶ Potest. Primus emptor, & an l. illa, quotiens. locum habuerit in cleri. uide Ioan. Andr. de his, quæ fiunt à prælato, continebatur, in sua gloss. prima, scias tamen, quòd uendens duobus tenetur pœna falsi. l. qui duobus. ff. ad leg. Cor. de Falc. & quid in aliis contrahentibus, ibi uide Barto.

l ¶ Petitionem. Vbi uide Ioan. Andr. in gloss. nunquid appellans. & Bart. ff. de iudic. ad peremptorium. & in extrauagan. ad reprimendam: & uide supra eodem consanguinei. in gloss. penultima, & super illa Ioan. Andr.

m ¶ Is cui sit. Nota. tamen glossam in capitulo Is cui, de officio delegati, libro sexto, quòd quando delegatus ordinarii habet specialiter concessionem, quòd potest subdelegare, Bald.

n ¶ Dixi super. Et uide Ioan. Andr. in capitulo in literis, de restitutione spoliatorum, in glossa magna, uersiculo generali, & uersiculo præcedenti, & Bartolus in lege possidetis, in principio. allega. in glossa, & in lege prima. §. si quis hoc interdicto, ff. de itinen. actuque priuato.

o ¶ Per partem. Ad materiam uide nota. supra de præscription. auditis, & Bartol. in lege prima. §. si quis, de itiner. actuque priuatio. ibi idem, quod hic, & nota. in capitulo cum dilecta, de præbend. Bald.

p ¶ Quanto. Solutio ergo pensionis non probat ius patronatus, sic nec probat exceptionem, quia non probat hoc esse &c. C. de probationib. ad probationem; uide bonum textum in capitulo si Papa. §. si uerò, de priuileg. libro sexto, & eodem titulo, recepimus, in antiquis.

SVMMARIVM.

1. *Papa in sententijs, quas profert, iuris ordinem seruat.*
   Ab iniurijs abstinere debet, quamuis non sit astrictus legibus, ibidem.
2. *Lis contestari quando intelligatur in curia Roma.*
   Curiæ Romanæ consuetudo habet multa specialia, ibid.
   In exemplum non trahenda quæ, ibid.
3. *Aequitatis uigor, seu rigor in quo obseruandus.*
   Subtilitas approbatur hic, ibid.
   A similibus ad similia procedendum, ibid. ad dictio. similibus, & num. 7. in fine.
4. *Exemplis non est iudicandum, nisi principis.*
   Sententia principis quibus casibus ius faciat, ibid. & nu. 7. & 8.
   Pro principe præsumitur, & in quibus, ibid.
5. *Dispensare sine causa neq; summus pontifex debet.*
6. *Epilogus, suffragium, & additio glossarum.*

CAPVT XIX.

1 Si duobus. Casus. Superior † ad quē tuus aduersarius appellauit, si ignorat te super eadem causa ad Sedē Apo. appellasse, te corā ipso comparere nolentē poterit excōicare: hoc primo, scdō dr. q de ciuili iudice, qui non sit de tpali iurisdictione ecclesiæ, nō appellatur ad Papam. 2. ibi, Denique. Et, vt 2 † dixit Inn. hęc decr. locum hēt, qñ ex sententia uterq; litigantium reputat se grauatum. non enim grauato appellante ad archiepiscopum, non grauatus diceret possēt, & ego appello ad Papam, uel uolo, q appellatio tua agatur coram Papa: quia non appellati, sed appellātis est eligere iudicem appellationis. potuisset tñ f̄m eum habuisse locū in aliis casibus per antiqua iu3 ra, f̄m quæ licebat appellare sine causa [*Ad † nostram*] idem uī de legato, supra de offi. le. c. 1. f̄m Hos. de hoc in Spec. de app. §. nunc tractemus uer. quid si à sententia [*Sui iudicis*] i. proximi superioris suo iudici, coram quo litigabat. Inn. [*Diem appellationis*] prosequēdę qui per appellantem, uel iudicem moderatur, supra eod. 4 personas. & c. cum sit [*Tacito*] licet igitur tacere † ueritatem noceat impetranti. nō tñ ius suum prosequenti. nec enim tenetur quis ꝯ se allegare. de proba. c. 1. & dicam infra [*Citatus*] coram iudice minori. tenebatur ergo uenire, uel mittere, sic infra eo. cum parati. Hos. [*Compeuit*] idem, si illicentiatus recedit, de quo remittit Host. supra de do. causam [*Promulgatam*] per mino5 rem iudicem [*Cognouit*] quid ergo si aduersarius † certus est, sed iudex ignorat? dicunt quidā, ut refert Inno. q tunc mero iure tenet excōicatio, processus, & mul ta imposita contumaci: tñ irritabitur in causa appellationis. Alij ꝯ. q nō irritabitur: quia sic ꝯ quem lata est fem̄tia, petat illam irritari, oportet eum causam assignare, quam si assignet dicēs, Tu sciebas, q ad Papam appellaueram, ille respōdet, & tu sciebas, q ad archiepiscopum appellaueram, coram quo prosequi poteram, quāuis præfertur tua, si illā prosequi incepisses; a uide, quod dixi de constit. cum M. in glo. diuersa, uel si hoc coram archiepiscopo allegasses, f̄m Inno. & allegabit f̄m Host. q uideatur tacendo tacitè suæ appellationi renūciasse, infra eo. solicitudinem. §. fi. nec est quid imputari possit archiepiscopo ignoranti. unde f̄m Innoc. si archiepiscopus sciret, nec citare deberet, nec in aliquo procedere, nisi de cōsensu partium, cū ex quo hoc nouit, iurisdictionem ad Papam sciat deuolutam. & ideò nec teneret citatio, nec per ꝯñs eius sententia in hoc casu, ar. C. ne de stat. defun. l. pe. Si aūt b hoc ignorauit, tenet sua citatio, & excōicationis sen c tentia, & processus ita, q si lis fuit contest. corā primis iudicibus in causa appellationis, q cedet lite non contest. f̄m id, quod legitur, & not. in c. per tuas, & ēt si sit de casibus illis, in quibus non contestat lis, de quibus legitur, & not. s. ut lit. non contest. qm̄, in eisdē lit. non contest. proceder. & est rō, quare tenet processus: quia ignorantia facit ualere in his, quæ fiunt ratione publici iudicii illa, q alias non ualerent. ff. de offi. præto. Barbarius C. de test. l. 1. f̄m quosdam. uel dic, q melior est ratio hęc, i. quia cum ordinarius iudex sit, in causa appellationis, & in aliis suis casibus mero iure tenet, qđ ab eo fit, nisi per appellationem, uel recusationem iurisdictio suspendatur, infra eo. solicitudinē. Sed dices, nonne in quæstione præmissa dēt aduersario nocere sua scientia? respon. nō, qa sciētia unius cū scientia alterius compensetur, sicut & delictum cū delicto. j. de adul. c. pe. & dolus cū dolo. ff. de dolo. si duo, & culpa cū culpa. ff. de compen. si ambo. sed & cū uterq; litigātium sibi adinuicē aduersentur, non tenetur vna pars ius alterius partis pro ipsa & ꝯ se allegare, arg. in eo, qđ leg. & no. ꝯ. de proba. c. 1. licet iudex nō debeat admittere petitionem appellantis ad eū, si ueritatem nouit. nam si ipsam ignorat, tenet processus suus, ut dictum est. imò plus uī dicendum, i. q si postquam incipit sequi litem appellationis coram archiepiscopo, is, q ad ipsum appellauit, & aduersarius legitimè citatus, contumaciter renuat cōparere, & ideo procedat archiepiscopus in appellationis causa, si idem cōtumax postmodū ueniat, & ad impediendū proces. dicat se appellasse ad Papam, nō est super hoc audiendus, sicut nec audiretur, si in processu semper pñs fuisset, & hoc tacuisset: quia qui abest cōtumaciter, nō minor est pñte, in auct. ut oēs obediant iudici. §. si aūt ille, coll. 5. & no. supra de dila. præterea. & est si. qđ nō de elect. c. 1. li. 6. in gl. ubi enim hoc ēt dicimus f̄m Inn. q si vna pars tium vadat ad superiorem, ubi appellatum non est, & scienter falsò dicat se appellasse, vel dolo taceat se appellationi, quā fecerat, renunciasse, & ideo iudex hoc ignorans procedat ad sententiā, totum erit, quicquid egerit, reuocandum, vel per cōdictionem sine causa, b uel per restitutionem in integrum ex generali clā, vel per querelā falsi. ff. de iudi. si prætor, & patet in eo, qđ leg. & no. supra de rest. in integ. ex literis, & de exce. cū uenerabilis. §. intelleximus, versi. si. uide. qđ ꝯ hoc no. Cōpo. in decr. super literis, de rescr. ubi dixi post glossas, ut in uersic. item quærunt. In casu aūt, in quo hæc decr. loquitur, non dr dolo facere ex hoc, q tacet appellationem ad Papam factam, quælibet alteri præfeſratur: si m̄ aduersarius hoc taceat, nec excipiat, tenet processus habitus coram archiepiscopo ignorante, q & si hoc sciret, posset tñ hoc mō citare illum, qui ad Papam scit appellasse, ut tali die comparcat, si eligeret causam appellationis prosequi coram eo, f̄m Inn. unde dicit Hos. q fieri debet de hoc fides, i. q archiepiscopus hoc sciuerit; alleg. de rescrip. cū contingat. Dat Host. talem regulam, q si iudex sciat se non esse iudicē, uel non debere procedere, & procedat, nō ualebit d processus, ut hic. & ff. si quis in ius uo. l. 2. in fi. saluo e eo, quod not. supra tit. t. ad probandum. Si aūt sciat se esse iudicem, ignoret aūt impedimētum processus ex alieno facto proueniens, dēt esse probabilis ignorantia excusata. arg. infra de cle. ex. mini. apostolicæ, licet in suo facto nō sit error probabilis, supra de rescri. ab excōicato. & est simile, infra eo. dilectus. §. fi. hæc autē hñt locum tīr. nam in casibus, in quibus appellatio ēt frustratoria ad Papā facta defert statim negociū inso lidū ad curiā, nullus erit processus archiepi, quātumcunq; ius ignorātis, sicut patet in casibus sedi apostolicæ reseruatis; qđ die, ut legit, & no. j. eo. vt debitus, in fi. & de accu. cū dilectus. §. unico. & est rō, quia in quibusdam ex illis metropo. nullo modo iudex est. in aliquibus autem & si iudex sit, tamen statim appellatione emissa definit esse iudex, ut patet in eo, qđ ibi not. hoc aūt certum est, q processus coram non suo iudice habitus nullius est momēti, vt patet in eo, quod legitur, & not. supra de iud. at si clerici. 1. respon. hoc autem Intelligi deber, quando appellatio saltem ad partem peruenit. hoc enim necesse est, q ad iudicem per ueniat appellatio, uel ad partem, arg. in eo, quod legitur & not. supra de procur. auditis, & c. mandato, maximè

ximè cum nemo appellet nisi à iudice, uel à parte, nisi ubi iustus metus excusat, ut infra c. si iustus metus, & de hoc not. plenè infra de crimine falsi. c. fi. sup uerbo, ad renunciandum, ſm Host. uide ad materiã quæstionem. quam posui super regula, scienti, de reg. iur. 6 lib. 6. [*Appellasse*] parum iuuant† ergo ſm Pe. & Abb. appellationes. quas aliqui, timentes processum ordinariorum, faciunt coram testibus in occulto, ex quo enim ignorãt ualent processus ipsorum, & hoc, si certificari potuerunt: aliter secus; de hoc infra eo. sugge- 7 stum [*Iudicium*] idest sententiam. T. & facit quod not. de reg. iu. in iudiciis, lib. 6. [*Nostræ temporaliter*] dicit Ho. hic arg. expressum, ꝙ laici subiecti ecclesiasticæ temporali iurisdictioni in his, quibus discrepant leges & canones, nõ sunt iudicandi ſm leges, sed ſm canones. Remittit, de test. cum esses, & c. seq. infra eo. Romana. §. debet, lib. 6. procedit autem hoc arg. ex hac decr. ut exprimunt Petr. & Abb. quia hic loquitur de appella. interposita etiam ante sententiam, quam tamẽ leges non admittunt, infra eo. super eo. 2. cõcor. quod dixi supra de fo. competẽ. licet. 1. in fi. [*In aliis*] qui subsunt principibus, non ecclesiæ [*Etsi*] pro quamuis, Tan. [*ecclesia*] generalis, uel specialis quarundam partium, quod plus placet [*non tenere*] nisi in casibus not. de fo. 8 compe. licet ex suscepto, inno. ¶† Secunda glo. ponit 9 duas lect. ¶ Tertia glo. obiicit, & soluit. ¶† *In 1. glo. ibi, imperatores*] si ad imperatorem appelletur, saltẽ omisso præside, remittit causam ad præsidẽ. ¶ *In glo. 3. ibi. §. 1.*] ibi sic dicitur, Is, qui ad maius auditoriũ uocatus est, si litem inchoatam deseruit, contumax nõ uidetur [*& ibi, si quis ex aliena*] uide de accu. ueniens, super ult. glo. [*& ibi, prætorem*] ut hoc ipsum sciatur, an iurisdictionis eius sit, ut ibi. ¶ [*In 4. glo. ibi. l. 2.*] uide quod dixi supra glo. proxi. [*& ibi. l. 1. in fi.*] uide de senten. excom. cum 10 ab homine, super 1. gloss. ¶ *In † glo. 1. ibi, argumentum expressum est*] infra eod. dilecti. ultimo. ¶ *In glo. 2. ibi, episcopum*] secundum Tan. qui exposuit, sui iudicis, idest episcopi, qui suus iudex est. ¶ *In gloss. 3. ibi, solutio*] secundum Lauren. & Tan. [*& in fi.*] de hoc infra de accusa. ueniens, in ultima glo. ¶ *In glo. ergo si, in fi.*] & infra de regulis iuris, cum, qui certus, libro 6. ¶ *In glo. pen. in fi.*] de testamen. Rainucius, & Rainaldus.

ANNOTATIONES.

a ¶ Diuersa. Valet enim iudicium coram diuersis habitum, ut ibi nota. & hoc in ciuili. in criminali autem, quid iuris, unde plenius Bart. in l. sepulchri, ff. de sep. uio. à prædictis excipe causam, de rescrip. dispendia. §. reus quoque, lib. 6.

b ¶ Ignorauit. Quia ratione dubii potest esse iudex iuxta nota. in capitulo ueniens, de accusatio. & cap. super literis, de rescriptis, cum materia, Bald.

c ¶ Excommunicationis. Contra, quia in tali sententia ueritas, & non opin. attendi debet, & talis iudex in ueritate non est iudex, & hoc uidetur tenere Ioan. And. ponens dictum Vin. in c. significantibus, de offic. deleg. quod ponit non ibi, sed in Specu. de expen. §. si ante, uersicu. sed quis, in cap. impetrantem.

d ¶ Non ualebit processus, Adde Abb. hic, & nota quod si tacitus fuit contu. nunquid per contumaciam uidetur prorogata iurisdictio. l. si qui ex consensu, & ibi Bald. C. de epi. audi.

e ¶ In fi. Idem not. supra uersi. unde secundum Innoc. & uide Ioan. And. de dila. præterea, in glo. ma. & Bart. in l. 2. hic alleg.

SVMMARIVM.

1 *Appellans auditur etiam post biennium, qui prius prosequi non potuit.*
Impeditus anno primo non necesse habet ante eius finem petere secundum, sed eo finito peti poterit, ibid.
2 *Appellationis prosequendæ tempus quando incipiat currere, & quando prosequi sufficiat, & finire prosecutionem, nu. 3. & 13.*
4 *Impedimentum prosecutionis appellationis per legitimam probationem ostenditur.*
Prosequi impeditus an per restitutionem in integrum, uel ipso iure seruetur illæsus, ibid. & nu. 7. & 13. & quibus impediatur modis, ibi. & quantum tempus ei resarciatur, & quãdo ipso iure, uel aliàs, num. 14. & 17. an debeat protestari, num. 11.
5 *Epilogus, suffragium, & additio glossarum, num. 6. & 7.*
Impotẽtia prosequendi pluribus modis intelligitur, remis. & n. 13.
Fatalia non currunt ipso iure quando uiæ sunt clausæ, eod. num.
8 *Iudicis impotentia, uel negligentia quando excuset à prosequenda appellatione, & num. 9. & quis cogi possit, uel alio remedio & quo uti quis possit contra eum, num. 9. & 10. & quando appellatio est deserta ex persona iudicis, eod. num. 9.*
9 *Summitas quid.*
Summi appellatione qui quæ'ue nuncupentur.
10 *Delegatus negligens in prosecutione appellationis an compelli queat per ordinarium suum.*
11 *Sententiam exequi iudex an lapso anno possit, si impeditus non sit protestatus.*
Executio sententiæ an teneat absque citatione, & quibus casibus, ibidem.
Executor an teneatur ordinem iudiciarium in citatione, & aliis q; seruare, ibid. & quando appelletur ab eo, ibid.
12 *Tempus ab homine statutum ad prosequendam appellationem, an habeat eandem uim, & eadem requirat, quod statutum à iure, uel aliàs succedat loco ab iure constituti.*
Arbitri ius, & iudicis an differat in termini successione ab arbitro statuti loco legalis, ibid.
13 *Casus fortuitus multi generis est, & quidã hic recusentur, de aliis agitur remiss.*
14 *Impedito cœptam prosecutionem appellationis prosequi quantum temporis indulgeatur, & quando à iure, & quando per restitutionem in integ. & nu. 17.*
15 *Appellatus quando teneatur petere in appellationis causa confirmationem sententiæ pro se latæ.*
16 *Sententia infirmationis prima sententiæ si feratur post finem primi anni, uel secundi, & postea appellatus petat executioni mandari primam, quæ lapsu primi, uel secundi in rem transierit iudicatam, an obstabit exceptio rei iudic. ex sententia. 2. & num. 18.*
17 *Prosequi quid si impediatur quis appellationem tertio anno, uel ultra, an ipso iure habebit annum quartum, & quintum, & ulteriorem, & supra nu. 14.*
18 *Rei iudicatæ exceptio ex secunda sententia contra primam quo casu non habeat locum.*
Nullitas sententiæ per replicationem peti potest, ibid. ad fi. uersic. & si excipiatur.
19 *Appellationis iudex non potest arctare tẽpus nisi ex magna causa.*
Impedimẽto cessante imputatur appellanti, si non incipiat causam agere intra annum, licet intra illum non ualeat terminari, ibid. uersic. sed & bene, uel intra secundum, si fuit impedimentum in primo, & sic deinceps, ibid.
Intra tempus certum si quid fieri præcipiatur, debet impeditus statim cessante impedimento, quamcitò potest cõmodè, quod præcipitur adimplere, ibid. uersi. & est melior.
20 *Appellantem negligentia; uel impotentia quanti temporis ex parte eius interueniẽs ab anno secundo repellat, licet in reliquo tempore fuerit solicitus, uel excusatus.*
Negligentia designat causam uoluntariam, & alia de ea, ibid. uersicu. ad primum.
Nicolaus Matarel. patria Mutinen. & ante Cynum scripsit, eod. num. §. solutio in primo.
Causa impedimenti inspicitur an remota, ibid.

CAPVT VIII.

1 EX ratione. Casus. Etiam † post biẽnium auditur appellans, qui prius prosequi non potuit. non diuiditur, uel ponit dictum, cuius determinationem interserit ibi, dummodo [*Elapso*] no. Abb. non esse necesse, quòd ante finem primi an-

ni petatur ſecundus per eum, qui fuit impeditus in
primo: imò peti poterit etiam illo finito; alleg. etiam
2 infra eodem, ſignificante [*A ſententia*] ideſt a † die, in-
fra quam fuit lata ſententia. & ſic not. quando annus
appellationis incipit currere; ad idem. 2. quæſtio. 7. an
teriorum, uerſic. & ſancimus. Hoſtien. argum. ead. q.
uerſicul. iudicibus, ad finem quæſtionis. alius intelle-
ctus colligitur ex antiqua, in qua ſic dicitur, Appella-
tionem, poſtquam biennium eſt elapſum, ſactam à
ſententia, quæ fuerat contra uos, probata &c. de hoc.
C. de tempo. appellatio. l. 1. & fi. in glo. ſic uerò, & iam
diſputaui, & terminaui & contra Hoſtien. & eſt expe-
ditum per Clemen. eod. titu. ſicut appell. & ibi uideas
3 in gloſ. ergo uidetur [*Proſecuti*] uidetur ergo † ſuffice-
re, quod infra tempus legitimum incipiat appellans
proſequi, etiam ſi cauſa non ſit finita, infra eod. con-
ſtitutus, uerſicu. intellecto, & cap. oblatæ, in princ. ſu-
pra eo. perſonas, & cap. cum ſit, vnde non exprimunt
iura decretalium, quod neceſſe ſit cauſam finire. Sed
contra. 2. q. 6. appellatore, & cap. præceden. dicit Hoſt.
primum intelligi poſſe in appellationib. factis ad prin
cipem, ubi abſq; damno moræ cauſa manet intacta.
2. quæſt. 6. ſimilis. C. de tempor. appellatio. l. fi. uerſicu.
ſi tamen. Sed quicquid dicat Hoſtieñ. hodie habemus
a expreſſum, ꝙ infra [a] annum debet appellationis cau-
b ſa eſſe finita, alias impedimẽto ceſſante [b] appellationis
c cauſa deſerta, ut in Clem. eo. tit. ſicut appellationem [c].
4 [*Conſtiterit*] per † legitimam probationem. 4. quæſti. 5.
quiſquis. 2. quæſt. 1. præſentium N. [*nolumus*] per bene-
ficium reſtitutionis in integr. ſecundum unam lectu-
ram. uel nolumus, quia nec velle debemus; & ſic ipſo
iure ſeruantur illæſi ſecundum aliã. & hæc ultima pla
cet Hoſtien. maximè inſpecta ſimplicitate iuris cano
nici, argum. de iudic. dilecti, infra eod. ad audiẽtiam,
5 & dicam ſuper glo. ¶ Prima † gloſ. reſpondet per duas
quæſtiones, de qua impotentia hoc intelligatur; & an
ipſo iure, uel per beneficium reſtitutionis ſuccurrat
iſtis. Circa primam tractat quadruplicem impoten-
tiam, ſcilicet prouenientẽ ex parte appellantis, ex par
te iudicis, ad quem, ex conſenſu appellati, & ex facto
tertij. Circa ſecundam ponit duas opin. & alteram ap-
6 probat. ¶ [*In † glo. 1. ibi. §. dolo*] uide de præſcript. auditis,
ſuper ult. gloſſ. [*& ibi, ſuper eo edicto*] uel ult. eſt, & uide
de cauſa poſſeſ. cum olim, ſuper 2. glo. [*& ibi. §. ſi dolo*]
§. penulti. eſt. & uide ſupra proxi. [*& ibi. §. ult.*] uide de
7 pœn. omnis, ſuper 7. glo. ¶ [*In † glo. 1, ibi, pluribus modis*]
de quibus uide in Spec. de appella. § nunc breuiter, in
1. & 2. col. & dicam infra in fi. glo. uerſic. hoc etiam ſe-
cundum Innocen. [*& ibi. §. ad hoc*] per quem. §. & per
cap. ſiue. 33. quæſti. 2. per decret. accedens. 2. ut lit. non
conteſt. & per iſtam dixit Ioã. de Deo, lib. 1. quæſti. 21.
fatalia non currere, quando uiæ ita ſunt clauſæ, quòd
ſine periculo curia non poteſt adiri [*& ibi, authen. ſi ta-
men*] aliàs ei tamen, & in Clement. eod. titu. quamdiu,
quæ in tribus ſupplet autẽ, ut ibi ſcripſi [*& ibi. §. ſi do-
lo*] ſimile, quod not. de præſcript. auditis, in gloſſ. ulti,
8 [*& ibi, ut compelleretur*] not. quia † per l. ſtatim alleg. pa-
tet, tunc demum negligentiam, uel impotentiam iu-
dicis excuſare, quando ſibi per ſuperiorem eius appel
lans prouidere non poteſt, uel ſaltem no. infra tẽpus
fatale ſecundum, de quo loquitur ille. §. in quo, cum
prædictum fuerit poſt ſecundum fatale appellãtem,
etiam cum per iudicem ſtetit, cadere ab appellatorio
iuuamine; ad literam ſic ſubdit, cum ſit ei apertiſſima
facultas noſtram adire maieſtatem, & tarditatem iu-
dicis in querelam deducere, & noſtro beneficio poti
ri. ſiue, ergo illud, Cum, ſit redditiuum cauſæ, & pona
tur pro quia, ſiue ponatur pro quãdo, ut dixi de com
mo. cap. uno, in princi. Concludit, quod prædixi: alias
etiam nõ ſatisfieret ei, quod ibi præcedit, & dicam in-
fra 4. col. quòd ſumma ope inniti debet litem exerce-
9 re &c. Quod autem † dicit gl. de compulſione, locum
habet in ſuperiori ordinario, & in delegante: ſed quò
ad delegãtem ordinarium, uel delegatum Papæ, qui
ſubdelegauit non in totum, eſt, & aliud remedium,
ſcilicet reaſſumendi ſe ad cauſam, uel alteri delegãdi.
maximè igitur, quando ipſe delegãs eſt præſens, hoc
pretermittere non debet appellans. certum enim eſt,
ꝙ ſummitas dicitur quoddam in re ſupremum, quo
nil amplius. unde in diuinis Trinitas dicitur ſumma,
ſupra, & infra, & C. de ſum. tri. dicitur Deus ſummus.
C. eo. tit. l. 2. in humanis animatis Romanus Pontifex
dicitur ſummus. 21. diſt. §. 1. de ſta. mo. cum ad mona.
in fi. In meritorijs ſummum bonum eſt iuſtitiam co-
lere. 11. q. 2. cum deuotiſſimam, & ſummopere cauen
dũ eſt, ne uioletur. 11. q. 3. ſummopere. ſi ergo appel-
lans ſumma ope inniti debet ad finem litis, ergo tunc
ſolum excuſatur, ſaltem poſt biennium, cum non ha
beat ultra, quid faceret; ad id ſupra de iud. cum nõ ab
homine. habẽs autem copiam delegantis, per quem
altero de tribus modis ſupradictis ſibi prouideri po-
teſt, id non petens ſumma ope niſus non eſt, & ſic per
lapſum fatalium appellatio eſt deſerta. Hoc etiã ſcias
10 † aliquos tenere etiam delegatum Papæ, qui negligit,
per ſuum ordinarium urgeri poſſe; ſuper quo uide,
quod dixi de reſcrip. c. ult. ſuper ult. glo. [*Et ibi, imputa-
tur*] ſupra de eo, qui mit. in poſſ. c. 2. & infra de reg. iu.
imputari, lib. 6. [*& in fi.*] & hoc magis placet Hoſti. ut
11 in textu dixi. Dicit hic † Inn. ꝙ iuſtè impeditus in proſe
cutione appellationis prudenter facit, ſi hoc proteſte
tur corã iudice, à quo appellauerit, ne ꝓcedat, uel co
ram executore, ne ſententiam exequatur; & ſi ꝯ fece-
rint, appellet. Sed ſi hoc non proteſtetur, & iudex ela-
pſo anno ſnĩam exequatur, tunc ſi nullum ſuberat iu
ſtum impedimentum, tenet executio, ẽt nulla citatio
ne facta. cum enim lapſu anni rata maneat ſnĩa. C. de
temp. app. auct. ei, qui appellat, reſtat, ꝙ ex quo nullũ
impedimentũ ſubeſt, quare differat iudex, executionẽ
d facere [d] põt & dẽt, & ſi partem nõ citauerit. executor
enim nec in citationibus, nec in aliis ordinem iudicia
rium cogitur obſeruare. bene tñ fatemur, ꝙ ſi pars ve
niat corã executore, & dicat ſnĩam nullã, qñcunq; eſt
audiẽda; & niſi audiat, iuſtè poterit appellare, vt patet
in eo, qđ legitur & not. ſ. de offi. dele. paſtoralis. §. 2. &
c. cũ in iure, & ſ. tit. 1. ꝙ ad cõſultationẽ, in fi. imo plus
dicimus, ꝙ ẽt ſi nihil proteſtet, uel excipiat corã iudi-
ce, uel executore; nihilominus tñ pendente executio
ne, & ẽt ea finita põt officium iudicis implorare, & q-
cunq; facta ſunt poſt appellationem ſuam, in priſtinũ
ſtatum reuocentur, infra eo. bonæ me. ſupra de exce.
dilectæ, ad fi. ubi de hoc, ſed ſi nullum impedimẽtum
ſubeſt, tunc, ut dictum eſt, ualet executio habita ſine
citatione, & ſtatuto ordine iudiciario nõ ſeruato. qđ
enim dr̃ non ualere ſententiam, uel ẽt illa, quæ extra
iudicium facta ſunt, non ſeruato ordine iudiciario à
iure ſtatuto, uel ab homine impoſito. ut ſupra ti. 1. c. 1.
64. diſt. c. fi. 65, diſt. per totum. 2. q, 1. ſi Deus. ſ. de elect.
quia Papa, de cenſi. Rom. lib. 6. ſupra de reſcri. cum di
lecta, ad fi. ſupra de offic. deleg. prudentiam. 1. reſpon.
uerſi. fi. tunc locum habet, qñ certus ordo ſtatutus eſt
& præfixus eſt procedenti, & illum omittit; quod hic
non eſt: quia nullus ordo præfixus eſt executori à iu-
re, ut dictum eſt ſm Inn. & ſi imponitur ab homine,
& excederet, ab eo appellari poſſet, ſm Ho. C. quorũ
app. nõ reſcin. ab executore. & idẽ eſt, ſi modũ execu-
tionis excedat. nã & ſi executioni nõ præfigebať ordo
iudiciarius obſeruãdus ei. tñ imponiť certus modus,
& multas exceptiones hẽt de neceſſitate iuris admit-
tere; qđ dic, ut plenè not. ſupra tit. 1. quod ad conſulta
tionem, in fi. & per hoc uř ſm Hoſti. ꝙ executor cau-

tius

tius procedet, si partes citet antequam sententiam exequatur, & audiat, si contra executorem aliquid rationabile opponatur, non ut diffiniat, sed ut per hoc instruatur. ut ibi no. etenim non solum in iudicialibus hic, sed etiam in extraiudicialibus hi, quos res tangit, & quorum interest, sunt uocandi, ut patet. ff. de aqua plu. arcen in concedendo. C. de auct. tu. l. fi. ff. de exce. nam ita. supra de off. Arch. ad hoc. §. fi. supra de maio. & obe. c. fi. & in eo, quod legitur, & no. supra de temp. ord. si archiepiscopus §. fi. maximè hi, de quibus praesumi potest, ꝙ aliquas exceptiones legitimas habeāt, quae omnino sunt admittendae, supra de offi. deleg. ex

12 parte 2. ſm Hosti. ¶ Sed & ſm Inn. scire† debes, ꝙ licet hic loquatur de anno dato à iure; idem tamen est, & eodem modo procedendum in termino dato ab homine, licet aliqui dixerint, ꝙ statim lapso termino statuto à iudice, et si legitimum subsit impedimentum, nihilominus tñ sententia transit in rem iud. supra eo. cum sit Romana. 1. respon. uer. 1. ꝙ, & c. personas, vbi dixi de hoc. arg pro hac differentia, supra de rest. in integ. cōstitutus. §. 1. ubi no. ꝙ ꝫ tpalem praescriptionem statutam ab homine necessaria est restitutio, sed ꝫ statutam à iure non est necessaria restō. l. fi. ſm Innoc. & quia, sicut dici cōsueuit, mitius agitur cum iure, q̃ cū ministro iuris. ff. de arbit. Celsus. ff. de compen. si cum militi, ſm Inno sed ad illud, quod dictum est de tpali praescriptione, rñdit Inno. ꝙ non est simile. non enim est hic reperire dr̄iam inter statutum terminum à iure, uel ab homine. nam uterque terminus iuris est: q̄a terminus statutus ab homine succedit loco termini statuti à iure; & ideo eodem iure cum illo censeri debet, ut patet. ff. si quis cauti. si cum §. iniuriarum, & patet in eo, quod legitur, & no. infra de uoto. magnae. §.

e cum igitur. 1. respon. super uers. obliget [e]. Illud autem tempus, de quo loquitur supra de restit. in integ. constitutus. §. 1. non succedit loco alicuius temporis à iure statuti. imò illi ciues de nouo sic inter se ordinauerant, ſm Inno. per hoc tamen non est sufficienter responsum ad l. de arbit. Celsus: quia ibi terminus appositus ab arbitro succedit loco temporis à iure impositi, scilicet quadrimestris. sed potest responderi ſm Host. ꝙ durius uoluit agere lex quantum ad poenae cōmissionem cum illo, qui arbitro nō paret, iuri, uel iudici. & potest reddi una ratio: quia ille, qui cōpromittit, uoluntariè hoc facit. ff. de arbi. l. 3. §. tam & si neminem. unde & si quid durum ei praecipiatur, imputet sibi, qui compromisit. ff. de arb. diem. §. stari, & qui talē eligit. ff. de mino. cum mandato, ad fi. ideoq; cum uoluntariè ad hoc processerit, si conqueratur de grauamine, non auditur. Aliud autem est in iure, iudice, ac iudicio: quia ius omnes astringit, supra de consti. c. 1. in fi. C. de legi. leges, & iudicium redditur in inuitum, ff. de uerb. obliga. inter stipulantem. §. 1. & dico in his, quae necessitatis sunt, magis est subueniēdum, quàm in illis, quae sunt solius uoluntatis. potest etiam reddi, & secūda ratio haec, scilicet, ꝙ firmitas arbitrorum ex solius poenae promissione dependet, nec aliud restat remedium contra nō parentem, nisi poenae commis-

f sio. C. de arbit. [f] l. 1, ideoque, qui non paret arbitro, in poenam incidit, ne arbitraria contingeret esse illusoria, si aliud diceretur. aliud est in illo, qui non paret iuri, vel iudici. ille enim in nullam certam pecuniariam poenam regulariter incidit: quia nec aliqua est compromissa. sed nec impunè hāc trāsibit: quia certa sunt in iure scripta remedia cōtra talem, per quae à iure, & à ministro iuris, scilicet distringetur, & si opus fuerit, punietur, vt patet in eo, quod legitur & not. de maio. & obedi. c. 2. ut lit. non contesta. tua. ¶ Hoc etiam ſm

13 †Inno. notandum est, ꝙ is, qui appellat, nō solum habet necesse, infra annum causam appellationis prosequi: imò necesse habet ipsam infra annum habēre finitam, nisi impediatur iusto impedimento, quod tripliciter prouenire potest. primò ex parte iudicis, quia non potest, uel non uult in causa procedere. secun-

g dò [g] ex parte aduersarii, qui proponit multas excep-

h tiones, uel petit, uel obtinet multas dilationes [h], uel quia infirmus est, & non potest uenire, nec in graui causa tenetur procuratorem mittere, supra de procura. querelam. tertiò ex parte ipsiusmet appellātis, qui impeditur propter suam inopiam, uel impotentiam, ut hic, quod est notabile, & argum infra de senten ex commu. quod de his. §. 1. uel propter suam infirmitatem, uel tempestatem, uel per alium casum fortuitū, de quibus ponuntur multa exempla. ff. si quis cauti. l. 2. uel impedimentum testium, uel instrumenta. quae sine culpa sua habere nō potuit infra annum, sed postea potest habere. ff. de eden. argentarius. §. cum autem: uel quia dolo, uel uiolētia cuiusque extranei impeditur, in quo casu eidem per beneficium restitutio

i nis in integrum subuenitur [i], ut not in glo. Colligunt haec in primis iuribus, & in auct. de his, qui ingredi. ad appell. 1. respon. §. 2. & 3. col. 5. sufficit ergo, ut dicit Inno. appellāti incipere prosequi lit. appellationis infra annum tali tempore, & ita tempestiuè, ꝙ si nullū inopinandum impedimētum interueniat, possit ante finem anni sententiam petere. nec imputabitur appellanti, si aduersarius petat dilationes ad reprobādum testes ipsius appellantis: ꝙ si eos reprobauerit, & ex illis solis testibus erat sententia infirmanda, eis non obstantibus infirmabitur sententia contra appellantem lata. Si autem non probauerit. uel si ex illis solis testibus nō dependeat uictoria causae, apparet. ꝙ male petita & obtenta fuit dilatio, & ideo non debet obesse appellāti. Sed & si appellatus petat dilationem ad probandum de iure suo, sicut forte & appellās habuit ipsam, ad hoc, ut de iure suo probaret; nec etiam ista dilatio imputabitur appellanti, arg. C. de tempo. resti. in

14 inte. petendae. 1. respon. & uidetur, ꝙ† si postquam appellationem coepit prosequi, per unum tātum diem

k fuerit impeditus appellans, quominus [k] infra annum super causa appellationis sententiam possit petere, ꝙ in hoc casu totus annus ipso iure sine beneficio restitutionis sibi indulgeatur à iure, sicut satis colligitur ex dicta auct. de his qui ingredi. ad appellādum: secus autem est, quando ei per restitutionis beneficiū subuenitur: quia tunc nō restituitur sibi tempus, nisi tantum, quantum propter impedimentum amisit, ar. ff. ex qui. cau. maio. ab hostibus. §. fi. & de hoc infra uer. sed quid. Item ubi de uolūtate partium differtur causa appellationis, puta quia itur ad arbitros, uel alio cō simili modo, tunc & ipso iure recuperat tēpus, quod de anno remanserat, in auct. eod. titul. §. deinceps au-

15 tem. col. 8. Item† uidetur. ꝙ appellatus circa finem primi anni, quando scilicet unus mēsis tantum de anno superest. possit petere confirmationem suae sententiae, licet uideatur contradicere, in auct. de his, qui ingredi. ad appell. §. 3. col. 5. sed non uideo rationem secundum Inno. & de hoc not. infra eod. oblatae. §. licet igitur. imo plus uidetur Inno. quia, ex quo appellans fecit citari appellatum in causa appellationis, etiam si haec citatio emanauerit in prin. primi anni; tamen ex tunc habet potestatem appellatus petendi confirmationem sententiae pro se latae; nō expectato praedicto mense iuxta finem primi anni: quia sic obtinet in causa principali. C. quomodo & quando iudex, auctēn. qui semel. multo fortius hoc idem dicendū est in causa appellationis, quae minus tēpus habet, quàm principalis, ut patet ex praemissis. C. de iudicijs, properandū. & uidetur hoc expressum in causa appellationis. C. de tempo. appell. l. fi. §. illud; & hoc quidam concedunt.

dunt, Alij uerò contradicunt. pro quibus expreſſè facit auctẽn. de his, qui ingredi. ad appell. §. quia enim, colla. 5, ubi dicitur, ꝙ ſi etiam in mediis certaminibus cauſam appellationis deſeruit; ad hoc tamen, ut petat ſentẽtiam, debet finem biennij expectare. nec obſtat ſm iſtos prædicta auctẽ. qui ſemel: quia loquitur in cauſa principali, nec eſt trahenda ad cauſam appellationis, quæ habet tempus ſuum certum & à iure determinatum.

16 ¶ Sed † quid ſi poſt finem primi anni, vel ſecundi feratur ſententia infirmationis primæ ſententiæ, & poſtea appellatus petat mandari executioni ipſam primam ſententiam tanquam quæ lapſu primi, uel ſecundi in rem tranſierit iudicatam? reſpon. ſecũdum Inno. ſed Hoſt. contra, ut iam dicam, obſtabit ſibi exceptio rei iudic. ex ſententia. 2. nec audietur, ſi dicat, ꝙ ante ſententiam infirmationis primæ ſentẽtiæ poſt lapſum anni rata manet ipſa ſententia: quia prætextu nouæ defenſionis non debet ſecunda infirmationis ſententia retractari. C. de tranſac. ſub prætextu, ſupra titu. 1. inter mona. ubi de hoc, nec ob. ſi dicas, ꝙ non ualet ſecũda ſententia contra primam lata: quia ſecundum hoc nunquam ualeret ſententia appellationis primam infirmãs. ſed nec ſuper eodem eſt prima ſententia, quæ fertur in cauſa principali; & ſecunda, quæ fertur in cauſa appellationis. uide Clem. eod. tit. ſi appellationem, ubi de hoc in glo. hoc[l] fortificat.

17 ¶ Sed quid † ſi tertio anno, uel ultra impediatur, ꝙ nõ poſſit appellationem proſequi: reſpon. dicitur, ꝙ ipſo iure habebit quartum, & quintum, & ulteriorem annum, argu. in auct. de his, qui ingredi. ad appell. §. t. Sed Innoc. magis uidetur, ꝙ ultra ſecundum fatalem nullum alium habebit ipſo iure: tamen per beneficiũ reſtitutionis ei ſuccurretur. & reſtituetur tãtum tempus, quanto fuit impeditus proſequi appellationem, ut patet in eo, quod not. ſupra eod. glo. uerſicu. ſecus autem eſt, quando ei. Et placet hoc Accur. in auctẽn. ei qui, C. de tempo. appel. ſcilicet ꝙ per reſtitutionem prouideatur. tamen uidetur uelle, ꝙ reſtituatur integer annus dicendo, ꝙ tertius annus datur per reſtitutionem. Alibi autem ipſe Accur. in auct. de his, qui ingredi. §. ſi uero, col. 6. tenet, ꝙ ipſo iure non currit biẽnium impedito, & idem not. in auctẽ. de appell. col. 4. §. ad hæc. ff. ex quibus cau. maio. ſed & ſi per prætorẽ, in 1. gloſ. ſed contrarium not. in concor. de his, qui in. §. unde hoc, in 1. glo. & C. de tempo. appell. auct. item ſi appellationem. Sed concordari poſſunt hæc, ut dicit hic glo. ut diſtinguatur impotentia prouenions ex facto iudicis cum determinatione, quam dixi ſupra ead. glo. in apoſtilla not. quia, & tunc ipſo iure ſit illæſus. & idem, ſi de uoluntate partium prorogatur, ut ſtatim dicam. ſi ex proprio reſtituatur, ut in glo. & ſolum ad illud tempus reſtituetur, quo læſus fuit, ut dixi ſecundum Innocen. Prædictæ tamen opin. Innoc. fortiter contradicit ſecundum Hoſtien. in auctẽ. eod. tit. col. 8. ubi dicitur, ꝙ ipſe appellãs ipſo iure ſeruatur illæſus ita, ꝙ nec ei obſit, etiam ſi decies millies plus, quam biennij tempus excedat. Sed illud, quando de uoluntate partium fit prorogatio per cõpromiſſum. & idem, ſi aliter quomodocunque, ut Clem. eod. tit. quamdiu.

18 ¶ Sed nec placet Hoſt. in præmiſſæ quæſtionis. certum eſt enim, ꝙ lapſo primo anno rata manſit prima ſententia. ubi nullum iuſtum impedimentum interuenit, & perinde eſt, ac ſi nunquam appellatum fuiſſet, imo & appellans à cauſa ſua cecidiſſe uidetur, ut patet in eo, quod legitur, & not. ſupra eod. cum ſit Romana. t. reſponſ. & infra eod. ſæpe. §. quia tamẽ in fin. & § ſeq. Si igitur fuit poſtea infirmata à iudice appellationis, patet, quòd ſecunda ſententia à non ſuo iudice lata fuit quia appellatio, quæ fingitur non fuiſſe, non poteſt ei dare iuriſdictionem; & ſic nulla eſt ſententia infirmationis, ſupra de iudic. at ſi clerici. ſed nec ualet ſententia contra primam ſententiam lata, de qua nec oppoſitum, nec actum fuit, vt patet in eo, quod legitur, & notatur, ſupra titu. primo, inter mona. nec obſtat, quod dictum eſt, quòd ſecundum hoc nunquam ualeret ſentẽtia per iudicem appellationis cõtra primam lata: quia hoc non eſt uerum: imo ſemper ualebit, quamdiu ex ui appellationis prima ſuſpẽſa eſt. ſed ex quo appellatio ceſſat, non ualebat; ſicut nec ualeret, ſi appellatum non fuiſſet. ſed nec obſtat, quod dictum eſt, quòd ſub prætextu nouæ defenſionis &c. quia illud uerum eſt de ſententia à ſuo iudice lata, & quæ tenet. ſed hic per exceptionem lapſus anni patet, quòd nec iudex eſt is, qui ſententiam tulit, & quod ſententia nulla eſt. dicendum eſt igitur, quòd in præmiſſa quæſtione poteſt appellatus petere cum effectu, quod prima ſententia pro ipſo lata executioni mãdetur. & ſi excipiatur de ſecunda ſententia, de nullitate poterit replicari; & hoc uelit Clemen. de qua ſupra, quæ etiam fortificat opinionem Hoſtienſ. ut locum habet etiam appellato cum appellante, uel ſine poſt fatalia proſequente.

19 ¶ Et † no. hic Innocen. quod iudex appellationis non poteſt arctare tempus, niſi[m] ex magna cauſa, infra eod. oblatę, & argumen. ff. eod. titu. l. ſecunda, & l. quarta. §. ſi quis condemnatus. Sed & bene imputatur appellanti, ſi modicum tempus reſtat de anno, quo non potuit cauſam proſequi propter impedimentum, & tunc ipſo impedimento ceſſante non incipiat cauſam agere infra annum, licet infra illum nullo modo ualeat terminari; & uide quod infra dicam. Qui enim aliud dicit, dat cauſam prorogationi litium, contra id, quod legi. & nota. ſupra de dolo, & contumacia, finem, in princip. ſecundum Innocent. & dicit Hoſtienſ. Idem ſi per totum primum annum impeditus[n] fuerit, niſi, & infra ſecundum annum, quamcito poteſt, incipiat cauſam appellationis proſequi, & hoc per eandem rationem. & eſt melior ratio in utroque ſecundum Hoſtiẽ. quia quandocunque præcipitur aliquid fieri infra certum tempus; ſi is, cui præcipitur, per idem tempus impediatur in partem, uel in totum, debet tamen ſtatim ceſſante impedimento, quamcito poteſt commodè, quod ſibi præceptum eſt, adimplere, vt patet. ff. ad Tertul. l. 2. §. confeſtim. ff. de arbi. Celſus, & in eo, quod leg. & no. ſupra de dolo, & contu. cum[o] dilecti, & optimè de elect. cupientes §. ꝙ ſi per 20. in fi. uer. & nihilominus, lib. 6. eſt hic, ſic quaſi ad literam ex cauſa ſcripta poſt Innoc. & Hoſt. faciunt.

20 † ad id, quod dubitatur, quanti tẽpis negligentia in primo anno interueniens ex parte appellanti s repellat ipſum ab anno ſecũdo, ideſt dato, ꝙ appellans una die, uel ſeptimana fuerit negligens, ſed toto alio anni tempore fuit, uel ſolicitus, uel iuſtè excuſatus, an ſibi detur biennium. & cõuertendo eodem modo quæritur, quanti temporis impotẽtia excuſet? an ſcilicet excuſet impotentia unius diei, uel ſeptimanæ ipſo appellante toto anni tempore negligente, vel ſolicito, uel partim ſolicito, partim negligente. Et ſic circa hoc dari poteſt regularis doctrina. Ad primum articulum arguitur, quod etiam modici temporis negligentia repellat à biennio, per l. fina. C. de tempor. appellation. §. illud ibi, Iubemus appellatorem, niſi obſeruauerit iudicium, & cauſam vſque ad finem peregerit, ſed per eum ſteterit, quominus omnia litis certamina impleantur, appellatione defraudari. & ibi ſequitur, niſi ipſe appellator euidentiſſimis probationibus poſſit oſtendere, ſe quidem ſumma ope niſum litem exercere; & circa quod uide, quod dixi ſuper eadem gloſſ. in appoſt. nota. quia. Sed qui etiam modico tempore fuit negligens, non implenit omnia litis certamina, nec ſumma ope niſus eſt; ergo & cęt.

Item

Item decret. cum sit, supra eod. dicit ex necessaria, & euidenti causa dari biennium. sed necessitas est uoluntari contraria, supra de iureiur. querelam. ff. quod me. causa. l. t. negligentia uerò designat causam uoluntariam, infra de concessio. preben. quia ergo negligentia, quantumcunque modici temporis, impediet dari secundum annum. Item in corpore de his, qui ingre. §. 1. & 2. & 3. sæpius iteratur, quod ineuitabilis debet esse causa, impedimentū, uel languor, propter quem datur secundus annus. sed negligentia uoluntaria, ut prædixi; ergo & c. Idem ibi 3. §. t. dicit. ꝙ nō debet appellans causam sine prouisione dimittere. sed negligens pro tunc sine prouisione dimittit causam; ergo & cet. Item obst. quod terminus hominis succedit loco termini iuris, scilicet anni. sed qui ultima die termini hominis, quo se debet præsentare, uel iter arripere, id negligeret, deserta esset appellatio, supra eo. personas. & c. cum sit, infra eod. ad aures, & c. sæpe, uersi. salutis, eod. tit. cordi, lib. 6. ergo & unius diei negligentia nocebit in termino iuris, scilicet in anno. Item circa secūdum articulum ꝙ modici temporis impotentia non excuset, probatur: quia constat annum appellationis prosequendæ currere à tpe appellationis interiectæ, ut in Clem. eod. tit. sicut appellationem: sed ad appellationis prosecutionem uident Apostoli necessarij, eod. titu. c. t. & c. ut super, lib. 6. sed illos iudex, infra 30. dies tradere non tenetur, eod. tit. ab eo, lib. 6. & Clem. eod. tit. quamuis, ergo licet illo modico tempore impediatur, currit illud tēpus in anno. Item terminus si detur ab homine, non præuenitur, infra eo. sæpe, in fi. & tamē illud currit in anno appellationis, licet tunc impediatur appellans, licet Ber. ibi cōtra in glos. pe. & uide quod ibi dixi. Item constat, ꝙ in anno appellationis sunt feriæ solennes fauore sanctorum, & hominum, supra de feriis. c. fi. & in eis impeditur appellans, & tamen illæ cōputantur in anno appellationis. probatur utrumq;. C. de dila. siue, in fi. C. de feriis. l. 1. de repentinis ibi not. in fi. t. glo. & C. de temp. app. l. 2. §. pen. & not. in præall. decr. ult. de feriis. in glo. 2. sicut, & in quadriennio restitōnis petendæ, ut in Clem. de restit. in integ. c. uno. C. de temp. in integ. l. fi. Ad cōtrarium in utroque articulo adducitur, quia si modicum fecerit in primo anno, habere debet secundum, quasi per id interruptum sit primū fatale, in auct. col. 5. de his, qui ingre. ad appell. §. unde hæc nos, uersi. si uero pro ueritate, & quod dixi supra eo. c. in glo. uide rur ergo. Item auct. ei qui, canon. 2. q. 6. ei qui, dicit, si intercesserit causa decr. oblatæ, infra eo. dicit ex iusta causa biennium indulgeri, sed causa, & iusta causa uidetur impedimentum unius diei tm̄. facit quod dixi supra eod. glo. uer. & uſ. ꝙ si. p Item ista decre. dicit pp impotentiam, & loquitur ēt de biennio. satis ergo uidetur ex indefinita locutione sufficere, quātumcunque temporis impotētia interuenerit. & decr. Clem. sicut appellatione, eod. tit. dicit, iusto impedimēto cessante; arguendo à singulari, ergo unicum impedimentū excusat. Item satis probatur, infra eo. significante, ubi impetratio delegatorum facta infra annum ita tardè, ꝙ secunda, infra annū fieri non potuit, excusat appellantem. Item si decr. constitutus, infra eo. uſ probare per procuratorem, infra annum misisse sufficere. ad idem, eod. tit. Nicolao. ff. commo. l. argentum, pro & cōtra, infra de pignoribus, significāte. Item cum cōis sit opinio, ut prędixi, ꝙ annus primus & secundus differunt in duobus, s. quia impeditus in primo, ipso iure habet sm̄ integrum annum. sed impeditus in secūdo eget restitutione, & restituitur solum ad id tēpus, quo fuit impeditus, ex quo sequitur id operari impedimentum primi anni quo ad dationem secūdi anni ipso iure; quod operatur impedimētum secūdi quo ad restitutionem illius temporis, quo fuit impeditus. sed constat, quòd impeditus in secundo una sola die restituitur ad illam diem, ut in Clemen. de restitu. in inte. c. uno; ergo & una tantum die impeditus in primo habebit secundum annum, cum nō minus, imò plus faueri debeat impotentiæ primi anni, quàm secundi. facit in auct. de liti. §. omnem. in fi. sicut difficilius datur secunda dilatio, quàm prima. ff. de fer. oratione, & l. fi. & not. sup. de dila. c. 2. ¶ So. in primo articulo q uidetur Nic. Mata. Mutinen. cuius dictum etiā ponit Cyn. in auct. ei, qui, C. de temp. app. ꝙ quando negligentia appellantis in anno primo fuit tanti temporis, quòd uerisimiliter illa non interueniente causa expediri potuisset, repellatur ab anno secundo, cū per hoc, quòd apparet ipsius negligētiam finem causæ impediuisse. aliàs, si non potuisset causa expediri, dato ꝙ negligentia non interuenisset, habeat secundum annum allegant, quia culpa non punitur, ubi sine illa interuenisset. quod obuenit. ff. ad l. Rho. de iactu. l. fi. §. si hac conditione, uer. Paulus into. ff. quod me. causa, si cum except. §. si homo, uer. si tamen peritura, si quis in ius uo. non ierit. l. 2. in fi. de uerb. oblig. cum stipulatus sum mihi à Proculo. facit quòd no. supra de dolo & contu. ca. fi. in ult. glo. & facit. ff. de iudi. si debitori, & ista decr. per quam patet, quòd etiam toto anno secundo quandoque non potest quis mereri sententiam. & dicunt iudicem appellationis secūdum distinctionem prædictam habere declarare dandum, uel denegandum biennium, ar. ff de uer. oblig. cōtinuus. §. cum ita. huic dicto ob. quod sup. dixi post Inno. ultra medium huius gl. uer. sed & bene. Volens utrunque dictum saluare, dicere posset illud in negligentia inchoādi, hoc in negligentia prosequendi iam inchoatam. In secundo articulo quid uelit Inno. dixi. sup. in 2. col. uer. sufficit, & sequentibus. Sed uidetur aliquibus, quòd si appellans semper fuit diligens in prin. medio, & in fine anni, quia scilicet inchoauit eo. tempore, quo intra quod finem, uel sententiam consequi potuisset, & prosecutus est, & per eum non stetit, quominus habeat sententiam: quia sine prouisione & continuatione processus nō dereliquit causam, si per solum diem impedimēto ineuitabili fuerit impeditus, integrum secundum annum habeat & à iure. per auct. de his, qui in. §. hæc nos, & §. 2. sc. in princ. l. fi. C. de temp. app. sed hoc dicere nihil est: quia etiam sine alicuius diei impedimento qui sic fecisset, ut prædixi, secundum annum haberet. sed secundum prædictos si non inchoauit prosequi tempore, quo uerisimiliter finiri potuerit, & fortius, si nullo modo prosecutus est, uel aliquo tempore fuerit diligens, fuit tamen alio tempore negligens, licet iste fuerit die, uel septimana impeditus, & ineuitabili impedimēto, potuisset tamē, si post inchoationem talem, ut prædixi, & post impedimentum semper diligens fuisset, infra annum. sed hoc casu uidetur quibusdam, ꝙ restituetur ad tempus illud impotentiæ tantum, ar. C. de rest. mili. sed quod tempore, & ff. ex quib9 causis maio. ab hostibus. §. sed quod simpliciter, & l. sed & si per prætorem §. si feriæ, & l. nec non §. si quis sæpius. r & quis uidetur, ꝙ nec restituatur, quasi tempus negligentiæ corrodat tempus impotentiæ per ll prædictas, & facit de elect. cum in ueteri, s in fi. cum concor.

ANNOTATIONES.

a ¶ Infra. Ista habent locum, quando appellatur à sententiis, & actibus iudicialibus, uel etiam ex extraiudicialibus; sicut appellatur à nominatore munerum, dantur solum duo menses. ut lege prima, ff. de temporibus appellation. ubi u. d. Bartolum, Baldum, & Salice.

b ¶Impedimento ceſſante, Et dum Abba. hic dicit, quòd paupertas eſt iuſta cauſa dandi biennium, adde Bal. in c. ſi qui teſtium, de teſti. & in l. 2. §. ſi quis in iudicio, ff. ſi quis cau. & in l. acceptam, in ulti. colun. C. de uſu.

c ¶ Appellationem. Vbi uide per glo. & moder. regulariter tamen uidetur aliàs ſufficere, ſi infra tempus cauſa deducatur in iudicium, licet non finiatur, ut l. emptor, C. de præſcrip. long. temp. & l. mora, C. de rei uendi. & eſt ratio: quia hic ſtatuitur terminus inſtan. ibi autem actioni.

d ¶ Facere. iudex ergo, à quo, deſerta appel. exequitur ſententiam, à qua appellatum eſt, ad hoc, quod not. Io. And. de appell. Romana, lib. 6. & quod not. glo. quæ incip. not. formam, in l. eos, C. de app. & ib. doct. etiam ſi detuliſſet appell. uide tamen glo. ſuper uerb. remittenda, de appel. cum appellationis, lib. 6.

e ¶ Obliget. Facit, quod no. glo. in l. 4. §. ſi quis condemnatus, ff. de re iudic. & in l. 3. ff. de lega. 1. per Bart. & uide Lapum in Clem. 1. de appell. & ad materiam facit, quod not. glo. ma. & ſuper illa Io. And. de conſtit. c. 1. lib. 6.

f ¶ Arbitris. Vide glo. & Bart. ff. de arbit. l. 5. & doct. in l. ne in arbitros, & in l. cum antea, C. eod. tit. & Ioan. And. eod. tit. per tuas.

g ¶ Secundo. Hoc etiam uidetur in cauſa principali, ſi inſtantia ſic ea diſpoſitione iuris municipalis, ut not. Cyn. in l. penult. C. ad l. Iul. de adul. Bald.

h ¶ Dilationes. Vide in fi. in c. uenerabili, de iudi. ſuper gloſſ. Ioan. And. poſt Philipp. & Cyn. in l. 1. C. qui accuſa. non poſſ.

i ¶ Subuenitur. Et uide ad hoc glo. in c. anteriore. 2. q. 6. & ibi ſcripſi: facit quod dicit Bar. in §. dies, in l. 1. ff. quando ap. ſit, & ſcripſi in illo. §. 2. q. 6. & uide quod ſcripſi in l. properã. C. de iud. Archi.

k ¶ Minus. Ideſt, quòd toto anno fuerit aliàs diligens. & ſi non fuiſſet impedimentum iſtius diei. ſententiam habuiſſet, ſic intellige, ut patet infra in fine, & uide Cyn in auctent. ei qui, in 1. q. C. de tempo. appell.

l ¶ Hoc. Dictum tamen Innoc. poteſt ſaluari, ſi deſerta inſtantia ſuper prima appella. fuit reuocatum in dubium de lapſu fatalis, & iudex pronunciauit lapſum non eſſe contra ſe iudicem eſſe, tunc ualet ſecunda contra primam, licet uerum ſit lapſum eſſe: quia ſe fecit iudicem. ſi uerò ſolum procederet ex uoluntate unius partis, & altera pars nihil diceret, tunc non ualeret, ut dicit Hoſt. ad hoc uide, quod ſcripſi in c. cum dilecta, de reſcrip. Archid.

m ¶ Niſi. Et tamen talis terminus datur à iure ſine hominis miſterio contra Regu. gl. in c. cum ſit Romana, & idem tenet Bar. quod hic Ioan. And. in l. 2. infra alleg.

n ¶ Impeditus, De illo impedimento qualiter probetur, uide Ang. conſi. 188. & per Feli. in c. ex tranſmiſſa, de præſcri. in 2. & 3. col.

o ¶ Cum. Ibi uide in gloſſ. & per Bart. in l. eum, qui ita. §. ſi ita, ff. de uerb. oblig. & uide bonum tex. in l. ſi man. §. Paulus reſpõdit dic, & §. ille illi. ff. man. & uide de ſpon. ſicut, in glo. ſed uidetur, & ſuper illa, facit quia, quando aliquid fit ex neceſſitate, illa ceſſante, ceſſat &c. Ad hoc. 1. quæſtio. 7. quod pro neceſſitate, ff. de officio præſid. l. ſenatus.

p ¶Quod ſi. Scias tempus appell. proſequendæ à diffinitiua non currit appellanti, quouſque agit & proſequitur reuocationem attentatorum, de quo uide in deciſione Rotæ, concluſio. 110.

q ¶ Articulo, Scilicet quanti temporis negligentia excludat appellantem à ſecundo anno, idem an negligentia unius diei, unde uel ſeptimana excludit à ſecundo anno ipſum.

r ¶ Sæpius. Vide in c. ſi electio, de electio. lib. 6. in glo. fi. & intellige tamẽ illam glo. ſcilicet quòd impedimentum illius diei fuerit cauſa non poſſendi habere ſententiã, ſic & hic loquitur Inn. aliàs illa gloſ. ſimpliciter loquendo non bene poneret dictum Inno.

ſ ¶Veteri. Ex his omnibus poteſt formari diſtinctio, quia appellans quoniam pro parte anni diligens, pro parte negligens, quoniam pro parte negligens, pro parte impeditus, quoniam pro parte diligens, & pro parte impeditus, quoniam pro parte negligens, pro parte diligens, & pro parte impeditus, quid iuris de his omnibus collige ex prædictis.

SVMMARIVM.

1 *Reus poſt citationem, uel notitiam litterarum ſi iuit ad curiam, delegatus in cauſa procedit: aliàs non.*
2 *Non minus, aduerbiorum ſignificatus.*
Forma iuris & forma reſcripti pariter inhærendum nec contrauenieudum, ibid.
In contumaces remedia quæ prodita, ibid.
3 *Citare nunquid ubiq; poſſit ordinarius ſubditum ſuum.*
4 *Epilogus, & Additio gloſſarum. num. 5.*

CAPVT IX.

1 MEminimus. Caſus † iſtius, & decr. ſuggeſtum. infra eo. Si reus poſt citationem, uel notitiam literarum iuit ad curiam, delegatus in cauſa procedit: aliàs non. ſecunda ibi, Quòd ſi. & pars huius de accuſa. meminimus, infra qui clerici, uel uou. meminimus [*App. re.*] poſſet ergo dici, quòd determinatio huius caſus ponat uirtutẽ clauſulæ. uel dic, quòd
4 net, & c lectæ. unde dic sm Gof. quod hoc † capitulum loquitur sm cõsuet. quorundam mona. iuxta quam ex quo Abbas reperitur inutilis & publicè infamatus. requirit ab eo sigillũ, & in cõi capitulo monitus tenet cedere. ex quo oẽs concordant, uel maior pars præsidentium, uel diffinitorũ. non obstant cõtraria, quę uolunt renunciationem fieri in manibus superioris, quæ loquuntur in secularibus. uel vbi non est talis consuetudo. & dicit Hostiens. sic seruari in generali Predicatorum, Minorum, Cistercin. Cartusien. Templi, & hospitalis. & per electionẽ factam per eos, ad quos spectat, sine confirmatione administrant. & ex quo in cessione illorum concordant diffinitores, uel maior pars, tenentur cedere; & adde quod dixi in textu.

A N N O T A T I O N E S.

a Publica. Quando infamia debeat probari, uide in c. euidentia, de accu. & per glo. in l. 3. §. eiusdem, ff. de testi. per Bar. in l. de minore. §. tormenta, ff. de quæstio.

S V M M A R I V M.

1 *Ex tunc, aduerbij significatio.*
2 *Additio glossarum.*

C A P V T XXXIII.

1
2 **A**D aures. Breue est [*Præfigatur*] per iudicem. à quo appellauit [*Ex tunc*] s. † termino lapso. dixi. s. c. reprehẽsibilis. ¶ *In* † *glo. 1. ibi, dictum est apertius*] tamẽ hæc decret. exprimit de iudice delegato.

S V M M A R I V M.

1 *Protectioni apostolicæ qui se & sua summittit, intelligitur appellare, & an requirantur alia, & quæ.*
De differentia eius ab appellatione, nu. 2. & 6.
Duplex est, num. 6.
2 *Sententia lata in negocio principali sine iuris ordine non tenet.*
3 *Forte, aduerbium uim comparatiuam habet hic.*
Protectioni submissio habet etiam locum in metropolitano.
4 *Appellatio à grauamine à iudice, uel extra quibus differat ab appellatione ab aduersario, & an reuocent negotium ad superiorẽ.*
5 *Epilogus, & suffragium glossarum.*
Simplicitati parcendum.
6 *Additio glossarum.*

C A P V T XXXIIII.

1 **A**D audientiam. Casus. Qui † se, & sua ap. protectiõi submittit, licet appellatiõis uerbũ nõ exprimat, ĩtelligit appellasse. Et 1. narrat factũ. sed a dat iudicem

iudicem ibi, licet autem [*Subiecit*] ſi diceres expreſſa cauſa rationabili, & in ſcriptis porrecta, & petitis apoſtolis, tunc omnia eſſent plana, ſm Hoſt. uide quæ dixi ſup. co. conſuluit. 2. ſuper 1. glo. ſed Inn. hic ſupplet, Maxime, dicens idem. ſi ſe non ſubieciſſet. cum ſine
2 †cauſæ cognitione fuerit condemnatus. inſ. §. 1. nunquam enim ualet ſentētia lata in principali negocio, iuris ordine non ſeruato. ſup. ri. 1. c. 1. Idem no. inf. co. dilectis, ubi uide in gl. hic fuit, ubi ſatis inſtat circa hāc
b decre. & hæc fuit ulti. ſo.: ibi in fi.[a] uel ſecundum cum hoc locum habet extra iudicium, ubi tātum prodeſt hæc ſuppoſitio, quantum appella. quæ & tantum ualet, quādo interponitur ab ordinario. quòd à tempore appellationis ceſſare debet, ut nil faciat contra appellantem ſine cauſæ cognitione, quòd ſi fecerit, nō tenet. & ſicut olim ante iudicium & poſt poterat appellari, ita & protectioni ſupponi: in hoc tamē minus habet protectionem: quia non ualet, niſi grauamen ſequatur: immò dummodo a grauamine caueat, procedere poteſt iudex. ſed appellatio in totum transfert cauſam ad ſuperiorem, ſm quoſdam, qui nec credūt protectionis naturam hodie ſublatam, vel mutatam. ſed Inn. plus placet. ꝙ per omnia æquiparentur appellatio, & protectioni ſubmiſſio. unde ſequitur ſm Ho. ꝙ ſicut in appellatione, ſic & in protectione cauſa rationabilis exprimatur. & in ſcriptis porrigatur. ſed hic refert ſm Ho. an appellatio, uel protectio interueniat in iudicio, uel extra: quia primo caſu non prodeſt, ſi fiat a futuro grauamine non illato, uel comminato. inf. co. ut debitus, & c. cum ceſſante. 2. caſu ualet interpoſita a futuro grauamine, uel ex probabilibus cōie-
b cturis. inf. eo. bonæ. ubi no. aliæ differentiæ inter iſta[b] [*Et infra*] hoc eſt & ſtatim iter arripuit ad nos ueniendi, ad quod ſpectat ſm Hoſt. quod no. in ſumma. c. ti. ſub rubrica, forma prouocationis extra iudiciū factę
3 [*forte*] & forte †non, & ſonat hoc in comparatiuū, maxime, ſm Hoſt. ſ. ꝙ ſit. idē, etiam ſi ſimpliciter non eſt [*Noſtræ*] putat Ho. hoc ſpeciale in papa: quia idem in metropolitano. inf. co. dilectis, in prin. & facit, quod
4 no. inſ. co. dilecti. i. [*Sine cauſæ cognitione*] à contrario †ui detur, ꝙ cū cauſæ cognitione procedi poteſt contra appellantem extra iudicium. ſed contra. infra co. bonæ, ubi colligitur, ꝙ appellatio extra iudicium reuocat negocium ad ſuperioris audientiam, ut etiam no. de his, quę fiūt à maiori parte ca. c. 1. ſu. de ma. & obe. dilecti. So. dicit Inn. ꝙ ubi appellatur à iudice in iudicio, uel extra, nunquā reuocatur negociū ad ſuperiorem, niſi iudex grauet nō ſeruando ordinem, ut hic. uel alio modo. inf. eo. vt debitus, & ſic intelligit. inſ. c. cordi. Sed & ſi appellat à grauamine aduerſarii ſimpliciter, appellatio non iuuat appellantem, niſi ſequatur grauamen. ſed ſi ſequatur, tenet appellatio ad papam facta. inf. co. bonæ, ſm Inn. Sed Hoſt. dicit tenendum quod dixi. ſup. in fi. illius gl. ſi diceres. & adde, quod dixi. ſup. co. conſuluit. 2. ſuper fi. 1. gl. & dicā. inſ. de cēſi. ſignificauit, in gl. quia monacus, uer. uetum ſi. [*Aliqua ſententia*] excommunicationis, uel alia, Inn. ¶ Ter
5 tia† gl. ſignat contrarium, & ſoluit. ¶ [*In gl. 2. ibi. §. doli*] qui per imperitiam, ruſticitatē, uel iuſſu prætoris, uel caſu corrupit album, nō tenetur [*& ibi. §. 1.*] parcitur ruſticitati illius, qui uocatus in ius non uenit [*& ibi. l.*
6 *ult.*] uide de teſta. cum eſſes, ſuper 1. glo. ¶ [*In† 3. l. 1. in fi.*] ut dicebat Tan. ¶ [*In gl. 3. in fi.*] dic ſm Hoſt. ꝙ per litteratoriam protectionem quis non eximitur: quia nec
c hoc intendit litteras concedens[c]. hic autem loquitur de uerbali protectione loco appellationis ſpecialiter expreſſa cum arreptione itineris, per quā ipſam proferens intendit appellare, quæ extra iudicium loco appellationis habetur. ¶ [*In gloſſ. pen. ibi, uel an haberet*] in hoc male dicit glo. niſi reſtringas hoc dictum cum proximo, & hoc plenius intelliges per no. inf. eo. ſollicitudinem, in glo. ſed quære, in fin.

ANNOTATIONES.

a ¶ Ibi in fi. Agit ergo dicendo ſententiam nullam non propter appellationem, quia nulla fuit appellatio, ſed propter ſummiſſionē protectioni papæ. ſed ſecundum hoc nil facit ad titulum hæc decre. & de indubitato loquitur. & ſic oportet dici, quòd uel nullitatem, uel iniuſtitiam proſequitur, illam pro materia appellationis deducit, & ſic talis ſubmiſſio habet uim appellationis.

b ¶ Inter iſta. & uide infra in gl. à contrario, & Io. And. ſup. eo. cum ſit Romana, in glo. de hoc, & ſuper glo. quandocunque.

c ¶ Concedens. Vide de iſta in capitulo recipimus, de priuileg. per Ioan. And.

SVMMARIVM.

1 *Debeo, pro poſſum.*
Remiſſio quandoque perſonæ ſit abſoluendæ.
2 *Cap. ſignificauerunt, ſup. de exception. intellect.*
3 *Epilogus, Additioq; gloſſarum. num. 4.*
Plurale ſoluitur in ſingulare.
Cap. primi eod. titu. lib. 6. intell.

CAPVT XXXV.

1 a ACcepta. Breue eſt [*Non † debet*] id eſt non poteſt[a] ſine iuris offenſa, Hoſt. [*Cauſa*] examinanda. quandoq; tamen remittitur pars abſoluenda, ꝙ dic, ut ſupra de offi. or. ad reprimendam. inf. de ſent. exc. per
2 tuas. Hoſt. [*Conſenſerint*] & ſic† loquatur. ſup. de exce. ſi-
b gnificauerunt, in fi. quę eſt contra, & ibi ſoluitur [*Appellatum*] iuſtè: aliàs ſecus, inſ. c. 3. & c. ut debitus. infra
3 co. cordi, lib. 6. ¶ †Secunda gl. reſpondet per obiectio-
4 nem. ¶ [*In† glo ulti. ibi, pars appellant*] & ſic reſoluitur plurale in ſingulare, inf. de priui. ut priuilegia ad finem. & ſic etiam debet exponi. infra ca. 1. lib. 6. ibi, ſi de partium &c. ut plenè dicam, inſ. co. ut debitus.

ANNOTATIONES.

a ¶ Non poteſt. Contra hoc cap. oppo. de. c. notam, 2. q. 1. Sol. ut ibi in glo. quia non remittitur, ut iudicet, ſed ut reſtituat. Bald.

b ¶ Et ibi ſoluitur. Vide in gl. fi. & ſuper ſila. Ioan. And.

SVMMARIVM.

1 *Recuſari pōt delegatus datus etiā appel. remota, & quibus caſib.*
Appellationem remouere poteſt ſolus princeps.
2 *Recuſare iudicem ex quibus cauſis poſſim, & nu. 4. & nu. 8.*
Conſanguineus an omnis dicatur ſuſpectus, & nu. 8.
3 *Suſpitionis cauſam an aliam, quam propoſitam probare quis poſſit apud arbitros, & quæ eam inducant, & num. ſuperioribus & inferioribus.*
4 *Ingratus etiam recuſari poteſt.*
Recuſatio ſi non fiat poteſt eſſe & pater in cauſa filij iudex.
5 *Permittitur ſecundum legem, ubi remota eſt appellatio.*
6 *Epilogus ſuffragiorum, & additio gloſſarum. num. 7. & 8.*
Loci origo ſuſpitionem inducit.
Conſanguineorum offenſa ad quem uſque gradum extendantur.

CAPVT XXXVI.

1 POſtremò. Caſus. Delegatus. †datus etiā ap. re. recuſari pōt, ſi ſit impetrantis conſanguineus, uel eius in illa cauſa fuerit aduocatus. non diuiditur [*Delegata*] à quocunq;, ſaluo ꝙ clauſulam in fi. poſitā apponit ſolus princeps. ſup. de of. dele. ſuper qōnum,
2 poſt prin. [*Conſanguineus*] quod no. hic† Vinc. de intuenda ꝑſona cōſanguinei, quæ talis poſſet eſſe, ꝙ ceſſaret
a ſuſpicio, ut ſi eſſet Ciſtercien.[a] uide ad literam, in Spec. titu. 1. §. ſupereſt, uer. quid ſi non eſt [*Impetrauit*] ſibi, quia ſua eſt cauſa. Vincen. allegat. 2. q. 6. biduum: ſecus, ſi eſt cauſa eccleſiæ ſuæ, ſecundum Guil. & Egi. de hoc in Spec. tit. 1 §. ſupereſt. uer. quid ſi plantatus. hoc uidetur falſum per decre. inſinuante. ſupra de officio delega. ut ibi dixi. Dicit etiam Boatiū. quòd ſi iudex eſſet cōſanguineus rei, & actor hoc ignoraſſet, ꝙ ipſum recuſaret, quod credo, dummodo fuerit igno-

rantia probabilis[*In eodem*] secus si in alio. Inno. [*Officio*] generaliter loquitur. & sic facit pro Boatino qui dicit quod etiam meũ aduocatum recusare possum in iudicem propter secreta causæ. quæ sibi reuelaui. contrarium not supra de testibus dilecto. In 4. gloss. [*Alia iusta*] no. Tan. & Vincen. & Dama. hic ea. q. 11.
3 per hanc litteram, quòd si quis † causam suspitionis, quam allegat coram arbitris, probare non potest. sufficit, si probet aliam iustam. ff. de appellat. scio quæsitum. quod hodie non puto uerum. olim poterat esse uerum, quando non erat necesse exprimere causam. & facit, quod de app. no. infra eo. cum causam, in ult. gloss. & concor. Guil. in Specu. de recusa. §. ult.
4 uer. sed quid si unam [*Suspectus*] uel ingratus † in auct. de exhiben. reis. §. sancimus, col. 5. Vincen. [*Recusari*] sed si non recusetur, etiam pater poterit esse iudex in causa filii. de hoc. 3. quæst. 5. c. 1. 2. q. 7. §. tria. uer. filius
5 [*Appel. re.*] nam & secundum. l. ubi remorat † est appellatio. permittitur recusatio. C. ne li. in una ea. quo. causa. l. 1. 1. q. 6. si quis in quacunque. Lau. contra sup. eo.
6 super eo. 2. ibi dixi. ¶ Prima † glo. quærit: arguit pro & contra, & soluit. secundò iterum quærit, & soluit. 3.
7 ponit alia exempla suspitionis, & remittit. ¶ *In 1. † glo. ibi. §. ac uno. § ibi est*] & uide de præsumpt. litteras, super
8 gloss. præsumitur. ¶ *In † gloss. 1. ibi honestius*] idem Host. sed tu distingue, an sint de una domo, uel stirpe masculina, an non. secundum hoc arbitrentur arbitri eũ suspectum, uel non. nam & origo eiusdem loci quandoque suspitionem inducit. de hoc, ut lite nõ conte. accedens. 2. Experimur maxime in Tuscia, quòd iudicãtur offensæ eorum. & super eos, qui sunt de tali stirpe etiam ultra. 7. gradum, quæ tamen infra quartum uindicarentur extra stirpem[*& ibi, remouet*] idem no. in teste. 3. q. 5. c. 1. & in Spec. de teste. §. 1. uer. sed quid si testis. tamen & hic inspicerem, an de eadem stirpe [*& in fine*] dicebat hic Tan. ꝙ omnis causa, quæ sufficeret ad recusandum arbitrum, uel procuratorem, sufficeret ad recusandum iudicem. ¶ In gl. ult. ibi, assessor, aut testis. infra de testi. eo. Romana, lib. 6.

A N N O T A T I O N E S.

a ¶ Cistercien. Adde secundum do. An. hic, uel si esset homo sanctæ uitæ. & Host. in c. finem litibus, de dolo & contum. glo. in c. expedit. 12. q. 1. text. melior de iure io c. 1. de no. oper. nunc. & Barba. consi. 23. in 1. colum. primo uolumine.

S V M M A R I V M.

1 *Interdicti sententia non suspenditur per appellationem sequentẽ.*
Comparatur cum excommunicatione, eadem, qua ea impeditur ratione, impediatur & interdictum, & in quibus alijs assimilentur, nume. 5.
2 *Interdictum temporalium rerum an impediatur ab appellatione subsequenti.*
An suspensio à beneficio, uel præbenda, uel alijs & quibus impediatur.
Suspensus à quibus si celebret, non incurrat irregularitatem.
3 *Epilogus, & suffragium glossarum. num. 4.*
Per suspensionem non efficitur nouum quid.
Nouum peculium non dicitur, licet dominus remittat seruo debitum, quo exhaustum erat.
5 *Additio glossarum. num. 6.*
Excommunicatio, interdictum, & suspensio in quibus sint similia, & supra num. 1. & quæ in singulis eorum obseruentur.
Irregularitas quando contrahatur ob alicuius eorum incursum.
6 *Sententiam interdicti suspendere non potest episcopus, sicut & tollere. secus dicitur de sententia excommunicationis.*
Appellare possumus à sententia suspensa, quemadmodum & à conditionali.
Cum excommunicato communicandum non est, donec fuerit secundum ecclesiæ formam absolutus, in fine.

C A P V T. XXXVII.

1 **AD hæc quoniam.** Casus. Sententiæ interdicti non suspenditur per ap. sequentem. cõmunis diuisio. 2. ibi, noueris[*Appellant*] infra decem dies[*Contemnunt*] & male. T. ꝙ sicut duplex fit comparatio inter interdictum, & excommunicationem, sic legitima ap. præcedens tuetur ab uno, & à reliquo. & sicut unum non releuat per appellationẽ sequentem, nec reliquum secundum Goff. [*Suppositos*] Dicit Host. pure lata sententia, nec suspensa[*Declinare*]
2 an per † appellationem sequentem suspendatur interdictum temporalium rerum, uel suspensio à beneficio, uel præbenda, no. de sen. ex. is cui, lib. 6. in glo. ult. de quo hic no. Inn. & Ho. de suspensione uero à pontificalibus, uel à palio mouet hic dubium Inn. sed nõ soluit. Tamen, ut dicit Host. ipse Inn. no. in decr. 1. de sen. ex. li. 6. ꝙ taliter suspensus celebrans non incurrit irregularitatem. ut ibi dicam in gl. si hoc non fuisset. & idem Guil. in Spec. tit. 2. §. iuxta propositionis, uer. quid si episcopus. uoluit forsan per id Host. innuere, ꝙ sicut differt in illo, sic & in isto, ut. s. suspendatur per
3 appellationem. ¶ Prima † gl. primò æquiparat excõicationem. & interdictum. secundò quærit. ponit duas opiniones contrarias, dicens primam seruari, quã in parte declarat, & remittit. & in fi. sic loquitur ꝙ quid
4 sentiat, non apparet. ¶ *In 1. † gl. ibi. sed si manente*] uide de offi. dele. P. & G. ad fi. ult. gl. [*& ibi. si ære*] exhaustũ est peculium serui pro eo, quod domino debet, si dominus debitum remittit, vel alius nomine serui domino
5 soluit. nõ dicitur nouum peculiũ. ¶ *In † glo. 1. ibi, Aequiparantur*] infra de sen. exc. is cui, in fi. & est si. eo. tit. c. 1. & c. statutum, lib. 6. dicebat hic ergo Inn. excommunicationem ex parte unã: suspensionem, & interdictũ ex altera in multis esse similia. Primò quia neutrũ suspenditur per ap. sequentem. Secundò, quia in utroq; requiritur monitio præcedens, nisi qñ interdictũ ab officio, uel beneficio infligitur pro pęna. sup. eo. reprehensibilis. quod intelligit Ho. qñ statuitur à canone, ut in cõtrario: secus, si ab hoĩe, quo casu pcedet monitio. j de coha. cle. sicut, & c. si autẽ. Tertio, quia uterq; incurrit irregularitatẽ, & utriq; celebrãti infligitur eadẽ pęna. inf. de cle. excõ. c. 2. & 3. Quartò, quia uterq; absoluitur cũ iuramẽto. sup. eo. qua fronte, de sen. excõ. uenerabili, & c. sup eo. Quintò, quia utriq; pstatur absolutio ad cautelam, ut in præal. decr. uenerabili, & s. de excep. apostolicæ. Sexto, qa utraq; sentẽtia ligat, licet sit iniusta. 11. q. 3. c. 1. & 2. & c. si qs presbyter. alias uero similitudines no. Host. de sen. ex. c. 1. uer. & hæc eadẽ, ubi remittit. In aliis aũt suspensionibus dicit Hosti. seruandũ ordinem iur. aliàs non nocent. s de resti. in inte. ca. 2. Sed nec in aliis suspensionibus necessaria sunt prædicta. imò in eis illa sola seruanda sunt, quæ seruari debent in aliis interdictis, uel pœnitẽtiis imponendis. & capitula, quæ dicunt prædicta in suspensionibus necessaria, intelligenda sunt de suspẽsione, quę fit ab officio, & beneficio, uel officio tm̃, uel sacris. & hæc uera suspẽsio, uel interdictũ ab officio fit pro cõtumacia. nã si pro pœna, frustra præcederet monitio, cum in oẽm casum sit secutura suspensio. Dicit autẽ Inno. ꝙ pro pœna imponitur suspẽsio perpetua ab officio, & beneficio. l. di. ex his, miror, studet, & ca. accedẽs. qñq; ad tẽpus. j. de accu inquisitionis, in prin. quãdoq; interdicit̃ tm̃ missarum celebratio. 56. di. nullus. quandoque usq; ad mortem suspenditur à sacramentis. 2. q. 1. in primis. quandoq; ad tempus tantum. l. di. de his no. & c. se. de cleri. uena. c. 1. & 2. quandoq; suspẽditur qs à potestate eligendi, uel ordinandi, de ele. cũ in cunctis, de tẽp. or. literas. l. di. ex pœnitentibus. qñq; ab ingressu ecclĩæ, uel officio sacerdotali, de of. dele.

sanè,

sanè: de sen.excom.sacro. & sic circa suspensionem ab officio, & sacramentis multæ pœnæ possunt reperiri [*& ibi, Vin. & Tan.*] & Inno.cum eis. supra de consue. cum inter [*& ibi, non credo*] circa principalem quæstionem quid uelit glo. non apparet hic [*Et in fi.*] facit de

6 sen.ex.c.ult.ad fi.li.6.dic † quod episcopus pōt sententiam suam suspendere.i. effectum sententiæ, sicut ex toto tollere. ff. de iudi.l.iudiciū. & sic intelligo quod dixerunt primi: quia sicut potest plus.& minus.unde & interim appellare potest, ut dicunt secundi.appellari enim potest à sententia suspensa.sicut à conditionali,ut infra c.præterea.& c.dilectis:secus in sententia excommunicationis. cuius effectus relaxari nō potest, nisi omnino tollatur, cum non sit communicādum excommunicato, donec fuerit secundum formā ecclesiæ absolutus.infra de sen.ex.cum desideres.Hosti.

SVMMARIVM.

1 *Appellationis iudex remittit causam ad priorem iudicem, si non constat sibi à grauamine, uel iniusta sententia appellatum.*
Iactare sonat in uitium.
2 *Inhibere quando possit iudex appellationis, ut archiepiscopus.*
Appellatio debet iudici, à quo, porrigi, licet non legatur.
Appellatione remota, clausula non ponitur in literis remissionis.
3 *Epilogus, & Additio glossarum.*
Posse, & nolle sunt contraria, & quo casu.
4 *Appellatio frustratoria per iura quoque uetera repellitur.*

CAPVT XXXVIII.

1 CVm in ecclesia Casus. Iudex † appellationis remittit causam ad priorem iudicem, si non constat sibi à grauamine, uel iniusta sententia appellatum. & primo narrat factum cui secundò prouidet ibi, unde man. [*Iactant*] sonant in uitium, secundum Host.quasi per hoc insolescant [*Ordinary*] & tui suffraganei [*Appellare*] probat hæc litera,

2 quod dicam super prima glo. [*Constiterit*] quid si † negetur appellatum, uel per appellationem deuolutū, uel causam appellationis legitimam, an possit archiepiscopus inhibere? dic ut infra c.Romana.§.si uerò, & §.quòd si,& §.sc. [*Porrectam*] in scriptis iudici, à quo appellatur.nec est necesse, quod legatur, infra eo. appellatio, lib.6. [*Appel.remota*] non apponitur in litteris remissionis hæc clausula: sed instruitur archiepiscopus. Vnde dicit Hostie.hoc intelligendum de app.friuola,ne sit contra infra cap.1.& c.ut debitus.¶Quar-

3 ta † glo. arguit, & remittit. ¶*In glo.1.in fi.*] T.& sic est contra supra de of.le.ca.1.ubi Cantuarien. agit per querelam: quia legatus. So. uolebat per frustratoriā appellationem adire, quod non poterat: per querelā adire nolebat, & sic posse, & nolle erant contraria.si. supra de of.dele.cum super.idem in papa, qui per querelam aditur, & non per frustratoriam appellationē,

4 Host.¶*In glo.4.ibi.à quo † appellauit*] ergo & per iura uetera repellitur frustratoria appellatio per iudicem, ad quem appellabatur.iudex uerò, à quo, illam admittebat, nisi esset manifestè frustratoria, supra c.peruenit, cum si.secundum Gof.Inn.dicit, quòd hæc decre.præsagiuit ius nouum, infra c.ut debitus.

SVMMARIVM.

1 *Appellans quia non fuit prosecutus in termino, si redit ad priorem iudicem, & iterum ab eo grauetur, appellare poterit, & quando num.4.*
Appellatio consumitur multis modis iuxta glossa.
2 *Matrimony separatio est odiosa, neque est illi fauendum, sed stanti per matrimonio.*
3 *Epilogus, & supplementum glossarum, num.4.*
Appellare iterum quibus non liceat casibus, & quo casu etiam quartò appellare.

CAPVT XXXVIIII.

a 1 DIrectæ. Casus. Si † appellans: quia non fuit prosecutus in termino, redit ad primum iudicem, si iterū ab eo grauatur, poterit appellare. Communis diuisio.2.ibi, respondemus [*Opponebat*] forte agendo ad diuortium; ad hoc facit finis, forte excipiendo contra mulierem uendicantē, supra de ordi.cog.c.1. [*Præfixo*] à iure, vel homine [*Renunciante*] hæc renunciatio fuit de facto, & parum operatur, cum iam per negligētiam appellātis fuisset consumpta appellatio secundum Gof.[*De*] 1.super [*cum secundum*] superficialiter reduceitur secundum Vincen.uel dic.quod respicit factum, nec excludit ulteriorē uiacem [*Se fecit*] mulier defendens matrimonium, Inno.[*Quod*] s. est ma-

2 trimonium, non † separatio, quæ est odiosa, Inn.Vin. & ideo non est illi fauēdum: sed mulieri.quæ stat per matrimonio, quæ secundo appellauit, supra tit.1.c.si.

3 Inn. D. Pe. † gl.alleg. duas concor. reliquum respon-

4 det per obiectionem. ¶*In glo.1.ibi.§.ulti.*] altera parte absente iudex appellationis procedit. ¶*In glo.2.in fi.*] T.sed fortius obstabat mulieri, supra c.personas. Solu.ubi post primam appellationem fuit cōtumax appellans: quia nec in causa processit, nec fuit prosecutus appellationem.non auditur. si uult iterum appellare.2.q.6.§.diffinitiua.uer.sunt quorum, in quo casu loquitur contrarium.ubi verò primæ appellationi renuntiauit, & iterum agitur, si d grauatur, poterit appellare: quia nec contumax est. hanc puto ueram sed quam approbat.G. Io.idem Vin. Alij dicunt hoc speciale in matrimonio. Lau. dicit hanc non esse decretum cum fuerit aliàs magnus, hic deterius omnibus dixit. T.Dixit.G.si appellans, quæ non prosequitur appella-

b tionem, lapso termino iterum appellaret b.i.innouaret appellationem consumptam, non auditetur, & tali appellatione non obstante iudex procedere posset, supra e.cū sit, præterea, consuluit, ad hæc.sed hæc mulier non renouauit app. consumptam, sed in iudicio ex noua causa ap. Innoc.hic, cuius dictum ponit Host, uidetur uelle, q licet per contumaciam, uel negligentiam lapsum sit tempus appellationis præsequendæ: tamen à sententia uel grauamine adhuc possit appellare. Et dicit, q cum hodie non liceat aliter appellare, non putat illam decre.personas, aliud speciale statuere circa non prosequentem. quod tu dic uerum, nisi obstet sibi contumacia in non ueniendo, vt quia post negligentiam, vel contumaciam reassumpsit causam principalem: aliter non posset appellare, ut prim. dixi post Io.& Vincen.quod placet. ¶*In glo.3.ibi.permissum est*] cidē personæ, hoc dico pro tanto: quia si à sentētia contra te pro me lata appellasti secundo, & index secundæ appellationis casset primam, & secundā sententiam, ab illa potero appellare, & hoc respectiuè appellatur quarto. & de hoc uide in Specu. de app. §. quoties, per totum.§.

ANNOTATIONES.

a ¶Directæ.c.illo ibi, Liberè possis uti, no.de ui huius uerbi, Liberè: quia si datur alicui potestas, ut liberè sic possit in aliquo facere, non tamen uidetur data facultas utendi sua potestate iniustè, quod no.propter arbitros, & arbitratores, de alijs similibus uide quod scripsi in l.filius, de dona. & contra prædicta facit c.quæ in ecclesiarum, de constit.& uide ad materiam glo.an liceat ter appellare, glo.3 q.6.de sua, & scripsi in glo.summæ, & glo.in cap.1. quæst.3.c.omnes episcopi.uide. & quod liceat ter, facit.cap.omnis oppressus. 2. q.6.sol. debet intelligi, quod tertio ibi refertur non per appel.sed per consultationem, vel super diuerso articulo, uel

uel grauamine, ut ibi scripsi. Archidia.
¶Appellaret. uide hic dominum Calde.& dominum Philip.

SVMMARIVM.

1 *Sententia excommunicationis, suspensionis, uel interdicti lata sub conditione suspenditur, si ante conditionẽ ab ea fuerit appellatum, & nu.14.§.1.& nu.16.*
Diuisio capituli bipartita.
2 *Censuram exercere non potest nisi suus iudex & ecclesiasticus.*
3 *Excommunicatus an dicatur quis, cui scribitur, nisi tale quid feceris, te scias excommunicatum.*
Excommunicatio qualiter ferenda.
4 *Si excommunicatur quis, nisi.c. soluat usque ad annum, unum est mandatum.*
Appellatio ab huiusmodi mandato conditionali, quando interponenda, & quando releuet à condemnatione, & excommunicatione & nu.5.6.10.17.
Mandatum unum quando sit, & quando duo adiecta conditione.
In executione quis grauari potest, licet teneat condemnatio.
Excommunicatio si feratur conditionaliter, quid iuris, & quando teneat appellatio, & num.5.& 6.10. quibus feratur uerbis, num.10.17.
5 *Gladius domini penetrabilior est quàm factum hominis.*
Excommunicatio fingitur in dubio præcedere.
Pœna habet effectum, etiam si res non habeat effectum in spiritualibus, secus in alijs: quæ tunc est odiosa.
7 *Nisi, pro si non, & quandoq; pro si. & quando excipiat, & quando ponat, remissi.*
8 *Terminum à iudice, uel aliàs statutum partes quando cum suis accessorijs queant prorogare.*
9 *Non soluendo si quis fiat intra terminum sibi datum ad soluẽdum, quid iuris, remittit.*
10 *Vel, aliquando significat diuersitatem, non alternationem.*
11 *Negatiuam non solutionis creditor non tenetur probare.*
12 *Videri nobis debet, quod papæ uidetur.*
Rescribere quibus soleat rationibus papa consultantibus.
13 *Epilogus, & suffragium glossarum, num.14.*
Satisfacere quando dicamur, num.15.
Sententia sub conditione ferri potest, & quãdo ab ea appellandum. §.1.& nu.16.& 17.
Conditione existente perinde est ac si ab initio pure contrahatur, ibid.& uide nu.17.
15 *Additio glossarum.*
Satisfacere quibus quis dicatur modis.
Quò ad executionem fideiussorum datio non sufficit.
Conditionis de futuro, & de præterito, uel præsenti differentia in ligando quem sub conditione excommunicatum, & in suspendendo per appellationem, uer.& mora.
16 *In obligatione uoluntaria aliud dicendum quàm de sententia, quæ redditur in inuitum, & ratio.*
17 *Sententia excommunicationis traditur ad diem, uel conditionem: secus in alijs sententijs conditionalibus.*
Appellationis dies quando incipiat currere, si sit appellatum à sententia conditionaliter lata.
Vtile siquid dicatur, non sequitur, quòd sit necessarium.
Medium quomodo accipiatur, uer. hoc dixit.
Appellatio à pœna iuris non iuuat, uer. ubi autem.
Cur introducta, ibid.

CAPVT XXXX.

1 PRæterea. Casus. Sentẽtia † excõmunicationis, suspensionis, uel interdicti lata sub conditione [a], suspenditur, si ante conditionem ab ea fuerit appellatum. Communis diuisio. i. consultatio, & responsio. 2. ibi, uidetur. prima facit tria. primò ponit formam triplicis sententiæ. secundo ibi, ille, factum & omissum per illum, in quem lata fuit. Tertio format quæstionem ex his ibi, utrum. [*Præterea*] respicit

2 decisam [*Iudex*] suus † ecclesiasticus, & habens potestem exercendi censuram: alias non esset quæstio. Ad primum, infra de sent.ex.c.pe. cum concor.2.gloss.ad secundum. 16.di. bene quidem, circa medium. ad.3. infrà de exce. præla.c.fin. supra de ma.& obe. dilecta. Et ad omnia tria uide, quod no. infra de sen.ex. præsenti, lib. 6. in glo. 2. [*Protulerit*] litera ista secundum Egi. &

3 Guido. facit pro G. Na qui dixit, ꝙ † per literas episcopi directas ad subditum per hanc formam, nisi tale quid feceris, scias te excõmunicatum, ille non parens excommunicatus non erit, nisi literas legerit, uel excommunicationem ore protulerit. ad idẽ. C. de sent. ex breu. re.l.1.& 2.& bene facit de sen.ex.c.1.li.6. & supra c. reprehensibilis, in prin. sed contra. 3.q.4. nullus, vbi dicuntur excommunicati, quos episcopi suis scriptis excommunicat. nec dicitur, ꝙ ore proferant. & per literas quis absoluitur. 2.q.5. quãto. ꝙ Guil. Na. fatetur, salua plenitudine potestatis papalis, de hoc in Spec. de cita. §. tam, de cita. ad fi. uer. quid si iudex [*Sententiam*] hodie non debet ferri talis sententia nisi in casibus, quod dic, ut infra de sen.ex. Romana. §. caueãt, lib.6. Dicit ergo Inno. ꝙ ordinarius cautè facit iudex, si condemnat ad aliquid certũ, ꝙ si non soluat in ter-

b mino, illum demum [b] excommunicet. Dicit etiam,

4 ꝙ † si iudex excommunicet aliquem, nisi soluat.c. usque ad annum, unum tantum est mandatum, quandocunque igitur ille appellet, infra annum, releuabitur non solum ab excommunicatione, sed etiam solutione. Si dicas, quòd sint duo in mandato: excõmunicatio est principalis, & solutio accessoria. sublato ergo principali, tollitur accessorium, supra de constitu. trans. Dicit Host. ꝙ melius dixisset, suspenso, & remittit de of. dele. pastoralis. §. præterea. Quid si condemnet illum purè, & postea sic adijcit, Nisi solueris vsq; ad mensem, sis excommunicatus? Respondeo secundum Innocen. si appellauerit, infra 10. dies, releuatur ab excommunicatione, & condemnatione. Si uerò post. 10. dies appellat, infra mensem, releuatur ab excommuunicatione, sed non à condemnatione, qui per lapsum. 10. dierum transiuit in rem iudicatam, supra ti. 1. cum inter, & c. quod ad consultationem. Sunt enim hic duo mandata diuersa. unde nil prohibet ualere appellationem in uno, in alio non, de testa. Raynuntius. & idem Ho. Sed instabis, cum ad suspendẽdũ effectum excõmunicationis non sufficiat qualiscunque appellatio, sed requiratur legitima, ex quo ponis condemnationem trãsiuisse in rem iu. ergo restat appellationem iniustam. Respon. licet teneat condemnatio, grauari potest in executione: vt quia sine causa fit, infra tempus iur. uel quid simile, per quod si iustificetur appellatio, impeditur excommunicatio. Quæ

5 rit † Inno. quid si iudex dicat, Excommunico te, si appellas? Respon. ꝙ quamcito se parat ad appellandum, est excommunicatus. unde nec tenet appellatio. Alij contra, ꝙ tenet appellatio, Gof. hic per.l.ff. de uer. ob. si quis stipulatus sit. distinguebat, cum dicat, si appellas, an dicat, si appellaueris, ut primo casu ꝓcedat primum dictum: in secundo procedit hoc contrarium. Idem dicebat, quando metropolitanus dicit suffraganeo, Excommunico te, si excommunicas talem: uel an dicat, si excommunicaueris talem. sed hæc uerba non placent Host. ad quórum intellectum. & eorum quæ sequuntur in gl. uide quod no. in summa de sen.

6 & re iu. §. qualis, sub. §. pura, per 10. §. Quid si dicat † iudex excommunico te, si elegeris talem, uel si non eligis talem: dicũt quidam, quod idem in utroque casu, ar. ff. de uersi. obl. si quis stipulatus, nec ualet appellatio. Alij dicunt, quod tenet appellatio, & ꝙ facta electione statim incidit in excõmunicationem, nisi præcedat appellatio: quia nisi teneret electio, non ligaret

excom-

excommunicatio, arg. C. si man. ita ali. fuc. l. ea quidē. Sed Innoc. dicit sequendam in his intentionem excō-municatoris, quæ si talis est, ꝙ eligens post electionē statim sit excōmunicatus, tunc appellatio præcedens impedit excōmunicationem, & tenet & electio. Sed si uoluit eligētem simul cum electione, quam faciet de facto, excommunicatum esse, tunc non tenet electio, sed tenet excōmunicatio. & idem uidetur, si dubitatur de intentione proferentis, ut sic in prolatione uerborum sit excōmunicatus, nec ualeat electio. penetrabilior. n. est gladius domini. i. excommunicatio, quàm factum hominis. i. electio. ideo intelligitur excommunicatio præcedere electionem. Sed dices, ꝙ ex hoc, quòd dicitur, excommunicationem præcessisse electionem, sequitur. ꝙ excommunicatio iniusta: quia prolata sine causa, de senten. excō. sacr. Solu. Dicit Inn. ꝙ simul cum prolatione uerborum incurrit excommunicationem: sed excōmunicatio propter sui uelocitatem fingitur præcedere, & propter ferentis intentionem, qui præsumitur in dubio uoluisse, ꝙ electio non teneret, arg. ff. de his, quæ pro non scrip.

c l. 1. ͨ Item subest iusta causa. i. inobedientia, quam taliter ligatus incurrit, quamcito deliberato cōsilio procedere ad electionē ꝓposuisset. Sed ꝫ, ex quo electio nō tenuit, ergo nō incidit in excōicationē. ar. pal. l. nl. C. si man. Soluit, ꝙ aliud in pœnis spiritualibus, in quibus sufficit mala uoluntas, & inobedientia. etiā si nō habet effectum. & sit ratio: quia sunt medicinales, de sen. ex. cap. 1. in prin. lib. sexto. unde ut fauorabiles, dilatantur, de sen. ex ca. pe. In pœnis autem conuentionalibus, & aliis iudicialibus sunt odiosæ, & probatur utrunque de reg. iu. c. odia, lib. 6. cum concor. nec potest negari, quando electio sit infecta peccato inobedientiæ. ergo subest iusta causa pœnæ excommunicationis, quæ propter inobedientiam irrogatur. Probat etiam ipse Inno. quòd eligendo tantum, & non post incurrit talis excommunicationem. & sit ratio: quia si post incurreret, esset iniusta sicut & si diceretur, Excommunico te, postquā elegeris, vel quia elegisti. hoc enim esset iniustum, ꝓ electione iam facta aliquē excommunicare, nisi noua monitione, de senten. ex.

7 sacro. [*Nisi*] pro † si non. concor. de sen. ex. quicūque, lib. 6. conditio enim est, ut dixi summando, & paret ff. de act. & obli. obligationum ferè. §. conditio. ubi si dico, spōdes dare. 100. si nauis ex Asia uenerit? conditio est. sed ad idem. ff. de in diem addic. l. 1. & 2. ͩ unde

d quandoque ponuntur ut idem significātia. ff. de manumis. testa. l. Stichum. Quando vero excipiat, & quādo ponat, dedi plenam remis. supra de testi. c. pe. quādoque etiam ponitur pro si. 38. dist. sedulo [*Sempronio*]

8 quid si Sempronius terminum prorogauit, reus non appellauit, nec die statuta per iudicem soluit? respon. excommunicatus non est: quia nec contumax reperitur. 11. q. 3. nemo, & c. certum. sed si adueniente termino prorogationis non soluerit, tunc incidit in ex-

e communicationem, ar. ff. de preca. sed si manente ͤ: quia uidetur terminus cum suis accessorijs prorogatus, & bene possunt partes prorogare terminū in fauorem suum assignatum à iudice. ar. ff. si quis cau. l. 2. 1. respō. & ff. de arbit. l. Celsus. de officio deleg. de causis, de do. & cont. cū dilecti. Alij uerò contra: ꝗ dicūt, Innoc. l. ꝙ per prorogationem partis non uitiatur excōicationis sententia, nisi & iudex proroget, ar. infra de reg. iu. cap. 1. & hoc tutius est: quantum ad excommunicationis sententiam, ergo tenendum. ar. de homi. ad audientiam, cum si. probatur hoc. ff. de arbi. si cum dies primo respon. & l. non ex omnibus. §. ulti. & quod dictum est, terminum uideri prorogatum cū suis accessorijs, uerum est de his, quæ pendent ex parte partium, sicut iuramentum, pignora propria, pœna promissa, & si. secus de his, quæ pendent ex alijs. sicut fideiussores dati. res alienæ obligatæ illa. n. nunquam prorogātur, nisi iidem fideiussores, & domini pignorum iterum consentiant. ff. de arbitr. l. Labeo. 2. §. pen. & si. ff. loca. item queritur. §. qui impleto. C. loca. si cū Hermes, & l. legem, secundum Hostiē. & idem Gar. & Io. Mo. de sen. ex. quicunque, lib. 6. uel dic ut no. infra de fideius. cum qui, in fi. quod scripsi. eo. titu. c. 3. post principium in uer. absol. dicit Inn. non esset dubium, ubi creditor ante diem sibi satisfactū uocasset, per iura hic allega. in prima glossa [*Infra. 20 dies*] 20. dies includuntur, etiam si dixisset ante. 20. dies. de hoc. 2. quæst. 6. anteriorum. in gloss. sed nunquid, & eo. q. biduum. in glo. uidetur [*Non satisfeceris*] si intra termi-

9 num † esset non soluendo, uide quod dixi de offi. de leg. P. & G. in glo. quærit Hosti. [*Excommunicatum*] Egi. dicit decre. procedere, quādo iudex dicit, ex tunc, sed si diceret ex nunc. tunc prætextu appellationis nō releuaretur sententia. sed Inno. Io. & Abb. contradicentes in hoc non esse differentiam: quia utroq; casu suspendet appellatio: quia semper trahitur ad diem cōditionis. & ꝓ his facit, Infr. de uoto, licet, ad fi. & aperte probatur in Cle. de concef. præbē. c. uno [*Vel suspen-*

10 *sum*] non † innuit, ꝙ fuerunt alternatiua uerba sententiæ, de quo dic. ut no. infra de cle. ex. mini. latores: sed ponit diuersitatem formarum, ut dixi diuidendo. & est si. supra de of. dele. cum contingat. in prin. & quod ibi dixi [*Cognoscas*] ergo non refert, an dicat iudex, excommunico, uel præcipio sub excommunicationis pœna. quam incurras, uel te habeas, geras, vel reputes pro excommunicato, uel excommunicatum te esse cognoscas. ut hic. & supra de testi. cog. c. a. secundum Hostiē. Gof. contra propter odium huius pœnæ non ampliandum, qui dicit subaudiendum ad hāc decre. nisi satisfeceris te excommunico, & te excommunicatum & c. & idem dicit de præ. decre. 2. & de hoc satis tractat in summa de sen. excom. ad fi. uer. quæritur an hæc uerba: sed primum uidetur tenere glos. de sen. ex. c. pe. & illud tenet Host. ut prædixi qui etiam remittit ad summā de sen. excom. § qualiter proferatur. & adde quod dixi de iudi. c. 1. super uer. communicet [*Medio tempore*] i. infra. 20. dies Alii aliter, vt dicam super gl.

11 [*Statutum*] à iudice [*Minime*] quia hic est † negatiua. & ꝑ pronus non habet necesse probare solutionem non factam: sed satis est, ꝙ apparet sententia, & lapsus termini, uel per id appareat excommunicatio, nisi in contrarium probetur solutio. uel appellatio. de hoc satis scripsi, de accu. super his [*Tali*] excommunicationis, uel suspensionis, uel interdicti [*Videtur autem nobis*] er-

12 go † & aliis sic uidendum est, supra ti. 1. in causis. & nō. quod licet cōmuniter papa consultationibus satisfaciat per uer. respondemus: quandoq; tamen per uer. uidetur, vt hic. ad idē de sen. ex. perpendimus, & c. uniuersitatis, & c. ueniēs, in fi. quandoq; per ver. dicimus, eo. tit. cum uoluntate. §. si & c. si quem. quandoq; per uer. non dubitamus, e. ti. significauit. vel non dudum, & c. si concubinæ. quādoq; per uer. credimus. e. ti. nuper. 1. & 2. respon. & c. cū illorū. quandoq; per uer. nolumus. e. ti. significauit, & c. ad eminentiam. uel uolumus, & mandamus, e. ti. eo contingit. 2. quandoq; utitur uerbo, statuimus, uel uer. indulgemus. e. ti. à nobis. 2. solum iura illius ti. allegaui: quia cōuenit materiæ huius capituli [*Huiusmodi sententiam*] sic suspensam ad diē, uel cōditionem [*appellationis*] interpositæ ante diem, uel conditionem [*impediret*] effectum. ut quærebatur.

13 ¶ Secunda † glo. tria facit. primò no. & signat contrarium. secundo ponit differentiam inter sententiam excommunicationis, & alias sententias. finis respon. per quæstionem de excommunicatione sub cōditione, qui ea pen. mutat forum. ¶ *In 1. † glo. l. 1.*] satisfacimus illi, cuius

cuius deſiderium implemus[*& ibi, omnis*] ſatisfactum dicitur, ſi ſolutum ſit, uel pignoribus, uel fideiuſſoribus, uel reo dato cautum ſit. ¶[*In glo. 2. ibi, potior*] ponit caſum quando pendente cõditione primi creditoris obligaui rem ſecundo, & poſtea euenit conditio primi, præfertur primus [*& ibi. ſtatuliberis*] non poteſt hęres adimere libertatem ſtatuliberi, nec ei nocere poteſt alienatio, uel uſucapio, quominus exiſtente conditione ſit liber. ¶[*In glo. 1. ibi, ſatisfacere*] ſ. ſoluere, uel fideiuſſores dare. ſed quò ad executionem non ſufficit fideiuſſorum datio niſi ex magna cauſa. ff. de re iudica. l. 4. §. ait prætor [f]. facit, ſupra tit. 1. cum aliquibus, niſi uolente creditore. & ſic intelligas, quod prædixi. unde iſte excõmunicatus non eſſet creditore ſibi uocante ſatisfactum, licet precium non numerauerit, ut no. in Specu. de obliga. & ſolu. §. nũc aliqua, uer. quid ſi contra [*& in fi.*] & no. ꝙ hæc eſt conditio de futuro. nam ſecundum Gof. Inn. & Hoſt. ſecus, ſi eſſet de pręterito, ut furtum feciſti, uel de præſenti, ut ſi rem furtiuam habes, argu. inſti. de uer. oblig. §. conditiones [g]. & facit quod not. 2. q. 7. biduũ, in gl. 2. & concor. quod dixi de condi. appo. c. fi. ſuper prin. primæ gl. ¶ In † gl. ultima [*potior*] aliud in cõditionali obligatione [h], quę uolũtaria eſt, nec poteſt ibi allegari iniquitas, uel grauamen. C. de ac. & obli. l. ſicut. aliud in cõditionali ſententia, quę redditur in inuitum. ff. de uer. obli. inter ſtipulãtem. §. 1. Hoſti. & uide, quod dixi de reſcrip. ſi prote, lib. 6. in 4. glo. [*& ibi, appellans*] Idem † Laur. Inno. & Hoſti. & Abb. Gar. & Io. Mo. de ſenten. excom. quicũque, lib. 6. & mihi placet. & eſt inter has ſententias hæc diuerſitatis ratio: quia ſententia excommunicationis trahitur ad diem, uel conditionem: aliás ſequeretur, ꝙ ſtatim eſſet excommunicatus, & ſtatim uitandus, & ſententia iam ligans per ap. etiam, infra 10. dies interpoſitam non ſuſpenderetur huius ratio, infra c. paſtoralis. In alijs ſententijs ceſſat hæc ratio. unde in eis appellatur uſq; ad 10. tantum. unde dico, ꝙ ſi cõditio, uel dies in alijs ſententiis exiſtat intra decẽ dies adhuc uſq; ad finem decem dierum poterit appellari. ſed in ſententia excomunicationis ſecus quo ad ſuſpendẽdum eius effectum, non dico quo ad negocium defe rendum [i]. Gof. autem & Roma. dixerunt per hanc decre. in qualibet ſententia lata ſub conditione. 10. dies appellationis incipere currere à die conditionis extãtis: quia tunc incipit eſſe ſententia, & nõ ante, inſti. de uer. obli. §. ex conditionali. infra de voto, licet uer. ſciturus. non ob. 2. q. 6. biduum: quia ubi dicit utile, non ſequitur, ꝙ neceſſarium. T. & Bar. Brix. dixerunt in ſententia excõmunicationis ſub conditione lata poſt decem dies non poſſe appellari, & dicunt, ꝙ eſt caſus decre. ad cõſultationem. & hoc dixit Bar. in quæſtione, quæ incipit, Eſto, ꝙ iudex. quibus hic conſenuit Pe. de Bel. exponens cum Vin. & Eg. medio tempore. i. ante decem dies, uel in decimo die. ſed ſecundum propriã ſignificationem vocabuli hoc falſum. eſt. n. medium, quod diſtat æqualiter ab extremis, ſecundum quod etiam poſt decẽ dies eſt medium reperire. unde diuidendo uiginti dies in tres partes. primã, ultimã, & mediam æquales, erit uidere, ꝙ prima pars conſiſtit in. 6. primis diebus, & 16. horis primis. 7. & in diei. ſecunda & media in octo ultimis horis diei. 7. & in 8. 9. 10. 11. 12. 13. diebus, & 8. primis horis. 14. diei. Tertia cõſiſtit in reliquo. idẽ, ſi velis latius ſumere mediũ, ſ. quicquid conſiſtit inter extrema huius termini, & ſic ſumitur hic. & ſic utroque modo eſt uidere poſt diem appellari poſſe. non occurrit, qua uia plus dici poſſit dies. 11. mediũ, quàm. 12. vel. 3. quàm. 18. & ſic de ſingulis. & hoc ſumendo propriè medium, ſ. ſm rem, uel ſm abſtractam quantitatem, uel ſm arithmeticam proportionem. medium uero quod ſumitur ſecundum cõparationem ad nos, non ſumitur ſecundum æqui diſtantiam. & de hoc. 2. Ethi poſt prin. vbi dat Phi. exemplum. Si comedere homini duos panes eſt parum, decem eſt multũ, non per hoc ſequitur, ꝙ. 6. ſit congruũ medium: quia alicui parum eſſe poſſet, & alteri multum. Hoc autem teneas in ſententia lata ab homine [k]. Vbi autem per prædicta uerba ſentẽtia fertur à canone (Pone exemplum de rebus eccle. non alie. c. 2. §. laici, & in fi. lib. 6. c. lib. de ſen. ex quacunque, per Clemẽ. de decimis. c. 1. de uſuris, ex grandi, de pœnis cupientes) tunc non iuuaret appellatio ante conditionẽ, uel etiam ante decem dies interiectã; ratio, quia à pœna iuris non appellatur, ſupra eo. quia nos. ff. de uerborũ ſig. ; l. antepe. Item ſententia hominis poteſt eſſe iniuſta. 11. q. 3. c. 1. ſed non ſententia canonis. ad hoc. 3. diſt. in iſtis, & §. præ. Item non ad ſuppreſsionem iuris, ſed ad præſidium innocentiæ inuenta eſt. s. eodem. c. 3. ſecundum Gar. & Io. Mona. poſt eum in prę. decre. quicunq; [*& in fi. glo.*] Laur. & idem Vin. T. Gof. Phi. Inn. Hoſt. & Bar. Brix. in quæſtione ueneri. 42. quæ incipit, Eſto ꝙ ſentẽtia excommunicationis. ſecus Damaſus in quæſtionibus ſuper hac decre. quẽ ſequitur Archi. de conſti. c. 2. li. 6. & ad hoc contrariũ inducebat Laur. poſt Goffr. ff. de dona. inter uir. & uxo. cum hic ſtatus ſi ſponſus, ff. de pęnis. l. fin. ff. de iuriſdi. om. iudi. eſt receptum ſupra de officio lega. c. fin. Item pro hac opi. contraria ſatis facit hęc decre. & modum inducẽdi & reſpondẽdi uide in Mercu. de regu. iur. cum ſunt partium, libro ſexto, in ultima quæſtio. [l]

ANNOTATIONES.

a ¶Conditione. adde ea, quæ habentur in c. Romana §. caueant, de ſen. excom. in 6. & ratio eſt quia ſapit naturam interlocutoriæ, ut habetur in rubri. de ſent. excom. in 6. & per Ioan. An. & Archi. in cap. 2. de conſti. in 6.

b ¶Demũ. poſt lapſum termini. & ſic melior eſt iſta, quàm illa quã ponit ſpecu. ubi ſupra, & uide Ioan. An. in c. quod ad conſultationem in gloſſa quaſi dicat ſupra de re iudi.

c ¶L. 1. ibi non ſenatus, enim pœna legis &c. quaſi ex quo prohibet iudex actum fieri, & imponit pœnam, ſi contra fiat, actus eſt nullus. in contrarium tamen facit. l. ſi. ff. de diuor. ubi uide Bar. & plenius in. l prætor. §. 1. ff. de noui oper. nun. & facit ad materiam. l. non dubium, C. de legibus, & c. qui contra iura, de regul. iu. li. 6.

d ¶ L. 1. & 2. ibi uide glo. & plene Bar. in l. ſi eum. §. qui iniuriarum, ff. ſi quis cau. & ibi ponit differentiam inter niſi, & ſi. no. & per ipſum in l. 1. ff. de condi. & demon. & Bal. & Sali. poſt Cy. in l. actione, C. de tranſac. & Ioã. An. in Spe. de ſponſa. §. 1. ueri. quid ſi ita.

e ¶ Manente. Contra hoc facit: quia licet partes prorogẽt terminum ſolutionis, quæ ad ipſos pertinet, non tamen poſſunt inducere excommunicationis ligamẽ alio tempore, quàm per iudicẽ ſit inductum: quia non eſt proferentis intentio, quæ ad hoc requiritur. ad hoc optime l. Labeo, quæ. alle. ad hoc optime faciunt rationes, & iura in deciſione huius quæſtionis, infra allega.

f ¶Prætor. uide Bar. in l. 1. ff. qui ſatiſda. cogan. & facit, quod nu. in l. prætoriæ, ff. de præto. ſtip. & uide. l. fi. & quod ibi not. C. ad l. fal. & Barto. ff. de condi. indeb. l. quod nomine.

g ¶Conditiones. Talis autem excommunicatio non tenere, uel uerius eſſet iniuſta: quia deficit monitio, ut no. ſupra in fi. glo. hic, & eſt text. in c. Romana. §. ſed ante, in rubr. de ſen. excom. li. 6. & talis conditio de præterito uel pręſenti impropriè dicuntur conditio. Vide Bar. in l. 1. ff. de condi. & demon. & licet tales conditiones non ſuſpendant tamen actum incertum reddunt. unde illis caſibus quęlibet incertitudo uiciat actum, etiam illæ conditiones uiciant illum, ut in c. 2. de elec. li. 6. ubi uide Io. An. & uide Bal. in l. 1. C. qui admi. ad bo. po. poſſunt, pe. 10. membrum. q.

h ¶Obligatione. Illa iura loquuntur in conditione poteſtatiua. Et uide Bart. in contractibus, & ſententijs an differentia ſit, in l. ſi is qui peremptorię, in 5. membro.

i ¶Differendum. ex quo, infra 10. dies à dię ſententiæ appellat, uide glo. in c. ad reprimen. de off. ordin.

k ¶Homine. uide Bart. in l. 1. §. biduum, ff. quando ap. ſit. & ibi quid in perenda reſti. in int. à ſententia conditionali, an à die ſententiæ an à die exiſtentis condit. ibi cogitandum dimittit.

l ¶Vlti. q. Et ibi uide latius Ioan. An. qui tenet opi. glo. & ad materiam facit, quod nu. Ioan. An. ſupra de obli. ad ratio, c. 1. ſuper gl.

ratio-

ratiocinijs, & uide Butr. & Bar. in l. fin. ff. si ex noxali cau. agatur, & plenius Barto. in l. 1. ff. de poenis.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio si in uno articulorum connexorum prohibetur, & in reliquis intelligitur prohiberi.*
Suspitionis causa ubi proponenda, & probanda, & specificanda etiam turpis, nu. 2. approbanda per arbitros, nu. 3.
2 *De intentione papae est ei credendum, non alteri.*
3 *Probatio non sufficiens aequiparatur nulli.*
Ab arbitrorum suspitionis sententia potest appellari, & ad quem.
4 *Non procedunt in negocio principali, finita causa suspitionis.*
5 *Epilogus, & suffragium glossarum, num. 6.*
In principio, quae fiunt ad medium, & ad finem saepe referuntur §. 1. & num. 7. §. 1.
In medio etiam quae fiunt ad principium & ad finem ita referri cōtingit, & ibid.
Incontinenti quae fiunt, inesse uidentur, ibid.
7 *Additio glossarum.*
8 *Recusatur ordinarius etiam secundum leges.*

CAPVT XLI.

8 ad intereſſe ſuum. ¶ Sed † & ſi in iniuriam domini fac ctum ſit, non licet ipſi dño auctoritate propria iniuriã uindicare, ſed per iudicẽ debet petere ſibi ſatisfieri, propoſita actione iniuriarum. ff. de iudi. priua. l. pe. hoc autem dubium non eſt ſm Inno. ꝙ ſi ille, cuius ſubeſt iuriſdictioni is, qui ſubditum meum læſit, ad requiſitionem meã ipſi ſubdito meo ſatisfieri renuit, uel negligit. ego contra eũ licitè bellum indico. 22. q. 2. dixit. & idem dixi de foro compe. poſtulaſti, in glo. d priuationis. & uide quod dixi de treu. & pa. c. 1.[d] & qđ dicam de iniu. & dam. dato. & ſi pignorationes, ſuper glo. pro credito. & plenius in Mercur. ſuper regula, non debet aliquid, de regu. iuris, lib. 6. & etiam ſecundum quoſdam ſingulos ſubditos domini iniuriantis capere, & ab eis ſatisfactionem exigere poſſum, ex quo contra dominum iniuriantis licitè bellum moueo, in quo ſingulorum bona deſtruo: quare non multo fortius ſingulos capere potero, & cogere ad 9 ſatisfaciẽdum. ¶ Sed † & illud indubitatum eſt, ꝙ ego dominus in iudicio non poſſum petere nomine ſubditi, ut ei ſatisfiat, cum nec iſtud mea principaliter interſit, nec ſuus ſim procura. hoc patet de priui. auctoritate, in fin. lib. 6. alioquin eadem ratione poſſem ius ſuum remittere, & ei renunciare, quod dicere eſt e abſurdum[e]. In publicis autem iudiciis, ubi criminaliter agitur, omnes admittuntur principaliter accuſando. nam per procuratorẽ hoc expediri non poſſunt. ff. de pub. iudi. l. penul. §. ad crimen, ſecundum Inno. cuius eſt mens totius huius glo. De bello autem mouendo dic, ut no. ſ. de iureiur. ſicut [*& infra*] de remiſſione damnorũ ſubditis illatorũ dic, ut no. in ſum. de pœni. §. fin. ſub uer. ſed pone. ꝙ guerra ſuis, ſecundum

10 Ho. [*Appellauit*] primo offerens † diuerſos modos decano ad iuſticiam eius. quod petebat, infra uer. quia uero. quę cauſa erat probabilis & uerisimilis, & ſic appellatio iuſta, ſecundũ Inn. Dicit Hoſt. ꝙ incautè fecit eps ſic appellando: quia per hoc totã iuriſdictionem ſuã quo ad hunc articulum tranſtulit in metropolitanum. cautius ergo feciſſet relaxãdo interdictum, ſed forte motus fuit: quia de facto non obedirent ſibi ſed decano, ut dixi ſuper uerſi. metuens [*Ceſſaretur*] de his 11 † ceſſationibus dic hodie, ut infra de officio or. ſi canonici, & c. quamuis, li. 6. Dicunt autem Inn. & Hoſt. & in decre. Irrefragabili, de off. ord. vt ibi ſcripſi ſuper uer. manifeſta, ꝙ licet talis ceſſatio ſit ſeruanda, tamẽ cum hæc non ſit uera ſententia interdicti, ſed tẽporalis ceſſatio a diuinis, celebrans contra illam irregularis nõ eſſet, ad hoc. de ſen. ex. is qui, li. 6. & de hoc in p̃. decre. ſi canonici, in gl. & uide quod dicam ſuper ca. & caueant religioſi à pœna decre. Clemen. de ſen. ex. cap. 1. [*Præfixo*] forſan ab appellante, ſupra co. perſonas, uel iudice appellationis [*Officiali*] qui eſt unũ conſiſtorium cum archiepiſcopo, & ideo de appellationibus ad archiepiſcopum interpoſitis cognoſcit, infr. eo. Romana, lib. 6. Hoſti [*Allegans*] & malè, Innocen. [*Emiſit*] cui appellationi officialis detulit, & apoſtolos tradidit. Sed poſtea horum, ut uidetur, oblitus, proceſſit, ut ſequitur. ſed Innocen. qui dicit, quòd deca-

nus potuit appellare sine assignatione causæ, allc. de of. dele. super qō. §. nos autem [*& infra*] hic deciditur, ꝙ decanus nihilominus faciebat supradictū interdictum seruari, propter quod eps excōicauit illū, & archieps denunciauit illū uitandū. Sed canonici nihilominus cōicarunt ei, de ap cōfidentes. de his omnibus iudicatur. Infra [*Quia uerò*] hic incipit sententia Inn. [*In-*
13 *stitiam† exhibere*] hic fuit appell. extraiudicialis facta ex probabili & uerisimili causa, propter quod nulla etiā facta inquisitione de ipsius ueritate, & interdictum, & quicquid postea factum est, irritum nunciatur. sic. sup. c. bonæ, & c. ad audientiam, ubi de hoc. unde notandū est ſm Inn. ꝙ licet aliàs nō prosit appellatio facta extra iudicium nisi causæ ueritate probata, ut no. sup. de elec. cum dilecti: tamen ubi ex probabili & uerisimili causa appellatur. i. ex causa approbata à iure scripto, uel consuetudinario, hoc ipso dicitur constare de ueritate causæ, ꝙ contrariū nō probatur, ut hic.
14 iure autem prohibitum† est, quòd decanus nō possit interdicere ecclesiam in grauamen, uel præiudicium epi, siue contra epm nisi ex manifesta cā, sup. de offi. ord. irrefragabili. §. pen. decanus nullam causam probabilem probabat, & ideo interdictum suū irritatur. fatemur tamen, ꝙ si decanus probasset, ꝙ manifesta fuit causa tpe illo, quo tulit interdictū, licet illa esset cōtra ius cōe, sed tamē competebat de cōsuetudine, seu priuilegio speciali, in hoc casu non fuisset reuocatum interdictū. ꝙ si tunc, qn̄ fuit lata sententia interdicti causa manifesta non erat, sed tamen in ueritate iusta causa suberat interdicendi, in hoc casu esset sententia sine grauamine relaxanda, & interdicens puniendus, sicut & in excōmunicationis sententia obseruat, ut patet in eo, quod le. & no. inf. de sen. ex. sacro. 1. rñ. Si autem ex causa uerisimili, & à iure approbata talis daretur sentētia, excōicatus ex multis causis ante sententiam allegatis, quas etiā corā excōicatore offeret se probaturum, propter quas diceret hanc sniām nō esse dandā, & ideo appellaret: tamē snīa hoc non obstante lata teneret. & si sic interdictus, uel excōicatus repulsa examinatione, siue cognitione exceptionum suarū propter id dicit se iniuste ligatū, ut sup. eo. ad audientiam: respōdemus illud locum habere, nisi post ap. fertur snīa ex cā non probabili & uerisimili. i. a iu-
f re scripto, uel cōsuetudinario nō approbata f. sed ubi fertur ex causa probabili, ut præmissum est, tūc oīno tenet sentētia, & si non probetur ueritas causæ. & ſm hoc dices, ꝙ speciale est in sententia excōis, uel interdicti etiā extra iudiciū lata ꝙ non tenet, si post appellationē ex causis legitimis interpositam lata est, & si nō probetur ueritas causarū ꝯ id quod no. inf. de his, quæ fiūt à maiori par. ca. c. 1. & est ratio, qa nunq̄ debet quis excōicari sine causa, quæ probāda est. 2. q. 1. nemo. uel dic. sup. eo. ad audiētiā, probauit appellans verā causam appellationis, & ideo quicquid attentatum est contra app. legitimā reuocatur: secus est, quā do ex causa probabili & uerisimili fertur excōicatio-
g nis snīa. tūc. n. non potest imputari iudici. imo cōmēdādus est pro eo, ꝙ falsas exceptiones nō admisit cōtra præsumptionē iuris, & cōtra ueritatē. uel dic ꝙ ibi non loquitur de sen. ex c. sed de diffinitiua, per quam iudex amouerat ab ecclesia presbiterū appellātē nulla cognitione præmissa, & ordine iudiciario non seruato, in quo casu certū est, ꝙ siue appellatū fuerit, siue nō, restituēdus est sic remotus, Inn. all. ad hoc Host. de restit. spo. conquerente [*Post appel. legitime*] sic est in an. sed nisi suppleas hic. interpositam, deberet dicere,
15 Legitimam [*Cuius† effectum*] puta dicendo, nisi usq; ad decem dies dimiseritis sacerdotem, ex tūc seruetur interdictum. uel hoc dixit, quia interdixit, quamdiu præsens esset episcopus in ciuitate. & ita cū sentētia nōdū

secum traxerit executionē, ab ea licitè poterit appellari, dum tamen à tempore sententiæ & scientiæ non fluxerint decē dies, s̄. titu. 1. quod ad consultationem. & sic non est contra. sup. eo. ad hæc quoniam, & c. pastoralis. uel dic melius, ꝙ episcopus ante hoc interdictum ex causis probabilibus & uerisimilibus appellauerat. unde decani interdictum postea latum fuit nullum. nec habere potuit effectum, secundum Inn. Di-
16 cit Host. ꝙ† duo sunt effectus sententiæ. unus, quo ligatur anima, qui perficitur in prolatione facta etiam in absentem. sup. eo. cum sit, in fin. & de hoc, de rebus ecclesię non alienandis, si quis. & iste suspendi nō potest. sententia pure lata, nec denūciatio amplius ligat. sup. eo. pastoralis. In conditionali, de hoc sup. eo. præterea. 2. Secundus effectus est, quo separatur à cōione hominū. 11. q. 3. nihil. sup. de exce. a nobis. & iste in denunciatione perficitur. nam ante denunciationē reputatur occultus, nec uitatur in publico, inf. de sent. excom. cum non ab homine. 1. respon. & posset ignorantia tūc allegari ex parte participantis, & etiam excommunicati. & de tali effectu denūciationis potest hic loqui, per quem uenitur ad effectum sentētiæ seruandæ. tamen quando ignorans sententiā in se latam appellat. suspenditur denunciatio secūdum eum, qui
h remittit etiam. sup. eo. pastoralis h, ad fi. [*Temerarium*] licet ipsum pronūciatum in se sit iustum, quod patet, quia papa idem pronūciat: fuit tamē temeritas, quia pronuncians iudex non erat [*Interpositam*] per decanū
17 [*Innouari*] in † præiudicium appellationis. de hoc sup. c. prox. [*Apostolos*] dimissorios: secus, si refutatorios, j. c. 1. lib. 6. dicit Abb. ꝙ simpliciter dādo uidetur deserere [*Post appel. interpositam*] ab officiali, Inn. & ab eo receptam, & hoc ponderat hæc litera secūdum Host. [*Viribus caruisse*] nam per primam appellationem delata fuit causa principalis ad metropol. Secunda uerò appellatio interposita ab officiali & ab ipso recepta cognitionem principalis & accessorij transtulit in papā. quamuis ergo iusta esset causa excommunicandi; ille tamen non erat iudex. & sic non ob. quod opponitur, ꝙ ex quo sentētia interdicti per decanum lata nō tenuit, ergo impedire nō potuit excōicationē latam per epm in ipsum decanum, uel alios turbantes diuinum officium. ad quod dicit Inn. hoc ideo, qa negocium omnium interdictorum fuit gradatim primò ad archiepm, secundo ad papam deuolutum, ut præ-
18 dixi. Sed dices, non ne† licuit episcopo suæ appellationi renunciare. C. eo. si quis libellos? respondet Inn. id uerum, si non fuisset illā corā archiepiscopo prosecutus: sed ex quo prosecutus fuit eam coram illo, & decanus ab archiepiscopo appellauit ad papam, non licuit postmodum episcopo in præiudicium partis, & in elusionem sedis apo. renunciare ap. quæ tenebat, quod ex eo patet, quia cassat, quicquid post ap. decani archiepiscopus attentauit secundū ipsum. & Ho. dicit hoc probari in eo, quod l. & no. s̄. c. prox. post prin. & uer. nos igitur, & supra eo. si duobus [*Innotuerat*] q.
19 d. secus, si † ignorasset, supra e. si duobus. dic ut ibi, secundum Hosti. Sed Inno. sup. maxime. Idem enim esset secundum ipsum, si de app. nil innotuisset archiepiscopo, cum per ipsam etiam in eius absentia factā appellans fuerit exemptus ab ipsius iurisdictione, ar. supra c. pastoralis. 2. questio, 6. biduum, all. Ho. de offi. dele. pastoralis. §. preterea. uide quod dicam, inf. eo. interposita, in gl. cora iudice, ad fi. [*Cōicauit*] sed contra, quia talis, licet appellauerit, uitandus est. inf. de sent. excō. per tuas, uer. nos igitur, Dicit Host. illud uerum in iudiciis, excepto articulo, de quo agitur, extra iudicium non, & in diuinis non uitatur, ut hic, & de sent.
20 excom. solet, lib. 6. [*Inculpabiles*] & si† etiam sic excommunicatus eligatur interim, & postmodum pronun-

cictur

cietur excommunicatio nulla, ualebit electio quandoq;, arg. hic, quia ueritate manifesta &c. 8. di. ueritatem. Quidam tamen dicunt, ꝙ talẽ eligentes peccant. sed dicit Inn. ꝙ non uidet causam, quia eligendo nõ communicant ei, quod esset peccatũ, sup. quod me. causa, lactis. sed & talis electus consentiendo non peccat, quia non tenetur se gerere pro excommunicato, sed contra inf. de sen. exc. per tuas. Inn. hic dicit, ꝙ hic constabat sententiam non tenere. tu dic ut sup. gl. pro

21 xi. ¶ Prima†gl. quærit, arguit pro, soluit contrarium. ¶ Secunda gl. respondet per contrarium. ¶ Quinta gl. in fi. soluit contrarium. ¶ *Glo. sed non uidetur*] obiicit, & soluit. demum tractat, an purum interdictum suspendi posit, & quid si interim appelletur. ¶ Pe. & ult. gl.

22 respõdet per duas obiectiones, & solutiones. ¶ *In†glo. 1. ibi. l. ulti.*] ibi ut instrumẽti falsitate subducta debitor caperetur. ¶ *In gl. sed non uidetur, ibi, si quis tamen ita*] fit institutio cõditionalis per hoc uerbum, is ex fratribus meis, qui Seiam uxorem duxerit, sit hæres [*& ibi, sine autem*] animo donandi accepto tuli, quod debebat uxor, si in eandem uoluntatem perseuero usq; ad mortem, aliàs non [*& ibi, sed si manente*] uide de offi. dele. P. & G. in fi. [*& ibi, cum alijs*] est. l. pen. & uide de sent. exc. duobus, super 1. gl. ¶ *In glo. antepen. ibi. l. 2.*] uide de iudi. intelleximus, super 1. gl. [*& ibi, cum principalis*] sequitur, causa non consistit, plerunq;, nec ea, quæ sequuntur, locum habent. ¶ *In ulti. glo. ibi, minor. 25. in fine*] si præses minorem pronunciat maiorem, & curator hoc cre-

23 dens, cessauit, non tenetur, licet ille sit minor. ¶ *In†gl. 1. ibi, ut fama*] & c. si clericos, lib. 6. [*& ibi. c. 2.*] & 5. q. 1. quidam, Inn. puto, ꝙ inducat quod ibi dicit textus, teneri ad disciplinam. sed non dicit per quem [*& ibi, non credo*] idem & Inn. [*& ibi, uerbo*] scilicet quasi dicat non corporaliter [*& ibi, Iesum*] etiam uerbo, Io. 8. in princ. ¶ *In glo. 2. ibi, consuetudine*] ad idem. s. de of. ot. irrefragabili. §. excessus. & dicit Hos. ꝙ quasi in omnibus ecclesiis regni Franciæ hoc obtinet consuetudo, ꝙ decani iurisdictionem habent in capitulum, & in electũ: nõ credit tamen, ꝙ ex consuetudine posit cõpetere decano, ꝙ ferret interdictũ in ciuitatem, & remittit de fo. compe. cum contingat. Ex priuilegio autem hoc competere posset secũdum eum; & sic loquatur hic. uel fecit de facto. uel uerius loquitur de cessatione diuinorum, de qua in textu remisi. ¶ *In glo. qui fuerunt, ibi, consimiles*] ut si dicebat se paratum stare iudicio archiepiscopi, uel amicorum cõiter electorum, uel his similia [*& ibi, iniuriosam*] imo faciebat præsumptio pro ep̃o rã ratione diœcesi. 16. q. 7. omnes, quã sententię. de renũ. in pñtia. ¶ *In glo. no. quòd, in fi.*] sed Ho. dicit, ꝙ hic

24 †appellatio sumit̃ pro prouocatione. decanus. n. non erat iudex, sed subditus appellantis: nec erat alius iudex medius, & sic pars partẽ ad iudiciũ prouocauit. s. c. cum sit. quo casu sufficit appellare à grauamine futuro, sumpta cõiectura ex probabilibus causis, & talis prouocatio reputat̃ legitima, ut hic, & s. e. bonæ, ubi de hoc, & uide, quod dixi, supra post Inno. in glo. hoc fuit. ¶ *In glo. qui perturbat, in fi.*] & ꝑm leges pœna est capitalis. C. de his, qui ad ecc. confugiunt. l. denunciatũ, & in aucten. de sanctissimis episcopis. §. si quis cum sacra. 4. charta, col. 9. Host. ¶ *In glo. pen. ibi, legitima*] non dicit legitimam nisi quò ad abdicandum iurisdictionẽ iudicis, qui detulit, secundum Hostien. ¶ *In glo. ult. in fi.*] dic ut infra de senten. excommunica. solet, lib. 6.

ANNOTATIONES.

a ¶ Cum suis accessoriis. Adde hic d. Bal. qui præmittit, quòd quędã sunt accessoria necessitatis, & quædam iustitiæ. vide hic.

b ¶ Nec ulla cõsuetudo. Adde tex. in c. cum inferior. 21. di. & d. Anhic, & gl. in c. 2. de consue. in 6. & per d. Præpo. in eod. sup. eo.

c ¶ Iniuriam. Contra quia iniuriari dicitur dominus ex iniuria subdito illata, arg. 21. di. in nouo. 3. q. 1. nulli, & facit c. ad apostolicę, de re iud. lib. 6. & quod ibi no. Io. And. sed pro eo, quod hic dicitur, uidetur casus, in c. auctoritate, & ibi no. per glo. & Io. And. de priuileg. lib. 6. ubi uide.

d ¶ Capitulo. 1. super glo. 2. & uide Iõ. And. de resti. spo. olim, el primo, in glo. quomodo hoc. oer. ubicunque, & in fi. glo. & uide Barto. in libello suo repræsaliarum.

e ¶ Absurdum. Contra uidetur no. per Io. An. de suc. ab inte. c. fi. in gl. no. quòd episcopus, & in c. olim; el primo, in glo. si de iuribus, de resti. spo. sed in episcopo illud locum habet, qui superioritatẽ habet in ecclesiam inferiorem, & est ius publicum, hic in priuato loquitur.

f ¶ Approbata. Imò & oblatio probationis non operatur extra iudicium, & c. interposita, in prin. inf. eo. tone locum nõ habet, ut ibi no. Io. An. in glo. coram iudice, & uide in deci. Rotæ, conc. 371.

g ¶ Enim. Nunc enim apparet appellari contra illam sententiam ex causa non uerisimili contra id quod no. sup. eo. bonæ, quia cognito uno de contrariis, constat de reliquo, ff. de his, qui sunt sui, uel alien. iu. l. 1.

h ¶ Pastoralis. Idem no. Io. And. in c. pastoralis, super uerbo excommunicatus. & ista est magna limitatio ad illud. c. quod uidetur probare contrarium. facit pro hic dicto c. licet, de sen. excom. lib. 6. à contrario sensu, & probat hoc. c. ubi. cum interim.

SVMMARIVM.

1 *Reuocatio causæ postquàm fit à Papa, non ualet processus habitus per minorem, & quando, num. 2. & 3.*

Comparatur appellationi.

2 *Irritum & inane siquid declaratur; quid hoc sit.*

Traditio in facto consistit, & quando impediatur post reuocationem causæ.

In facto quæ consistunt, ut non sint; postquam facta sunt, fieri nequit.

Attentata post reuocationẽ negocij ad papam, uel lite pendente in danda etiam possessione quando reuocantur, & nu. 3.

Possessione sua quis priuari non debet lite pendente.

3 *Auocatio seu reuocatio negocij per papam facta quando sit causa irritandi postea gesta. & ab alio etiam potest fieri, nu. 4.*

Papa in auocatione causæ, negocijue, ac aliàs potestas.

4 *Sigillo alieno ut proprio, nec nouo proprio, & quando.*

Manu licet aliena uti subscribentis, quæ comparatur alieno sigillo.

5 *Additio glossarum.*

Appellationis uirtus quæ, non semper iusta.

Reuocatio, uel auocatio negocij uirtus, & semper iusta censetur.

CAPVT LVI.

1 VT nostrum. Postquam†papa causam ad se reuocat, nõ

a ualet processus habitus per minorem [a], sicut nec ualeret, si prius ab eo fuisset legitime appellatum & ponit dictum & rationẽ dicti ibi, cum plus sit [*secundum mandatum*] quo iusserat archiepiscopũ ostendere, ꝙ cancellariam contulerat personæ idoneæ modo canonico, & tempore cõpetẽti [*Sigilli*] cancellariæ [*Dicto. H.*] cui cancellariam contuleras [*In-*

2 *ritã† & inanem*] i. nil iuris fuisse collatũ ex tali traditione, nec literæ ab illo sigillatę ex persona illius sũmant uigorem. alias cũ traditio cõsistat in facto, ex quo facta est, nequit non fuisse. ff. de capti. & postli. reuer. l. in bello. §. factæ, secundum Inn. & facit, quod not. in cle. de hære. c. 1. uer. duro, secundũ quem Inn. nõ ob. sup. eo. constitutis. 2. quia ibi legitimè fuerat cõfirmatus, nec appellatio sine cã ab aduersario interiecta potuit suspendere confirmationis effectũ. sed hic clam fuerat facta prouisio, & ante traditionem sigilli negocium ad curiam reuocatum. Iuste igitur reuocatur attentatum post hanc reuocationem. & pendẽte lite. s. ut lite pendente, per totum. Cũ enim ille, cui collata fuit cãcellaria, nõ fuisset in possessione officij añ traditionẽ sigilli, cũ officiũ cõsistat in sigillãdo, & negocium reuocatum esset ad curiã, ubi tractabatur de cancellaria, & ipsius iure ante sigilli traditionem, iustũ fuit traditionem postea factã pnũciari irritam & inanẽ:

secus, si iste. H. ante reuocationē fuisset hoc ius adeptus uel iustè institutus, uel confirmatus, ut in cōtrario. Dicit etiam Inn. hoc notandum, ꝙ si alius, quàm papa ageret cum archiepiscopo dicens, ꝙ collatio, siue confirmatio cancellariæ ad ipsum pertinebat, quā tuncunq; super hoc citatus fuisset archiepiscopus in possessione conferendi, uel confirmandi existens, uel lis esset etiam cum eo contestata, nihilominus tamē posset archiepiscopus cancellariam, si uacaret, cōferre, & ei, cui contulisset, sigillum tradere, dummodo hoc manifeste in nullius præiudicium uerteretur: qa & lite pen. nemo priuandus est possessione sua. sup. ut lite pen. laudabilem. inf. c. significāte. Si uerò hæc alii manifeste præiudicarent, nō ualerent, sicut hic patet exemplum, ubi fiebat præiudicium illi, pro quo scripserat papa. uel ad minus iuri ipsius papæ, qui dicebat potestatem conferendi cancellariam ad se deuolutā esse. unde in hoc casu irritandum est, quicquid in præiudicium suum extitit attētatum, ar. in eo, quod le. & no. sup. de sup. neg. præla. licet. nō† est igitur hoc regulare, nec de iure cōi, ꝙ ex quo papa incipit de aliquo negocio cognoscere, quicquid fit à partibus irritum decernatur. imò quod hic mandatum fuit de sigillo, speciale est. & est ratio specialitatis suspitio, quā papa conceperat contra collationem ab archiepiscopo factam, vt inf. ut ecc. bene. c. unico. alias n. bene licuisset archiepō mandare effectui collationē suā, quāuis sibi esset quæstio mota s. eo. constitutis. 1. & hoc plus placet Inn. q̄ id, quod no. sup. in 1. parte huius gl uel dic hoc esse speciale in reuocatione, quam ex certa scientia facit papa, apud quem[b] plenitudo est potestatis. 2. q. 6. decret. sup. de usu pal. ad honorem, ut ex quo ad se certa scientia aliquod negociū reuocat, postea circa illud præter eius conscientiam non possit aliquid attentari. ut patet in eo, quod legitur, & no. inf. de præben. inter cętera. ſm Inn. cuius est mens totius huius gl. quinimmo & idem uidetur, qualitercūq; ad ipsum negocium sit translatū. ut patet in eo, quod le. & no. sup. eo. solicitudinem §. nos igitur, & de postu. præla. bonæ. 2 §. nec nocebat. & de elec. dudum. 2. ſm Host. facit sup. ut lite pen. ecclesia. 2. & vide quod dixi, de cōstitu. cum. M. in gl. diuersa. nec prædictis obstant, ut lite pen. c. 1. & 2. lib. 6 quæ in aliis casibus loquuntur, ut etiam dixi de testi. in inte. c. 2. [*Vt si præsumeret*] non. n. licet uti† sigillo alieno ut proprio, arg. ff. de cri. fal. eos qui. §. fi. inf. de his, quæ fiunt à pręla. quanto, in fi. nec proprio de nouo fabricato in alterius præiudicium. inf. de excess. præla. dilecta. de uoluntate tamē eius, cuius est, hoc expresso; & alieno sigillo, & aliena manu subscribentis. l. uti licet; de hoc. sup. tit. 1. cū inter uos. ſm Ho. [*Romanum*] & quemlibet ordinatium, qui hoc possit. ff. de iud. iudicium. ¶ [*Iat 1. glo. ibi, ut nostrum*] & s. de of. Archi. ¶ [*In glo. ult. ibi, quam sit appellare*] nam appellatio non semper iusta, nec semper per eam reuocantur innouata. inf. eo. non solum. nam uirtus eius in iure consistit potius, quàm in facto: sed reuocatio semper censetur iusta, ex quo facta est, & semper aduocat inferioris iuridictionē & uirtus eius in facto potius, quàm in iure, & sic maioris virtutis est ista, quam illa, secundum Host. ſm quem est si. de offi. le. dilectus.

ANNOTATIONES.

a ¶ Per minorem. Adde Bald. in l. si ut proponis, l. prima, C. quomodo & quando iu. Archid. in c. multum stupeo. 3. q. 6. & per d. Frā. Cur. in l. si quis id quod, ff. de iurisd. omo. iudi. per Inno. & Barb. in cap. licet, de offi. lega.

b ¶ Quem. Et dicitur expresse reuocare ad se negociū, quando partes monet, uel citat, ut coram ipso ad causam tractand. ueniāt, licet expresse non dicat, reuocamus. probatur hoc in c. isto, ut patet ex casu, quem ponit gl. 1. in c. ut nostrum, ut eccle. benefi.

c ¶ Eos qui. Adde Bald. in l. comparationes, C. de fide instru. & per Inn. in c. dilecta, de excess. præla. & per Bald. & Imo. in c. significauit, supra eodem.

SVMMARIVM.

1 *Termini appellationi prosequēda statutis ab homine preuentio utri partium liceat, quid de legati, & quando nu. 5. & 13.*
Sine eius mentione quando litera non ualent, & nu. 5.
2 *In appellationis rescripto non est necesse nomen iudicis exprimere, à quo est appellatum.*
3 *Procurator appellare tenetur, an autem prosequi, remittit.*
Termini assignatio ad prosequendam appellationem non habet uim dilationis, a prouocante statui tantum potest, num. 4.
Appellationi nunquid uideatur delatum, si notarius dicat, quòd iudex benigne recepit appellationem.
4 *Sententia per appellati literas poterit infirmari. & contra nu. 1.*
5 *Contra literas opponere exceptionem oportet: aliàs ualent.*
Termini præuentio quando possit ab appellato fieri.
Arbitrium iudicis interuenit in præcursione termini.
6 *Appellationem prosequi possumus etiam coram ipso iudice appellationis absque alterius ab eo impetratione. an coram iudice appellantis, ubi supersessum est, num. 7.*
Continentia causæ diuidi non permittitur hic.
Grauamen hic accipitur pro periculo, uel damno rei priuatæ.
Periculum Reipublicæ.
8 *Prorogatio potest à parentibus fieri de re priuata, quantum uolent: secus si de re publica litigatur, uel matrimonio carnali, uel desiderante causa celeritatem.*
Publicæ causæ quæ dicantur, & quæ illis comparantur.
9 *Appellationis causa nisi terminaretur intra annū. tunc si superior prouideret in beneficio, non esset æquum reprobata Host. opin.*
10 *Debendi uerbum importat necessitatem.*
11 *Curam populi non habet is, à cuius confirmatione fuit appellatū.*
12 *Suffragium glossarum.*
Præuenire diligentiam quis alterius captiosè non debet: licet aliàs subueniat uigilantibus, num. 14.
13 *Additio glossarum.*
Termini ad prosequendam appellationem statuti ab homine, uel à lege differentia. & an possit prorogari.
14 *Vigilantibus iura subueniunt.*

CAPVT LVII.

1 OBlatæ nobis. Casus. Si† terminum appellationi psequēdæ statutum ab homine altera pars præuenit, eo tacito literas impetrando literæ nō ualent. sed terminū iuris appellatus pręuenire potest, dummodo nimium non præcurrat &c. Cōis diuisio. Secunda ibi. Licet igitur, quæ distinguit, & secundum membrum distinctionis prosequitur ibi, si uero 3. instruit iudicem ibi, superior 4. concludit ad casum pro 2 positum ibi, ex his [*Quidam iudices*] no. pro† opi. Vber. ꝙ non sit necesse in rescripto appellationis exprimere nomē iudicis, à quo est appellatum; de hoc in Spe. de appel. §. de offi. uersi. antep. [*Procuratore*] appellare 3 †tenebatur, sed non prosequi, quod dic, sup. de proc. non iniuste [*Sine termino*] per appellationē statuto. de alio dicet. j. [*Assignatus*] no. ꝙ termini assignatio facta per iudicem non habet uim delationis, cum ista ponantur hic ut diuersa; de hoc. inf. eo. cum appellationibus, lib. 6. Quid si dicit notarius, ꝙ iudex benignè recepit appellationem? uide in Spe. de appel. §. nunc dicamus, in fi. & dicit, ꝙ non uidetur detulisse. tamen dicit ibi. Go. ꝙ Clementi placebat contrarium. Sis ergo cautus in rńdendo, & in statuendo terminū [*Plebanus*] de Sanibro. [*Appellatus*] nō præcurrēs nimiū terminū 4 legalē [*Obseruatione*] & tamē† p illas literas poterit infirmari, ut dicitur inf. [*Litteras impetrauit*] quod est inf. [*facta mentione*] de appel. ut in ult. gl. [*Alia pars*] appellās scilicet [*an posteriores*] impetrati ab appellāte [*Vel nos*] prio-

res impetrari ab appellato [*& infra*] forte adhuc quærebant. quid iuris, si terminus legis fuisset moderatus per hominem, & an poterit moderari? quæ infrà respondet, secundum Hosti. [*A sententia*] hic etiam possit argui, quod arguebatur supra eod. ex ratione, punctando hunc textum ita, quòd respiciat uerbum, indulgeatur: sed illa non est mens literæ. & dic ut ibi [*A prouocante*] ab appellato, no. Hostien. & de hoc in spe. de app. §. qualiter, circa fi. [*Si eo*] s. termino statuto ab homine [*Tacita ueritate*] est ergo expressum secundum 5 Ho. quod de termino † appellationis ab homine statuto a necesse habet impetrans facere mētionē a. ergo & de app. ut in ul. gl. [*Firmitate*] opposita exceptione, quod dic ut no. de rescriptis, ad audiētiā. 2. [*Non præcurrat*] dici potest hoc arbitrarium, de offi. dele. de causis. Alij quòd ultimo mense hoc poterit: sed tunc solùm agere, cum mensis superest. de hoc hic no. Inno. & Hosti. uide in spe. de ap. §. nunc breuiter, uer. licet autem: primum placet, & ueniet in arbitratu conditio personarum, qualitas causæ, & loci distantia. supra eod. cum sit Romana, de elec. cupientes, in prin. li. 6. nec uideo præiudicium. cum non intersit appellātis: imò regratiari deberet appellato, qui proprijs expēsis impetrauit sibi iudicem, per quem obtinere poterit sententiā b infirmari, ut hic b in fin. [*Impetrare*] posset † etiam pro- 6 sequi coram ipso iudice appellationis non impetrando: tamen necesse tunc erit aduersarium citari, & dic ut plene dixi, supra c. sæpe, super glos. si lis [*Sic obuentū*] ne diuidatur continentia causæ, de seque. poss. cap. 1. [*Recusare*] uel nisi impetrasset secundas, quæ de primis expressam facerent mentionem, supra de rescriptis, 7 ceterum, infra titu. 1. bone [*Prosequi*] an † Idem possit coram iudice appellantis, coram quo illum citari fecit, & postea supersedere, uide quod dixi, supra eo. ex ratione, super 1. gloss. in 4. columna. uersi. imò plus uidetur [*Grauamen.*] i. periculum. uel damnum rei priuatæ, de re publica dicetur, infra uersi. proxi. [*Superior*] ad quem est appellatum, ut infra dicit [*Periculum*] reipublicæ, ut infra exemplificat, ac si dicat, cum agitur 8 † de re priuata, prorogent partes, quantū uolunt, nec ibi iudex occurrit partibus tacentibus, uel inuitis: secus, si de republica litigatur, vt de prouisione ecclesiarum, uel de salute animæ. ad idem, supra de elec. cum nobis olim [*Alicuius electi*] idē, si agatur de matrimonio carnali secundum Gof. Host. & Eg. allegant, supra ut lit. non cont. quoniam. Idem dicit ipse Gof. in alijs, quæ celeritatem desiderant, ff. de dam. insec. l. 1. ff. de 9 ferijs. l. 1. & 2. [*Etiam ad annum*] dicit † Hostiē. quòd satis esset æquum statuere, quòd si non terminaretur intra annum talis causa etiam principaliter mota, extūc superior prouideret, nisi iusta causa subesset, infra de iure patro. eam te, & c. cum propter, & de hoc eo. tit. quoniam. nam si expectatus per sex menses remouetur ab obtento, nisi habeat iustum impedimentum, de cleri. non resi. ex tuæ. fortius impediri potest promouendus: quia turpius &c. supra de iureiuran. quēadmodum. Tu dic, quòd hæc esset summa iniquitas. & in decre. ex tuæ, est dare culpam non residentis. Ad alia iura respōdet, ut dixi de officio ordi. dum uos, in princi. seruitium autem beneficij impleri poterit per uicarium temporalem, ut ibi, & supra eo. peruenit. 2. cum concor. [*Potest*] concor. Cle. e. tit. quamdiu [*Imò* 10 † *debet*] bene corrigit, quia hoc importat necessitatē: aliàs quod permittitur, non præcipitur. ff. de iudi. nō quicquid, ff. de offi. præsi. l. sæpe. & l. generaliter [*Moderari*] hodie tene, quod habes, de elec. c. 1. & c. cupiētes, & c. si postquam, lib. 6. [*Negligi*] sumptum est hoc uerbum, de can. 45. dist. de persona, in fine [*Desit cura*] nota pro eo, quod no. de ele. auaritiæ, libro sexto, in 11 gl. & tunc, in fi. Hoc enim † patet, quòd is, à cuius confirmatione appellatum est, interim nō habet curam [*Vel infirmandam*] ergo iudex impetratus ab appellato non semper confirmat: imò infirmat, si inueniat infirmandam, & econtra iudex appellantis quādoque confirmat, infra c. 2. secundum Inno. & uide, supra de offi. dele. cum contingat, in glo. quia melius. circa finem, & de testi. spolia. ex conquestione, in gl. magna, 12 uer. si quis etiam. ¶ [*In † glo. & sic, ibi, si mater, secundo*] dū mater deliberat de adeundo, non succedit agnatus. ¶ [*In gl. 3. in fi.*] sed illud non est prorogare, sed parcitur ei, qui impeditus non prosequitur infra tempus legi- 13 timum. ¶ [*In † glo. pars appellata, ibi præuenire*] potest esse ratio diuersitatis secundum Goffr. quia communiter terminus hominis breuis est, quia moderatur legalē, supra c. cum sit. nec potest prorogare, ut hic. uel quia homo magis dedignatur naturaliter, quàm lex. ff. de arbi. si cum dies. §. fin. & l. Celsus. uerius est, quod quia terminus iuris datur ad finiendam causam, ut sequitur in glo. necesse est fateri illum præueniri posse: sed terminus hominis datur ad inchoandum, meritò igitur non præuenitur [*& ibi. terminata*] ut in Clemen. eo. titu. sicut appellationem. ¶ [*In glo. & sic nemo, ibi, captiose*] 14 aliàs iura † subueniunt uigilantibus. ff. de his, quæ in frau. cre. pupillus, in fi. & de hoc, supra ti. 1. cum olim. ¶ [*In ulti. glo. in fi.*] & hoc teneas, licet Inno. hic uideatur innuere contrarium, remittens ad no. de offi. dele. ex literis, & ibi uide in glo. concorda, uer. si uero, & ibi, inuenies dictum Hosti. & uide. quod supra dixi in gl. est ergo. & ipse Inno. tenet dictum glo. de ma. & obe. dilecti, in glo: sed quo prodest, prope fi. uer. nec ualet, & infra de his, quæ fi. à ma. per. ca. capitulo primo, vbi uide obiectum, & uide quod dixi de rescriptis, capitulo secundo, in glo. nec processus.

ANNOTATIONES.

a ¶Facere mentionem. Adde ea, quæ habentur in c. personas, supra eo. per Bal. hic.

b ¶Vt hic. Vide Io. And. super c. ex conquestione, super glo. 1. in fi. uersi. item uidetur, quòd appellatur, ultra duas columnas, & in dec. Rotæ, con. lu. 322. Et scias, quòd cap. istud non habet locum in ap. interposita ab auditoribus in curia: quia statim pōt appellatus impetrare, uide in decisio. Rotæ, conclu. 112.

SVMMARIVM.

1 *Appellationis iudex altera parte absente contumaciter definit etiam negotium principale, si post litem contest. fuerit appellatum, & secus, si non sit contumax, nisi in casu, & quo nu. 3.*

Litis contestatio potest argui ex publicatione depositionum testiū, & ex sententia, & ratio.

A subsequentibus necessariò, uel communiter ad præcedentia possumus arguere, ad uerb. publicatas, & nu. 2.

2 *Nolle comparere sapit contumaciam, & citationem.*

De litis contestatione in causa appellationis reijcit aliò, & nu. 4.

3 *Appellationis prosecutio fit coram iudice appellationis, uel ab eo delegato, & num. 4.*

4 *De causæ meritis melius liquet partibus præsentibus, & interdum absente parte.*

Sententia diffinitiua non fertur regulariter contra contumacem, nisi in causa appellationis, & quandoque expedito articulo appellationis num. 6.

Litis contestatio non fit in causa appellationis.

5 *Epilogus, & additio glossarum, num. 6.*

Appellationem sæpe partes prosequuntur, & finiunt, & ratio & quando sit fatuum prosequi.

In eius prosecutione plenius probare possumus, recepienturque probationes, in fin.

CAPVT · LVIII.

1 PEr tuas. Casus. Altera † parte contumaciter absente, iudex appellationis diffinit etiam negociū principale, si post lit. cōt. fuerit appellatum. & com-

communis diuisio. secunda ibi, nos igitur [*Publicat.ut*] ex quolibet istorum potest argui lit. cont. cum ista nõ fiant regulariter lit. non cont. [a] supra ut lite non cont. quoniam. & per totum, secundum Hosti. [*Super hoc*] l. super causa appellationis, & per consequens super principali, si ante diffinitiuam fuerit legitimè appellatum [*Altera*] appellans, uel appellata [*Noluerit*] sapit † contumaciam, & per consequens citationem [*Calculo*] supra de causa poss. postoralis [*Negotio*] de principali loquitur [*Primis*] à quibus appellatum est [*Contestatu*] quid notet hic Goffr. de contc. litis in causa appellationis, dixi infra de testa. Rainaldus, uer. dilectus, super. 1. glo. [*Poterunt*] l. debebunt. sic supra c. proxi. ad fi. Hostiē. [*Delegati*] ad causam appellationis [*Per † contumaciam*] & non aliter: quia in nulla culpa est absens, cum nesciat hunc iudicem impetratum: secus esset, si præfixo termino ab homine ageretur coram iudice, ad quem est appellatũ eo casu, quo terminus ille habetur pro peremptorio, quod dic, ut supra c. sœpe. Et est ratio diuersitatis, quia iudex appellationis certus est utrique parti, sed delegatus sæpius est incertus, secundum Inno. & Ab. qui Inno. arguit in contrarium, de decre. super literis, in fi. supra de rescriptis [*Meritis † causa*] licet enim de his melius liqueat partibus præsentibus, supra de testi. in inte. tum ex literis: liquet tamen interdum etiam parte absente. de hoc in decre. prout, quam all. glo. [*Diffinire*] & hoc est priuilegium iudicis appellationis, cum regulariter etiam contra contumacem non feratur diffinitiua, s. ut lit. non cõt. quoniam contra. 1. respon. in causa tamen appellationis procedi potest, etiam si super ea coram iudice, ad quem appellatum est, uel eius delegato non fuerit lis cont. & sic intelligitur hic, & C. de temp. ap. l. fina. §. illud. citatio tamen semper est necessaria, supra c. sępe, secundum Inno. quod dic, ut ibi. ¶ Prima † gl. distinguit. aut reus est contumax, aut actor est, lit. cont. aut non, & aut liquet de causa, aut non. secundo quærit, & dupliciter soluit. ¶ [*In † glo. 1. ibi, si iudici*] causæ principalis, uel appellationis, quando. s. expedito articulo appellationis aggreditur principale: quod dic, ut dixi supra c. sępe, super gl. ut si lis [*& ibi, sed põne*] dicit Abb. quod inutilis est quæstio ista: quia fatuus est qui prosequitur appellationem, ex quo pro ipso lata fuit sententia, nisi cum pro modica causa est appellatũm, ut quia summam negocij principalis excedit quantitas expensarum, quicquid dicat Abb. sępe appellati prosequuntur appellationes, & libenter uident finem litium super confirmationibus sententiarũ, ne diu stẽt in pẽdulo. supra c. proxi. [*& ibi non probasset*] pone exẽplum, supra u. proxi. cum Bertoldus, de testi. spo. cum ad sedẽ [*& ibi est præsens*] fatue facit appella. qui in hoc casu prosequitur [*&, ibi, cassanda sit sententia*] nisi pręsens plenius probare uelit, quia tũc probationes recipiẽt, supra de testi. fraternitatis, de fide instru. cum Ioan. secundum Hostien.

ANNOTATIONES.

a ¶ Lite non contest. adde glo. in capitulo 1. de elec. in 6. in uer. absentia, & d. Feli. in cap. insinuante, de of. dele. & in cap. exceptionem, de excep.

SVMMARIVM.

1 *Appellans ante sententiam causam probabilem corã iudice, à quo debet exprimere, si falsa, uel uera causa fuerit, quid fiet.*
De nuntio misso, uel de literis impetratis exceptio non iuuat.
Diuisio cum subdiuisione capituli, uer. & diuiditur.
2 *Vt, particula quibus modis accipiatur, & quo hic.*
3 *Iudicis honore in quibus deferatur.*
Pro eius sententia & qua præsumatur.
Eius est interpretatio in omni ambiguitate, quæ emergit in iudicio.
Positioni etiam negatiue respondendum, secus partis, & quando.
3 *Litigator quandoq; fortius ligatur per aduersarium, quàm per iudicem, & quo casu.*
A iuramento delato à parte parti non potest appellari: secus si à iudice.
Litigare coram ordinarijs suis consultius est & utilius, & debebemus, aliàs repellimur principe, nisi in causis exceptis.
5 *Laboribus ut partium consuleretur, edita hac constitutio.*
Item pro expensis uitandis hac & alia.
Statuere ad nouam legem refertur.
Appellationum quarumcunq; causa antiquitus deferebantur ad sedem apostolicam, quod fuit per hanc constitutionem correctũ.
Noua iura quibus casibus condenda.
6 *Masculino genere continetur etiam fœmininum.*
Iudex idoneus quis hic intelligatur, & nu. 26.
7 *It etiam intelligitur, cui fuit causa commissa cum clausula, appellatione remota.*
Conuentus dicitur etiam per solam citationem.
Appellatio extraiudicialis non amplectitur ab hac constitutione, & num. 31.
8 *Cap. cum speciali, infra eod. intellectus.*
Reo quod non licet, nec actori in casu huius decretal.
Archiepiscopus non potest audire causas suffraganeorum suorum, nisi per appellationem, excipiuntur casus.
9 *Conuenti iustitia in quibus consistat.*
Dicere, & non probare nil prodest.
10 *Nuncij missio, an & quando ualeat loco appellationis, & quando & quæ reuocentur per eam. & quam habeat immunitatem.*
Itineris arreptio an & quando ualeat pro appellatione, & quando, & quæ per eam reuocentur, & à quibus immunis.
Aequiparata quipiam habent eandem uim, quam illud, cui fit comparatio, ex mente huius loci.
Appellatio facto, & uerbis interponitur, & qualiter.
Per nuncios qui sua gerant negotia, ibid. circa fin.
Rescriptum, uel litera amittunt uires suas ex dolo & negligentia impetrantis: aliàs non, & num. 12.
Sine culpa nemo suo iure priuandus est.
13 *De literis, uel rescripto impetrato non obstat exceptio, nisi post earum exhibitionem.*
Priusquam, pro donec.
14 *Versi. cum autem, quando habeat locum.*
Appellare ante sententiam licet secundum formam hic traditam tam ab ordinario, & delegato, quam arbitro, & quo, & nu. 17.
15 *Coram honestis & publicis personis, si copia non possis iudicis haberi.*
Si plures sint iudices, quid iuris.
In appellatione causam proponere debeo coram quo, & aliam an possim quàm expressã adducere, & in scriptis proponere, n. 16.
Appellatio prædonis, uel delinquentis occulti admittitur.
Suspectus dicitur iudex mihi, à quo appellaui in alia causa.
16 *Appellatio ad quem facta intelligatur, si nominatim quis non exprimatur.*
17 *Fieri potest ante difinitiuam sententiam secundum canones, & sup. n. 14. & quæ requirantur remiss.*
18 *Remissio causæ ad inferiorem non fit, si detulit appellationi, & quando uerbalis etiam facienda, nu. 20.*
Appellationis articulo omisso ut procedatur in negotio principali coram iudice appellationis & quo, an & quando de uoluntate partis appellatæ fieri possit, & quibus reuocatis. §. dixit autẽ.
19 *Expensarum condemnatio ex hac decretali quando & cui, & quis exequitur, & si nulla fiat, quid iuris.*
Inhibitio iudicis appellationis ab interlocutoria solum suspendit processum principalis causæ, non tamen defert illud, durat usq; ad expeditionem articuli appellationis.
Versiculi, saluis, continuatio.
21 *Causarum maioritas est causa sufficiens deferendi causam ad papam, etiam sine appellatione, num. 22.*
Causæ maiores quæ.
De appellationibus in eis quid tenendum, & num. 22.

22 *Causa omnis etiã ardua põt corã speciali papæ delegato tractari.*
23 *Appellare an sit necesse in causis electionum, uel alijs extraiudicialibus actibus intra. 10. dies.*
24 *Epilogus, suffragium, additio glossarum, & nu. sequentibus.*
Iudex non suus quibus rationibus quis dicatur.
27 *Appellatione remota clausula si non apposita sit in literis, in quibus poni debet de stylo curiæ mandatur rescribenda.*
28 *Huius clausulæ operationes quæ, & nu. 30.*
29 *Per hanc constitutionem generalem non remouetur decretalis, pastoralis, supra eod.*
30 *Appellatio à sententia excommunicationis & si nõ suspendit effectum sententiæ, defert tamen negocium.*
31 *Hæc constitutio quando nuncij missionis, uel rescripti impetrationis excusationem admittat, uel prouocationem.*
32 *Rescriptum expirat per litis contestationem postea factam coram ordinario.*
33 *An appellatio sit legitima, consideratur arbitrium iudicis, ad quẽ appellatum est, qui si male arbitratur, iterum appellatur.*
Appellationẽ legitimam si non admittit iudex, qualiter puniatur, & quibus casibus.
Eam potest appellatus admittere licet à iudice non sit admissa.
34 *Appellans calumniose punitur, & qua pœna.*
Pro eo si faciat opinio non condemnabitur in expensis.
35 *Appellationis iudex delegatus, qui pronunciauit appellationem iustam an possit de principali cognoscere, & sine nouo rescripto.*

CAPVT LXIX.

1 VT debitus. Casus. Qui † appellat ante sententiam causam probabilem exprimat coram iudice, à quo appellat: nec est ꝓbabilis exceptio de nuncio misso, uel literis impetratis, quæ præsentatæ non sint. & si falsa erit appellationis causa, remittitur appellans, & condemnatur in expensis. si uera, iudex appellationis in causa procedit. hoc dicit. Et diuiditur decre. in tres partes. in prima ponitur duplex cõstitutionis causa. in 2. constitutio. in 3. quædam protestatio. secunda ibi, statuimus. 3. ibi, saluis. Secunda subdiuiditur in alias tres. In prima prohibet ante sententiam appellari absq; rationabili causa, & ipsius rationabilis causę duo ponit exempla. In secunda ibi, cum autem, approbat appellationem ex rationabili causã expressa coram iudice interiectam, dicens iudicem appellationis de ipsa debere cognoscere. In tertia ibi, & si minus, instruit ipsum iudicẽ in processu. Et hoc dupliciter. primò cum reperit non rationabiliter appellatum, in remittendo, & in expensis condemnando. Secundo cum reperit legitimè appellatum, in ꝓ-
2 cedendo. 2. ibi, alioquin ¶ Et licet † regulariter, ut, ponatur modaliter, hic ponitur causatiuè, cõcor. inf. de spon. ueniens. 2. in fi. de elec. ut circa, de consti. c. 2. li. 6. & Cle. de iure patro. cum consti. Intendum consecutiuè. de hoc infra de condi. appo. uerum, ubi uide su-
a per fi. 2. glo.[a] [*Honor*] prima constitutionis ratio & no.
3 Abb. de hoc, quod † honor est iudici, si non appellet ab eo, & tantus honor debetur iudici secundum Vin. quòd potest contumacem constituere nõ contuma-
b cem[b], supra de of. dele. cõsuluit, supra de dolo, prout. Item præsumitur pro sententia sua in principali causã supra de re iudica. sicut, secus in appellatione. tunc
c enim potius statur appellationi, supra c. dilectus[c], & in omni ambiguitate emergẽte in iudicio eius est interpretatio. ff. de iure deli. leg. 2. & supra de of. dele. de causis, in fine. Et ubicunque etiam post conclusionẽ sibi uidetur, interrogat, supra de fide instru. cum Ioã. & de testi. cum clamor. & licet iudex ponat negatiuã parti, ut non es hæres, nõ appellasti, tenetur litigator ei respondere, quod non esset, si fieret positio à parte parti, nisi iudex cum litigatore concurreret, & approbaret, supra de iudi. cap. 1. Vin quod dic ut de confessis. cap. 1. lib. 6. [*Iudicibus*] ordinarijs secundum Vin. & Host. [*Litigatoribus*] 2. constitutionis ratio. & repete, ut
4 qñq; fortius litigat † litigator per aduersarium. quàm per iudicem. Si enim defertur iusiurandũ à parte parti, non potest postea appellari: secus, si deferatur à iudice. ff. de iureiuran. admonendi, Vinc. hoc intelliges per ea, quæ dixi de iureiuran. c. si super prima gl. [*Consulatur*] consulitur eis secundum Hostien. si coram suis ordinarijs litigent, ad extraordinarios, uel extra prouinciam de facili non trahantur. & uidetur hoc sumi ex auct. de man. pri. §. sit tibi. & §. se col. 3. & in auct. de quæsto. 1. respõ. & §. 1. ubi dicitur, quòd si quis dimisso ordinario pro iusticia vadit ad principem, remittet eum princeps cum correctione: & non dabit responsum. ad idem. in aucten. ut diffe. iu. in prin. & per totũ: sed quia ibi dicebatur de omni causa, illud intelligendum est, ne prælati ecclesiarum illud sic largè intelligant, excipiuntur in fi. maiores causæ, vt ibi dicetur se-
5 cundum Hosti. [*Laboribus*] ex † eadem causa facta fuit constitutio; supra de rescrip. nonnulli [*Expensis*] infra de of. ordi. ut litigantes, libro sexto. Expendebatur. n. interdum plus in causa appellationis, quàm in negocio prin. de resti. spo. frequens, libro sexto, ar. secundũ Abb. [*Statuimus*] idest statutum nouum facimus: nec ob. supra eo. cum ecclesiæ, ut ibi dixi super. 3. glo. quia secundum antiqua iura per quancunque appellationem deferebantur causæ apo. sẽ. 2. questione sexta, capitulo primo, 2. & 3. & per totum, & supra eod. super. eo. 1. & interdum ob hoc tractus ad remotos iudices cogebatur se redimere. his prouidet hæc constitutio, & decre. nonnulli, quæ fuerunt eiusdem concilij. & propter has causas facienda sunt iura noua, cum antiqua insufficientia sunt, uel grauia. Idem, si antiqua rationabilia non seruentur, supra de treuga, & pace, innouamus, secundum Hostiẽ. Ad idem in proœmio.
6 6. lib. & de præben. capitulo pri. eodem libro [*Si † quis*] uel si qua. de hoc infra, de electio. generali in gloss. secunda, libro sexto [*Coram idoneo*] ordinario, uel delegato secundum Ioan. Goffr. & Mel. & Innocen. & pro eis est supra. de proba. quoniam, de transac. decętero. Hostiensis dicit idoneitatem respici ratione fori proprij, naturalis, & ordinarij, de quo datur regula, actor & cętera, supra de foro competen. cum sit. aliàs enim hæc decretalis corriget multa iura de proprietate rescriptorum loquentia, ut infra dicetur [*Iudice*] etiam
7 † dato cum clausula ap. remota, secundum glo. communes, & secundum hæc correcta sunt iura tractantia de uirtutibus clausulæ. de hoc dicã infrà super tertia glo. [*Conuenerit*] etiam per solam citationem, de officio delega. relatum, secundum Inno. ubi ergo quis conuentus non esset, sed extra iudicium appellaret, posset hoc facere ex probabilibus coniecturis grauaminis inferendi, licet illatum non sit, supra eo. bonæ, cum & ibi appelletur etiam facto. de hoc supra eo. di-
b lationis ᵇ per ſuperiorẽ recipiatur, uel alteri committat, & de ipſa exceptione fiat poſtea fides corã iudice appellationis, ut hic, & ſupra c. proxi. & ca. cũ cauſam. Sed dices, nonne iudex grauauit non admittẽdo legitimã exceptionẽ, dũmodo ſit uera? Reſpondet Inno. ꝙ non fuit grauamen in non admittẽdo exceptionẽ, quã credebat falſam imo prima facie præſumitur pro uidentia, & ideo non caſſatur attentatum, niſi ex quo conſtabat de ueritate, & ꝙ ſic loquit. ſupra c. ex parte. 2. & c. ſignificauit. & dĩc ut. j. eo. non ſolũ, ꝙ ſi excipiẽs ꝓponat cãm legitimã, offerens ſe paratũ illã probare & iudex nõ admittit probationes oblatas, & ideo excipiens appellat, eſto ꝙ falſa ſit exceptio: tũ quicq̃d facit iudex poſt talẽ exceptionẽ, caſſatur: quia in hoc fuit grauatus excipiens, ꝙ eius probationes nõ fuerũt admiſſæ, ar. ff. de adul. l. denunciaſſe. §. fi. & q̃a mos ei gerendus fuit. ff. de proba. circa. de reſti. ſpo. c. 1. ¶ Unde ſm Inno. diligenter notandus eſt ordo, ut primò proponas exceptionẽ. ſecundò expectes, quouſq; iudex illam repudiet. uel admittat, uel ipſa non admiſſa procedat. ſi repudiat, locus ẽ ap. ſi admittat, ipſius iudicis eſt interrogare excipientẽ, an probare uelit exceptionem, ut in prin. huius glo. nec excipiẽs hẽt offerre, ſed fugere. 4. q. 3. c. 1. ſm Inno. dicit autem Hoſti. ꝙ omni caſu ſiue exceptio ſit uera, ſiue falſa, ſiue admittatur, ſiue non, dummodo ſit legitima, bonũ eſt conſilium, ꝙ excipiens offerat ſe paratum exceptionem probare quia ſi non admittuntur probationes, grauatur, & iuſtè appellat, & ſibi forſan facilius erit probare hanc de negationem, q̃ ueritatem exceptionis propoſitæ. Caueat tamen, ut non appellet, niſi tunc demum cũ non admittitur exceptio, uel probatio oblata ſm Hoſtiẽ. qui etiam no. hic, quod ſcripſi ſupra eo. dilecto, ſuper
3 uer. appellatum. ¶ Et quærit demũ, quid † eſt ſi reo excipienti, ꝙ non tenetur reſpondere libello, quo in perſonali conuenitur ſine expreſsione cãæ, iudex reſpondet, ꝙ uult deliberare, ſtatuens certũ diem, qua ueniente excõicat eum in ſcriptis, q̃a ad ſuum mandatũ non reſpondit in libello, quid fiet? Nã de talibus non põt excipiens ſibi cauere, quia non põt à iudice appellare. niſi repellat, ut dictum eſt, & excõicatio ſtatim ligat, nec per ap. ſecutã ſuſpenditur, ſupra c. paſtoralis, & ſic videtur, ꝙ iniqua ſint hæc iura, quæ tollunt excipienti hanc prouiſionem, ſ. appellandi, ſi non admittatur exceptio, arg. de offic. dele. ſuper q̃onum, in fi. ff. de arbi. non diſtinguemus. §. cum quidã. nam qui uituperari poteſt, præcaueri debet, ſupra de ſer. nõ ordi. c. 1. reſpõdet, ꝙ licet dicta excõicatio ſit iniuſta, quia exceptio iuſta, de libel. obla. c. fi. tamen ſeruanda. 11. q. 3. c. 1. ſed relaxanda eſt ſine difficultate, & iudex puniendus, de
c ſen. ex. ſacro ᶜ, eo. ti. c. 1, li. 6. non ergo propter tale incõueniens uitandum mutanda eſt talis forma: tum quia ſi indifferenter admitteretur hæc forma ap. ne tali exceptione non admiſſa procedas, facile impediretur ꝓceſſus iudicii. contra id de dolo, fin. tũ quia nulla cõſtitutio mederi poſſet, quin iudex, ſi uoluerit, excõicet iniuſte: tum quia nedum in iudicio, ſed extra iudicium tota die iniuſtè excõmunicat. Relaxatio igitur excõicationis, & pœna ſic excõicantis ſufficit ſic grauato, ad hoc de re iudi. c. 1. lib. 6. ſm Hoſtien. [*Probare*] corã iudice ap. [*Non doceat*] quod hic dixit Goff. uide
d ſupra ᵈ eo. ex parte, in fi. magnæ glo. opponit Inno. ꝙ
4 quando † appellatur ante ſententiam, de qua ap. loquitur hic, iudex, à quo, non tenetur deferre ex cauſa propoſita non probata, ſupra eo. dilecto. Item ſi deferat,
e non eſt neceſſe ᵉ uerificari app. cauſam. imò poteſt iudex app. ſtatim in principali procedere. prætermiſſis uerbis Inno. dic ut infra eo. non ſolum, & c. cũ ap. li. 6. Item ut dictum eſt, ſupra in gl. dicit Inno. ipſe excipiẽs non tenetur probationes offerre, ſed probabilem exceptionem debet iudex admittere, & excipientem ad probandum inuitare. grauat aũt non admittendo probabilem exceptionem etiam cuius probationes non
5 obtulit excipiens [*Eſſe uera*] habet ergo † appellans ante ſententiã neceſſe probare ueritatem cãæ, ſupra c. proxi. & c. ſignificauit, de excep. dilecti, in fi. & c. dilectæ, in fi, & c. ſignificauerunt, in fin. de iudi. exhibita, de libel. ob. c. 2. & 3. de reſcrip. ſignificante, & duobus capitulis ſeq. ſed & neceſſe eſt alia probari, de quibus dixi, ſu-
6 pra eo. dilecto [*Offerens*] dubitatur, an ſufficiat † uerbalis oblatio excipiens, ſcilicet qui uerbo dicit, ꝙ offert ſe paratum exceptionem probare: uel offert ſe probaturum? & uidetur ꝙ ſic: quia ſatisfacit. uerbis huius conſtitutionis, quæ dicit ſe probaturum offerens. facit de

re iudi.

re iudi.ad apostolicæ,uersi.etsi [*quia parata*] & pro hoc facit aperte,quod no s.eo.de excep.olim, in gl.a.post prin.vnde uidetur Host.hic dicere,ꝙ ille offert, qui dicit,hodie,cõstat, hodie agamus.ff.ut in poss.lega.si is, à quo.s de rest.spo.literas.uersi.propterea.Item forte impossibile est excipiẽti facere oblationem realium testium,uel scripturarum alienatum, per quæ intẽdit probare.& facit quod no.de elec.cupientes.§.si verò, lib.6.in gl.pen. & ius non arctat ad impossibile.4.dist. erit,de reg.iu.nemo potest, lib.6. In contrariũ uident consensisse Inn.& ipse Host.per diuersa loca gl.suarũ, s.& j.positarũ,in quibus de hoc tractantes loquuntur de obla.probationũ oblatarum:& ex ɔ̃rio sequeretur absurditas:quia falsam exceptionem opponẽti facilè erit se uerbo probaturũ offerre. Item quare uerbalis oblatio hic releuaret,cum excipiẽdo uidearur & hoc tacitè inesse exceptioni, cuius probandæ onus probare debet excipiens? ff. de prob.in excep. præterea hoc uidetur uelle decretalis,ex parte Adæ.de testi.cuius ɔ̃triũ ad istam sic soluit ibi,in 8.solutione,ꝙ scilicet uerbo tm̃ ibi se obtulit.nec obstat,quod dicit de impossibilitate facti.non enim circa principale.uel iustificãdum appellationem aliquid sibi deperit, licet probationes non offerat:sed est consilium, ꝙ si uult euitare onus ueritatis probandæ coram iudice ap. probationes illius offerat coram iudice principali,& si uult, & potest: aliàs probet ueritatem exceptionis coram iudice ap. consequetur effectum ipsius exceptionis, & delationis negocii principalis, ex quibus cõcludo nõ fuisse de mente huius rescripti, aliàs responsi, ꝙ sufficiat uerbalis oblatio, ad quod facit litera, quæ sequitur,Non fuit admissus, licet multi contra. & secundũ hoc expone,se offerens probaturum, idest probationes offerens.facit,supra de offi.ordi.pastoralis.in fi.& quod ibi no.in ulti.glo.& de eo,qui mit. in poss.c.1.& 2.in fi.& ff.de rescin. uen.l pen.C.de distrac. pigno.l.si residuum,& quod dixi in Spe. de app.§.pe. super uer. f illud quoque. Realis ergo probatio oblata & repulsa iustificat appellationem, lo.unde dicebat Hostien. ꝙ iudex nõ admittendo probationes oblatas grauat, cum non sit angustanda probatio, sed ei subueniendum,ut lit.non contest. quoniam, in prin. unde licet iudex sciat falsum esse, quod opponitur,tamen habet iudicare ſm probationes, quamuis falsas, ex quo nõ conuincitur falsitas, & nõ ſm conscientiã ff. de adul. denunciasse.§.fi.de hoc,de offi.ordi.si sacerdos. Meritò igitur sufficit, ꝙ probetur oblatio probationis, & non admissio. quod intelligit Host. nisi euidenter appareat de falsitate;ut si offert se probaturum,ꝙ Titius uiuit, de quo notoriũ est in terra, quòd publicè mortuus fuit in platea, argum. de accusa. euidentia. nam & hic confessio facta non obesset. ff. ad l.Aquil.inde Neracius.§.fin.& not. de confes.c.fi. hoc igitur quod g hic dicitur,locum habet in dubia exceptione [*Probaturum*] corãᵀ iudice,à quo appellauit.& hoc casu,quãdo,scilicet appellauit, quia se probaturũ offerens nõ fuit admissus,si nihilominus iudex,à quo,tulit diffinitiuam contra ipsum,dicit Inno.ꝙ iudex appel. probationes appellantis recipiet tam super appellatione, ut cassetur postea factum, quam super principali, ut super eo feratur sententia,etiam si ap.nõ valeret,nec est audiẽdus appellatus,si causa dilationis petat prius inquiri de causa ap. tm̃, cum boni iudicis sit tendere ad fi.litis,ut sup.de do.finem,de proba.licet.ubi considerata eadẽ ratione super principali, & super exceptione probationes simul recipiunt:secus, si nõ esset lata sñia ſm Inn. quia tunc pars appellata potest petere remitti appellantem ad iudicem, à quo temere appellauit.sup.eo.ut debitus. ubi uerò lata est sentẽtia, super ipsa debet pronunciari,si constet,uel statim constare possit ipsam sñiam irritandã,uel irritam:qa iustificat ap.prius facta;& hoc locũ hẽt in iudiciis tm̃. nã extra iudicium,ẽt si offerat se probaturũ, nõ cassabit factũ post appellationẽ.nisi probetur ueritas causæ propositæ, de elect.cum inter cano.& uide quod dixi ibi in glo.quid si coram,de his,quæ fi.à ma.par.ca.c.1.Dicit tñ Inn.ꝙ quidam prædicta non approbant:quia si ap. tenuit,semper reuocabitur sentẽtia,quicquid fit post h appell.& si non tenuit,apparet.ꝙ contumax fuit appellans;& sic nil reuocabitur: & hoc habet in iudiciis locum,ut dictum est:secus in his, q̃ extra iudiciũ fuit, cum ibi non possint induci probationes,& productæ non præiudicent,neq; prosint,sicut nec confessio extra iudicium facta.unde,& si is,ɔ̃ quem appellat extra iudiciũ reciperet probationes oblatas ɔ̃ aliũ,puta ɔ̃ aliquem,cui uult de beneficio aliquo prouidere,sed appellans ɔ̃dicet,nõ præiudicat ei:qa in iudicio non est: nec ẽt esse põt,cum nondũ sit ei prouisum.sed & si ad instructionem sui ipsas probationes recipit, nõ alligatur eis,nec ẽt aliis præiudicant;& idem est uidere in similibus:& de talibus probationibus dixi,de transac.c. fi.& in si.de re iud.de cætero,super glo.1.uersi.solutio. Si verò aliqua sint,in q̃bus nõ possit offerri probatio, & in iudicio, ut si iudex deneget tp̃s ad deliberãdum, uel terminũ ad producendũ testes, uel editionem sententiæ,uel actorũ,uel aliorum consimiliũ.uĩ.ꝙ in his casibus teneat appellatio,ẽt si hoc petens non offerat se in prædictis probaturũ grauamen.C.ut lit.pen.l.pe. C eo.ti.à proconsulibus.s.de dila.c.1.s.de testi.significauerũt. & ante omnia reuocanda est sñia post talem appel.lata,ẽt si non probetur alia ueritas grauaminis, nisi quia petitio sua, quæ de iure erat,non fuit admisi sa: & est iusta huius cõstitutionis ratio.cum enim facile sit proponenti grauamen probare, ꝙ obtulit se illud probaturum,imputandum est ei,si hoc non offerat.& obtinet hoc etiam in exceptionibus declinatoriis fori,ut si dicat literas obreptitias, de quo habet cognoscere delegatus.s.de rescri. super literis.§.si uerò per huiusmodi, & præce.habet etiã locũ in peremptoriis,ut in excep.pacti de non petendo,& rei iud.& consi.omnibus,quæ tamen probari possunt ſm Inn. Aliqui tamen dicunt contrarium, quod dic ut le. & no.sup.rit.1.cũ.lo.& An.§.1.& 2.de testi.ex parte Adæ. §.1.& 2.sed hoc intellige, ut ibi plene dixi super gl. ad hanc.secus autem in his,in quibus grauamen propositum probationi non subiacet, ut præmissum est: & idem secundum Inn.ubi absente iudice appellatur in casibus à iure cõcessis,de quo no.sup.eo. suggestum, in gl.1.quia uanum esset ibi probationem offerre.cũ non sit,qui illam recipiat, nec inuenitur. quis sit melioris conditionis appellans absente iudice, quàm appellans ipso præsente: sed hic esset melioris malitiosè offerens forte falsam probationem. Item secundum eum in odium iudicis nolentis admittere probationes oblatas inducitur hoc statutũ, ad quod inducit, quod dictum est, supra de appel. extraiuditiali. tamẽ secundum antiqua iura non uidetur necessaria probationis oblatio. sup.ut lite non contest. accedens. 1. & in multis aliis.c.de interlocutoriis verò no.infra de no.ope.nun.c.pen.infra eo.tit.cordi,lib.6.secundum 8 Inno.& Host.[*Admissus*] sup.&ᵀ propter hoc appellasset:aliàs hoc probare non sufficeret,supra eo.dilecto, in fi.ſm Host.idem Petrus [*Eidem*] §. & est secundum dictũ [*Ab aduersario*] scilicet appellato,& sic not.quod æquiparantur in hoc iudex,& appellatus: quia in potestate alterius est appellationem approbare.vnde appellatus etiã inuito iudice approbat appellationẽ ɔ̃ se factã,& illam prosequitur,nisi appellãs re integra appellationi renunciasset tacitè, uel expressè. s.eo. solicitudinem,& ca.directæ, intelligit Hostien.rem inte-

gram. ex quo iudex nõ admiſit appellationem antẽ, quàm iter arripuerit, uel nuncium miſerit pro appellatione proſequenda, poſtea non, arg.ſ. eo. dilecti, & c. meminimus, & dũmodò interſit appellati, ut quia occaſione proſecutionis nullas fecit expenſas. aliter non licet renũciare, niſi ſatisfieret appellato, ar. quod
k no.ſ.§.1.& ſup.eo. intimaſti, & c. cũ ceſſante[k]. ſed quãuis diſpliceat appellato poteſt iudex appellationẽ admittere, ut hic dicit, & habebit tũc neceſſe appellatus ſuperiorem adire, ut euitet damnum cauſæ. Sed, ut dicit Hoſt. in termino aſsignando ęquiparãtur iudex, & appellator. ſup. eo. perſonas, & c. oblatæ, ſolius verò appellatoris arbitrio relinquitur, an appellet, uel nõ, & ſub qua forma: ſed caueat ne erret, ut ſ. eo. c. 1. lib. 6. arbitrio uerò appellati relinquitur, an principale ne-
9 gocium ſit in curia, ut ibi [*Approbetur*] dicit† Ho. ꝙ ob iudicialem reuerentiã iudex dicitur admittere, & aduerſarius approbare [*Contradicendũ*] tantum [*Impetrare*] ſup. ne eo caſu cõtumax reputetur [*licet &c. Sit parata*] dicit Inn. ꝙ ſi appellans, quando nõ eſt appellatio ſua per appellatum recepta, uult corã iudice app. cauſam proſequi, hoc poteſt etiam altera parte abſente, ſupra de procura. in noſtra. ſed dicit, poteſt illa decre. loquĩ, quando certum eſt fuiſſe appellatum pro eo, ꝙ appellans non fuit admiſſus ad probandum cauſam legitimam, quam ſe obtulit probaturum. Dicit tamẽ Inn. idem eſſe, etiam ſi hoc non obtulerit: quia ex quo cõſtat fuiſſe appellatum, iudex de ipſa appellatione cognoſcit, an ſit admittẽda parte abſente, ſupra eo. cum ſpeciali, ad fi. & ſi ſit admittenda, procedet, quantum poterit, in principali, quando fuerit appellatum ante ſententiam. nam ſi poſt ſententiam, & à tempore ap. lapſus ſit annus, ſententia rata manet. de hoc. ſup. eo. ex ratione, & c. cum ſit. Si uero adhuc non fluxerit annus, non poteſt iudex procedere, niſi partibus uoca-
10 tis. de hoc. ſup. eo. ſępe, ℞m Inn. Hic autem† Hoſt. notabat quatuor caſus diuerſos. Primus, quando appellatio non admittitur, nec approbatur, & tunc ſufficit ꝓſequi per procuratorem ad impetrandum. Secũdus, quando admittitur, vel approbatur, ſed appellatus nil
l petit[l]: & tunc non ſufficit mittere talem procuratorẽ: ſed neceſſe eſt, ꝙ mittatᷓ inſtructus quo ad proſequendum ap. articulum, ſi præfixus ſit terminus, de hoc. ſ. eo. ſæpe. tertius, quando tunc fuit præfixus terminus, de hoc ſupra eo. Nicolao. quartus, ubi admittitur, aut app. & approbatur, & appellatus petiuit, ꝙ principale ſit in curia, ut inf. eo. c. 1. lib. 6. & hoc in appellationibus interpoſitis ante ſententiam. Dicit tamen Hoſ. ꝙ in appellationibꝰ interpoſitis à diffinitiua ſufficit mittere procuratorem ad impetrandum, niſi iudex, uel aduerſarius appellationem procuratoris approbauerint: de hoc. ſup. eo. oblatæ. nam etiam qui impetrat, uidetur proſecutus; de hoc. ſup. eo. ex ratione, & ſup. ti. 1. cum ſuper, & c. proxi. [*Ille denique*] §. & pars 3. [*Dele-*
11 *gata*] q.d. ſi† ſemel cauſam delegaſſet, commiſsionem factã nõ de facili reuocaret, quod dic ut not. de iura. cal. cauſa quæ, & ut lit. non conte. accedẽs 2. Hoſt. credo, ꝙ hæc ſit mens literæ, ſi appellans corã papa petit remitti, ipſe remitteret, ſi nondum cauſam delegauit. q.
m d. ꝙ ſi delegaſſet[m], ipſe nõ remitteret, ſed coram delegato peteretur remiſsio. nec credo, quod per delegationem impediatur remiſsio. & ſecũdum hoc ſub. maxime nec etiam uideo, quis eſſet effectus reſiſtentiæ. uolenti enim remitti ſufficiet non probare ueritatem cauſæ. hæc uera, quando delatum non fuit [*Propter hoc*] ſi. ſup. de procu. cum pro cauſa, & c. auditis. ſup. de ele. ut prætèritæ. ſup. eo. Nicolao [*Cõdemnandum*]
12 ipſe† appellans, & ſic nõ habebit appellatus quid conqueri. & hoc intelligunt Pe. & Abb. quãdo nõ habuerit iuſtam cauſam appellandi: alle. Pet. de eo, qui mit.

in poſſ. cũ ueniſſent. Dicit Abb. ꝙ ſi appellãs dicat iudicem bonũ uirum, & ex mente nõ grauaſſe. & ꝙ cõtẽtaretur ꝙ ipſe cognoſceret de cauſa reuocãdo grauamen. nõ eſſet locus cõdẽnationi [*Sane*] §. & pars 4.
13 [*Contumaciter*] quia citatus† per iudicẽ appellationis nõ uenit, uel nõ uenit in termino, de quo ſup. e. ſæpe. Sed quid de termino legis? uꝭ ꝙ idem. ar. C. de temp. app. l. fi. §. illud, ſup. eo. oblatæ. §. 1. uerſ. ſi uerò, quia & dies interpellat pro hoĩe, de loca. c. ul. cum ſuis concor. de elec. 1. li. 6. ita tñ, ꝙ non prorogetur negocium, ſed aliquantulũ expectatᷓ, ut ibi. ar. ſup. ti. 1. cũ Bertoldus. ſ. e. per tuas. debet enim quęri appellator, ſi eſt abſens, ſed vbi, dicit Ho. ꝙ in audientia Ro. curiæ, vel principis, & reperiatur, vel nõ, expediatur poſtea appellationis articulus, & ſemper abſens in expẽſis cõdemnabitur. 2. q. 6. appellatore, in auct. de his, qui ingred. §. qa enim, col. 5. eodem mõ examinabitur negociũ apparẽte appellatore, & abſente appellato, in auc. ut ſpon. lar. §. & hoc quoq; ſcimus, col. 9. ℞m Ho. qui dicit aliquos ſentire, ꝙ abſens citabitur in partibus: ſed dic. ꝙ auctentica dicit, abſentem cõdemnandum in expẽſis. Reſtat, ꝙ ipſum reputat cõtumacem. Item cum dicit ipſum quærendum, non citandũ, cum nõ ſupereſt niſi menſis de biennio. ex quibus dicit reſtat, qđ male ſentiũt, quia ſi in Hybernia, uel Scotia eſſet, apparet impoſſibile, infra menſem reuerti nuncium. Remittit nos ta-
n men ad not. ſupra eo. ſæpe[n] infra eo. c. 1. li. 6. & in ſumma, eo. ti. §. quæ eſt pœna. dicit etiam eum citandũ in eccleſiis, uel locis publicis, antequam procedatᷓ, quia forſan aliquis offerret ſe defenſioni, ad hoc de dolo. c. fi. de eo, qui mitt. in poſſ. c. fi. & ſi quis ſe obtulerit, admittetur. ff. de procur. ſeruũ quoq;. §. publicè, cũ ſufficienti cautione de iudicato ſoluendo, ubi non poſſet committi de rato ſub certa pœna. & ſic dicit in curia
14 ſeruari; & alleg. de off. dele. corã. Defendere† aũt eſt id facere, qđ dñs faceret, ſi pñs eſſet. nec debet fieri condõ procuratoris, ſiue defenſoris durior, q̃ condõ dñi præterquam in ſatiſdando. ff. de procur. ſed hoc §. defendere, & l. mutus. §. qui non cogit, & l. qui proprio.
15 §. qui alium [*Abſentante*] quærit† Inno. quomodo cõſtet appellatum partibus non præſentibus? Reſpõdet, ꝙ cum hic non quæratur niſi de appellatione, nec ſuper alio pronuncietur, nullum eſt periculum: quia ſi non ſit appellatum, de aliis non agetur. Si uerò probetur appellatum, tunc demum decernetur appellatio iuſta, vel iniuſta, & caſſabitur, quicquid factum eſt poſt appellationem, uel confirmatur, prout iuſtum erit. & ſi forſan abſens ꝑ defectum probationũ, uel allegationum aliquod dãnũ incurret, dẽt ſuæ contumaciç imputare: quia ꝯ abſentẽ nõ contumaciter nõ procederetur, de cã poſ. c. 1. & ſup. eo. per tuas, de ap.
o uero per ipſa acta conſtare poterit, uel per teſtes[o], ex quo cõtumax eſt pars aduerſa, ſed appellatus, qui nõ cõparet, nõ eſt reputandus contumax, ubi nõ fuit appellationi delatũ. cũ enim hoc caſu nõ reputetur cõtumax appellans, ſi nõ uenit, uel mittit proſecuturus app. propriam, ut ſup. eo. c. multominus in hoc caſu reputari debet contumax appellatus, qui nec ad ſuperioris iudiciũ ꝓuocauit ℞m Inn. [*Super hoc*] ſ. ſuper receptione probationis grauaminis app. [*Articulo*] ergo
16 tẽt in cã appellationis faciẽda eſt cõteſtatio? de hoc infra de teſt. Rainaldus, ver. dilectus, in 1. gl. [*Hoc caſu*] ſ. cũ
17 appellatur ante ſentẽtiam. ¶ Secunda† gl. allegat duo ſimilia, & tria ꝯria. ¶ Tertia glo. ſignat ꝯrium; & ſoluit. ¶ Quinta gl. inſtruit appellantem in duobus. ¶ Gl. pe. rñdet per q̃onem, quare non põt reſiſtere appellatus. ¶ Vlt. gl. arguit, & declarat. ¶ *In glo. ante pe. ibi, ſi quis in con-*
18 *ſcribendo*] uide de fo. cõpe. ſi diligenti. ¶ *In† glo. 2. ibi, cum cauſam*] ſoſuc, ut ibi dixi. ſ. gl. antep. [*& ibi, ut debitus*] ibi
p roſtabilitas cauſæ includit ipſius ueritatẽ, an decr. ſe. p

proba-

robata fuit ueritas exceptionis appellati [*& in fi.*] dir Host. ꝙ illa iura & similia per id, qđ hic dr̄ sunt supplenda, & intelligenda sicut & loquunt, s. qñ ante diffinitiuã fuit appellatum. Dicit ẽt Host. ꝙ si appelletur à diffinitiua, & index nõ admittat app. & iõ quia non admittir, iterum appellatur, hoc ipso ꝙ probatur nõ admissa rationabilis reputatur. ff. de ap. si cuius, saluo quod hr̄. sup. c. pastoralis, aliàs. 1. rñ. ¶ *In glo. 3 ibi, & non sufficit*] quòad iustificãdã appellationẽ, sed quòad cõsequẽdũ effectũ exceptionis, siue sit dilatoria, siue peremptoria, ut satis dixi in præall. decre. ex parte, super gl. ad hanc ¶ *In glo. sibi imputet ibi, ad totam causam appella*
19 *tionis*] nã super † principali nõ hẽt necesse mittere, nisi appellatus hoc petierit, licet recepta, vel approbata sit appellatio ẽm Inn. & Host. ut inf. c. cordi §. 1. li. 6. uide de hoc in gl. 2. [*& in fi.*] Itẽ pfigat terminũ appellationi suæ, ne appellato possit supplãtari. s̃. c. oblatæ. Item cõstituat fidelẽ, pcuratorẽ. s̃. c. prox. in fi. & inf. de pig. signãnte, ẽm Host. & de his cautelis plenius in Spe. de ap. §. qualiter, uer si. in summa, & seq. ¶ *In glo. hic habes, ibi, quoniam*] in 1. glos. & 3. q. 9. in summa [*& in fi.*] hoc dictum ibi in additione, mutauit. ¶ *In glo. ult. ibi, contra ipsum*] ut not. supra cod. sæpe, in glo. ut si lis.

ANNOTATIONES.

a ¶Interposita. In c. interposita, ibi, si uerò doceat &c. oppo. quòd imò nihil de hoc debeat docere, ut in cle. appellanti, eo. tit. dic & intellige hunc text. ut ibi dicit gl. fi. in uersi. ille denique, in fi. dic fallit forte in casu cle. unicæ, de caosa poss. & proprie. Item dum dicit, quòd appellans ad iudicem, a quo, non debet remitti, cõtra facit. c. ab excommunicato, de rescri. dic, ut ibi scripsi, & uide ibi, ut hoc intelligas. & ad id, quod dicit de proba. exceptione proposita, uidetur, quòd sufficit, quòd non fuerit admissa, per c. dilecto, sup. eo. Sol. no. ut ibi, & gl. in c. olim, de exce. & credo, quòd si sit exceptio, uel causa, quæ extrinsecus eget probatione, ut exceptio loci non tuti. Item exceptio ultra duas dietas, tunc debet probari, quòd ipsam opposuit, & non admisit. Item quòd ueritas sit, ne excipie, & hoc ubi obtulerit se probare, ue hic dicit. simile si sit actus, qui non recipiat extrinsecam probationem, sed per acta solum, ot appellatio, quia nõ admisit, vel quia copia denegauit, tunc solo probato hoc per acta primæ causæ, sufficeret, arg. no. in c. dilecto, & ibi text. & c. olim, alle. Archi.

b ¶Causa appellationis. Adde, quia eum admittere exceptio. & non admittere pendet ex animo iudicis per ea, quæ no. Ino. in c. post electionem, de concessio. præben.

c ¶De senten. exc. sacro. Posset forte dici, quòd per responsionem, quam fecit iudex de uolendo deliberare, sit satisfactum monitioni de respondendo, & sic circunductũ edictum. ff. de iudi. & si post tres, & nouæ monitioni locus sit; & tunc poterit appellare, & excõicatio lata, circũducta illa monitione, sit nulla, nisi alia sequat.

d ¶Vide sup. Et no. quòd etiam non sufficit appellati probare appellationem interiectam esse, nisi doceat se ante 10. dies appellasse, ut in c. significauerunt, de testi. Bald.

e ¶Est necesse. Imò uidetur quò ad condemnationem expensarum per appellantem euitandam. facit, quod no. Io. And. sup. eo. cum cessante, super glo. 5. & in ca. pastoralis, de causa poss. & proprie. super glo. pen. in addi. fi. uersi. ad intelligendum.

f ¶Quoque. Pro illa parte facit, quia sola oblatio debitoris non impedit cursum usurarum, sed requiritur depositio, & consignatio, uide Bald. & Sali. C. de usur. l. acceptam, & uide Io. And. in Spe. de appel. §. qualiter, uer. sunt quoque, & facit quod no. Bart. in l. prætor. §. si quis paratus, ff. de no. ope. nun. ubi dat bonam regulam.

g ¶In dubia. Licet iudex suspicetur illam malitiosè opponi, dummodo notoriè non appareat falsa, uide Io. And. in c. post electionem, in glo. sententiam, inf. de conces. præben. in fin.

h ¶Contumax. Contra hoc facit capitulum, cum uenisset, in fi. sup. de eo, qui mit. in poss. cã rei ser. imò ubicunq; appellatio pñūciet iusta omnia attẽtata & iniustè per iudicem à quo retractant. Bal.

i ¶Admissa. Et pro hoc facit quod no. Io. And. sup. in gl. 1. in princ. uersi. quid si nolit, & in c. 1. de dila. & in c. cum causa, super gloss. antepen. de offi. delega.

k ¶Cessante. Vide in c. quamuis, de elect. lib. 6 in gl. per hoc uidetur, & inf. in gl. quasi dicat, & per ibi no. uidetur soluto debere excipi, nisi appellati interest, nisi in maioribus causis, ut ibi no. & in decisi. Rotæ, conclu. 380. & 348.

l ¶Nil petit. Quo ad causã appellationis nil referre, petat, aut nõ, quia debet illa coram iudice appellationis prosequi, ut hic; sed quo ad principalem referre, ut sequitur.

m ¶Si delegasset. Vtrum autẽ requiratur consensus appellati, an nõ sufficiat solus appellans ad hoc, ut ista remissio possit fieri, uide & glo. in uer. partibus, in c. quamuis, de elect. lib. 6. & uide l. eos, C. de app. ubi dicit nullo modo fieri remissionem. item quòd dicit, quòd appellãs potest renunciare ap. inuito appellato, dic verum, nisi appellati intersit iuxta nota. in c. ex parte, sup. de rescri. Bald.

n ¶Sæpe. Ibi uide Io. And. in gl. dicit Host. ubi Io. And. uidetur tenere contra dictum istud Host. quia sentit. c. sæpe, non habere locum in termino iuris, & uide in decis. Rotæ, conclu. 226.

o ¶Per testes. Si opinio illa, quòd ab interlocutoria necessariò sit in scriptis appellandum, de qua in c. 1. eo. titu. lib. 6. in gl. super uer. in scriptis, sit uera, & de qua Bar. in l. eius, ff. de ap. recip. & per gl. quæ hoc tenet, in c. 1. de censi. lib. 6. in glo. super uer. in se ipsis, non uidetur posse testibus appellationem probari, per l. contractus, & quod ibi not. C. de fid. instru. ubi uide.

p ¶In decre. se. Vide gl. in c. si postquam, de elec. lib. 6. & Io. And. in c. solicitudinem, de ap. in gl. sed quæritur; an requiratur, quòd sit uera, uel sufficit probabilis, & scripsi. 2. q. 6. ad Roma. Archid.

SVMMARIVM.

1 *Appellationis remotionis clausula quid operetur.*
2 *Nisi in literis apostolicis ponitur, & in qua parte, nu. 5. & 6.*
Nisi, particula non semper ponitur exceptiuè.
3 *Epilogus, suffragium, & additio glossarum, nu. 4. & 5.*
6 *Principium quandoque ad sequentia trahitur, & contra.*
Medium ad primum.
Vltimum ad primum, & medium.

CAPVT LXXI.

INquisitioni. Se summat. & not. ꝙ per hanc decret.
1 cuius † casus fundatur super clausula, Appellatione remota, necesse est fateri, ꝙ ipsa clausula aliquid operetur, cum secuta sit decret. ut debitus; & quid operetur, ibi dixi super 1. glo. licet ergo ad alia iura, quorum etiam casus fundantur super
a hac clausula, supra de rescrip. c. 1. de mu. pe. c. 2. & supra cod. secundò requiris, posset responderi, ꝙ casus tempore emanationis non erant superflui cum non emasset decret. ut debitus. ad hunc responderi nõ posset. & si diceretur, ꝙ gratia exempli ponebatur de hac clausula, ut per ipsam sciret quid iuris de aliis clausulis, respondet Hosti. & de aliis clausulis satis terminabant iura, quæ alleg. G. præterea debuisset secundum id decidi uerbum per quam tollitur appel. remediũ,
b & dicere solum clausula in medio & cet. [*Literarum*]
2 apostolicarum, cum nec alius illam clausulam ponere possit, supra de offi. dele. super quæstionum [*Nisi*] nõ uidetur propriè poni istud, nisi. nam si iteratur in
3 fi. tunc respicit etiam præmissa. ¶ Prima † gloss. signat contrarium, & remittit. secundò arguit, & alleg. duo
4 contraria. ¶ *In † glo. 1. ibi. § ult.*] uide infra de censibus,
5 ex parte 3. super prima glo. ¶ *In † glo. 1. ibi, solutio*] Idem Innocen. [*& ibi, tamen ita*] pone exemplum, supra de testibus, cum uenisset [*& ibi, articulos*] quasi concatenatos, pone exemplum, supra de rescriptis, cum dilecta, secundum Hostiẽ. qui dicit de vtroque membro. patent exempla. ff. de nego. gest. cum actum. ff. de minor. & §. primo. ff. de administratio. tutor. l. tutorem. ff. de tutel. & ra dist. l. prima, §. nunc tractemus, & §. in tutela, & lege si tutor reipublic §. primo, & secundo, & leg. si tutor post, & ff. eod. titu. l. si qui. §. penult.
6 & ult. [*& in fi.*] circa hoc † non potest tradi certa regula, quia sciendum, ꝙ diuersi sunt casus, quandoque omnia præcedentia respicit, vt hic, & supra de rescrip. olim. §. li. quandoque præcedentia, & sequentia. ff. de leg. 1. talis scriptura, in fi. & l. seq. & l. si seruus plurium. §. si. qñq; quod præmittitur, repetitum intelligitur: vt

in c. apoſtolus, & ff. de uerb. obli. Tiria. §. idem reſpon. quandoq; principium trahitur ad ſequẽtia, medium c ad primum, & vltimum[c] ad primum & medium. ſup. eo. ſecundo requiris. Hoſt. uide in Spe. de inſtr. edi. §. nunc autem uidendum, uer. item excipe.

ANNOTATIONES.

a ¶ De reſer. c. 1. Adde dom. Fel. in d. c. 1. & per Do. in c. paſt. ſup. eo.
b ¶ Clauſula. Adde ea, quæ habentur per Doct. in cap. a. requiris. ſupra eo.
c ¶ Vltimum. Ad materiam iſtam uide no. in c. cum cauſam, & cap. olim, de reſcrip. & in l. 3. §. penul. de libe. & poſthu. & l. 1. C. de li. præte. & Barto. in d. l. talis ſcriptura, de materia, in c. Rodulphus, de reſcrip. in glo. & c. ſe. in glo. fina. in fi. & c. cum dilectus, de donatio. Bald.

SVMMARIVM.

1 *Sententia una quando proſit, uel noceat alij, & quæ requirantur, num. 2. & 5.*
2 *Reſtitutionis alterius minorum læſorum an iuuet alterum.*
3 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum. num. 4.*
Appellatio unius quando proſit alteri, & nu. 5. §. 1.
Reſcriptum delegationis uni fratrum conceſſum proſpicit utrique.
5 *Additio gloſſarum.*

CAPVT LXXII.

VNa ſententia. Se ſummat. & nota, quòd dicit [*una*] a quia ſi plures † eſſent ſententiæ, quibus diuiſim condemnati eſſent plures habentes etiam communem cauſam, & eãdem defenſionem: tamen unius appellatio, & uictoria ſocio condemnato per aliam ſententiam non prodeſſet. ff. eo. l. ſi qui, in prin. [*Victoria*] quid ſi appellans componit, an alter poſſit appellationem proſequi? uide in Spe. de appel. §. 1. uer. ſed quid ſi ille. & facit quod no. de elect. ut circa, uer. alioquin, lib. 6. in gl. 2. [*Suffragatur*] an ſit † idem 2 in duobus minoribus læſis ex contractu altero petente reſtitutionem, uide in Spe. 2. par. de reſtitutio. in integ. in fi. [*Si communi*] hoc eſt primum, quod requiritur [*Idemque*] hoc eſt ſecundum, ad quod concor. de accuſa. ad petitionem, ſecundum Hoſti. [*Et eadem*] hoc eſt tertium, ad quod. ff. eo. ſi qui tutorio. §. fi. [*Extitat*] alii caſus, quibus res iudi. inter alios prodeſt aliis, no. ſup. 3 eo. titu. c. pen. ¶ Glo. 1. † diſtinguit rem corporalem, & incorporalem. in primo mẽbro ſubdiſtinguit, an iu- 4 re communi, an ſpeciali iuuetur. ¶ In † gl. 1. ibi, ſi communem] uide ſup. tit. 1. c. pen. ſuper gl. 1. ¶ In glo. ult. ibi, de diuer. reſcrip. l. 1.] ſi alter ex fratribus dedit petitionem de cauſa communi per principem delegãda, licet reſcriptum ad alterius petitionem directum ſit, per illud ta- 5 men utrique proſpicitur. ¶ In † glo. 1. ibi, cum correis] aliàs ſecundum Gof. non eſſet locus decretali, etiam ſi res, de qua agitur, communis eſſet, uel aliquos cõmuniter contingeret: quia etiam tunc ſententia cõtra unũ lata alteri non obeſſet. 2. q. 5. interrogatum. ff. de adul. denunciaſſe. ff. de appel. l. a ſententia. ¶ In glo. ult. in fi.] idem, ſi unus tutor cõueniatur, quia male alienauit: alter, quia non contradixit, uel repetere neglexit. tũc enim unius uictoria nõ proficeret alteri. ff. eo. l. ſi qs, §. ulti. Inn Dicebat Abb. congruè poni exemplum in hac decre. in tribus fideiuſſoribus, qui non renunciauerant conſtitutioni de principali prius conueniendo, q poſtea prius conuenti, & cõdẽnati fuerũt, unus appellauit, & in cauſa ap. obtinet, q a debitor prius cõueniri debuerat, ipſius uictoria proderit aliis. q a iure cõi iuuant, & eadẽ cauſa defenſionis, & idẽ negociũ.

SVMMARIVM.

1 *Metus iuſtus quis, & excuſat.*
2 *Appellare qui timet, quid agere debeat, & p. o'bare, nu. 3. & 4.*
& quo caſu, ibid.
Pro appellatione habetur expreſſio ſola cauſarum, & quando.
Viri boni qui dicantur in caſu huius capituli.
5 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum. num. 6.*
Aduerſarij, uel iudicis proprij ſi copia mihi non ſit, aliom adeo, & quem.
Tempus non currit agere non ualenti & proteſtanti, & num. 7. in prin. remiſſ.
7 *Additio gloſſarum.*
Appellare coram iudice à quo, uel ad quem, debet appellans, ſi copia ſit alterutrius, niſi ſit timor.
8 *In appellatione cauſa exprimenda, nunquid ſit iure ciuili.*

CAPVT LXXIII.

SI iuſtus. Summat ſup. eo. [*Iuſtus*] pu- 1 tant † aliqui per hoc uerbũ, q ſi iſte aliqd cõmiſit, per qđ eum timere oporteat, nõ habeat hoc remediũ ad hoc, ff. qđ me. cã, ſi mulier. 1. rñ. qđ nõ placet Ho. qui exponit [*Iuſtus*] i. probabilis, ut nõ cõſideret qualitas grauati, ſed æqtas iudicantis, de excep. cũ inter priorẽ, & ei ſubuenietur, licet ſit odioſus. ff. qđ me. cã. iſti quidẽ. 1, rñ. metus autẽ iniuſtus. i. uanus & nõ pbabilis nõ ex- a cuſat. de hoc s̃ qđ me. cã, cũ dilecti [*Metus*[a]] forte iudicis, q cõſueuit appellãtes indifferẽter capere, carcerare, & male tractare, facit c le. de exceſ. præla. frequens, b poſt prin. uer. [b] appel. arg. ff. de pig. ac. uel uniuerſorũ. ff. de uſur. qui ſemiſſes, C. de epiſcopali audientia. l. 3. in fi. de hoc de ſtatu mo. c. fi. 1. reſpõ. uel forte partis, q per ſatellites impedit, de teſtib. cõſtitutis. uel forte iniquæ municipalis legis, de ſen. ex. grauẽ. de immu. eccquoniã, li. 6. [*Beneficium*] ſic in nunciatione noui oper. ff. de no. ope. nun. l. de pupillo. §. ſi quis ipſi prætori, Hoſt. [*Prouocatur*] ſi. ff. rem ra. ha. l. bonorũ. & hoc uult 2 hæc iſta litera ſm Inn. quod ſatis eſt illi, qui iuſto metu perterritus appellare non audet, cauſas appel. exponere, ſ. dñe iudex grauatis me in hoc, & in hoc, quamuis non dicat, appello, quia non audet: tñ ſola expreſſio cauſarũ habetur pro ap. C. de his, qui per me. iu. l. 2. imò poſſet dici ſecundum eum, q licet poſtea corã ipſo iudice citatus compareat, & pcedat, nõ uidetur propter hoc renunciare ap. factæ, dũmodò timor du- 3 ret, arg. ſup. quod me. ca. c. 1. ſed nec illi credendũ, qui dicit timuiſſe appellare ab epiſcopo, uel alio iudice, niſi uis interuenerit, & pbetur. C. de his, qui per me. iu. l. 1. & 2. C. quod me. cauſa. per totũ, ſm Inn. uel niſi conſtet iudicem ſic conſueuiſſe ſm Hoſt. ut dixi ſup. [*Coram iudicem*] hoc, quando timet corã illo appellare, ſed non timet proteſtari [*Vel ſi*] no. cõdi. per quod pa- 4 tet ordinẽ ſeruãdũ, ut in gl. [*Bonorum † uirorum*] puta alicuius epi, uel alterius iudicis adhibitis teſtib[9] idoneis, ut le. & no. de of. ordi. paſto. ad fin. Hoſt. & uide quod ibi dixi [*Conteſtatione*] contra. C. quod me. cauſa. l. metum, ubi dicitur metũ probari nõ conteſtatione, ſed facti atrocitate. dicas uerum eſſe, q proteſtatio non eſt probatio metus, quem aliter probari oportebit: ſed eſt probatio uolũtatis coadiuuans etiã probationem metus facit, inf. de reg. cõſulti, ſupra qđ me. cau- 5 ſa. c. 1. ¶ Gl. 1. † tria no. & de primo remittit. ¶ Vlt. glo. 6 obiicẽdo quærit, & tripliciter reſpõ. ¶ In † glo. 1. ibi, ut perfectius] ca. in præal. uer. is autẽ [*& ibi l. ult.*] ſi pp abſentiã. furorẽ, uel ſimilẽ cauſam aduerſariũ cõuenire nõ poſſum, adeo pſidẽ, & libellũ porrigo: quẽ ſi nõ poſſum adire, ſaltẽ corã epo loci in reſcriptis meã exprimo uoluntatẽ. ¶ In gl. ult. ibi l. 2.] illa l. dicit. j. dies legitimos, ſ. quibus appellari licet, cãm appellationis euidẽti affirmatione diſtinguãt. ¶ In gl. 1. in fi.] de hoc. s̃. de pſcrip. c. 2. ¶ In glo. 2. in fi.] unde dicebat Innocen. q hæc litera non negat, quin poſſit in abſentia iudicis appellari, imo potius hoc concedit, ubi illius copia non poteſt

potest haberi. C.quomodo & quando iudex.l.ab eo. C.de iudi.l.fi.§.de ali.mu.iudi.fac.c.1.sed si copiã iudicis, à quo, uel ad quẽ vult appellare, potest habere, & non adit illũ, sibi imputatur, ar.2.q.6.biduũ.C.de annali excep.l.fin.nisi ex timore hoc dimittat, ut hic ẞm Inn. ¶ *In* † *glo.ult.in fi.*] & sic soluit Host.quod opponit de eo, ꝙ etiã lex, de qua sumitur. C.de his, qui per me. iudi.l.2.vult causam appellationis exprimi, cum ẞm l. non appelletur ante sentẽtiã regulariter, de hoc supra e.super eo. ut illud intelligatur de causa generali, ut dicit gl. uel ẞm eum etiam ẞm.l.exprimi debet causa in ap.à sententia, quando ab illa appellatur propter præcedens grauamen, à quo secũdum.l.non potuit prius appellari. C.de rebus cre.generaliter.§.si autem.hoc non placet, infra eo.cap.fi.lib.sexto.

ANNOTATIONES.

a ¶Metus. Adde, quòd iustus metus dicit arbitrio iudicis, ita Imo, in c.cum dilectus, quod met.causa, & Bal.in l.2.C.de his, qui per me.iu.fi.non appel.

b ¶Princi.ver. Quę clc.probat iustum fore metum, si grauare consueuit amicos, attinentes, uel laboratorem partis, & no.Bal.in l. de pupillo.§.si quis ipsi prætori, ff.de no.ope.nuncia. & facit.ca. sciant, de clc.lib.6.idem, si ante illi minatus fuerit, si appellaret, uide gl.quod metus causa.l.metum, et Bar.in §.si quis ipsi, pręal.

SVMMARIVM.

1 *Diuisio tituli.*
Ad materiam huius tituli, uel Rubricæ ubi alibi tradatur.
Procurator reuocatur propter longam peregrinationem.
De in peregrinatione moriente curiali, remiss.

De peregrinantibus, Rub.

¶ Quia iura tuentur peregrinantes sicut appellantes, ideo &c. Gof.ad materiam.24.q.3.si quis Romipetas, & duo ca.sequentia.de pę.di.6.sacerdos, de cõsc.di.5. non oportet. secũdo conuenit rubricæ de treu. & pa. ca.2.de uoto.c.1.& c.ex multa, de sen.ex.inter alia, ad fi.Item propter longam peregrinationem reuocatur prouocat, qui contestatus est litem, de procurato.c.2. lib.6.de beneficijs curialis, qui in peregrinatione moritur, die ut de præben.præsenti.§.1.lib.6.

SVMMARIVM.

1 *Peregrinantes ad papam, cum rebus suis sub apostolica protectione consistunt, & quibus casibus, nu.3.& 4.*
Itinerantibus literarum forma, quæ conceditur quæ, ubi de ea tradatur, nu.2.quid prosit, nu.5.
2 *Peregrinantes qui offendunt, ter in anno curia Roma. denunciat excommunicatos.*
Ablatorum nomine quæ comprehendantur.
3 *Epilogus, & suffragium glossarum.*
Liberum absentem qui emancipat.
4 *Additio glossarum.*
Hæc decretalis quando locum habeat.

CAPVT I.

COnquerente. Casus peregrinãtes[a] ad † papam cum rebus suis sub apostolica protectione consistunt. & ponit ista decre.formã literarũ, quas cõiter hodie dat curia itinerãtibus ad eam, quam uocant, quicquid post iter arreptum nõ posuerit ꝙ si fecisset æquipararetur appellationi.de hoc supra ti.1.ad audientiam [*Cum rebus*] concor.de Iudęis, ad liberandã, in parte decisa.§.sane, uer. quorum personas, ubi de hoc.Host.[*Protectione*] curia Ro.excõmunicatos † denunciat ter in anno eos, qui tales offendunt eundo, uel redeundo. Iste tamen canon nõ est iure expressus, saluo quod habetur, de raptu.excommunicationi.Hostiẽ.[*Post iter*] de hac forma dicam, infra de rebus ec.non alie.episcopi, in glo. sumitur hic, ad finẽ.ubi uidebis, ꝙ per ipsam agitur iure ordinario non inquirendo, & agi potest petitorio, & possessorio [*Vel ablatum*] repetir, ut comprehendat mobilia, & immobilia, & iura [*Faciatis*] aliàs facias, quia decre.dirigitur Albien.& secũdum litterã Faciatis sup.& con iudicibus, ne sit contra, de cri.fal.quàm graui.¶Gl.a.respondet † per quęstionẽ, de quo accessu &c.¶ *In glo.2.ibi l.1.*] uide in gl, se.[*& ibi.iubemus*] pater, auus, proauus parternus absentẽ liberũ in prã'e constiturũ emancipat [*& ibi.l.ult.*] si est absens, qui tutor, uel curator datus est, debet illi nunciari.j.30.dies.
¶ *In* † *glo.2.ibi, causa peregrinationis*] unde ẞm Gof.loquitur in his, qui uisitãt limina apostolorum, & ẞm Abb. tunc peregrinario tuebitur illum, qñ accipit publicè in ecclesia baculũ, & perã, & stetit per tẽpus peregrinantibus deputatum.sed Inn.intelligit hoc.ca.de illo, qui accedit ex causa necessaria.ut ꝓ appellatione prosequenda, uel oppresione uirãda.2.q.6.omnis opressus.& tribus capitulis sequẽtibus. de dila. c.fi.quo casu habet etiã ius reuocandi domũ. quod dic, ut no.de foro compe.c.fi.& hoc saltẽ de honestate petenda est prælati licentia ẞm Inno. sed & si denegetur, ex quo causa subest, nihilominus potest ire, ar. de re.licet, de obser.ieiu.consiliũ.in fi.aliàs clerico peregrinari non licet sine licentia sui episcopi.vel papę, etiã si hoc exigat utilitas accedentis, de conse.6.di.5.non oportet.§, de uoto. magnæ, in auctẽ.de sanctissimis episcopis.§. interdicimus, col.9. quod intellige saluo eo, qđ no. de regibus.supra t.1.cũ parati.& saluo quod habet.C. si per uim uel alio modo.l.1.& C.de eman.iubemus, ẞm Inn.sed Ho. latius intelligit hoc uerbũ.s.ut sonat, & qualitercunq; accedant [*& ibi, illi qui*] & .§.de treu. & pace.c.2.[*& in fi.*] quærit ergo Host.ad quid † valeat hæc forma, cũ per illa iura prouideatur ꝯ spoliantem, uiolentiã inferentẽ.uel possesionẽ turbantẽ, nec per hanc formã reuocentur, quæ ordine iudiciario iuste sunt acta, de rest.spo.audita, & c.cõquerente, uel si reditus asignetur uicario, seruiat ecclesiæ, ut supra ti.1. peruenit.2.& ut dicebat Ab.contra talẽ legitime citatum, nec de consensu bene procederetur.secundũ ea quæ no.de offi.dele.consultationibus.Dicit Hostiẽ ꝙ multũ ualet hęc forma, ubi iudex est pars.& tunc forma & mens huius formæ locũ habẽt, ut no.supra ti.1. dilecti.& posset dici, cũ talis peregrinatio habeat vim appellationis, nec ordinarius.nec delegatus procedat contra talem, etiam aliàs iustè, ex quo in propria persona accedit.quod dic ut ibi, & in c.ut debitus, ubi uide in glo.dicit Inno.quod intelligit.nisi ante iter arreptum præuẽtus fuisset per ordinarium, uel delegatũ, ut supra de fo.cõpe. proposuisti.vel dic, ꝙ valet multum in talibus habere iudicem gratũ.uel ualeat: quia ex leuioribus, & planioribus ꝓbationibus procedet.

ANNOTATIONES.

a ¶Peregrinantes. Et uide, quæ scripsi in c.meminimus, de ap.& facit ille text.quòd bona priuata clericorum gaudẽt priuilegio rerum eccle. itẽ sicut cõpetit remedium attentati appellatione pẽdẽte, ut in pristinũ statũ restituat, ita & pegrinatione pẽdẽte.Bal.

SVMMARIVM.

1 *Continuatio tituli.*
De confirmatione quibus in locis alibi, quàm hic tractetur.
De earum formis, & quando dentur.

De Confirmatione utili, uel inutili.

¶ Viso de his, quæ suspenduntur appellationis remedio, submittit de his, quę muniuntur confirmationis præsidio. Gof.Conueniũt rub.de cõsti.cũ accessissent, & ca.

c ¶ Secundo reus. Quasi uoluntariè ueniat ad ipsius sententiæ petendam confirmationem quasi circa hoc id non erat expeditum, aut necessarium, quando non fuit ap. in secundo casu necessario uenit. facit ad materiam, quod no. in c. cum inter, & c. dilecti, de excep. sed contra istud ultimũ facit. c. pia. §. penul. de excep. lib. 6. ubi excommunicatus petens executionem fieri, repellitur quòd si esset reus, non fieret per iura præalle.

SVMMARIVM.

1 *Confirmationum multa sunt genera & de earum cuiusq; uirtute. Confirmatio contractuum, & quorum actuum petit nunquid possit, & quorum.*

2 *Certum pro notorio.*

De confirmationibus papa ab inferiore iudicari prohibetur, non autem eas examinari, & de quibus intelligatur, num. 1.

CAPVT II.

